DN. IOACHIMI MYNSINGERI A FRUNDECK ... SINGULARIUM OBSERVATIONUM...

Joachim : von Fründeck Mynsinger,
Arnold : von Reyger

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 C
31

B
a 94

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13 8.B.20

Digitized by Google

DN.

IOACHIMI MYNSINGERI

A FRVNDECK IVRISCONSVLTI Celeberrimi,

SINGVLARIVM

OBSERVATIONVM

IMPER. CAMERÆ

Centuriæ VI.

Editio prioribus caſtigatior, correctior, & locupletior,

Ex nouiſſimâ & omnium poſtremâ recognitione

ARNOLDI DE REYGER

IC. CONSILIARII ELECT. BRANDENburg. Coloniæ ad Sueuum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Aureliæ Allobrogum,

SVMPTIBVS MATTH. BERJON.

M. DC. IX.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO Dn.

IOACHIMO FRIDERICO,

S. ROM. IMPERII ARCHICA-
MERARIO ET ELECTORI
Septemuiro.

MARCHIONI BRANDEBVRG. DVCI
Pruſſorum Stetinenſium, Pomeranorum, Caſſuborum, Sclauorum,
in Sileſia & Croſnia, &c. Burggrauio Noribergenſi,
& Principi Rugiæ, &c.

Domino ſuo Clementiſſimo.

SERENISSIME atque Potentiſſime Princeps Elector, Dn. Clementiſſime, cùm annis ab hinc nouem hunc eundem libellũ ex cauſis anteà in medium prolatis, ſub incudem reuocarem, & additis nonnullis ad marginem notis, prælo committerem, nemo omnium, abſit inuidia dicto, quamuis accuratè diſpicienti mihi quaqua verſum, ſeſe obtulit vel occurrit, vbi tutius exſpectandum eſſet patrocinium, quàm ſub Serenitatis Tuæ auguſtiſsimo clypeo, quem omnium Zoilorum & maleuolorũ morſibus obiicere, eóſque illo infringere & repellere non dubitaui, nec ingratam Serenitati Tuæ meam tũc fuiſſe operam, vel inde patet & manifeſtum eſt, quod poſtea

Digitized by Google

me in numerum & Collegium ſuorum Conſiliariorum adſciuerit &cooptauerit. Poſtquam autem denuò hunc librum nunquam ſatis laudatum in manus ſumpſiſſem, multíſque,vt videre eſt, acceſsionibus auxiſſem,ita vt ſi non nouam,laxiorem tamen togam ſumpſiſſe videatur, cùm extra omnem ſit cõtrouerſiam δευτέρας φροντίδας eſſe σοφωτέρας, íſque eâ indutus veſte, doctiſſimorum virorum & amicorum, à quorum conſiliis ſemper ſanis ſine causâ,vel latum diſcedere vnguem, mihi religio eſt, hortatu & ſuaſu in lucem iterum & poſtremò mittendus eſſet,maiori quàm antea iure,Tuæ Serenitatis tutelæ & patrocinio videbatur committendus, proprius enim Tuæ Serenitati per priorem dedicationem à me tunc alienigenâ & extero factus & deſtinatus, quo iure iam ab eodem inter miniſtros Tuæ Serenitatis recepto, in alium transferri potuerit, non video, ſuum cùm nemini à quoquam, multò minus à miniſtro auferri vel poſsit vel debeat. Calcar præterea & hoc mihi addidit, quòd certò perſuaſus ſim,Tuæ Serenitati,(quę laudabilem iſtam &nõ ex Machiauelli,ſed Melancthonis ſcholâ profectam ſententiam ſemper in ore & precio,imò animo inſculptam habet:Debere videlicet bonum Principem,piè,iuſtè &rectè agendi verum ſemper habere & ſeçum circumferre propoſitum ſiuę προαίρεσιν)ſecundum erga Devm pietatem & verum eius cultum, nihil magis cordi & curæ eſſe,quàm vt æquâ adminiſtretur lãce ius & iuſtitia omnibus Tuæ Serenitatis ſubditis,mali,vt commeruêre,plectantur,& à bonorum ceruicibus omnis propulſetur iniuria.

Cui

Cui rei eò facilius & melius ad optatum deducendæ effectum, non ſaltem Tua Serenitas (auribus eius non loquor) ſupra tanti ferè modum Principis, contra multorum certè morem, ipſa ſummo inuigilat ſtudio, ſed etiam Conſiliarios, vt in obeundis quiſque ſibi demandatis muneribus id vnum omnes agāt, ſuo allicit exemplo (quippè factum Principis, iuſſus vicem obtinet) hortatur & iuber, Conſiliariis etiam adeò liberaliter conſtitutis ſtipendiis, vt corruptionibus, vel potius τῇ δωροφαγίᾳ auaritiæ & ſordium ſoboli, nullus ibi detur locus, nullus etiam pateat acceſſus. Hinc fit, vt DEI & Serenitatis Tuæ beneficio, populoſiſsima eius prouincia, in aſſerendo & vindicando vero DEI cultu, & iuris dicendi æquilibrio, quocúnque tandem oculos quis conuerterit, paucas admodum pares, ſuperiores verò habeat nullas. Cùm igitur & præſens hic libellus iuri dicendo non parum inſeruiat & conducat, vbinam gentium, melius, quàm in Tuæ Serenitatis laudatiſsimo & celeberrimo conſilio, ſortiri vel reperire potuiſſet patrocinium? Accedit etiam, quòd mearum eſſe partium, meíque muneris omninò exiſtimauerim, vt pro tot tantíſque in me hactenus immerentem, abundè collatis beneficiis, quorum apud me memoria nunquam eſt intermoritura, grati ſignificationem animi publicè teſtatam facerem, vbi ſi non potuerim, quod volui, quod poſſum voluiſſe, ſufficiat. Etenim vt vires deſint, tamen eſt laudanda voluntas. Quod ſupereſt Sereniſsime & Potentiſsime Princeps Elector, Dn. clementiſsime, ſi Serenitas Tua hunc librum ſereno exceperit vultu, &

meos labores & operas (quæ licet aliis interdum deſtituantur facultatibus, quî enim omnia poſsimus omnes, fidem tamen perpetuam habebunt comitem & indiuiduam) non nigro notandas lapillo duxerit, ſed vt hactenus, ita & in poſterum calculo approbauerit ſuo, ad huius ſeculi felicitatis cumulum nihil mihi amplius accedere poſſe, ſed me ad metam iam perueniſſe ſemper exiſtimabo.

DEVS Opt. Max. Tuam Serenitatem cum Electorali coniuge & ſobole perpetuò ſaluam & incolumem conſeruet, & domui Brandeburgiacæ Electorali paſsim & vbíque felices & ſecundos largiatur ſucceſſus, id vt in votis habeo, ita mente recolere, & à ſacroſanctâ petere Triade nunquam deſinam.

Scriptæ Magdeburgi ipſo die Antonij, qui annum hodiè mihi ingredienti quadrageſimum, tanto antè tempore natalis fuit. DEO Opt. Max. immortales, pro omnibus in me collatis beneficiis, ago gratias, qui, quamdiu me ſupereſſe voluerit, vt antea, ita & in poſterum nihil vnquam, quàm vt ipſi piè ſeruiam, & pro virili Reip. commodem, habiturus ſum antiquius, Anno à Virginis partu M. D. XCIX.

Tuæ Serenitatis ſubiectiſſimus cliens

ARNOLDVS DE REYGER. D.

REVE-

REVERENDISSIMO IN CHRISTO AC Illuſtriſſimo Principi, DN. Hinrico, Archiepiſcopo Bremenſi, Diœceſis Oſnabruccenſis & Padebornenſis Adminiſtratori, Duci Saxoniæ, Angriuariæ & VVeſtphaliæ, Domino ſuo clementiſſimo

S. P. D.

REVERENDISS. atque Illuſtriſs. Princeps D. clementiſſime: Iuris ciuilis diſciplinam atque cognitionem, ex qua humani generis quies & tranquillitas proficiſcitur, & ſine qua ſocietas inter homines diu conſiſtere non poteſt, tam variis hodiè diſputationum atque opinionum inuolucris laceratam reperiri, vt vix nomen quidem iuris ipſum agnoſci poſsit, multi celebres, & magni nominis Anteceſſores conqueruntur. Conſtat enim, ſi verum fateri velimus, in Academiis publicis Profeſſores Iuris, relicta docendi facilitate ac ſimplicitate, quæ potiſsimum ſeruanda erat, à multis iam annis tantùm curioſos fuiſſe in recenſendis, atque mox refellendis aliorum opinionibus, tùm deinde nouas ex his retexendis, quas mordicùs poſteà aduerſus cæteros tutarentur. Vnde effectum tandem eſt, vt nunc tantum ſit in omni parte iuris opinionum, tam varij, ac interdum parùm ſibi conſtantes circumferantur intellectus, vt quot ſint penè autores, tot modò videamus legum interpretandarum extare ſententias: & cùm Iuſtinianus Imperator ſcriptum reliquerit, Iuris ciuilis ſcientiam certam (prout eſt) atque finitam eſſe, vix quicquam hodiè in ea profeſsione certius appareat, quàm in hac nihil eſſe certi. Equidem nemo, opinor, vel mediocriter in iure verſatus non videt, quantum ſit apud Iuris interpretes noſtro hoc ſeculo opinionum pelagus, quod in dies magis magiſque in nobiliſſimam hanc, & ad conſeruandam rerumpublicarum ſalutem maximoperè neceſſariam iuris artem ita exundat, vt penè totam, niſi in tempore ſuccurratur, obrutam iri ſubuerendum ſit. Et quanquam in tanto variarum opinionum Oceano, perpetuo veluti conflictu, non pauci hac noſtra ætate magni nominis Iureconſulti, receptiores, non abſque inſigni ſtudioſorum iuris vtilitate atque applauſu, ſententias collegerint, atque in vnum quaſi corpus congeſſerint, quorum Tomi aliquot, paucis ab hinc annis in lucem prodiêre: Attamen,

Digitized by Google

ſi quis eas legendo percurrat, haud rarò, quod hic pro communi aſſeuerat, alius contrariam, velut magis communem aſſerere non dubitat. Quinimò & illud inficiari nemo poteſt, communem ſæpenumerò opinionem deprehendi falſam & erroneam, ita vt illi non ſemper tutò confidendum, rectéque ab Imp. Iuſtiniano ſcriptum ſit, non ex multitudine Autorum, quòd meliùs æquiùs, iudicandum eſſe: cùm poſsit vnius forſan, & qui ſit deterior, ſententia & multos & maiores in aliqua parte ſuperare. Sed cur tam variè? Sanè notum eſt illud Vlpiani Iuriſconſulti dictum, naturalem quandam ineſſe hominibus ad diſſentiendum facilitatem: & eam quidem Iureconſultis peculiarem eſſe, vel ex Quintiliano diſci poteſt, cùm alicubi, ipſis diuerſas inter ſe opiniones tueri conceſſum eſſe, ſcribat. Illud quoque in comperto eſt, ab aliquot iam annis, præſertim hoc noſtro ſeculo, non paucos legum Profeſſores in Academiis aucupandæ famæ cupiditate magis, quàm veritatis indagandæ gratia, non modò præteritorum temporum conſtanti perſuaſione receptas ſententias infringere atque impugnare, ſed (vt quidam rectè ſcribit) Pandectarum etiam, & Conſtitutionum, ſcripta inuertere, diſtorquere, contorquere, corrumpere, vim antiquorum ſcriptis afferre, verborum aucupia, ſyllabarum tendiculas, literarum decipulas comminiſci, nihil denique non inceptare auſos fuiſſe, illuſtrandi nominis ſui gratia: Idque verum eſt, ipſa experientia, rerum magiſtra, euidenter docet. Atque hinc iſta apud communium opinionum Collectores dicta, velut ex diametro inter ſe pugnantia, exorta ſunt: (*Hæc eſt communis, contraria eſt magis communis:*) quæ pluribus hodie in ore ſunt: vt nunc ferè maiores, quàm olim opinionum fluctuationes exiſtant, ex quibus ſeſe difficulter tam cauſarum patroni, quàm iudicandi munere fungentes, extricare poſsint. Proinde optimè mihi illi facere, longéque meliùs de Iuriſprudentia mereri videntur, qui præclari alicuius Tribunalis, ſiue collegij iuridici, in quo plures iuriſperiti aſsidere ſolent, ſummo iudicio prolatas ſententias in vnum colligunt, publicáſque fieri permittunt: ad quas in cauſis deinde ſimilibus, ſi vſus expoſcat, & emergentes factorum ſpecies id exigant, recurri facilè poteſt. Ego quidem ita cenſeo, huiuſmodi Deciſiones in ſummis variarum prouinciarum Tribunalib. obſeruatas, non librorum, ſed theſaurorum omnino loco, noſtri ordinis hominibus, ſiue iuri dicendo præſint, ſiue patrocinentur controuertentibus, habendas eſſe. Nam ex eis (meo quidem iudicio) tam deplorandæ, de qua ſuprà dixi, iuris ciuilis dilacerationi, ac tam diu laboranti legum diſciplinæ, facillimè ſuccurri poſſet, ſi Cæſ. Maieſtas, & communes imperij Germ. ordines certis quibuſdam, & ad hoc munus ſuſcipiendum idoneis, longúmque rerum vſu expertis iuris Anteceſſoribus, hanc demandarent operam (condigno ipſis ex publico cõſtituto ſalario) vt perlectis tam variorum tribunalium atque curiarum deciſionibus, quæ in publicum deuenêre, iíſque maturè ac diligenter ponderatis, & ad æqui boni librám appenſis, certo tandẽ definirent, quæ ſententię

in poſte-

in poſterum tam iudicando in curiarum ſubſelliis, quàm docendo & profitendo in ſcholis ſequendæ eſſent. Verùm enim verò huiuſmodi deciſiones, ab ipſis in vnum velut corpus ſic congeſtas, Imperiali adhibita lima, atque autoritate, promulgari quoque, & generali edicto ſtatui oporteret, eaſdem iudicando in toto Germanico Imperio à ius dicentibus obſeruandas omninò eſſe, neque in ipſas à iuris profeſſoribus in ſcholis, quicquam vltra Scholaſticam prælectionem attentari debere. Alioquin quis erit litium finis, ſi nulla certa ſemélque recepta Iureconſultorum decreta fuerint? Hoc ſi fiat (quemadmodum in Comitiis anno ab hinc, ſi rectè memini, XII. Spiræ habitis, ea de re ab Imp. MAXIMILIANO II. piæ memoriæ, Aſſeſſoribus Cameræ, ſpes facta eſt) res certè publicæ vbique locorum longè meliùs, quàm nunc conſtituentur, nec ciuilia iura, quæ omninò in ſocietate humana conſeruanda eſſe, nemo ſanæ mentis dubitat, cuiuſcunque ſcripturientis libidini obnoxia, expoſitáque erunt. Neque hæc res difficilis admodum futura eſſe videtur: Sunt enim multæ illuſtres, & quidem intricatiſſimæ quæſtiones, non in Camera tantùm Imperiali, ſed in ſummis aliarum quoque prouinciarum atque regnorum tribunalibus, poſt longam in vtramque partem præhabitam diſputationem, deciſæ: ac deinde à doctiſſimis quibuſque Iureconſultis in aliquot volumina (quæ hodie extant) collectæ: quales ſunt deciſiones Curiæ Romanæ, Neapolitanæ, Tholoſanæ, Delphinales, Bononienſes, Pedemontanæ, Peruſinæ, & ſi quæ ſunt huius generis ſimiles. His, inquam, ſi (adhibita tamen, vt dixi, Imperiali lima) pragmatica accederet ab Imp. cæteriſque Imperij Ordinibus ſanctio, facilè conciliari diſſidia nimis manifeſta iuriſperitorum, & paucis definiri controuerſiæ quàm plurimæ poſſent, quibus nunc ſcholæ & fora tot ſeculis tumultuantur, infinitaſque turbas cient. Hac equidem ratione, Rerendiſs. atque Illuſtriſs. Princeps, ego quoque ante annos, plus minus XXXV. cùm à CAROLO V. Imp. Opt. Max. in ſupremi Germanici Imperij Tribunalis Aſſeſſorem cooptatus, iuri dicundo ad octennium ferè integrum Spiræ cum cæteris collegis, doctis ſanè, & grauibus, ſummæque autoritatis viris, præfuiſſem, adductus fui, vt ſuccisiuis certè horis, ſententias quaſdam, in eo ampliſſimo collegio in dubiis iuris controuerſiis & quæſtionibus communi ſuffragio, exactóque iudicio prolatas, quæ mihi ad reſecandas tam varias commentatorum opiniones conducere, magíſque memoratu dignæ videbantur, annotarem: eo potiſſimum conſilio, vt eaſdem in aliis incidentibus cauſarum iudicialium quæſtionibus in promptu, & velut ad manum haberem, ac exploſis tam variis Interpretum opinationibus ſcire facilius poſſem, quid pro iure ſeruandum eſſet, ac pronunciandum. Quæ cùm in aliquot tandem centurias excreuiſſent, harum primò quatuor, autoritate & permiſſu FERDINANDI Imp. (piæ recordationis) Anno Christi M.D.LXIII. Sacratiſs. Maieſtatis ſuæ filio verè γνησίῳ MAXIMILIANO II. Cæſ. velut tutelari Numini nuncupatim conſecratas, in

Digitized by Google

publicum exire permiſi: quas cùm S.M. humiliter offerri curaſſem, eas non modò hilari, exporrectáque fronte, ac manſuetudine verè regia ſuſcepit: Verumetiam literas, cum inſigni quodam ac tanto Principe digno Munere ad me cohoneſtandum clementer tranſmiſit, in quibus perhumaniter ſemet hanc primam Cameralium obſeruationum fœturam legendo percurriſſe, ſuiſque præcipuis Anteceſſoribus (quos tum in aula plures, & quidem lectiſſimos habebat) perlegendam tradidiſſe fatetur: & cùm ex eorundem relatione cognouiſſet, hoc quale quale opuſculum non in mediocre iuris ſtudioſorum atque literariæ Reipubl. emolumentum vergere, eius quoque nomine gratias mihi agendas eſſe, atque ad alia eius generis plura edenda cohortandum me, inuitandúmque benignè admodum cenſuit. Extiterunt tamen mox aliqui maleuoli alienarum lucubrationum Cenſores, qui inuidentiæ nimiùm indulgentes, has meas Obſeruationes canino arrodere dente conati ſunt, quaſi harum promulgatione publica Imperialis Cameræ, ſiue iudicij ſecreta aduerſus datam fidem propalaſſem. Attamen impudentem hanc ipſorum criminationem tertio pòſt anno, ſingulari quodam ſcripto (quod tùm eiſdem meis centuriis ſub incudem reuocatis, & in lucem denuò emiſſis præpoſueram) ſatis, vt ſpero confutaui: Neque quiſquam ignorat, ea non eſſe, nec dici arcana, ſiue ſecreta poſſe, quæ in vtramque à litigantibus, eorúmque patronis partem diſputata, tutatáque ac tandem publica iudicantium pronunciatione definita ſunt.

Cùm autem non multò pòſt, ex plurium noſtri ordinis doctiſſimorum hominum literis, peramanter ac honorificè ad me ſcriptis, intellexiſſem, hanc primam obſeruationum Imperialis Cameræ fœturam, non modò iuris candidatis, ſed cauſarum etiam patronis, ac iudicandi munere fungentibus pergatam acceptámque fuiſſe, & eandem cùm in Germaniæ, tum aliarum quoque prouinciarum ac regnorum Academiis in honore eſſe, (id quod crebræ earundem allegationes à pluribus magni nominis Anteceſſoribus in ſuis lucubrationibus factæ, abundè teſtantur) illas anno ab hinc octauo ſub incudem reuocaui, & quinta tum centuria auctas, Illuſtriſſ. Electori Auguſto, tanquam ſummo iuſticiæ, legúmque ſacrarum vindici atque propugnatori dedicatas, rurſus publicum videre iuſſi, prælóque commiſi, vt ſic aliis, etiam me longè doctioribus, anſam ad imitandum darem. Præſtitit quidem paucis ab hinc annis operam in eo ſcripti genere ſtrenuam, atque vtiliſſimam Andreas Geilius, Iuriſconſultus noſtra ætate non incelebris, tam in practicis ſuis obſeruationibus, quàm in libris, ad duas grauiſſimas Imperij conſtitutiones, De pace publica, & de pignorationibus conſcriptis, in quibus meliore ipſum ordine, ac ſtylo pinguiori vſum eſſe, palàm profiteor: multa tamen eum (quod venia ipſius dictum eſto) ex meis, multis retrò annis in lucē publicatis, ſingularium obſeruationum Imperialis Cameræ centuriis mutuatum eſſe, ſuiſque fruſtillatim ferè infarſiſſe, nulla vel mei nominis, vel mearum obſeruationum in toto ſuo opere facta mentione, in comperto eſt: idque doctiſſimi quique non atte-

Digitized by Google

atteſtantur ſolùm, ſed potius admirantur, An verò hoc eos, qui iuſticiæ Sacerdotes, legúmque Magiſtros ſeſe profitentur, deceat, cuiuſque boni atque ingenui viri iudicium eſto. Illud profectò à me, cùm in prædictis Cameræ obſeruationibus, tum in aliis etiam meis lucubrationibus, quas publicas hactenus fieri permiſi, diligenter ſemper obſeruatum eſt, vt ſi quæ ex aliis, qui ante me ſcripſerunt, eiſdem intexuiſſem, à quibus id acceperim candidè atque ingenuè profiterer, neq; mihi alienæ induſtriæ laudem, ſuppreſſo ipſorum nomine adſcriberem, arrogarémque id, quod alij iam antea literis conſecraſſent: Eſt enim benignum, & plenum ingenui pudoris, palam fateri, per quos profeceris, quorúmque opera & induſtria in tuis te ſcriptis adiutum ſenſeris. Quem quidem candorem, non Plinius modò, ſed iudicij etiam humani ratio, ciuiliſque ſenſus naturali quadam æquitate ac prolepſi nulli non inſinuat. Sed vt eò, vnde digreſſus ſum, redeam. Poſtquam aliquot ab hinc annis ab inclyto Principe Iulio, Domino meo clementiſſimo, à Cancellariatus functione, (quam ſub Duce Henrico Iuniore, piæ memoriæ, & poſt ſuæ Celſit. felicem ex hac vita deceſſionem, ſub eodem principe Iulio, annis ſeptendecim continuis ſuſtinui) honeſtam tandem, ob ingraueſcentem meam ætatem, impetraſſem dimiſſionem, & quinque priores mearum obſeruationum centurias, vt ſuprà quoque memini) Iuriſprudentiæ Candidatis, atque aliis noſtri ordinis viris clariſſimis, non ingratas fuiſſe intellexiſſem, mihique aliquantùm plus, quàm anteà, ſuppeteret ocij, nihil priùs habendum eſſe duxi, quàm vt priores reuiderem, & ad eundem modum, quem in eis obſeruâram, ex protocollis meis in cauſarum iudicialium relationibus à me, dum adhuc Aſſeſſoriatus munere fungerer, conſcriptis, præcipuas & memoratu digniores excerperem, eaſdémque ſimiliter publicas fieri ſinerem, vt ſic pro exiguo talentulo à Deo Opt. Max. mihi conceſſo, non Iuriſprudentiæ tantùm ſtudioſis, ſed Aduocatis etiam, & quorumcunque ſubſelliorum iudicibus rurſum gratificarer, iiſque quantum quidem in hac deuexa mea ætate liceret, denuò prodeſſem: donec in Comitiis publicis, promiſſum deciſionum Cameralium opus, (quod hoc quidem tam turbulento tempore optare facilius eſt, quàm ſperare) tandem perficiatur, ac publica Cæſ. Maieſt. cæterorúmque ordinum autoritate atque conſenſu promulgetur. Neque enim, meo quidem iudicio, alia commodior & vtilior ratio, in tanta opinionum varietate ad leges rectè intelligendas inueniri poteſt, quàm cupidæ legum iuuentuti ea oſtendere, quæ vſu & conſuetudine frequentata, moribuſque ac ſtylo iudiciorum, præſertim ſummorum Tribunalium, recepta ſunt: & facilè omnes, qui in legibus aliquantiſper verſati ſunt, intelligunt, quantum vtilitatis ex huiuſmodi obſeruationibus ac deciſionibus ad iuris ſtudium, maximè verò forenſem practicam, rediturum ſit. Huic autem meo operi reuiſo, ac ſub incudem reuocato, cùm rurſus patrono ac protectore peropus eſſet, nullum æquiorem, aut præſentiorem, nec ſi voluiſſem, potui, nec ſi potuiſſem, debui, Celſitudine tua, (Princeps Reuerendiſſime) expetere. Idque ex cauſis certè mi-

Digitized by Google

nimè vanis. Primùm enim, cùm priorum quatuor centuriarum: nuncupatio Opt. Imperatori MAXIMILIANO II. piæ & felicis memoriæ facta ſit: & eaſdem aliquot annis poſt, quinta centuria locupletatas, Electori AVGVSTO Saxoniæ Duci, tanquam acerrimo iuris noſtri propugnatori atque vindici, dedicârim: hanc meam tertiam eiuſdem operis editionem, prioribus emendatiorem, & multis mendis repurgatam, ac ſexta quoque Centuria auctiorem redditam, Tuæ Reuerendiſs. Celſitudini, veluti prædicti Electoris Auguſti ex ſorore nepoti clariſs. conſecrandam cenſui, vt quem non minus, quàm ipſum Auguſtum (auunculum tuum) firmiſſimum eſſe iuſticiæ præſidium, certò ſciam, nihilque ambigendum mihi ſit, ſi te defenſorem habeat, extra aleam inuidiæ hunc meum partum ſic renatum, abſque periculo in publicum denuò exiturum eſſe. Deinde cùm R. Celſ. tuæ erga me benignitatem non perſpectam modò, ac præſtitam, ſed deſponſam etiam in mentem reuocarem, mearum eſſe partium arbitratus ſum, publica aliqua ſignificatione gratitudinem reuerenter meam, ac demiſsè declarare, & acceptorum iampridem beneficiorum memoriam aliquopiam obſequio conteſtari, & futuri fiduciam promptitudine voluntatis alere, ac demereri. Denique quòd exiſtimem, huiuſmodi ſcripta, quæ ad iuſtitiæ, iuriſque dicendi propagationem ac conſeruationem ſpectant, principib. potiſſ. viris, qui rerumpublicarum gubernaculis præſunt, offerenda eſſe atque deuouenda: præſertim his, qui ab ipſis incunabulis liberalioribus ſeſe artibus ac ſcientiis mancipaſſent, quibus animum ad religionem puram, & iuſtam Reipublicæ adminiſtrationem præpararent. Te autem Reuerendiſſ. atque inclyte Princeps, ita ab ineunte ætate vitam tuam inſtituiſſe, vt præclariſſimas fortunæ dotes, quibus abundas, generiſque tui antiquiſſimam originem, ex quo multi Electores, Reges, ac Impp. olim prodiêre, pulcherrimis virtutibus, honeſtiſſimiſque humanitatis ſtudiis exornaſſe, fatentur vno veluti concentu omnes, qui te norunt, vt mox ſummam de te ſpem conceperint, magno cum emolumento Reipu. rerum maximarum adminiſtrationem tibi aliquando committendam fore. Atque ita effectum eſt, vt quàm primùm Archiepiſcopatus Bremenſis, per obitum Reuerendiſſ. atque illuſtriſſ. Principis Georgij Ducis Brunouicenſis, ac Lunæburgenſis. &c. cognati tui (piæ recordationis) vacaret, tu in demortui illius Archipræſulis locum ac dignitatem ſuffragiis concordibus, & ſingulari omnium beneuolentia ſucceſſeris. Quod idem poſt obitum Iohannis Comitis Hoienſis, Epiſcopi Monaſterienſis, docti, & in variis linguis diſerti, grauiſſimiſque in rebus Imperij Romani verſati Principis, (bonæ memoriæ) de diœceſi Oſnabruccenſi tibi communi aſſenſu omnium ſubditorum concredita accidit. Neque enim dubitabant, quin in eam Rempublicam cuius gubernacula tuæ fidei erant commiſſa, omnes curas, cogitationes, ſtudiáque collocaturus eſſes: idque re ipſa præſtari abs te, omnes tuæ ſubiecti poteſtati teſtantur. Et eam quidem ob rem, cùm haud multò pòſt, Padelbornenſis quoque Epiſcopus, grauibus ex cauſis Epiſcopatui, quem

tui, quem pro ſua reíque publicæ dignitate adminiſtraret, vltrò renunciaſſet, ad illius etiam Eccleſiæ adminiſtrationem, communi totius Capituli, ac primorum acclamatione euectus es. Nam cùm multa ex anteactæ vitæ geſtis tam animi tui, quàm conſilij documenta cepiſſent, admirabilémque prudentiam, quæ in te eſt, cum ſingulari pietate, humanitate, atque modeſtia coniunctam animaduertiſſent, eò propenſiùs ad te eligendum progreſſi ſunt. Atque vtinam multos in Germania præſules, ac Heroës tui ſimiles haberemus, qui Chriſtianam religionem, tot fluctibus ac procellis agitatam, tot vndique noxiarum ſuperſtitionum velut examinibus oppreſſam, quaſi ab interitu vindicare tandem conarentur. Id ſanè, ſi qui animum, cogitationéſque ad turbulenta hæc noſtra tempora, deformémque Imperij Germanici ſtatum paulùm retulerint, ardentibus ipſos votis à Deo Opt. Max. precaturos eſſe, non eſt dubium. Quid enim enumerare iuuat publicas noſtrorum principum diſſenſiones? quid recenſere, quàm luxata, quàm conuulſa ſint omnia Chriſtianæ religionis membra? quid bella denique longo iam tempore Imperio Germanico imminentia, ac tantùm non ceruicibus iam noſtris incumbentia, eloqui? Nota enim hæc ſunt etiam infimæ ſortis hominibus. Hiſce tamen, & multò pluribus id genus morbis, quàm grauiſſimis, facilè pharmaca adhiberi poſſent, ſi Reſpublica Chriſtiana quàm plurimos haberet Heroës tui ſimiles.

Horum námque ſingulari virtute, vitæque innocentia, atque omnibus numeris perfecta ſapientia, mox fulcirentur titubantia, ſedarentur tumultuoſa, tollerentur noxia, reducerentur ſalutaria: denique cuncta breui temporis puncto redigerentur ad iuſtam concordiam, & tranquillitatem optatiſſimam. Verùm de his ſatis, aut etiam nimis multa. Quod igitur reliquum eſt, abs te, Reuerendiſſ. atque Illuſtriſſ. Princeps, ſummis precibus contendo, vt qua ſoles æquanimitate, & ab omnibus prædicata humanitate aliorum ſcripta ſuſcipere, hunc quoque partum meum veluti renatum, & nitidiore amplioréque iam veſte ornatum, humaniter excipias, ac ſub ampliſſimi nominis tui ſplendore, velut tutelari numine, in publicum euagari ſinas, & à virulentis obtrectatorũ morſibus, ſi opus ſit, fauenti, benignóque animo defendas. Quod ſi feceris, ſatis vberes mei in hoc opuſculo impenſi laboris fructus percepiſſe videbor. Interim Deum Opt. Max. toto pectore oro. R. C. T. ad tutelam & incrementum Eccleſiarum & Chriſtianæ Reipublicæ diutiſſimè ſuperſtitem conſeruet: Omnéſque actiones tuas clementer proſperet, ac fortunet. Datæ Helmſtadij XIII. Kalend. Mart. Anno à Chriſto nato M.D.LXXXIV.

T. R. C.

Obſequentiſſ.

Ioachimus Mynſingerus à Frundeck. I. C.

¶¶ iij

ARNOLDI DE REYGER Præfatio

AD LECTOREM.

PRODEVNT denuò, amice & candide Lector, Mynſingerianæ Obſeruationes, antea ſatis notæ, ſed nunquam ſatis laudatæ, atque ita prodeunt, cum Auctoris autographo collatæ, correctæ & à me, ipſe teſtetur liber, multis acceſsionibus, præſertim nouis quibuſdam ſingularibus (vt vocant) quæ mecum celeberrimi quidam Domini Camerales, Aduocati & Procuratores, communicarunt, paſsim ſuis locis commodè inſertis, & ibi reperiendis auctæ, vt parum abſit, quin noui nomen ſibi adſciſcant commentarij, denique ita etiam prodeunt, vt iam extremam adhibitam eſſe limam, & poſthac nihil amplius additum vel adiectum iri, ſi me audis, tutò tibi perſuadere poſsis, nec enim eſt, quòd ab hâc poſteriorem exſpectes editionem. Si quis verò ſit, quem malè habeat, eundem toties recudi libellum, is ſuo ſecum animo reputet, ſemper prioribus editionibus noua acceſsiſſe augmenta, & nouas ſubinde adiectas eſſe notas, donec in hanc excreuerint amplitudinem, ita vt operi manus modò adhibita ſit vltima, & in cuiuſuis arbitrio poſitum, ſiue veteri, ſi quod habeat, exemplari vti, ſiue nouum coemere & ſibi comparare velit, ita vt nulla iuſtè conquerendi, ſi abſit calumnia, relinquatur occaſio. Deinde etiam aliis quod in eiuſmodi libris augendis & recudendis infrequens non eſt, nobis ſi ſyncerè agatur, vitio verti nec debet, nec ſine vitio poteſt, maximè ſi in conſiderationem veniat præiudicio incorruptam, exemplarium diſtractio, magnorum virorum & amicorum ſuaſus, hortatus & penè iuſſus, quorum auctoritati ſemper dicto audiens eſſe & cedere malo, quàm temerè refragari, item hic nullum ſpectari vel quæri priuatum commodum vel lucrum, ſed teſtor DEVM, bonum publicum, cui me totum deuoui, vnicam mihi Cynoſuram eſſe, quo nauis meæ curſum vertere & dirigere ſit animus, quæ etſi alienis potius, quàm domi natis (quæ tamen hic etiam non deſunt) onuſta mercibus in portum feratur & appellat, meminerint tamen ſcioli non minorem ei deberi laudem, qui aliena rectè colligit, & in vſum conuertit, quàm qui de ſuo quid depromit. Quod autem interdum prore natâ, à quorundam, qui D. Mynſingerum p. m. præter meritum erroris quandoque inſimulare non verentur, opinione diſcede & diuerſum ſentio, illi velim ſibi perſuadeant, me eò non tàm D. Mynſingeri p. m. famæ (quæ aliàs apud quoſuis doctos & honeſtos viros extra omnem aleam & periculum poſita eſt) quàm veritatis aſſerendæ & vindicandæ ſtudio impelli, quo ſi quis nomine mihi ſuccenſeat, is ſibi

potius

Digitized by Google

potius cum veritate; quàm mecum futurum bellum exiſtimet. Qui verò pios D. Mynſingeri p.m. manes petulanter arrodunt, contra quem, in viuis ſi eſſet adhuc, ne biſcere quidem auderent, etiam atque etiam cogitent, locum eſſe, vbi aliquando iſtius proteruiæ rationem reddi oporteat exactam, & ſi ipſi operi adeò elaborato & vtili non pepercerint, multò minus ipſorum aliundè concinnatis centonibus parſum iri, ſed futuros, qui & ibi calamum ſtringant, cùm plerúmque fieri ſoleat, vt iniuria in alium confiƈta, in Auƈtorem tandem recidat & redundet, cordatos viros reƈtius ſentire ſat ſcio, & omnes mihi meiſque laboribus benè cupientes plurimum ſaluere iubeo.

Digitized by Google

IN OBSERVATIONES MYNSINGERI AB ARNOLDO DE REYGER ELECTORIS BRAND. CONSILIARIO, affine, compatre & amico ſuo ſingulari, denuo editas.

NAturæ miraris opus, generis quod auiti
Naturam contra conciliauit aues?
ARDEA nil metuens ſuſpectos amplius vngues
Fœdere ſulconi iungitur innocuo:
Quem neque prædandi iuuat vſus, amórve nocendi,
Nec rapit, vt rabido deuoret ore cibos,
Sed peritura aliâs ſeruat, ſeruatáque promit,
Sedulus atque ſagax vſibus apta bonis.
Iamque ſenex ne fortè cadat labor irritus omnis,
Adſcito ſocio mandat adire vices,
Qui fidei memor exequitur commiſſa, cauétque
Ne pereant FALCO quæ retinenda dedit.
Deſine mirari, decet vt natura ſequatur
Iuſticiæ ductum nec remoretur eam,
Iuſticiæ in regno non fas eſt lædere quenquam,
FALCO igitur nec vult, nec nocuiſſe valet.
Deinde bonum quodcunque ſui non inuidet vſum:
Conferat hinc ſibi quod Falco parauit opum.
Tuque indigna premi, ſed promi digna perennes
ARDEA fac videant vt monumenta faces.
FALCONIQVE tuo comes ito per ardua, ſic vos
Inclyta coniunctim fama per aſtra vehet.

Thomas à Kneſebeck, in Tilſenn Septenuiralis Brandenburgicus Conſiliarius, & Præſes Iudicij prouincialis veteris Marchæ Stendalienſis, amicitiæ cauſâ faciebat.

AD

AD NOBILISS. CLARISSIMVMQVE VIRVM ARNOLDVM DE REYGER IVRISCONſultum.

MAgna quidem magni laus eſt & viuida fama
MYNSIGERI, Cleio quam dedit, atque Themis:
Tot ſcriptis lepidis totum clarata per orbem:
Scœuola ſit ſecli magnus vt ipſe ſui.
Tu laudis tamen & famæ tam nobile lumen
Auges, & multò clarius eſſe facis:
Cætera dum monumenta tui doctoris vbique
Colligis, & mentis dexteritate polis.
Membra quòd Hippolyti diſcerpta recolligit, olim
Æquatur ſuperis ſi Iouis ille nepos:
Quòd vitam ſimul & famam doctoris honeſtas
ARNOLDE, æterno nomine dignus eris.

N. Reuſnerus D.

QVas ARNOLDE tibi grates, quæ munera ſoluet
Litterulis operata bonis ſtudioſa iuuentus?
Quæ ſinuoſa ſacri verſare volumina Iuris
Diſcupit, & tacitis auet impalleſcere chartis.
Per te ceu ſuperas reuocatur ad ætheris oras
Nobilitatis honos, & gloria, Iuris & æqui
Æternum Columen Patrio tibi notus amore
MYNSIGERVS, eras cui maxima cura, paternos
Marte focos populante, bonas cùm ſedulus artes
Excoleres: hic nempe malo fuit vſus in illo.
Scilicet hæc edis præludia: fortis vt olim
Spargere collectam poſsis luctator arenam.
Perge per ingenuas extollere Nobilis artes
Egregium REYGERE caput, tibi maior ab illis
Surget honos, quam dira feret Bellona cruentos
Puluere ſanguineo feraliter oblita rictus.
Hoc geminum ſpondet tibi nomen: honoris amore
Verus es ARNOLDVS: quem ardua nubila tranat
Ardea: te Virtus radiantibus inferet aſtris.

M. VVolfgangus Heider Profeſſor
Dialectices & Ethices.

AD

Digitized by Google

AD NOBILISS. VIRVM VIRtute omnigena, generis ſplendore, & eruditione clariſſimum, Dominum ARNOLDVM DE REYGER, *I.V.D. conſultiſſ. Dn. & amicum plurimùm colendum,*

DE NOVA MYNSINGERI OBSERVATIOnum Editione.

SI, REYGERE, tuos mecum perpendo labores,
Quos vigil exantlas Iuris in arte ſacri:
Continuò tacitam ſubit admiratio mentem
Vnum tot geniis ſufficere ingenium!
Scilicet aſtripetens tua te ARDEA ad ardua quæque
Incitat; & tardâ ſerpere neſcit humo!
Mole ſub impoſtâ multi plerumque fatiſcunt:
Viuidior contrà tu mihi ſemper abis.
Nunc commentaris, nunc totas diſſeris horas;
Lectio nunc crebrò continuanda redit.
Nunc, quæ MYNSIGERO Cameræ obſeruata per Acta,
A chalcographico ſphalmate terſa polis.
Vt taceam Paratitla, tuus quæ parturit ales,
Vt ſileam heîc, alio commemorata loco.
Addere quid poſſum? niſi quòd, REYGERE, labores
Herculeis plures te ſuperare, putem.
Suffer eos, ARNOLDE (lubens ſufférſque) calores:
Hi tibi perpetuum promeruêre decus.
Aurum & opes fragiles dant vltima vota parentum:
Quas parit ingenium, non moriuntur opes.

Bernh. Pretorius, Ieſpurgenſis Cattus, P. L. ad Salam f. 4. eid. Sextileis, Ann. [illegible] ∞ IↃ. VIIC.

PANEGYRICVS

IN LAVDEM NOBILISSIMI ET MAGNIFICI VIRI, DOMINI IOACHIMI MYNSINGERI à Frundeck, Iuriſconſulti, Comitis Palatini, & Ducatus Brunouicenſis Camerarij hæreditarij &c.

Quo tàm familiæ primordia & res geſtæ præcipuæ, quàm vita Ioachimi Mynſingeri breuiter delibantur.

SCRIPTVS AB

HENRICO MEIBOMIO, POETA CÆSARIO, in Academia Iulia Profeſſore ordinario.

ME ſi cœlicolæ paterentur ducere vitam
Sponte mea, neque pauperies inimica volentis
Cœpta redargueret, mentis data dona ſecutus,
Articulos plectris, numeriſque ſonantibus ora
Molliter aptarem, procerûmque ingentia facta,
Aut hominum cœtu in medio, dulcine ſub vmbra,
Propter aquæ riuum, vel in alti vertice montis,
Exequerer meditatus opus, quod forſitan ætas
Poſtera, nec rude, nec limæ iurauerit expers.
Nunc ſors immeritum, variis infenſa procellis,
Deÿcit inceptis, & ad inferiora retrudit.
Dum tamen auguſtos tacita conſidero mente
Mynſigeri vultus, ſpirantémque ardua frontem:
Et ſubeunt animum, pro iuris honore ſeueri,
Pro patriæ comptu, tutáque ſalute Scholarum,
Suſcepti toties exantlatique labores,
Non ſenij tardante malo, non crimine ſecli,
Concitat indomitam mentem vigor altus, & omnes

Pellicit

Digitized by Google

Pellicit arcanas ad idonea carmina fibras.
Dij bene! non tantùm taurorum cæde boumque
Numina placantur: ſed primæ ſpicea meſſis
Dona probat Deus, & vili lenitur acerra.
Et feret, & noſtros non abnuet æquior auſus
Mynſiger, Europæ ſydus, Rhenique bicornis,
Spumantiſque Nicri decus indelebile, Sueuæ
Gentis honos, & Saxoniæ regionis Apollo.
Ille fauet Muſis, illi ſublimia dictant
Carmina Pierides, illum facunda mouentem
Plectra ſuis infert tellus Alemana Poetis.
Et dubitamus adhuc virtutem extollere verſu,
Per fora, per vicos, per culta Lycea, per vrbes,
Qua Sol exoriens vaga nubila diſiicit, & quà
Lora fatigatis ſoluit nodoſa caballis?
Ne iuuenes, ne talem animis adſueſcite ſenſum:
Hæc eſt materies in qua ſudare poetas
Conuenit, & meritæ precium depoſcere palmæ.
Vrbs antiqua iacet Nicri flauentis ad amnem,
STVDGARDA, Heilprunum contra, Francóſque potentes,
Studgardia Ducatus VVirtembergenſis Metropolis.
Diues agri, diues pecoris, quam belliger olim,
Temperie cœli motus habitùque locorum
Conſpicuo, ſtatuit Charitinus, ad æthera turres
Educens validas & propugnacula condens
Edita murorum: nunc ſtemmate clarus auito
Magnus Vdalricus, cui VVirtemberga potenſque
Teccia, cui montis Peligarti regia ſeruit,
Imperio premit & tranquilla pace tuetur.
Mynſigerum hæc auris vrbs dulcibus intulit, alta
Anno Chriſti 1514.
Nobilitate ſatum: quæ pictos ordine vultus
Maiorum oſtentat, præclaráque facta repoſtis
Explicat è chartis: vt quondam tempore longo
Helueticos montes habitârit & arua Sabaudis
Familia Mynſingerorum, cæſo Leopoldo Archiduce Auſtriæ, cum aliis, nobilibus ex Heluetia eiecta eſt, Anno Ch. 1385.
Proxima, conſilio pollens cenſúque viríſque.
Vtque LEOPOLDO ſub principe quaſſa procellis
Fortunæ inſtabilis notis excedere regnis,
Exilioque domos mutare & limina cara
Iuſſa ſit, aduerſo caderet cum ſydere princeps,
Et vita & regnis tumido ſpoliatus ab hoſte.
At pius & ſortem miſerans, diſcrimine tanto,
Arbiter Imperij, profugis ſolamina damni
Attulit, & monteſa dedit caſtella laréſque,
Quà vetus abluitur turgenti SVEVIA Nicro.
Frundeck caſtrum ad Nicrum.
Nulla labat virtus: quoties graue brachia palmæ
Vrget onus, ramóſque premit duriſſima moles,
Emicat impatiens, contráque grauantia ſurgit
Pondera. Mynſigeros non inclementia fati

Digitized by Google

Terruit aduerſi, partæ fiducia laudis
Spem dedit, atque metus euulſit inobruta ſegnes,
Doctrinæ ſubnixa bonis oriſque diſerti.

Iohannes Mynſingerus Conſiliarius Friderici III. Imper. Eques auratus.

Pacis amans & pacis habens laudabile nomen,
Tertius Auſonij FRIDERICVS gloria regni,
Membra ſacri de more legens facunda Senatus
Extulit ingenij cæleſtis acumine clarum
Mynſigerum, cui naſcenti (ſic ſcripta loquuntur)
Fecerat agniferi nomen vicinia vatis,
Extulit, & ſecreta domus regnique patentis
Noſſe dedit: non conſilio: non præpete lingua
Illo maior erat: vicit ſpem Cæſaris ardor
Iuſtitiæ & præclara fides in munere magno.
Ille Palæſtinas cum Cæſare vectus ad oras,
Bethlemias turres, atque Hierichuntidis hortos
Luſtrauit, veterémque Tyrum Gazámque remotam:
Felicéſque olim Solymos & nobile buſtum.

Iohannes Mynſingerus cum Imp. Friderico III. Hieroſolymam profectus.

Vicit iter durum pietas, & opinio ſecli
Illius, inque piis deuotio mentibus hærens.
Sed reduci ſortis manſit tenor æquus & idem.
Emeruitque ſuæ precium virtutis honeſtum,
Auricolos orbes, pictaque inſignia torquis.

Ioſephus Mynſingerus Cancellarius Caroli & Ferdinandi AA. in ducatu VVirtembergico.

Contigit huic patriæ laudis non degener hæres,
Iuris & eloquij celebratus laude IOSEPHVS:
Ille memor magni generis, poſt mille ruinas,
Rurſus in antiquam virtutem & iura reduxit
Stemma celebratum: quin Cancellarius oræ
VVirtenbergiacæ, Carolo ſub Cæſare, veris
Eiectis ducibus, rerum tractauit habenas.
Thure viro Tubinga lita: tibi priſtina iura
Reſtituit, cenſuſque nouos, Martiſque furore
Diſperſas olim Muſas in tuta locauit.

Liberi Ioſephi Mynſingeri.

At proles numeroſa viro: ſeptem ordine natæ,
Septem etiam nati, mentis vigor omnibus idem,
Idem erat & genius, famaque venuſtulus ardor.
Pars bellum voluere ſequi, & concurrere ſignis
Aduerſis, viréſque ſuas oſtendere in armis.

Iohannes Mynſingerus.

Gallica IOHANNES peragrauit regna, quietáſque
Excoluit muſas: ſed vix puerile iuuentæ
Exierat tempus, Martis placuere labores
Indocili reſidere domi: noméſque profeſſus
Cæſaris in caſtris, robuſto corpore & armis
Militiæ adduxit iuuenes, equitúmque magiſter
Expeditum cuneos & turmas rexit equeſtres.

VVernerus Mynſingerus peſte periit obſidione Metenſi.

Additus huic belli ſocius VVERNERVS eiſdem
Dotibus emicuit: nec belli cautius artes
Quiſquam exercebat: ſeu ducto claudere vallo

Mænia

Digitized by Google

Mœnia:ſeu pugnæ faciem componere tutam
Vellet, & aduerſos acies exciret in hoſtes.
Ille Metim Imperio auulſam cum Cæſare magno
Obſedit:ſed præſidiis quia tuta ſuperbis,
Romanas aquilas atque hoſtica Cæſaris arma
Vrbs contemnebat,dimiſſo milite cedens,
Cœpit tabifico ſenſim langueſcere morbo:
Qui moribunda diu populatus membra meatus
Tandem vitales & reſpiramina clauſit.
Aulica IOSEPHVS tractare negotia præſens,

Ioſephus Mynſingerus ſecundus Norimbergæ mortuus.

Fida ducis Guelphi cuſtodia tempore lætæ
Pacis erat:ſed Landgrauio graſſante ſuperbo
Captus ab hoſte fuit, vinclisque coercitus arctis
Ius libertatis precio precibuſque redemit.
Neridos extremò Capitaneus vrbis,in illo
Subſtitit officio ,præclaráque munia geſſit,
Nec minus egregiis HIERONYMVS inclitus auſis,
Claruit armorum ſtudijs,ſub rege Philippo
Belgica rura premens:vt luxuriantia regna,
Rurſus ad officium,proiectáque iura redirent.
Natus ad arma,dies rigidis tranſegit in armis:
Quem Mars non potuit, tandem mors atra ſubegit.
Præterea geminos,quibus idem vultus,idémque

Alii duo Hieronymi, qui in infantia extincti ſunt.

Nomen erat, raptos lactantis ab vbere matris,
Abſtulit atra dies:quibus ô ſi fata dediſſent
Maiores in luce moras, qui carminis huius
Materiam augerent factis illuſtribus eſſent.
At vaga ſcrutatus reuoluti ſydera cœli,
Fatidicáſque ſenum voces, pater,auguror,inquit,
Auguror, & ſortes, & conſcia ſydera ſpondent
Ingenium IOACHIME tibi, gazáſque ſuperbas,

Ioachimus Mynſingerus. Mynſingerus Dentatus. Alluſio ad inſignia Mynſingerorum gentilitia.

Nominis & ſublime decus ſeróſque nepotes:
Quid rogo naſcentis dens obſeruatus in ore?
Quid facies rutili deſignat idonea cœli?
Magnus eris:tu magna paras,te callidus vſu
Inſtruat accipiter,quem nulla iniuria viſci
Figit humi, ſed Marte potens,metuendus & vngui,
Remigio alarum ſubluſtria nubila tranat.
Vidi ego,nec fallor,cunis venerabile numen
Aſſediſſe tuis:vultúſque gementis amicè
Admotâ mulſiſſe manu.Themis aurea præſes
Iuſtitiæ cœleſtis erat, dextráque gerebat
Cyaneo compactum hyacintho auróque volumen.
Annuit & riſu dilecti verba parentis
Vltima proſequitur puer,atque iacentis in ore
Non intellectæ ſonuerunt murmura vocis.
Vix cunæ audierant totum vagire per annum,

Semina mox patriæ virtutis & indolis altæ,
Exhibet in tenero genialis gratia vultu.
Quem rapit ad frugem ſacer impetus, æſtuat annis
Viuidus à teneris, obiectáque clauſtra reuellit
Viribus obnitens & in ipſo flore laborat.

Anno ætatis ſeptimo literis mancipatus Mynſingerus ſub Alexandro Marcoleone Ludimagiſtro Studgardiæ.

Septima præcurrens ſterilem vindemia brumam
Ceſſerat, auſpiciis iuſſuque parentis amati,
Mynſiger Aonidum ſedes patriæque Lycæum
Lætus adit, ſtudiiſque operam puerilibus addit:
Et modò Grammatices per ſepta vagatur, amænos
Nunc Logices campos & formoſiſſima tempe
Rhetorices luſtrat, quantúmque ſcientia creſcit
Tantùm amor exardet doctrinæ artiſque parandæ.
Obſtupuere ſenes præſagáque pectora fructus
Prædixere nouos euentáque grandia rerum.
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus,
Ingeniúmque capax pueriles hauſerat artes:
Exarſere faces animo, ſubit inquies ardor
Diuerſos luſtrare locos cauſáſque latentes,
Et rerum indagare vices, orbémque beatum
Doctrinæ omnigenæ certo cognoſcere niſu.

Dola vrbs Burgundiæ eò miſſus eſt Mynſingerus Anno ætatis ſuæ 13. vnà cum duobus Truchſeſſis Baronibus de VValtpurg. &c.

Mynſingerus In primo ætatis flore Poëſi addictus.

Excipit hoſpitio iuuenem Burgundia, & artis
DOLA potens, mercéſque ſuas, opulentáque pandit
Atria iuſtitiæ: tum nactus idonea mentis
Emicuit genius tepidóque efferbuit æſtu.
Torruit accenſo feruens ſitus ora palato,
Incaluítque iecur tremulum: iuuat ire per altum
Aonas in montes, ſacriſque Aganippidos vndis
Innocuas merſare manus, & tingere vultum.
Felices quibus iſta licent! ignaua ſiniſtris
Turba vacat curis, & quæ cæleſtia ſpirant
Degeneres tetigiſſe pudet: qui pectore fœto
Afflatus calidos, arcanaque robora motus
Concipiunt, per ſumma volant, ſuperûmque fruuntur
Alloquio, vincunt animis mortalia & vmbras,
Securi interitus: quia nam poſt fata ſuperſtes
Ex merito nomen, victuráque fama reſultat.
Vt vidit teneros Iuuenis Latoius auſus
Obſtupuit, nympháſque vocans: en floſculus, inquit,
Floſculus vmbroſæ decus admirabile ſyluæ,
Floſculus intacti decor inuiolabilis horti:
Solſticium flori defendite, fundite puros
In caulem latices, & noxia pellite monſtra,
Erucas, tineæque genus, raucáſque cicadas.

Themis.

Aduolat innuptæ Themidi vaga fama, nouóſque
Fatidici plauſus Phœbi, & noua gaudia prodit,
Multa ſuper puero referens, ſuper indole multa.

Pratinus

Digitized by Google

Protinus in curas venit, & noua pectore verſat
Conſilia, vt ſtudio famæ venientis Ephebus
Romuleas leges, & plebiſcita Latinæ,
Pro dulci plectro celebret, regúmque potentes
Conſiliis aulas & publica commoda ſeruet.
Ergo his Mynſigerum dictis affatur ephebum.
Nate domo magna, magnos geniture nepotes,
Quid ſtruis? aut qua ſpe ſtudiis teris otia vanis?
Nullus vt à miſeris cenſus, rerúmque poteſtas
Proueniat Muſis, languentis crimine ſecli,
Nota tibi, & fidi monuit vox crebra magiſtri:
Quo circa diſcede retrò: ſublime tribunal
Iuſtitiæque vocant te pulpita ſancta ſeueræ.
Si nulla exſtimulat tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tuo moliris honore laborem:
Fortunam imperij, & temerati crimina iuris
Reſpice, cui regnorum habitus, moréſque nouandi:
Dixerat, inque leuem ex oculis euanuit vmbram.
Hic verò victus Iuuenis ſe tollit ad auras,
Affatúrque Deos & verba precantia fundit:
Dij patrij, ſeruate Scholas, ſeruate magiſtros,
Veſtrum hoc officium eſt, veſtróque in numine gaudent:
Cedo lubens, nec Diua tibi parere recuſo,
Si modò, quem memoras, euentus cœpta ſequatur.
Ergo omni ſtudio Latij fundamina Iuris Mynſingerus confert ſe ad ſtudium Iuris.
Aggreditur, titulóſque breues, conciſáque verba
Excutit, inque ſuas ſinuoſa volumina cartas
Seruatâ ſerie, & molis compage ſolutæ
Cogit, & in memori corpus ſibi mente figurat.
Quot titulos Codex, Digeſtáque ſancta recenſent,
Enumerare poteſt: vt iura antiqua Nouellæ,
Pontificúmque iterum tollant Decreta Nouellas:
Quæ ſit Feudorum doctrina, quid aurea Bulla
Sanciat, Imperij quid conſuetudo requirat,
Nil indiſcuſſum linquens veſtigat, & aptis
Vocibus, abſterſa rubigine, terſius effert.
Præcipuè aduertit, quid ſit commune, quid vſus
Approbet, inque foro quid ſtridula roſtra ſequantur.
Talis erat legum fax nobilis Immola: talis Alexander ab Immola. Bartolus. Philipp. Cornæus.
Bartolus, & qui ſe Cornæum nomine dixit,
Egregius legum vertex & Iuris aſylum:
Qui nec adhuc iuuenes, nec iam pueri, indole freti,
Dulce rudimentum primo poſuere ſub æuo.
Signa recenſuerat bis ſol ſua, tertius ibat
Annus, & aerias tranſcendere Mynſiger Alpes
Geſtijt: artiſt votis fortuna probatis, Mynſingerus ad Academiã Patauinam ablegatur.
Medoacique lacus, Patauináque mœnia ſoſpes

Ingreditur, miratus opes, præcinctáque vallo
Mœnia turrigero: miratus ſacra Mineruæ
Atria quadrato collegia ſtantia ſaxo.

Viglius Zuichemus Iuriſconſultus, Patauij Inſtitutionum Imp. tum Profeſ.

Imprimis auidas ZVICHEMVS VIGLIVS *aures*
Detinuit Iuuenis quoties ſuggeſta teneret
Arduus, & legum nodos, obſcuráque ſenſa
Excuteret magna iuuenum ſtipante caterua.
Quò non laudis amor penetrat? faſtigia rerum
Obtinet, æqualéſque ſuos diſcrimine longo
Anteit, & ſpacio reſides præcurrit aperto.

Poëmata à Mynſingero edita, Neccarides, Naufragium Venetum, Batrachomyomachia Homeri. Exhortatio ad bellum contra Turcas ſuſcipiendum. Hymni & Epigrammata.

Blanda ſed in rigido ſudantem iure Camœna
Sæpius inuitat, facundáque carmina laſſo
Suppeditat, curæ ingentis, ſtudiíque leuamen.
Et modo Neccaridas, Venetíque pericula Ponti,
Belláque ranarum, atque opus implacabile Martis,
Carmine deſcribit: modo ſacro percitus œſtro
Imbelles elegos Diuorum laudibus aptat:
Inque pharetratos orditur claſſica Turcas.
Carmina nunc querulus tumulis inſcribit amicos
Nunc inter riſum ſale quærit, & arguit iras,
Diſcutit & tetricas moroſo è pectore curas.

Barbara Cellaria copulatur Mynſingero.

Quàm benè Neccaridas & patria numina cantas
Mynſiger! ô felix operum, cœptíque laboris!
Scilicet ingenti diues CELLARIA *cenſu,*
Diuitior forma caſtóque ſuperba pudore
Nympha, tuos intrat thalamos, preciumque Poetæ
Dulce venit, felix operum, cœptique laboris
Mynſiger! hanc viridi redimitus palmite frontem
Dat Nicer, vt tecum, dulci pro carmine, vitam
Exigat, & triſtes depellat idonea curas.

Vdalricus Zaſius Conſtantienſis LL. Doctor & anteceſſor in Academ. Friburg.

Iámque per Europæ famam collegerat vrbes
ZASIVS *eloquio & rerum ſucceſſibus auctus,*
Et vidiſſe virum, vocemque hauſiſſe docentis
Indicium virtutis erat: neque nomine docti
Cenſeri poterat, qui non facunda docentis
Audierat commenta ſenis, ſenſuſque repertos.

Mynſingerus ad Academiam Friburgenſem proficiſcitur.

Excipit hunc auidâ rumorem Mynſiger aure:
Conſilióque patris, monitiſque fidelibus vſus,
Ardet adire virum doctáſque haurire loquelas
Conſeſſu in iuuenum, ſeríſque viatica canis
Quærere ſudando: petit ergò clara FRIBVRGI
Mœnia, quæ liquidis argenteus alluit vndis
TRAESIMA, *Briſgouiæ princeps: fidiſſima coniux*
It comes, & faciles ad herilia iuſſa miniſtræ.

Zaſius moritur anno Chr. 1539. ætatis ſuæ 74.

Altera tranſierat poſt primam bruma, nec vltrà
Eſſe ſinunt Parcæ terris tàm nobile lumen:
In medio rerum curſu, ſtatione peracta.

Decubuit

Decubuit, ſuperóſque vocans animam exhalauit.
Vt ſenior letho torpentia lumina ſoluit,
Agnouere viri tot in vno pectore dotes
Mynſingerus Profeſſor Inſtitutionum, deinde Ordinarius Friburg.
Mynſigeri, auguſtámque fidem & pietatis amorem,
Conſtans iudicium mentis, robúrque virile,
Expertéſque doli mores: ea cura peritos
Admonuit, iuuenem precibus tentare benignis
Mynſigerum: emerito miles nouus: integer annis
Succedat, ſeruétque vices: cui diuitis vber
Ingenij cultus, rerumque ſcientia velox
Ante pilos veniens dicenda tacendáque donet.
Tum verò eluxit ſolito prudentia maior,
Euentuſque ſuos voces habuere ſeniles,
Fatidicique patris præſagia largiter ingens
Exitus impleuit: primæ lanuginis ætas
Auſa ſenectutis immenſáque pondera ſuffert:
Pulpita conſcendit magno decreta paratu
Interpres legum, diſcentûmque agmina circùm
Lecta ſedent, inhiántque animis frontémque ſtupeſcunt.
Hos nitor eloquij lepidus mouet atque facultas:
Illos forma decens, ſtirpiſque propaga vetuſtæ,
Gratior & culto veniens è corpore virtus.
Hei quàm difficile eſt adamata relinquere! curis
Auſtriadeq Mynſingeri editæ anno 1540.
Addictum grauibus, præclaráque texta ſonantem,
Sollicitant furtim Aonides: iam tempora ſomno
Detrahit, & vacuas furatur callidus horas,
Pieriumque melos fingit, fidibuſque Latinis
Semideos proceres & laxi culmina mundi,
Auſtriacóſque Duces, & facta immania condit.
Obſtupuere Deæ, plauſítque binomius Iſter,
Et Lycus, & ſpumoſus Iler, Gynſuſque citatus,
Bernicuſque rapax, ripæque paluſtris Egiſſus,
Blauus, & algentes eructans Nendus arenas,
Et cum Prygenio Pregnus, Nabiſque ſonorus.
His animaduerſis concordi voce Senatus,
Mynſingerus renunciatur Iurium Doctor ætatis anno 23.
Eſt iuueni decretus honos, tituluſque ſupremus,
Pileolique gerens Tyrios de more colores
Succeſſit cathedræ, delatáque nomina ſumpſit.
Ille dies primus famæ primuſque bonorum
Cauſa fuit, neque enim clauſtris metáque tenetur,
Nec iam finitimas obſcura perambulat vrbes,
Sed ruit, & varias diſcurrit fama per oras.
Interea crepero fremuit Germania bello,
Bellum proteſtantium anno Christi 1547.
In partes diuiſa duas, populíque propinqui,
Cognatæque acies, eliſo fœdere gentis,
In commune nefas, vetito maduere cruore.
Bello nulla ſalus, bello reuerentia legum

Digitized by Google

Interit & ſanâ ſtat pro ratione libido:
Vis pro lege valet, ius eſt in viribus omne.

Anno 1548. habentur Comitia Auguſtæ Vindelicorum, poſt ſopitum bellum Proteſtantium.

Sed calidos æſtus, ſæuúque incendia belli,
Parte aliqua vt tandem reſtrinxerat arbiter orbis
CAROLVS, & ventum ad leges, momentáque pacis
Conuentu indicto, quà Rhetica iugera campis
Vindelicis medius diſterminat Alpibus ortus
Aereus Lycus, Auguſtæ prope mœnia amœna:
Conſilia explorat procerum tractatáque pridem
Aduocat in medium, placidíſque hortatibus vrget:
Dent operam quaſſata graui Reſpublica caſu
In melius redeat, ſignatáque iura tribunal
Perſonet, & dubias dirimat ſententia lites
Lance graui penſata prius multóque labore.
Et quanquam multi obſtabant furialibus auſis
Iuſtitiæ immemores, rectæ & rationis egentes,
Cauſſando impenſas magnas ſumptúſque profuſos:

Iudicium Cameræ Imperialis reſtauratur.

Nec ſtudio egregio, nec cœptis Cæſar honeſtis
Defuit, aut rerum perculſus turbine differt.
Inſignes ſuper arte viros, legûmque tenaces,
Queis cordi ſincera fides, non illita fuco
Compoſitum ius fáſque animi purique receſſus
Mentis, & incoctum laudato pectus honeſto,
Inuitat preciis, & congrua præmia ſpondet.

Mynſingerus aſſeſſor Iudicij Cameræ Imperialis.

Ipſe inter primos florentibus integer annis
Mynſiger accitur, qui ſeruantiſſimus æqui:
Cuius in ambiguis nunquam fallentia rebus,
Sæpius externi proceres conſulta requirunt.

VVilhelmus Comes à Zimbern. VVilhelmus Comes ab Eberſtein. Ioan. Epiſco. Oſnaburg. Comes ab Hoia. Vlricus Comes de Monfort.

E latebris virtus vbi prodit & aſpicit auras,
Omnia perrumpit, ceſſatáque fœnore largo
Commoda producit, fructúque niteſcit opimo:
Et quantum humani poſſunt ſe tendere greſſus,
Accelerat nitens, nec abeſſe putatur Olympo.
Laudat Cymberius Comes, & cognominis ipſi
Fortis Eberſtenius, ſolertis acumen & auram
Ingenij: laudat princeps Hoianus, & alter
Qui ſua de forti ſumpſit cognomina monte.
Spes erat in curſu longùm fruitura diſerta
Atria Mynſigero: verùm inclementia cœli,
Sanguine corrupto lentas accendere febres
Sueuerat, & notas membris ſubducere vires:
Ardet abire fuga, aduerſáſque relinquere terras,
Dum licet, & morbi cauſas vitare cientis.

Henricus Iunior Dux Brunſuicenſis & Lunæburg. ambit Mynſingerum.

Audiit hæc GVELFVS, quo non laudatior alter
Siue fide, ſeu quis bello eſt expertus, & armis:
Qui modo Saxonicas infuſa pace per oras,
Omnia colluſtrans quæ bella iniuria terris

Haſſe-

Hactenus intulerant irritamenta malorum,
In fora neglectas leges, rituſque verendos
Et iuris decus antiquum reuocare parabat:
Conſiliumque tegens, delectos ordine ab omni
Mox oratores ad priſcæ mœnia Spiræ
Ire iubet, iuſſis inſtructos mitibus omnes,
Donáque ferre viro, & veniendi exponere cauſas.
Nec mora feſtinant iuſſi, ſcopulíſque relictis
Hercynij montis, Cattorum rura ſoliumque
Francorum florens adeunt Nemetéſque vetuſtos:
Quà pater obliquo decurrit flumine Rhenus:
Inueniuntque virum: poſtquam data copia fandi
Exponunt mandata Ducis: ne tempore tali
Exuat obſequium, & munus detrectet honeſtum.
Talibus attonitus monitis, immota tenebat
Lumina, & augurium patris ſub corde premebat,
Tandem lætus ait: noſtri ſi tanta cupido,
En adſum, cedóque libens: Dij cœpta ſecundent:
Nulla mora eſt, feret hæc aliquam mihi fama ſalutem:
Me per difficiles anceps fortuna labores
Iactatum hac demum voluit conſiſtere terra.
Quicquid id eſt, mando ſuperis genióque benigno.
Hæc effatus iter celerat, cùm vere tepenti
Mulcebant Zephyri flores gemmæque tumebant
Palmite de grauido, turgebat in arbore ramus:
Soſpes & ingreditur regnata Otthonibus arua.

> Mynſingerus fit Cancellarius Ducatus Brunſuicenſis anno 1556.

Maſcula belligeri Saxonia filia Martis,
Quis tibi tunc oculis cernenti talia ſenſus?
Quóſve dabas plauſus? cùm cuncta redire videres
In melius, fatíſque datos emergere fructus.
Qualis erat forti Neſtor longæuus Atridæ:
Ilioneus Phrygio Æneæ: tibi, Diue Lothari
Irnerius: talem ſe Guelpho, aulæque magiſtris
Mynſiger oſtendit, nec quiſquam ex agmine tanto
Ingenij faciem, linguæque volubilis æquat.
Hic primùm variata fidem fortuna fefellit:

> Eodem anno 29. Nouembris Mynſingeri prima vxor moritur, ſepulta VVolferbiti.

Dum conſortem omnis curæ, caſúſque leuamen
Amittit, procul à patria, fidíſque propinquis.
Ipſe tamen ſolans informes carmine luctus,
Te dulcis coniux, te ſpes ſuauiſſima vitæ,
Te ſurgente die, te declinante canebat.
Saltem ſi qua viro de te ſuſcepta fuiſſet
Ante obitum ſoboles, ſi quis modò Mynſiger infans
Luderet ante pedes, qui frontem vtriuſque referret:
Non equidem poſſet planè deſertus haberi.
Quid faceret? quò ſe ſpoliatus coniuge ferret?
Qua ratione ſuos regeret, quibus artibus ædes,

Signa Deus bis ſex pleno luſtrauerat orbe:
Ex quo relliquias, defletáque coniugis oſſa
Condiderat tumulo, medij ſub fornice templi:
At Iuno miſerata virum, ſortemque dolendam
Mynſingeri, viduo mœſtum diſcedere lecto
Admonet, obliquátque preces operoſa benignas:
Spémque facit dubiæ menti, ſoluitque timorem.

Agnes ab Oldershauſen Henrici Mariſchalli Ducatus Brunſuicenſis filia, altera Mynſingeri coniux.

Ergo Saxonicæ connubia virginis ambit,
Cui genus à proauis ingens, quam ſplendidus auro
Cultus, & egregiæ commendat gratia formæ.
Nec moroſa preces, & amantis mollia vota
Virgo repugnanter ſpernit, ſed pectoris æſtus
Faſſa ſui, pariléſque faces promittit amorem
Perpetuámque fidem fidumque per omnia fœdus.
Haud mora: conſtituunt ſancto ſponſalia ritu:
Ducitur inque domum vidui noua nupta mariti.
Iam deuota toro, iam iuſto nubilis æuo.
Non deerat lepido genitrix Æneia ceſto,
Non pharetratus amor, non ingenioſa Mineruæ.
At chorus illuſtris Dryadum clamore propinquos
Implebant ſaltus, fingebant carmina plectris
Lenibus Occarides, vox collibus icta redibat:
O digno coniuncta viro! tibi lucidus æther,
Et tellus opulenta fauet, vos pura voluptas
Copulat, & placido concordia mitis amore:
Sis felix, fœcunda viro, ſis æmula vitis,
Vt natos natorum, & qui naſcentur ab illis,
Ante triumphales videas conſiſtere portas.

Participem curæ nactus ſociámque laborum,
Munia rurſus obit, cœptíſque ardentiùs inſtat
Huc illuc voluens oculos meditatáque pridem
Conſilia euulgat: nam quanquam debitus ipſi
Iuſtitiæ locus, & reſpectus legibus eſſet,
Quàm latè imperium ſe principis extendebat:
Emendare tamen voluit, quòd litibus ortis
Re ſuper ambigua, non appellanda patebat
Curia Prætoris: nec iudiciaria cauſa
Suprema adduci ritè ad ſubſellia poſſet.

Ordinatio Dicaſterij Ducatus Brunſuicenſis à Mynſingero edita.

Certam igitur methodum, & formam delineat aptam
Iudicij, facilémque viam, & compendia monſtrat
Corporis in faciem ſolidi diſperſa coarctans.
Collaudat Princeps operas, mittítque legendum
Ordinibus ditionis opus tibi, FERDINANDE,
Qui ius imperij fratris ſucceſſor habebas,
Mittit idem, ſuppléxque petit munimen ad hoſtes,
Qui iuſtum ſimulant & iuſta impunè laceſſunt.
Comprobat aſſenſu Cæſar ſancita, grauéſque

Indicit

Indicit mulctas violantibus, admonet omnes,
Ut monitis inſtent atque inconceſſa relinquant.
Excipit ingenti tellus Brunonia plauſu
Principis ingentes auſus, ſanctoſque labores
Mynſigeri crebris ſuper æthera laudibus effert.
Vos, quibus eſt ſtudium prælustribus addere famam
Heroum meritis: quibus eſt cuſtodia laudis
Credita promeritæ, mandate ſequentibus annis,
Legibus ut ſanctis, æquo & moderamine iuſti
Maieſtate dato Reſpublica creuerit, vtque
Diua refloruerit protrito Aſtræa tumultu.
Quàm fœcunda ſacri prouentus copia, fontis
Inſtar inexhauſti, per publica tecta, per ædes
Priuatas ierit, fructúſque refuderit amplos.
At GVELFVS poſtquam flauentis ad Occaris amnem (**Henricus Dux Brunſuicenſis & Lunæburgenſis obiit 1568.**)
Clauſerat emeritos fatorum legibus annos:
Sceptra loci rerumque capit moderamina princeps
IVLIVS: Eois cuius iactatur in aruis
Fama, per occiduos eadem validiſsima tractus,
Ille repurgatis indulgens otia terris,
E medio cauſas atque irritamina cladum
Abſtulit, ille forum ſtabiliuit iure, ſenémque
Mynſigerum precibus precióque in munere tanto
Detinet, & titulis dignum clementer honeſtat.
Iámque decem numerans lapſæ ſexennia vitæ
Mynſiger, imminui robur, laſsique vigorem
Corporis, & notas ſentit decreſcere vires.
Id metuens, ſeniíque memor, quod funeris horam
Admonet, & flores adimit ſecémque refundit:
Nec dum etiam pietas, vitæque cupido ſeueræ
Exciderant animo: ſedet imis ſenſibus horror
Criminis inuecti, & culpæ porrigo luendæ.
His ſuper accenſus, completis menſibus anni,
Officio decedit, & aulica munia, Diui
Principis aſſenſu, feliciter exuit, annos
Excuſans, canóſque ſuos laſſatáque membra.
Atque ita ſperatâ requie votiſque potitus, (**Mynſingerus anno 1573. abdicat Cancellariatus officium.**)
Exiguum conuertit iter, velóxque propinquat
HELMSTADIO, ſuperos poſcens & numina cœli:
Vt quæcunque ſuper vitæ ſit portio, quicquid
Spondeat æternus fati immutabilis ordo,
Lene ſit ac placidum: liceat ſubducere claſſem
Quaſſatam ventis, & apertos tangere portus
Militia tali: liceat properata iuuentæ
Auſa, leuéſque operas cognoſcere rectiùs, aptè
Pendere, & audacem placitis opponere limam.
Donec ſumma dies, quæ ſubruit omnia duris

Legibus,exactos claudat feliciter annos.
Talibus orantem dictis & ſana parantem
Audiit omnipotens,laſſatáque robora firmis
Viribus impleuit,ſanguis nouus imbuit artus,
Ingeniíque vigor ſuccreſcit,auitáque virtus.
Ergo ſe referens ad ſancta exempla virorum
Semideûm,leges & torta volumina iuris
Explicat,ambagéſque vagas ſine lumine certo
Excursúſque notat:non prudens copia rerum,
Non ordo eximius,nec abeſt facundia verbis.
Quid non ille animo, quæ non conamine tentat?
Obſeruata fori,quondam melioribus annis
Obſeruationes Camerales repurgatæ. *Lecta diu,& ſtabilita ſatis ratione probante,*
In certam ſeriem redigit,cultuque venuſtat:
Gratum opus Aſtreæ & Themidis cultoribus,æquum
Dicere ius quibus,& trutinâ componere cauſas,
Mandauit ſuperi ſummus regnator Olympi.
Certantes odiis etiam,litémque mouentes,
Arbiter accitus,monitis hortatur & vrget
Iungere amicitias,aditúſque occludere rixis:
Cuncta priùs tentanda monens,quàm credere roſtris
Atque ex iure manu conſertum poſcere flexit
Hac multos ratione Duces, ſaluáſque relinquens
Incoluméſque vrbes,peſtes auertit iniquas.
Anno 1576. Academia Iulia erecta. *Adde quod exulibus fundare palatia Muſis,*
Extorréſque Deas in tuta reponere ſuaſit
Guelfiadæ,famam ſpondens titulóſque perennes:
Hoc memorat repetitque lubens Academia,clamant
Pulpita,& intento vulgant ſermone cathedræ.
Mynſingerus anno ætatis 74. cœpit poſtremò recenſere Apoteleſma ſuum. *Inde decem vitæ complens ſeptennia,ternas*
Addiderat meſſes caniſque inſignis honeſtis
Prima iuuentutis meditata reuoluere cœpit,
Neſcio quo fato:vt qui primus is vltimus eſſet
Juris in arte labor:quem dum pro viribus vrget
Vſus amicorum ſtudiis operáque fideli,
Deficit in medio curſu,ſupremáque Parcæ
Fila legunt,metáſque dati feſtinat ad æui
Anno 1588 die 3. menſis Maij obiit Mynſingerus. *MYNSIGER,heu lacrymoſa dies,miſerabilis hora!*
Tu præſigne decus,tu lumen iuris & æqui
Extinxti.lugent cathedræ,fora,curia,templa.
Sed memores genij felicis in artibus illis
Quas colit Aonidum chorus inclutus,vndique mœſti
Carmina MYNSIGERO vates funebria dicent.
Audiet Hercinius FRISCHLINI plectra canentis
BUCER & algenti lacrymans caput abdet in vlua,
Conſcius officij,quod viuus MYNSIGER aulis
Præſtitit,ad VIADRUM facundi Muſa gemiſcet

Maslobij

Haslobij deuota Deo, veríumque magiſtris.
Auſpice REVSNERO viuis expreſſa figuris
Effigies inter ſecli huius lumina ſtabit.
Scilicet hoc precium eſt virtutis & indolis altæ.

Arnoldus de Reyger, nobilis Belga, viuo Mynſingero recenſionem Apoteleſmatis & obſeruationum adiuuit, & eo extincto feliciter compleuit.

At quis huic operi ſtudiis inſignis & arte
Supremam impoſuit dextram? cui MYNSIGER illud
Viuus adhuc commiſit onus? tibi nobilis ortu,
Nobilior ſtudiis ARNOLDE, virentibus annis
Ille tuis vſus tibi grandia pondera rerum
Impoſuit, iuſsitque vices implere relictas.
Si quis in his operam ponet ſtudiúmque legendis,
Mille modis correcta, aucta, emendata videbis,
Agnoſcétque tuas curas, ſtudiúmque fidemque
Iudiciúmque ſagax. applaude iuuenta, pióque
MYNSIGERO requiem, REYGERO ſata precare
Mitia, vt & reliquos ſimili conamine fœtus,
Quos nondum in lucem protruſit MYNSIGER edat.
Iſta minus felix Heroo in carmine, verſu
Promptior alterno, media inter tædia plectri,
Neſcio qua præter ſolitum dulcedine lætus,
MYNSIGERO cecini, quem viuum vt ſemper amaui
Dum viuam æternùm æterna celebrabo Camœna.
Cum volet illa manus, quæ certo pollice ducit
Stamina, defuncti ſpacium mihi terminet æui:
Parte tamen viuam, æternóque adiuncta labori
Nomina peruenient ad ſeros noſtra nepotes.

Digitized by Google

ELEGIA
IN OBSERVATIONES CAMERALES DN. IOACHIMI. MYNSINGERI à Frundeck, I.C. patris ſui chariſſimi.

SCilicet, vt riguæ quæ conſita margine ripæ eſt,
Luxuriat teneris arbor opaca comis.
Quàm mulcent auræ, ſol firmat & educat imber.
Nec foliis Boreas, nec nocet acre gelu.
Illa ſtatim primo vernat ſub flore iuuentæ,
Et veſtit patulas fructibus vſque comas.
Tempore legitimo, fructus & præbet amœnos,
Ac habet optandas, prodiga ſemper, opes.
Sed poſt maturum quando peruenit in æuum,
Diffuſè ramos ſpargit ad aſtra ſuos.
Vberiore beat dominum quoque fruge quotannis,
Latiùs extendens, ſole micante, comas.
Et magis à domino colitur, meliúſque fouetur;
Scilicet impulſu ne cadat, Eure, tuo.
Imbriferi quam nec venti, gelidæve pruinæ
Lædant, flagrantes nec Phaetontis equi.
Sic tu florenti, genitor perchare, ſub æuo,
Addictus Themidi, Theſpiadúmque choro.
Cœpiſti ſacri ſinuoſa volumina iuris,
Iuſtitiæ veras, ritè docere, vias.
Semina quod paßim monſtras, Elementáque iuris,
Reddis & eloquio lucidiora tuo.
Multáque dißidiis agitata forenſibus, omni
Vt dubio careant enucleata facis.
Cuncta recognoſcis, quanquam iam grandior annis,
Maturo, expendens ſingula, conſilio,
Obſeruata diu Spiræ, Germania ſummum
Hic vbi laudato more tribunal habet.
Laus igitur tibi iuſta datur, veróque bonorum
Conſenſu, in ſeclum fama ſuperſtes erit.
Inuidiæque licet te carpat inutile virus.
Ipſe tamen meriti nomine, tutus eris.

Henricus Albertus Mynſingerus à Frundeck.

IN EAS-

IN EASDEM DOMINI IOACHIMI MYNSINGERI A *Frundeck Patris ſui chariſsimi, Obſeruationes, Carmen.*

NON minor eſt virtus, lites componere amaras,
  Hoſtem quàm populis pellere poſſe ſuis.
Bella gerit miles, belli delere ſacerdos
  Iuſtitiæ cauſas, non ſine laude ſtudet.
Regula ni Themidis munitas ſancta gubernet
  Vrbes, fatalis cuncta ruina premet.
Quæque ita decernunt aulæ, ſanctúmque Tribunal,
  Singula ſunt ſtudio ritè notanda graui.
Nulla profertur enim in lucem ſententia apertam,
  Quin habeat cauſas, expediátque ſuas.
Tutiùs in multis procedere caſibus, atque
  Abdita ſic nobis noſcere poſſe datur.
Quas grates igitur, legum ſtudioſa iuuentus,
  Hoc dignas, genitor chare, labore, dabit,
Sancta Tribunalis quod ſic reſponſa ſupremi
  Colligis, ac multis vtile condis opus?
Scilicet ipſa tuum nomen celebrabit, & vno
  Ore canet, laudes poſteritáſque tuas.
Vtque ſuis ſtudiis prudenter conſulat, omnes
  Conteret, hos libros ritè legendo, dies.

Sigiſmundus Iulius Mynſinger à Frundeck.

AD ARNOLDVM DE REYGER NOBILEM Tubantum, amicum meum edentem obſeruationes Mynſingeri.

SEV noua procudens, alienáve ſcripta recentans
  Publica ſucceſſor, quæ latuêre, facis,
Abditâque enodans operoſi lemmata IVRIS,
  Immortale tuo nomine prodis opus:
Quorsùm opus, exactum tibi ſæpè refectus ad vnguem
  Vt liber affanias præferat antè meas.
Tanta tibi eſt, ARNOLDE, *mei fiducia verſus,*
  Gratiáve? an vilis tantum operæ precium?
Non pote. res alia eſt. non gratia quæritur inde,
  Vlla tibi: at ſociis gratia multa tuis.
Adſectus rari eſt, rari candoris: amicos
  Participes meriti velle cluêre ſui.

Digitized by Google

Scilicet hoc, opera teſtes laudando ſodaleis
Obſequij plenus, plenus amoris, agis.
Macte iſthoc animo, decori & decus addere pergas
Autor iuſtitiæ, cultor amicitiæ.
Sic Aſtrea parens Recti tibi plaudet, & Æqui
Ducet inoffenſum per ſalebroſa Themis.
Publica res voto, linguáque fauebit amicus.
Felix, palmarI ſumma erit illa tui.

Gaſpar Arnoldi Hallenſleb. Saxo. M. officij & amoris ergò faciebam.

Ad virum Nobilem & doctrina præſtantem Arnoldum de Reyger.

IVris & æquarum, cultor fidiſſime, legum
Qui clari renouas ſplendida ſcripta viri.
Qui cameræ praxin reuides, quod ſæpè rogauit
Frundeckus Themidis gloria magna DEÆ.
In te doctrinam, veræ virtutis amorem
Mynſiger eff indens, extitis arte pater.
Te DEVS ad ſimiles productum tollat honores,
Et vitæ tribuat gaudia multa tuæ.
Per varias cœli partes volat Ardea, Nomen
Nobile ſed volitet docta per ora tuum.

Otto Schualenberg. S.

SINGV-

Digitized by Google

SINGVLARIVM OBSERVATIONVM

Iudicij Imperialis Cameræ.

Centuria I.

IOACHIMO MYNSINGERO
à Frundeck, Iuriſconſult. Auctore.

OBSERVATIO I.

Appellationis proceſſus an ob omiſſam litis conteſtationem vitietur?

NOTABILIA ſiue SVMMARIA.

1. *Litis conteſtatio eſt iudicij fundamentū.*
2. *Cauſæ ſummariæ litis conteſtationem non requirunt.*
3. *Appellationis proceſſus propter omißionem litis conteſtationis non vitiatur.*
4. *Litis conteſtationis effectus per appellationem non ſuſpenditur.*
5. *In Camerâ parte præſente neceſſaria eſt litis conteſtatio in cauſâ appellationis.*
6. *Hodie in omnibus cauſis, ad Cameram deuolutis, litis conteſtatio requiritur.*

1. QVAMVIS † ſine litis conteſtatione non procedat iudicium, cùm ſit fundamentum, principium & ſubſtantia litis, *c. de cauſis, & ibi Dec. de offic. deleg. c. cùm cauſam, de appel. Specul. titul. de lit. conteſt.* §. 1. & dicatur lapis angularis totius iudicij, *iuxta Bald. in c. 1. col. 1. ea. tit.* Ideóque eius omiſſio totum proceſſum vitiet, *gl. in c. dudum 2. de elect. Bart. & Dd. in l. prolatam, C. de ſent. & interlo. omn. iud. & Card. in cle. ſæpe, in princ. in 4. oppoſ. de verbo. ſignifi. & latè Socin. in d. c. num.* 8. †Exceptis cauſis ſummariis, quæ litis conteſtationem non requirunt, *ſecundum Card. ibidem.* † Attamen in cauſis
appellationis, quando à diffinitiua appel- 2.
latum fuit, proceſſus ob omiſſam litis cō- 3.
teſtationem non corruit, ſi modò in prima inſtantia litis conteſtatio interceſſerit. †Nam̀ effectus litis conteſtationis du-
rat poſt ſententiam in cauſâ appellatio- 4.
nis, nec per eam extinguitur, aut ſuſpenditur, *teſtante Decio in rub. & c. per tuas, ext. de appell. vbi plura allegat. Et ita decideruñt etiam domini de Rota, deci. 207. & 668. in antiq.* non diſtinguendo, vtrum pars abſens vel præſens fuerit: quemadmodum plerique diſtinguendum cenſuerunt, quaſi parte præſente neceſſaria ſit litis conteſtatio, etiam in cauſâ appellationis, *per l. vlt. cùm ibi not. C. de temp. appell.* eâ verò abſente poſsit procedi ad vlteriora ſine litis conteſtatione, *vt ibi, & per gloſſ. & Dd.*

Vid. de hac quæſtione Andream Gail. li. 1. obſer 75. & 76. Bernhar. VVurmſer. tit. de appel. obſer. 28. li. 1. practica forenſ. obſer. Et de li. conteſt. obſ. 1. Vid. etiam Auctorem inf. obſer. 74. cent. 3. & obſ. 66. cēt. 4. Spec. in tit. de libel. concept. §. nunc dicendum. nu. 37. & 38. Raudēſis de Anal. li. 3. c. 31 nu. 18. A. Reyger.

Digitized by Google

in d.c.per tuas. Ad ſuprà dicta vide etiam quæ ſcribit *Gui.Pap.deciſ.* 58. *& quæ ibi in addit.habentur,& Aegi. Belle. quæſt.*697.
5. †Atque in hanc ſententiam meo tempore bis iudicatum fuit, per dominos Aſſeſſores, in Camerali iudicio, népè in cauſa Hadelini de Ponte, contra Laurentium Mariſcalchum, die 19. Nouem. anno Chriſti 1548. Et in cauſa appellationis Ioannis Liblar contra Matthiam Dilman, relata vlt. die Auguſti, anno 1549.
6. † Attamẽ hodie aliter obſeruatur, & in omnibus cauſis, ad Cameram deuolutis, litis cõteſtatio requiritur, ſiue ab Interlocutoria, ſiue à diffinitiua appellatum ſit: *Nouiſſ. ordinatione ſic diſponente, par.*3.*tit.*32.

Vide infr. ead. cent. obſ. 38.

OBSERVATIO II.

Aduocatus & procurator in cauſâ propriâ an expenſas rectè poſtulet?

Andr. Gail. 1. obſeru. 151. latius tractat hanc obſeruationem, quem vid.

1. SI † PROCVRATOR vel aduocatus, procurationis ſeu aduocationis munere functus ſit in cauſâ propriâ, & obtineat, eique aduerſarius ad expenſas condemnetur, non poterit ſalarium pro ſuis aduocationibus petere, nec debentur ipſi expenſæ, quas in Procuratorem facere debuiſſet: *Vt per Dd. in l. Vltim.* D. *de fructi. & lit. expen. Rota, deciſ.* 533. *in anti. Iaſ. l. properandum. . ſin. autem alterutra, num.* 14. *C. de iudi. & Panor. in c. finem litibus, de do. & contu. Itémque Boer. deciſ.* 210. *in* 1. *part. Vbi multa allegat.* Et in hanc ſententiam iudicatum fuit in Camerâ in cauſâ Chriſtophori de *SchVVabach.* ll. Licentiati, contra Lic. Rott. 12. Nouemb. anno 1550. & in cauſá Leopoldi Dickij, ll. Doctoris contra Henricum Ducem Brunſuicenſem, anno 1554.
2. †Fallit tamen ſuprà dictum dogma in Aduocato, qui cauſam propriam conduxit, petente ſalarium per modum intereſſe & damni, quia interim alia neglexiſſet, *iuxta* Bart. *& communiter Dd. in d.l. vlt. & Iaſon. in* d. §. *ſin autem alterutra, vbi* Baldo *contrarium aſſerenti ſatis reſpondet.*
3. † Sed etſi cauſa ſit communis, vt quia quis pro ſe, & ſuo cohærede poſtulationem præſtiterit, expenſas pro parte cohæredis meritò percipiet, *iuxta Boer. in d. deciſ.* 210. *Vbi vide latius.*

Vid. Afin. in praxi §. 32. c. 2. l. pr. 19. & ampl. pr. 66. n. 4. Bruninc aſ. de paupert. q. 7. n. 20. cum omnib. ſeqq. Specul. 7. in iudi. Ludo. Schrad. p. 9. 2. part. pr. ſect. 2. num. 35. A. Reyger.

OBSERVATIO III.

Quid efficiat clauſul. APPELLATIONE REMOTA?

1 *Clauſula* (Appellatione remotá) *efficit, quod iudex à quo, ſententiam ſuam diffinitiuam exequi poſſit, niſi ſit inhibitum.*
2. *Aliquot effectus huius clauſulæ.*
3. *Clauſ. appellatione remotá, non officit Tertio.*
4. *Nemo, excepto Principe, hac clauſula, in reſcriptis ſuis Vti poteſt.*
5. *Bartoli & Iaſonis opinio.*
6. *Reprobatur tacitè eorum ſententia.*

QVANDO commiſſa eſt cauſa alicui Iudici, *appellatione remota*, etiamſi victus appellet in caſu permiſſo, poterit tamen Iudex à quó, non obſtante tali appellatione, ſententiam ſuam diffinitiuam exequi, niſi ſibi ſit inhibitum à ſuperiori: *iuxta* Innoc. *quem commendant* Dd. *in c. paſtoralis, §. prætereà, de offic. deleg. Lanfr. in cap. quoniam contra, Verb. interlocutiones, appellationes, &c. Verſic. & notandum ſecundùm* Innoc. *de probatio.* 1.
† Et hic eſt huius clauſulæ effectus non contemnendus: quia ſi aliâs appellatum ſit à diffinitiua, ſiue certò conſtet licitam eſſe appellationem, ſiue ſit dubium, non poteſt iudex à quo, exequi, neque aliquid innouare, etiamſi non detulerit appellationi: *vt toto tit. Nil. innou. poſſ. pen app. & ibi gloſſa.* Innoc. *d. c. paſtoralis, & ſa. l. edendum, de appel.* Sunt & alij huius clauſulæ effectus non pauci, quos Phil. Franc. *in d. c. paſtoralis*, enumerat: & vide pleniſſ. *per Io. de Imo. in l.* 1. §. *Vlt. ff. à qui ap. non li. Vbi* per aliquot columnas hanc plenius, quàm alibi proſequitur: & aliquid per Fel. *in c. cauſam quæ, col. pen. de reſcript. & Spec. tit. de appellat.* §. *in quib. verſicul. verùm quia.* 2. 3.
† Et inter alia eſt ſciendum, quòd prædicta clauſula, *appellatione remota*, nihil operatur in præiudicium tertij, *Vt eſt text. in c. ſuper eo. & ibi Abb. de offic. dele. & Bart. dict.* §. *Vlt. & Phil. d. c. paſtoralis, quæſt.* 7. 4.
† Illud quoque addendum, neminem

De hac clauſula, an etiam noceat Tertio, tractat Gall. 1. obſ. 70. nu. 12. &

obſ. 7·.n.5 & 6. vide etiam repert. Dobber in lit. C.ver.clauſula appellatione remota. A. Reyger.

nem poſſe hac clauſula in reſcriptis vti, niſi ſolum principem, *vt dicit text. in d.l.1. in fine*, quod tamen intelligitur, quando remouetur appellatio à diffinitiua: ſecus, ſi ab interlocutoria, quia tunc etiam inferior à principe poteſt vti dicta clauſula & tollere appellationem *ſecundum Bart. in l. vlt. C. de ſenten. &c. & in d.l.1.§. vltim.*
5. † Verùm dicit ibi Bart. friuolam tantum appellationem cēſeri remotam eſſe, *prout etiam Iaſon in l.3.§. ſi is pro quo. ff. quod*
6. *quiſque iu. &c. voluiſſe videtur.* † Sed ſecundùm hoc videretur iſta clauſula eſſe fruſtratoria, cum alias etiam ſine ea appellatio friuola remoueatur à iure, *per text. in c. cum appellationibus, de appell. lib. 6.*

OBSERVATIO IV.

Vid. Gail.1. obſ.1.nu.17.& 21. Menoch. arbitr. iud. qu. lib.4.caſ.374.

Rei (Veklagte) plures diuerſi fori, quando eundem ſiue vnum iudicem ſortiantur?

1. *Actor regulariter ſequitur forum Rei.*
2. *Rei diuerſi fori, ob continentiam cauſæ in Camera conueniuntur.*
3. *Continentia cauſæ ne diuidatur.*
4. *Imperio non immediatè ſubiectus, propter conſortē immediatè imperio ſubditum, in Camer. in prima inſtant. à conuenitur.*

Vid. J. obſ. 97. ead. Cent.

Vid. quædam in obſeruat. Vvurmſer de V.S. obſer 11. lib. 1. Harteman. tit. 1. de iudiciis. obſeru 7. verſ. quod ſi ſint plures poſſeſſores, A. Reyger.

1. QVAMVIS regulariter *actor forum rei teneatur ſequi*, iuribus vulgatis: tamen hoc non habet locum, quādo ſunt plures Rei eiuſdem cauſæ, & ad eundem finem agitur. † Nam tales Rei omnes, qui ſunt diuerſis iuriſdictionibus ſubiecti, diuerſóſque iudices immediatos habent, bene poſſunt propter eandem & indiuiſibilem cauſam coram vno eodemq. iudice,
2. ipſorum omnium mediato ſuperiore, cōueniri, *l.1. & 2. ff. de quib. reb. ad eundem iu-*
3. *dicem eat.* † Aetiologia eſt, *ne continentia cauſæ diuidatur, l. nulli. C. de iud. c. 2 de cauſ. poſ. & prop. & vtrobique Dd.* Atque ita videtur etiam voluiſſe Bar. *in l. omnes. C. de arbi. tut. & l.1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat. & Bal. auth. hoc ita ver. ſed pone quod ſtatuto, C. de duob. reis.* Sic in Camera obſeruatum fuit in cauſa comitum de *Hanavv*, contra incolas pagorum *Idenheim*, *Langellheim*, & aliorum obtinentium bona in diſtrictu pagi *Hangenbietenheim*, vbi erant plus quàm ſexaginta Rei, & quidē diuerſarum iuriſdictionum: horum autem omnium mediatus ſuperior fuit Imperator: quia ergo erat eadē, quò ad omnes, ratio, & eadem cauſa, & ad idē agebatur, meritò omnes & ſinguli ad ſupremum Imperij tribunal citati fuerūt, illorúmq. declinatoriis exceptionibus nō attentis litis conteſtatio iniuncta, ne ſcilicet continentia cauſæ diuideretur. † Sic quoque, quādo v- 4.
nus ex reis immediatè ſubiectus eſt Imperio, conſortes verò vel illi vel alteri ſunt ſubiecti, & ille denegauit iuſticiam requiſitus vigore ordinationis (*auff die Außtrege*) *Gail. 1. obſ. 1. n. 17.* tunc medium fundādæ iuriſdictionis eſt etiam, ne continentia cauſæ diuidatur. Ita in cauſa *Holtzheim*, cōtra Archiepiſcopum Magdeburgēſem, & ciuitatē Hallenſem in Saxoniá factū fuit, ſub hoc medio concludendi: *Dieweil denn dein Andacht, Ihme die Iuſticien abgeſchlagen, Vns vnd dem Reich ohne Mittel vnterwvorffen, vnd ihr andere als Mitbeklagte, deiner Andacht mit anhengig, alſo ſamētlich keinen andern Richter, denn vnſer Kay. Kāmergericht, zu ordentlichem außtrag haben, Derhalben vns vmb Ladung gegen euch zuerkennen angehalten, &c. So laden Wir, &c.*

ADDITIO.

Petrus de Vbald. *in tract. de duob. fratr. 14. pr. 9.* An in actione pro ſocio inter plures ſocios agere contra vnum ſocium coram vno Iudice, & cōtra alium alio Iudice liceat? Arentin. *conſi. 29. incip.* diligenter & maturè, *poſt n. 24.* Soc. *con.* 38. pro deciſione *n. 12. & con. 41.* Antequā *vol. 1.* Idem *in tr. de inut. petit. art. 11. p. 1.* Nonobſtat *l. 1. C. de cōſort. eiuſd. lit. 1. R.* Caſtr. ibi loquitur de cōſortibus quibus quid debetur, nō verò pluribus (quale eſt quod ex ſocietate obuenit, *arg. l. ſi non fuerint, pro ſoc.*) ſed vt ſingulis eſt commune, *arg. l. pariter. ff. de lib. cau.* A. Reyger.

OBSERVATIO V.

Statutum, probationem ad certum modum reſtringens, an valeat?

Vid. Gail. 2. obſ. 20. nu. 6.

1. *Probatio tàm conſuetudine quàm ſtatuto ad certum modum reſtringi poteſt.*

Digitized by Google

2. *Cõmunis opinio.*
3. *Probatio licet ſtatuto reſtringatur ad inſtrumentum, tamen 5. teſtes, eo deficiente, admittuntur.*
4. *Statutum interpretandum ex iure communi.*
5. *Ius commune loco inſtrumenti 5. teſtes admittit.*
6. *Probationes erunt ampliandæ.*

1. PROBANDI facultatem ſtatuto vel cõſuetudine reſtringi poſſe ad certum probandi modum, nempe vt probatio vel tantùm per teſtes, vel ſolùm per inſtrumenta fiat, omniſq; alia probatio reijciatur receptum eſt: *vt probant Ray. in l. cum quadam. ff. de iuriſdict.* Iaco. *Butr. Bar. Rom. Soci. & alij recentiores in l. certi condictio. §. quoniam ff. ſi cert. pet. Bald. in rep. l. 2. ad finem. ff. de lega. 2. & conſil.* 133. *Caſus talis: quidam fuit. ad med. lib. 5. Ang. §. 1. in fi. Nouel. vt ſi probi. mat. Sali. auth. Caſſa. C. de ſacr. Eccleſ. & Spe. tit. de probat. §. videndum, verſi. ſed pone. & ibi* Ioan. *And. in adit. & tit. de fructi. & inter. §. vlt. col. pen. verſic. dom.* Iac. *Butri. diſputauit.* Item Pano. *& communiter. Dd. in c. 2. vbi latè Decius. ext. de probat.*
2. † Et hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Tiraq. *in trac. de Retract. muni. §.*
3. *2. gloſſ. 1. num. 17.* † Veruntamen huiuſmodi ſtatutum in quadam cauſâ, in qua illud prætendebatur, domini Aſſeſſores Imperialis Cameræ ſic moderandum eſſe concluſerunt, ſi per inſtrumẽtum probare obnoxius, probationem quinque teſtibus facere velis, hoc ei indulgendum eſſe, non obſtante ſtatuto, dictante probationem ſolùm per inſtrumenta admittendam: *idque per text. in l. teſtium. C. de teſtibus, cum*
4. *ſimilibus.* † Statutum enim ex iure cõmuni interpretationem recipit, *arg. c. cùm dilectus, §. quia nobis. & ibi* Panor. *num. 2. de conſue.* Iaſ. *in auth. præterea num. 14. C.*
5. *vnde vix. & vx.* † Ius autem commune loco ſcripturę ſeu inſtrumenti quinque
6. teſtes admittit, ergo, &c. † Accedit, quòd ſubueniendum ſit probationibus, nec nimium coarctandę, ne veritati pręiudicetur. *l. curent. C. de hæred. cum ſimilibus.*

OBSERVATIO VI.

Stante ſtatuto, quòd ſine cautione non appelletur, ſi ea non ſit petita, appellatio nihilominus valet.

Appellationes ſtatuto tolli poſſunt, quod tamen Camera non attendit, Gail. 1. obſ. 135. n. 12. VVurmbſ. de appella. ti. 14. obſ. 19. A. Reyger.

1. *Statutum quod ſine cautione non appelletur, quomodo intelligatur.*
2. *Ordinatio iudicij prouincialis ducatus Brunouicenſis conſcripta à* Ioach. *Mynſingero.*
3. *Vſufructuarius non lucratur fructus ſine cautione.*
4. *Fallit ſi proprietarius negligat petere cautionem.*

ETIAMSI ſtatutum dictet, non aliter valere appellationem, niſi prius cautio præſtetur de reſtituendis expenſis ab appellante, ſi eum ſuccumbere contingat (vt eſt in reformatione Norica *tit.* 10. *c.* 12. † Et in ordinatione conſiſtorij Brũſuicenſis, à me anno abhinc quinto conſcripta, tit 66.) tamen niſi petatur à parte, eius omiſſio non vitiat appellationem. Atque ita decîſum aliquando fuit per Dominos in Camera, *per text. & ibi* Paul. *de Caſtr. in l. peto. §. fratre in fi. de leg. 2.* † Nam & vſufructuarius non facit fructus ſuos, niſi cautionem pręſtiterit, ſe vſurum arbitrio boni viri. † Et tamen ſi ſciente & patiente proprietario vſus eſt, non pręſtitâ cautione, facit fructus ſuos, vt probat Bart. plene in l. vxori. ff. de vſufruct. leg. ídque velut ſingulare obſeruandum eſſe Paul. Caſtr. *in d. §. fratre, monet.* 1. 2. 3. 4.

OBSERVATIO VII.

Si pluries appellatum ſit, cui appellationi ſit adhærendum?

1. *Appellans pluries quam appellationem proſequi teneatur.*
2. *Plures actus ex voluntate facientis pendentes ab eo ſunt interpretandi.*
3. *Contraria opinio.*
4. *Appellationem inutilem per alteram poſteà iure factam conualeſcere.*
5. *Communis opinio.*
6. *Prior ſententia contra communem in Camera obſeruata fuit.*

Digitized by Google

7. *Si quis pluries appellauerit, in eius eſt arbitrio quam velit proſequi.*

1. QVANDO pluries appellatur, puta
primò viuâ voce, poſteà etiam in
ſcriptis, an prima vel ſecunda appellatio
valeat, magna eſt inter Dd. contentio: nō-
nullis exiſtimātibus, in apppellātis optio-
ne eſſe, quam velit proſequi *per text. in l.
ſi quis libellos. C. de appel. vbi conceditur
appellanti, primæ appellationi renuntian-
do ad alteram tranſire.* Ad quod facit,
quòd actus ille appellandi, pendet ex vo-
2. luntate ipſius appellantis, *per not. in c. in-
terpoſita, §. denique, de appel.* † Nam in a-
ctibus ex voluntate facientis pendentibus
ſemper inſpiciendum eſt, quem voluerit
habere is, qui eoſdem plures fecit, *Bart. &
alij in l. ſi quis in principio teſta. de leg. 3.
& l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, de leg. 1.*
3. † Alij verò contrà cēſuerunt, ſi prima fue
rit per ſe valida, eidem adhærendum eſſe:
& alteram ceu fruſtraneam vel temerariā
reijciendam. *Vt latè per Lud. Rom. conſ. 41.
num. 3. vbi ad ſuprà dicta argumenta ſatis
4. reſpondet.* † Quòd ſi prima appellatio per
ſe fuit inutilis, alteram poſteà factam iu-
re valere, eámque appellantem proſequi
5. poſſe. † Quam opinionem Bart. etiam &
communiter Dd. tenent, *in l. cùm procu-
rator, §. ſi dominus, de noui oper. nunc. &
ibi Io. de Imo. Caſtr. conſil. 7. vol. 1. & conſ.
270. & Dec. in c. tua nobis, de appel. vbi
latiſſimè hanc quæſtionem proſequitur, lo-
6. cóſque pertendos commemorat.* † Verùm in
Camerâ prior ſententia iudicando obſer-
uata fuit in cauſa appellationis Bartoli
Langermans, contra Margaretam relictam
B. Langermans, relata 28. Iunij, anno 1550.
7. † Nempè ſi quis pluries appellārit, ſtare in
ipſius arbitrio, quam velit proſequi: vna
tamen electa reliquæ concident. In quam
ſententiam domini de Rota quóque incli
narunt *deciſ. 500. in antiq.*

OBSERVATIO VIII.

Gail lib. 2. obſ. 117. Hartman. 21. Hart. tit. 11. de poſt. & tranſact.

De mutuo coniugum teſtamento.

1. *Vtrum teſtamentum coniugum de bonis communibus mutuo conſenſu factum, altero mortuo à ſuperſtite reuocari poſſit? nu. 13.*
2. *Negatiua opinio.*
3. *Ratio negat. Mutuus conſenſus habet vim contractus, quò ad reuocationem.*
4. *Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt firmiſſimum, fallit nu. 10.*
5. *Opinio affirmatiua in Camerâ recepta.*
6. *Coniuges ſi teſtamenta condant ſimul, cenſentur duo eſſe teſtamenta.*
7. *Coniuges teſtantes de bonis communibus quilibet in dubio de ſua portione diſpoſuiſſe cenſetur.*
8. *Refutatur negatiua ſententia.*
9. *Maritus non conſentiente vxore poteſt de medietate bonorum communium pro ſuâ portione teſtari.*
10. *Teſtamenti reuocatio ſemper licita.*
11. *Teſtamentum non debet pendere ex alieno arbitrio.*

obſ. 1. verſ. ſed benè per formā Petr. Pecc. de teſtam. coniu. lib. 1. c. 43. & ſeq. D. Dauer. in tract. ſuo de teſtā. fol. 121. nu. 84. Vid. Dn. Nicolaum Vigilium in Meth. obſ. Cā. in Epiſt. dedicat A. Reyger.

DVO CONIVGES habentes bona hęre- 1.
ditaria, acquiſita, & communia, reli-
querunt mutuo conſenſu ac reciprocâ fi-
de per viam teſtamenti, ſeu vltimæ volū-
tatis ſuis vtrinque proximis hæredibus re
ſiduum bonorum acquiſitorum, ita vt di-
midia mariti, & altera dimidia portio v-
xoris hæredib. obueniret: deinde accidit,
quòd mortua vxore maritus ſuperſtes ad
ſecunda vota tranſiens, præfactum ſuum
elogium reuocauit, & id quod hęredibus
ſuis reliquerat, ad ſecundam vxorem de-
uolui voluerit: quęſitum fuit, an id iure
ſubſiſteret? † Et dicebatur à pleriſque non 2.
ſubſiſtere. † Primùm ideò, quòd dicti con 3.
iuges conſenſu mutuo condiderunt eiuſ-
modi teſtamentum: cùm ergo conſenſus
habeat vim contractus quò ad reuocatio-
nem, ſequitur præfatum maritum ſuam
voluntatem vltimam propter conſenſum
adhibitum reuocare non potuiſſe, *per l. ſi-
cut. §. venditionis, ff. qui. mo. pign. vel hyp.
ſol. iuncta l. ſicut ab initio. C. de actio. &
oblig. iunctis not. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. 3.* † Deinde ideò 4.
quòd in prædicto teſtamento ipſi coniu-
ges reſeruarunt ſibi facultatem reuocandi
teſtamentum ſuum de conſenſu alterius
coniugis: ergo à contrario ſenſu alter ſine
alterius voluntate illud reuocare prohibe
tur, cùm argumentum ductum à contra-

Digitized by Google

rio ſenſu ſit in iure firmiſſimum, nedum
in verbis legis, *l. conuenticula, ibi Bald. & alij* D. *l. C. de epiſ. & cle. & in l. qui teſtamento. §. mulier, de teſt.* & in verbis contrahentium, *l. inter ſocerum, §. cùm inter, ff. de pac. dota.* ſed etiam in teſtamentis. *l. aliquando, ff. de condict. & demonſtr. & l.*
5. *quod purè. ff. quan. di. leg. ce.* † Sed prædictis argumentis non obſtantibus cenſuerunt Domini crebrioribus ſuffragiis, maritum ſuperſtitem huiuſmodi reuocationem iure feciſſe, idque, ex rationibus ſub-
6. ſequentibus. † Primò, quia de iure duo cenſentur eſſe teſtamenta, ex quo vir & vxor ſimul teſtati ſunt: *quia tot ſunt teſtamenta, quot ſunt perſonæ teſtamentum facientes, vt vult Oldrad. conſil. 174. & Ioan. And. in add. Spe. tit. de teſtam. §. 1. per iura ibidem allegata:* & ſic perinde eſt, ac ſi vnuſquiſq; eorum ſeorſim, & diſcretiue de ſemiſſe bonorũ cõmunium ad eum ſpectãte diſpoſuiſſet: & per cõſequens ſuperſtes ſuam voluntatem reuocare potuit. † Item
7. ex quo duo ſunt teſtamẽta, teſtatiq; ſunt præfati coniuges de bonis communibus per eos acquiſitis, quilibet in dubio de ſua, & non alterius portione diſpoſuiſſe cẽſetur, *per tex. in l. ſerui electione. §. vlt. ff. de lega. 1. Bal. in l. pen. C. de imp. & al. ſub. ſt. 1. & ſa. not. per Io. de Imol. in l. Vlt. §. filiũ, de leg. 2.*
8. † Nec aduerſatur, quod ſuprà dictũ eſt, de mutuo conſenſu habente vim contractus quo ad reuocationẽ, &c. quia fatendo argumentũ, maritum nõ potuiſſe reuocare conſenſum vxori ſuæ præſtitum in teſtamẽti per eã cõditi factione: ex hoc tamen nõ ſequitur, quòd neceſsũ propriũ teſtamẽtũ reuocare potuerit, ſuæ vxoris cõſenſu erectũ, qui eſt caſus noſter, nihil cõmune habens cũ theorica Bar. & Dd. in *d. §. codi-*
9. *cilli.* † Etſi enim vxor non cõſenſiſſet marito, potuiſſet nihilominus teſtari de medietate huiuſmodi bonorũ acquiſitorum, pro indiuiſo ad eũ ſpectãte: ergo licet cõſenſerit, vt de ſua medietate teſtaretur, ille conſenſus non aufert facultatẽ reuocãdi: & cùm datus fuerit ad augmentũ, nõ debet operari deminutionẽ, *l. legata inutili-*
10. *ter de leg. 1. cũ ſimilibus.* † Rurſus non obſtat argumentũ ſupra à cõtrario ſenſu dictũ: quia reſponderi poteſt, illud nõ habere locũ, *quando in caſu contrario eſt expreſſa contraria iuris diſpoſitio, per glo. ord. in c. 1. de æta. & qual. ord. lib. 6. & glo. in c. ſignificaſti. de fo. comp. Dd. communiter in l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. cum ſimilib.* † Sed in præſenti themate iu- 11.
re cautũ eſt, quãuis aliquis promiſiſſet, vel etiam iuraſſet, nõ reuocare teſtamẽtũ ſine conſenſu alterius, tamẽ reuocationi locũ eſſe: *iuxta not. Bar. & Dd. in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3.* † Æthiolo- 12.
gia eſt, quia *teſtamenti factio non debet pendere ex alieno arbitrio. l. illa inſtitutio in prin. ff. de her. inſt. l. captatorias. C. de teſt. mili. & l. captatoriè. ff. de leg. 1.* † ex quibus 13.
ſatis firmatur noſtri thematis determinatio, maritum ſuperſtitem potuiſſe reuocare ſuum teſtamentum, quò ad medietatem ipſum concernentem.

OBSERVATIO IX.

Citationis executio in procuratorem valet, ſi principalis non ſit præſens.

QVANDO citandus eſt appellatus, vt compareat coram iudice appellationis, & is non reperiatur præſens, ſufficit executionem citationis fieri in procuratorem, *per c. dilectus, de procurat. & Specul. tit. de citat. §. ſequitur. verſic. illud autem nota.* Et ita fuit executio in procuratorẽ appellati facta, pro legitima habita meo tempore in cauſa *Vffen*, contra *Hæſten*, An. 1553. & proclama decretum in contumaciam non comparentis.

ADDITIO.

Aliàs executio contra non nominatum in Iudicio fieri & per conſequentiam in contumaciam rectè procedi nequit, *iuxta l. cum quæritur, cum ll. ſeqq. ff. de except. rei iudic. l. fin. C. ſi per vim vel al. mod. Gail. 1. obſ. 49. num. 5.* Sed illud hoc loco obſeruandum, quod in cauſa Appellationis, abſente citando, executio citationis eius Procuratori fieri, & citato in termino non cõparente per ſe vel ſuum legitimum procuratorem, proclama in contumaciam eius fieri poſſit, *per d. c. dilectum. & Gloſſ. ib. in verb. citato, text. in c. cauſam quæ. de dol. & contu.* fac. etiam ad declarationem huius, quæ tradidit Gail. 1. obſ. 51. nu. 10. & 11.
A. Reiger.

Digitized by Google

OBSERVATIO X.

Vvurmſ. tit. 12. de reconuent. obſer. 4. vbi duo priuilegia reconuentionis recenſet. Menoch. lib 2. arbitr. iu. quæſt. c. 184. Thoming. deci. 16. elect. conſtit. 7. p. 1. A. Reyger.

Conuentio & reconuentio an ſimultaneè expediantur?

1. *Reconuentio cum conuentione eadem ſententiâ terminari debet.*
2. 5. *Iudicis arbitrio relictum eſt in cauſa conuentionis & reconuentionis ſimul vel ſeorſim pronunciare.*
3. 4. *Reus latâ ſententiâ in cauſâ conuentionis poteſt proſequi reconuentionem, non obſtante appellatione ab illâ factâ.*
6. *Iudicis poteſtati quod permittitur, non ſubijcitur neceſſitati Iuris.*

1. NATVRA reconuentionis eſt, quod
eâdem ſentētiâ terminari debeat cū
cauſa conuentionis, *ſecundum Bartol. in
auth. & conſequenter, col. 2. verſi. item di-
cta cauſa,* C. *de ſent.* Hoc verum eſt, ſi de
2. vtraque cauſa pariter liqueat.† Si autem
prius liqueat, de vna, quàm de alia, vel re-
conuentor non pergat in reconuentione,
tunc poteſt iudex pronunciare ſolum de
ea cauſa, de qua liquet, & ſuperſedere in
alia, nec per hoc facit litem ſuam, quia
lege permittēte hoc facit, *prout tenet Abb.
in c. 1. col. 3. de mut. pet. & Spec. §. videndū.
verſ. etſi iudex, tit. de reconuent. Nam quod
legitimè factum eſt nullam pœnam mere-
tur. l. Gracchus 4. C. ad l.* Iul. *de adul. &c.*
Atque ita etiā ſeruat Imp. Camera, vt in
cauſa Sebaſtiani *Vogelſperger*, contra Co-
mitem VVilhelmum de *Furſtenberg*, rela-
3. ta anno 1543.† Et poteſt eo caſu reus, lata
ſententia in cauſa cōuentionis non obſtā-
te, nihilominus proſequi reconuentionē
ſuam, etiamſi appellatum eſſet à ſententia
in cauſa conuētionis lata, poteſtq; iudex
procedere ad ſententiam in cauſa recon-
uentionis, tali appellatione non obſtante.
4. † Quia talis appellatio non ligat manus
Iudicis in cauſa reconuentionis, cùm quò
ad hoc, cenſeantur diuerſæ cauſę, & non
vna, *iuxta Bal. ibi col. 3. in fin. & Spec. in d.
§. videndum circa finem verſi. ſed pone, &
Mar. Soc. in c. prudentiam. de mut. pet. &
habetur per* Dd. *maximè Phil. Franc. in fin.*
5. *col. in c. ſuper eo. 1. text. de appel.* † Si tamen
iudex malit cognitionem in cauſa cōuen-
tionis, dè qua iam liquet, tantiſper differ-
re, donec in cauſa reconuentionis pariter
concludatur, & de vtraque ſimul cogno-
ſcere hoc ei facere licebit. † *Neq. enim quod* 6.
*Iudicis poteſtati permittitur, id iuris etiam
ſubijcitur neceſſitati. l. non quicquid. in pr. ff.
de iu.* idque in Camerâ Imp. meo tempo-
re aliquoties ſeruatum memini.

OBSERVATIO XI.

Gail. obſ. 134. lib. 1.

Ob actorum amiſſionem vel defectum ſolet in Camerâ decerni, cauſam de nouo agendam: puniturque Iudex negligens acta conſcribere.

QVANDO appelletur ab inferiori Iu-
dice ad Cameram, & Acta prioris in-
ſtantiæ nō poſſunt haberi integra (vt quia
ſint amiſſa, vel iudex inferior nō fecerit
illa conſcribi) ſicque ob defectum Acto-
rum non poſſit appellans in cauſa proce-
dere, tum cauſa ſolet pro concluſa ex offi-
cio acceptari in Camera Imp. & decerni,
vt ſi velit actor originarius de nouo age-
re, id debeat in Camera facere. Ita ſæpiſ-
ſimè ſeruatum, puta in cauſa Volradi
Prons, contra Decanum, Capitulum & Vi-
carios in *Guſtravv*, & *Malchin*: in cauſa
Schmecker contra Decanum & Capitu-
lū Eccleſię S. Iacobi in *Roſtock*, 27. Maij,
anno 1553. In cauſa *Gammen*, contra *Gam-
men & Belavv*, 19. Iunij, eodem anno. In
cauſa Henrici *Schmecker*, contra Petrum
Konig, 2. Aprilis, anno 1554. & in cauſa ci-
uitatis *Barhen*, contra Nicolaū *Mechavv*,
15. Septemb. anno eodem. *Et hoc ex do-
ctrina Bart. in d. l. in fin. & ibi in apoſt. C.
vnde vi, Vbi tradit, quòd ſi acta haberi
non poſſint, debeat de nouo agi.* Et tali cau-
ſa, ſi ex negligentia Iudicis acta haberi
non poſſint, vt quia ea nō fecerit conſcri-
bi, tunc is condemnandus eſt vtriſque
partibus in expenſas litis, prout condem-
natus fuit in pręfata cauſa *Gammen*, con-
tra *Gammen & Belavv*, Dux Megalopolita-
nus. Tenetur enim Iudex parti ad intereſ-
ſe, ſi ipſius negligentia acta manca ſint &
imperfecta, nec edi integrè poſſint, per
tex. in c. quoniam contra, in fi. gloſſ. ibi.
verb. negligentiam, de probat. *& ſa. tex.*

Digitized by Google

e leg. in l. ſancimus. C. de iud. & lege ſi quando. C. de teſtib.

ADDITIO.

Et in Camera ſolet huiuſmodi negligentia coerceri pœnâ arbitrariâ. Mynſ. A. Reyger.

OBSERVATIO XII.

De conſtitutione pignorationis, & eius requiſitis, Gail. 1. obſ. 8. Et in pra. obſ. 1. ob. 134. n. 14. A. Reyger.

Pignorandi ius quomodo deducatur in Camera. Item pignorationis conſtitutionem non habere locum, ſi capti ſint proprij homines.

QVANDO quis eſt citatus ad docẽdum, ſe paruiſſe mandato emiſſo, pro facienda relaxatione rerum à ſe pignoratarum, & ad docendum ius ſuum pignorandi, ſi quod habet: tum debet articulare, *ſe ius pignorandi habuiſſe, & de præſenti habere in tali, vel tali loco, & deducere actus pignoratitios à ſe exercitos, & ideò in quaſi poſſeſſione pignorandi ſe eſſe tuendũ, &c.* Id ſi nõ deducatur, reijciuntur articuli. Ita factum in cauſa [illegible] Badenſium, contra [illegible] anno 1553. & pleriſque alijs [illegible]. Illud quoque memoratu dignum eſt, conſtitutionem pignorationis non habere locũ, quãdo porrigitur ſupplicatio pro relaxãdis captis ſeu pignoratis propriis hominib. qui tamen, quò ad iuriſdictionẽ ipſi capienti vel pignoranti ſint ſubiecti. Ita denegati ſunt proceſſus domino Philippo Comiti Palatino Rheni contra *Eltz*, 24. Iulij, Anno 1553. Itidem factum ſupremo Magiſtro ordinis Ioannitarum cõtra Comitẽ de *Benthem*. Et ratio forte eſt, quia licet tales proprij homines operas ſeruiles Domino præſtare teneantur, tamen eius ſubditi dici non poſſunt, ſed illius, ſub cuius iuriſdictione domicilium habent. *Non enim ſeruitus perſonalis, ſed domiciliũ, & habitatio ſubditum facit. l. domicilium. ff. ad Municip. l. ſi in patria. C. de incol. lib. 10.*

Vid Gail. 2. obſ. 35. nu 2. & obſ. 36. nu. 16. Vid. eundem lib. ſingula. de Pign. obſ. 15. num. 7. A. Reyger.

OBSERVATIO XIII.

Iuramentum huic deferendum eſſe, cui meliùs cognita eſt rei veritas. Item, Iuramentum quod defunctus ſe obtulit præſtare, haberi pro præſtito.

Vid. Gail. 1. obſ. 27. obſ. 113. nu. 8. & 98. nu. 18. & 8. obſ. 43. Hartman. tit. 10. de iurament. ob. 6. A. Reyger.

IN IVRAMENTI delatione inter cætera reſpiciẽdum eſt, vt illi deferatur cui melius cognita ſit rei geſtę veritas: *vt per Dd. in l. admonendi ff. de iureiur. & l. in bonæ fidei. C. eodem.* Hinc eſt, quòd non deferatur hæredi, & delatum defuncto nondum præſtitum, in hęredem non tranſeat: cùm præſumamus eum facti alieni ignorantem eſſe: *l. generaliter. C. d. tit.* Si tamen conſtat, eum cui delata fuit iurandi conditio, paratum fuiſſe ad iurandum, vt quia ſeſe obtulerit, vel mandatum ſpeciale dederit procuratori, vt is iuraret, deinde priuſquam iuret, moriatur, tunc etiam ipſius hæredibus iurare conceditur: imò perinde habetur ac ſi iuraſſet, ſitque adiudicatio eius hæredibus, &c. Ita deciſum fuit in cauſa Dionyſij *Pronem*, cõtra Ioãnẽ, de *Buchel*. 21. Martij, anno 1549. idémq; habetur in reformatione Norica, *tit. 6. ca. 16. quæ ſententia* [illegible] *Lat. in d. l. admonendi. num. 312. de iureiur.* [illegible]

OBSERVATIO XIIII.

Statutum ne appelletur, in Camera non attenditur: pactum tamen de non appellando valet.

Gail. 1. ob. 135. num 11. Appellationi renunciari poteſt tacitè, vel expreſſè, Hartman tit. de Appel. obſ. 17. Vvurmſ. tit. 24. de app. ob. 19 vid de hac obſer Andr. Knich in Cõ. de priui. Duc. Saxon. verb. Ius. & c. 2. fol. 137. & fol. 244. cũ ſeqq. A. Reyger.

CONSVETVDO vel ſtatutum, quo inductum cautumque eſt, *vt nõ appelletur ad Cameram, vel imperatorem*, in Camera Imperiali non attenditur, ſed appellationes nihilominus recipiuntur: & hæc eſt cõmunior Dd. opinio, *in l. omnes populi, vbi Bart. num. 24. & alij, de iuſt. & iur. & in cap. venientes. de iureiur.* Ita deciſum poſt longam diſputationem in cauſa Annę *Seilerin*, contra creditores Iacobi *Seilers*, anno 1550. Quanquam autem ſtatutum (vt diximus) prohibens à ſentẽtia appellari, non valeat: ***pactum tamen de non appellando vires habere receptum eſt.*** Diuerſitatis rationem eſſe aiunt, quoniã ſtatutũ directò diſponat aduerſus ius ſuperioris

Digitized by Google

perioris: pactum verò directò non tangit ius ſuperioris, ſed paciſcentes abdicant à ſe, quod eſt in eorum facultate, *iuxta Panorm. in c. dilectus. col. 8. de arbit. quod Ener. in Top. loco à pacto ad legem, tradit mente tenendum.*

OBSERVATIO XV.

De tertia appellatione ſuper eodem articulo prohibita iiſdẽ perſonis. Vvurmſer. in titu. 24. de Appellat. obſ. 25. Hart. tit 5 de actore obſer. 10. ver. Itẽ tertius. A. Reyger.

Exceptio trium conformium ſententiarum, in Camera non attenditur.

EXCEPTIO trium conformium ſentẽtiarum obiecta cõtra appellationem, in Camera Imperiali non attenditur: ſed appellatio nihilominus recipitur, *contra l. Vni. C. ne liceat in vna eádémque cauſa ter prouo. Clement. & ib. Gloſſ. fin. de ſent. & re iudicat.* Ita fuit iudicatum olim in cauſa Abelli, contra Matthiam Molen, an. 1537. & meo tempore in cauſa Henrici de *Alcan*, contra Petrum *Zenarx*, 16 Iunij, ano 1550. Et hoc ideò fic obſeruatur, quia poſſet quiſq. inferiorum Ducũ & Principũ in præiudiciũ Imperij in ſuo Ducatu plures facere inſtantias, & ita iuriſdictionem ſupremi tribunalis eludere: quod ne ſtatuto quidem fieri poſſe in præcedenti obſer. diximus. *Idemque Bal. tradit in l. Sit. C. de ... tit. generali.*

ADDITIO.

Ceterùm an executio trium conformiũ ſententiarum per nullitatis exceptionem impediri poſſit, *Vid. infr. cent. 6. obſ. 4.* A. Reyger.

OBSERVATIO XVI.

Vid. inf. Cent. 6. obſ. 70. nu. 20. Gail. 2. obſ. 18. Hartman tit. 20. de pact & tranſact obſ. 4. ver Iaſon. in l. petens C. de pact. Anton. Gabr. Rom. lib. 5. conclu. 7. de præſcr. Cacheran. deciſ. 115 Teſſ. deciſ. 117. nu. 2. Afin. de executt. §. 7. c. 115. Daniel. Moller. lib. 3. ſemeſtr. c.

Pacto de retrouendendo & iuri offerendi an 30. annis præſcribatur?

PACTO de retrouẽdendo præſcribi triginta annis, *conſueuerunt Ang. conſi. 54. Iulianus & Franciſcus Vendiderunt. Fel. in rubr. de praeſcript. nu. 15. Vbi dicit iſtam communem, & c. ſi diligenti eod. tit. Iaſ. l. petens. C. de pac. & l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. Bal. con. 303. in fi. par. 1. Soci. Iun. conſil. 145. num. 34. cum ſeq. Boer. deciſ. 182. Pet. Rebuf. in l. 1. in 1. not. num. 52. cum ſeq. C. de ſent. quæ pro eo quod int. prof. & Rol. à Val. conſilio 21. in 2. tom. & pleriſque alij*, etiamſi in pacto ſi expreſſe dictum, quòd emptor promiſit retrouendere, quã tocúnque vel quotieſcúnque precium redderetur, etiam cum iuramento. quia in tali promiſſione ſubintelligatur iſta conditio ſi retrouẽditio petita fuerit intra triginta annos: & pariter in iuramento appoſito, quod recipit cõditionem & naturam eius contractus, cui apponitur, *Vt ibi per eos, & per Rui. con. 51. 84 & 167. Vol. 1. & con. 27. vol. 4. Boer. deci. 351 Fel. con. 24. n. 16. & ſeq. & Pariſ. con. 92. Vol. 3.* Contrariam verò opinionem, nempe quòd contra pactũ de reluendo vel retrouendendo non attẽdatur vlla præſcriptio, etiamſi centum annorum eſſet, amplexa eſt olim Camera in cauſa Baronum de *Geroltzeck* contra Marchiones de *Baden* 29. Martij, anno 42. Itẽ in cauſa Andreę *VVilperck*, & cõſortum, contra Epiſcopum Argentinẽſem, & meo tẽpore in cauſa dominorũ in *Creutznach*, cõtra Comitem Vlrichium de *Falckenſtein*, quæ erat inſtituta pro reluitione duorum pagorũ *Halberſtheim*, & *Stotzenheim*: quæ ſententia fuit lata 11. Septemb. anno 1549. *teſtatúrque Cl. Cantiuncul. ſe ita pariter in Camera Imperiali obtinuiſſe, con. 17. ad fin. nu. 44.* Et hanc poſteriorem opinionem tenuerunt antiqui Gloſſ. & Dd. Roge. Matt. Sin. Vinc. Iac. de Rauen. Pet. de Bel. Perti. & alij, *quos refert & ſequitur* Cyn. *in l. cùm notiſſimi. §. ſed cùm illud. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Idem tenet Albe. de Roſa. eod. l. §. eodem iure. Raph Fulg. l. ſi rem. §. omnis. de pign. actio. & Fabia. de Mon. tract. de empt. & Vend. 7. quæſt. pr. Verſ. 3. quæro*, vbi impugnando priorem opinionem hanc ſecũdam vt veriorem, & magis com... m firmat, *quã Alciat. expreſſe ſequitur ... d. rub. de præſcript.* hancq. in iudicando ſeruandam eſſe probat. *Itẽque An. Gomez. in commen. Var. reſolut. to. 2. de empt. & Vend. c. 2. nu. 28. De hac materia Vide etiam Ioan. Franc. Balbum in tract. de præſcript. in 4. parte 5. partis princip. quæſt. 3. & ibi loca ordi. multa. & Chaſſan: in con ſue. Burgun. tit.* Des rentes. *§. 1 fol. (mihi)* 203. *num. 9. & ſeq. & latiſſ. Henning. de* Goden *in eleg. ſuo con. de præſcript. pign. per diſcur. præcipuè nu.* 258 *Hartman. lib. 2. pract. for. Verbo. pactũ de retrouendendo.* Et de iure offerendi, quòd huic non præſcribatur, vide Octa.

19. Fleſtor. conſti. 1. p. 1. A. Reyger. Gail 2. obſ 18. Hanc opinionem etiam conſtitutio Elect. Saxon ſequitur conſt t. 1. p 2. A Reyger.

Digitized by Google

Cachera.*deciſ.* 115. vbi licet in vtrâque par
tem grauiter diſputet, hanc tamen vt ve-
riorem & æquiorem amplectitur, & ſecũ-
dum eam in Senatu Pedemontano iudi-
catum fuiſſe refert, *allegando etiam Didac.*
Couarr. lib. 1. var. reſol. c. 8. & Port. in ſuis
reg. & com. conclu. lib. 3. . 32. & 33. adde Ti-
raq. de retract. conuen. §. 1 glo. 2. vbi pariter
in vtramque partem diſputat.

OBSERVATIO XVII.

1\. *Promiſſio facta* (Bey Furſtlichen Ehren vnd Trevven) *an iuramento æquipolleat?*

1\. 3. 5. *Interpoſitio fidei iuramento æquipollet.*

2\. *Verba Principis debent eſſe firmiſſima, etiam non iurata.*

4\. *Inter iuramentum corporale, & fidem præſtitam non eſt differentia.*

6\. *Niſi quo ad pœnam.*

Gail. 1. obſ. 59. Hartman. tit. 24. de fideiuſſ. obſeru. 3. ver. his adiungo. vid. ex celletiſſimum ICtum ſummum Practicũ Dn. Mat. Coler. in elegãtiſſimo ſuo tractat de proceſſ. execut p. 1. c. 10. nu. 250. eum ſeqq. e raphin. de priuil. iuram. priuil. 77. n 72. vbi diſtinguit. Teſſau. deciſ. 47. nu. 11. vid. Cl. IC. Dn H. Hamelium in condict. ex l. 2. C. de reſcin. vendit. vbi plura notata. vid. Vveſẽb. con. 23. nu. 56. vbi hanc obſeruationẽ allegat. A. Reyger.

QVANDO Princeps promittit ſub fi-
de & dignitate principali (*Bey Fur-*
ſtlichen Ehren vnn VVirden) quod hęc ver-
ba inducant iuramentum inter Principes,
vel certe iuramento æquipolleant, graui-
ter diſputatum, & tandem concluſum eſt
in cauſa curatorũ iuniorum Marchionũ
de *Baden*, contra dominum Erneſtũ Mar-
chionem de *Baden*, Anno 1543. vbi com-
promiſſum firmatum ſub fide & dignitatē
Principum, pro iurato fuit habitum. † Æ-
chiologia eſt, *quia de iure verba principis*
debent eſſe firmiſſima, etiam non iurata: c.
ad Apoſtolica. ibi. Innoc. de re iud. Mart.
Laud. tr. ...t. de princip. n. 158. *Quinimo Iaſ.*
2\. *in l. ait Prætor. §. ... ff. de iureiu. &* Bal.
c. in literis, de præſumpt. exiſtimat iuramen-
tum eſſe † *Aſſero per fidem meam, &c. &*
3\. *quòd talis promiſſio eandem vim habeat*
cum iuramento vero, notiſſima Germaniæ
conſuetudine receptum eſt, & in prædicta
4\. cauſa deciſum. † Accedit prædictis, quòd
inter iuramentum corporale & fidem prę-
ſtitam non eſt differentia, ſed à pari pro-
cedunt, & ſunt æquipollentia, *c. ad aures.*
& ibi Abb. quod met. cauſ. c. peruenit. 2. in fi.
de fideiuſſ. Idem tenet *Archid. 22. quæſt. in*
ſumma gl. in c. querelam. ne præl. vi. in c. 2.
de ſponſa. in c. ex literis. de conſt. in glo. 1. &
alibi ſæpè. Idem quoque videntur tenuiſſe
Io. *And. & Ant. de But. in c. ex tempore de*
arbi. Ang. Alex. & Iaſ. *in l. 3. §. iurari. ff. de*
iureiur. & in §. item ſi quis. 2. num. 54. Inſt. de
actio. Alcia. in rub. ext. de iureiu. nu. 5. Ber-
tachi. in repert. verbo. fides. Alex. *in l. ſi quis*
maior. ver. vltimò quæro. num. 16. & poſt eum
Iaſ. *& Hier. Cagno. ibidem. C. de tranſ. vbi*
dicit, hanc opinionem eſſe communem: ſequi-
tur, & multa allegat Hier. Schurff, *con. 62.*
num. 13. cent. 3. & expreſſè Bald. in c. literas
in pen. col. de præſumption. vbi dicit. † Spe- 5.
ciem eſſe iuramenti, ſi quis dicat, aſſero
per fidem meam, & in verbo veritatis:
quantò magis id de viris principibus di-
cendum eſt? Quæ omnia prædictam Ger-
maniæ noſtræ conſuetudinem confirmãt.
Et hanc eſſe communem, teſtatur quoque
idem Alcia. *in d. l. ſi quis maior. verbo, inuo-*
cato. Et licet ibi diſtinguat inter ſimplicẽ
ſub bona fide factam promiſſionem, & iu-
ramentũ reuera præſtitum. † Tamen con- 6.
cedit quò ad promiſſionis obſeruationẽ,
vtraque paris eſſe efficaciæ, differre autẽ
quò ad pœnam, quæ non perinde incurra
tur fractione fidei, atque iuramento. *Quã*
diſtinctionem ſequitur Did. Couar. in 1. par.
comment. in cap. quamuis. de pac. lib. 6. §. 2.
ver. non ab eadem. Et vterque hauſit vnt ex
Felin. in c. præterea, num. 15. de ſponſal.

ADDITIO.

Obſeruandum, quod promiſſio ſub FI-
DE, *Bey guten Glauben, trevven vnd vvaren*
vvorten, item bey dem vvort der VVarheit,
iuramẽto æquipollet, *c. ad aures. ext. Quod*
met. cauſ. c. peruenit, de fideiuſſ. c. peruenit. de
iureiur. Grauett. con. 241. num. 11. Tiber. De-
cia. con. 2. num. 113. *lib. 1. Schard. in l. fin. n.*
13\. *C. de edict. D. Hadr. toll. Laurent. Kirch.*
cent. 4. com. opin. concluſ. 23. Et eiuſmodi fi-
dei interpoſitionem, præſertim ab illu-
ſtribus perſonis factam, iuramento æqui-
parari commune eſt Dd. placitum, vt ſup.
oſtenſum, eandémque clauſulam idẽ ope
rari quod iuramentum, *reſpondit Pariſius,*
con. 110. n. 6. & 40. vol. 1. Marc. Mant. con.
70. n. 7. vol. 2. Natt. con. 479. n. 11. & con. 480.
n. 12. & 13. vol. 3. Franciſ. Burſ. con. 306. nu.
12. lib. 3. Mich. Graſſ. in lib. comm. opin. quæ.
4. in fi. c. 3. Menoch. con. 201. num. 110. lib. 3.
Hæ clauſulæ, atteſtantibus omnibus Pra-
cticis & probatis ICtis à Principibus, *Bey*
meinen Furſtlichen, à Comitib. *bey meinen*
Graffliché, & Nobilib. *bey meinen Adelichen*
Ehren,

Digitized by Google

Ehren, trevven vnd gutem Glauben, prolatæ & in inſtrumentis inſertę vim iuraméti veri inducunt & operátur, *Darauß dan vnvviderſprechlich erfolget, vvan ein Furſt, Graff vnd vom Adelet vvas Zuſagt, oder ſich verſchreibet, bey ſeinen Furſtlichen, Grafflichen vnd Adelichen Ehren, trevven vnd gutẽ Glauben, auch bey dẽ vvort der VVarheit, alles vnd jedes ſo der verſchreibunge mit ein vorlesbet, ſtet, feſt vnd vnuerbruchlich vnd vvol zu halten, Zuerfolgen, vnddeme Zugeleben, &c. Er ſolcius von Rechts vvegen eben Zu halten, als ob er ſolchs mit einem leiblichen Eydt geſchvvoren hette, bey Peen des Meineydes.* Sic practicatur quotidie. A. Reyger.

OBSERVATIO XVIII.

Vid. Gail. 1. obſ. 91. Teſtes ad perpetuam rei memoriam, quando & qualiter examinandi, tam à parte Actoris, quàm Rei, vide Schrad. in tract. feud. part. 9. 1. part. pr. ſect. 13. n. 110.

Commiſſarij in Camera etiam ante cœptã litem decernuntur ad examinandos teſtes ad perpetuam rei memoriam.

QVANDO reus ex Camerali ordinatione ad inſtantiam actoris Iudices nominare habet, vt ſunt Comites, Barones, nobiles inter ſe, vel contrà Duces: aut quãdo Ciuitates in prima inſtãtia priuilegiatæ ſunt, tũc ſi actor ad futuram ſeu perpetuam rei memoriã teſtes examinari ante cœptam litem petit, in Camera decernũtur commiſſarij, per quos examinẽtur: licet aliàs iudex cauſæ hoc regulariter facere non poſſit, nec debeat: *per tot. tit. ext. vt li. non conteſt.* Ita fuit decretum in Camera ad inſtantiam oppidi *Schvveinfurt*, cõtra Comitem VVilhelmum de *Hennenberg*, 2. Iunij, anno 1537. & aliquot aliis vicibus. Quanquam autem partes (*vt iam dictum eſt*) quæ immediate Imperio ſubiectę, & tamen in prima inſtantia priuilegiatę ſunt, poſſint petere examinari teſtes ad futuram rei memoriam in iudicio Cameræ: attamen huiuſmodi commiſſiones ita fiunt, vt commiſſarius ad tale examen deſtinatus, teſtium dicta clauſa ad Camerã tranſmittat: & quando pars producẽs petit commiſſarium à Iudicibus Camerę ad edẽdum ſibi Rotulum examinis, negatur ipſi: decernuntur tamen compulſoriales, vt Cameræ edat expenſis Producentis, retineturque deinde in Camera, donec cõtrouertentes vel coram iudice priuilegiato vel aliàs publicari petãt, vt in Camera publicatio fiat tanquam à Iudice. Atque ita quandoque iudicatum fuit ad ſupplicationem Regis Ferdinandi ex parte regiminis ſui in Oenipõte, contra D. Erneſtum Marchionem Badenſem, die 5. Auguſti, anno 1541.

OBSERVATIO XIX.

Huc pertinẽt, quæ tradit Hartman. tit. 14 de feu. obſ. 19. in pr. A. Reyger.

Actionem negatoriam intendens, an neceſſariò dominium rei ſiue fundi, in quo ſeruitus prætenditur, probare teneatur?

NOTVM eſt, ad hoc, vt actio negatoria (per quã prædia noſtra, ſi forte quis ea ſeruire prætendat, in libertatem aſſerimus) alicui concedatur, duo neceſſaria eſſe: Primum, quòd actor dominium prædij, cuius libertatem aſſerit, vel ius aliquod in eo habeat: alterum, quòd reus ſeruitutem ſibi in eo cõpetere prætendat, *vt per Dd. in §. æquè, Inſt. de actio. l. 2. ff. ſi ſer. vend. & l. ſi priuſquam. ff. de no. oper. nunc.* An autem dominium ab agente negatoria probandum ſit, controuerſum fuiſſe memini, in cauſa Ioan. Iacobi *Knobloch*, contra Senatum & communitatem Haganoenſem, pleriſque id aſſerentibus. Nam cùm dominium ſit cauſa negatorię actionis, ſicut & rei vendicationis, ideò ab agẽte probandum videtur, *per l. dote ancillam. C. de rei ven. l. in rem. in prin. ff. eodem.* *Quam ſententiam Spe. quoque ſecutus eſt, in tit. de cauſ. poſ. & propr. §. in confeſſoria, verſicul. & nota quòd dominium.* Idemque *voluit Alex. conſil. 136. num. 3. vol. 2.* Alij verò Domini frequentiùs diſtinguendum eſſe dicebant, an negatoriam intendens eſſet in poſſeſſione fundi vel non. Nam priori caſu volebant ſufficere, ſi poſſeſſio probaretur: ſic enim & de dominio præſumendum eſſe, cùm ſolùm incidenter de eo quæratur, *iuxta not. in l. quidam in ſuo, ff. de cond. indeb.* Altera verò ſpecie, ſi agens non ſit in poſſeſſione, ei dominij ſiue allegati iuris probationem incumbere, *per iura ſupra dicta.* Et hanc ſententiam, velut æquiorẽ, in prædicta cauſa ſecuti ſunt

Digitized by Google

Domini, *quam etiam tenent Innoc. in c. Abbate ſanè, de verb. ſig. Bart. in d. l. ſi prius quã, & in l. ſicut, §. ſi quaratur, ff. de ſer. Vend. & pulchrè Gui. Pap. deciſ. 28. per totum, vbi plura alleg. t. Et vide ad hanc obſ. quæ ſcripſi reſp. 11. dec. 2. n. 6. & ſeqq.*

OBSERVATIO XX.

vide Gail. 1. obſ. 127. n. 5. & obſ. 77. Rationem tradit Vvurmſ. titul. 24. de Appellat. obſeru. 39. Quia nullitas ſemper tacitè ineſt appellationi l. quædã mulier. ff. fa. erciſcund. l. fi. de iur. patro. l. 3. de alimen. lega. A. Reyger.

Super nullitate notoria pronunciatur, etiam parte non petente, nec vel lite conteſtata.

ETIAMSI appellans non deducat nullitatem in cauſa appellationis, nec de ea vllam mentionem faciat in appellatione, ſi tamen Iudex appellationis ex Actis euidenter ac notorie deprehendat, ex aliqua cauſa fuiſſe in priori inſtãtia nulliter proceſſum, aut iudicatum, debet nihilominus ſuper nullitate pronũciare, lite etiam non conteſtata: *ſecundum Innoc. Anton. de Butr. Panorm. & alios in c. dilecti. de appell. & Hiero.* Schurff, *con. 60. num. 9. & 10. & in 1. centu. vbi dicit hoc obtinere, ſiue ab interlocutoria, ſiue à deffinitiua ſimpliciter appellatum fuerit, nulla ſcilicet mentione facta nullitatis*: quia ſemper debet iudex appellationis ſuper nullitate (ſi de ea conſtet ex Actis) pronunciare. Atque ita non ſemel in Conſiſtorio Cameræ fuit obſeruatum, quando ſuper deuolutione concluſum, & lis nondum conteſtata erat. *Ita etiam tenet Mar. Soci. in c. quoniam frequenter. ver. 8. vt lit. non conteſt. Rota dec. 5. in Nouiſ. & Vants. de nullit. tit. coram quo. nul. propo. poſ. nu. 4. & 7.*

OBSERVATIO XXI.

Facit quod tradit Vvurmſer tit. de libel. obſ. 13. A. Reyger.

Appellatus acta pro dimidia redimere tenetur, ſi communi appellationis beneficio vti velit.

Hodie hac de re extat conſti. Imperialis A. Reyger.

IN QVADAM cauſa fuit ſententia lata, continens plura capitula, à qua vtraque pars in certis duntaxat capitulis appellauit: altera tantùm pars in Camera proſequendo appellationem produxit libellum appellatorium pro ſe, ſuã quoque appellationem proſequendo: & qui acta protulerat, deſuper litem conteſtari recuſauit, niſi aduerſarius ſibi prius refunderet expenſas pro redimendis actis factas, alter contradicebat, allegando ſe nihil opus habere actis, ſufficere producta eſſe: deſuper ſubmiſſio facta. Deciſum fuit per Dominos: quòd ſi is, qui nulla acta produxerat, voluerit etiam ſuam appellationem proſequi, tenetur dimidiam pro redemptione actorum parti aduerſæ refundere. Actum 28. Iulij, anno 1553. in cauſa *Strobel*, contra Matthiam *Keller*.

OBSERVATIO XXII.

Clericus corã quo iudice conueniri poſſit?

Vid. inf. 4. obſ. 95. Vid. Gail. 1. obſ. 37. n. 4. & obſ. 7. nu. 1. de pign. Hart. tit. Miſcel. ex iur. Canon. obſ. 4. & 7. & titu. de iudic. obſ. 7. verſ. etiamſi. pater cos. A. Reyger.

1. *Clericus regulariter coram Iudice Eccleſiaſtico conueniendus.*
2. 4. *Clericus coram Iudice laico conueniri poteſt actione reali.*
3. *Doctor. communiter contrarium tenent.*
5. *Clericus vaſallus coram Iudice laico de re feudali conueniri poteſt.*
6. *Ampliatio.*
7. *Clericus venditor tenetur emptorem laicum coram Iudice laico defendere.*
8. *Opinio Angel. & Caſtr.*

QVAMVIS regulariter Clericus corã 1.
Iudice Eccleſiaſtico cõueniri debeat tam à Laico, quàm Clerico, *per tex. in c. 1. & 2. & c. ſi diligenti. §. vlt. de fo. compe. & c. decernimus. de iudi.* † Attamen quòd Cle- 2.
ricus poſſit à Laico trahi ad Iudicem ſecularem, quando aduerſus eum experitur actione reali, eſt deciſũ in Camera, in cauſa Prioris & conuentus Vallis ſancti Matthiæ, contra Theodoricum de *Miledung*, relata 4. Iunij, an. 1550. † Vtcunque Dd. cõ 3.
munioni opinione contrarium videantur tradidiſſe, videlicet laicum non poſſe eſſe Iudicem Clerici, etiam in realibus, nec coram eo conueniri, *in Authent. Statuimus. & Auth. Si clericus. C. de epiſ. & cler. Pet. Iacob. tit. de rei vend. circ. fin. Idem in titul. vi bon. rap. & Ant. de Tremo. in addit. ad Bona. in rubr. qui mo. ſuo. num. 39. in verbo, ſub iudicibus ſecularibus, vbi hanc communem dicit.* † *Sed tamen pro priori opinio-* 4.
ne facit l. 1. §. ſi alter fundus. ff. fin. reg. ibi. quoniam magis fundo, quàm perſonis adiudicari partes intelliguntur: & l. qui aliena. 31. alias incipit liberto. §. vlt. ff. neg. geſt. ibi, ſententia prædio dantur. & 11. q. 3. §. cum ergo.

Digitized by Google

ergo. Vide etiã de hoc Ioan. Fab. §. ſi verò reus Inſtit. de ſatiſd. & Specul. tit de actore. item
5. *que Roland. à Val. con. 23. n. 13. lib. 1.* † Sic etiam iudex Laicus, id eſt, dominus feudi, vel pares curiæ poſſunt cognoſcere de re feudali cõtra Clericũ, ſi is ſit vaſallus quia tũc ſubeſt domino Laico, coráq. ipſo conueniri poteſt de feudo, *iuxta Fel. in c. cæterum. n. 3. de iud. Guid. Pap. dec. 139. &* Archi*dia. in c. de coniug. l. 6. vbi fatetur hãc ſententiam inter Laicos ſeruari de conſuetudine.*
6. † Et prædicta ſententia (quã Felin.* ibidẽ, cõmunem fatetur) ampliatur procedere non ſolùm, ſi vertitur quæſtio ſuper proprietate, ſed etiam ſuper poſſeſſione, *iuxta Aret. in d. c. cæterùm, n. 24. & Panor. ibidem. Hoc tamen Aret. ibi recipit, quãdo agitur per interdictũ poſſeſſoria ſecùs, ſi intẽtetur emenda iniuriæ, vel dãni p[illegible]ſſi: vel agatur criminaliter de poſſeſſione ad pœnam, quaſi tunc* Iu*dex ordinarius, & non dominus cognitionem habeat, vt per Imo. & Mod. in d. c. cæterùm.*
7. † Sic etiã Clericus venditor, cui per emptorẽ Laicũ denunciaretur lis mota ſuper re vendita, coram iudice Laico tenetur emptorem, coram eodem defendere: *prout Panor. voluit in c. fi. de emp. & vend. Et Boer. deciſ. 69. n. 27. per allegata ibidem. Eiuſmodi fuit etiam Baldi opinio in l. 1. C. vbi in rem actio, approbata olim in Camera 5. Iunij, anno 1537. in cauſa Laurentii* Moringi, *con-*
8. *tra Margaretam* Statichen. † *Licet Ang. & Caſtren. velint, tali caſu clericum ad ſuũ Iudicem remittendum eſſe in l. venditor. ff. de iudi. Sed prior ſententia, vt dixi, in Camera obtinuit.*

OBSERVATIO XXIII.

Expenſæ retardati proceſſus non reſeruantur ad finem litis in Camera.

Vid. Gail. 1. obſ. 151. n. 15. Hartman. tit. de expenſ. obſ. 1 A. Reyger.

IN Camera generaliter deciſum eſt anno 1549. quòd ſuccũbens in exceptione vel replicatione aliqua, ſtatim condemnari debeat in expenſas illius capituli ſeu pũcti, non autem reſeruari ad finem litis. Et ratio eſt: quia, qui talem exceptionem vel replicationem obiicit, proceſſum cauſæ retardat: & ideò debet condemnari in expẽſas ratione retardati proceſſus: habetque tale capitulum iam ſuum finem, *l. pen. C. de fruct. & lit. expen. & ibi Bar.* Si tamen Iudex omiſiſſet talem condemnationem, poteſt vſque ad diffinitiuam eam ſupplere, *ſecundùm Inno. in c. ſæpè. de appel. Et vide Bal. ad Spe. de ſenten. §. vlt. ver. ſed an ſuccumbens. Adde quod hoc poſteà in noua ordinatione Cameræ, quæ ſcilicet in Auguſtanis Comitijs an. 1555. reuiſa atque emendata fuit, expreſſe ſancitum eſt, lib. 3. tit. 50. de taxa. expenſarum, ver.* VVir vvollen auch alle, &c.

OBSERVATIO XXIV.

Exceptio merita cauſæ reſpiciens ad probandum in Camera non admittitur, niſi lite conteſtata.

Vvurmſer. tit. de Except. obſeruat. 4 & 5. & titu. de ſent. obſ. 22. & tit. præſcript. obſ. 1. & Hartman. tit. de excep. obſ. 1. A. Reyger.

QVANDO exceptio aliqua opponitur ante litis conteſtationem quę tamẽ merita cauſę reſpicit, an debeat ante litis conteſtationem examinari ſaltem ſummariè? Doctores variant: *vt per Innoc. in c. ſuper literis, de reſcript. & ibi alios,* &c. Sed in Camera deciſum, quòd talis exceptio reſpiciens merita cauſę principalis nunquam ſit examinãda ante litis cõteſtationem, ſed reſeruanda donec acceptum ſit iudicium: *idq. per tex. in c. 1. de litis conteſt. lib. 6.* Ideóq. oppoſita tali exceptione, ſolet ea non obſtante, litis conteſtatio partibus imponi in Camera, ſemper tamẽ ſalua tali exceptione, & quibuſcunq. alijs defenſionibus poſt acceptum iudicium proponendis. *Qua de re vide etiam Alex. conſi. 37. col. 4. poſt med. vol. 2.*

OBSERVATIO XXV.

Actio iniuriarum, & legis Aquilię poſſunt cumulari.

Vid. Gail. 1. obſ. 63. nu. 9. De legis Aquiliæ Actione vi. Vvurm. ſub titu. Miſcell. obſ. 4. A Reyger.

CVMVLATIO actionis iniuriarũ & legis Aquiliæ in Camera admittitur, vt in cauſa Ioannis *Kern*, contra Ludouicum de *Vernhuſen*: item in cauſa Iegerin, contra *VVeſtvartẽ*, relata an. 1550. *per tex. l. qui ſeruum de actio. & o[illegible].* Dd. *plenè in l. dominium. C. de iniur.* Cęterùm quãdo alias cumulatio plurium actionum in vno eodémque libello permiſſa ſit, vide Dd. communiter *in l. ſi idem cum eod. de iuriſd. om. iud. l. edita. C. de edend. & Dy. in c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6.* Qui velut pro regula tradunt, *plures actiones in vno eodem-*

Vid. Schnei. in §. Sin minus, nu. 15. & ſeqq. & ib. doctè Zaſius

Digitized by Google

Inſtit. de Act. A. Reyger.

que libello ſi ex diuerſis cauſis ad diuerſa agatur, nec obſtent regulæ prohibitiuæ cumulationem impedientes, coniungi atque cumulari poſſe. Quæ autem ſint hæ regulæ vide apud Dd. in locis iam allegatis.

OBSERVATIO XXVI.

Vide Gail. 1. obſ. 146. n. 4. Hartman. tit. de appellat. obſ. 10. A. Reyger.

Cauſa attentatorum ante omnia expedienda, & in ea ex ſtylo Cameræ requiritur libellus & litis conteſtatio.

CAVSA attentatorum ante omnia expediri debet ad inſtantiam appellantis, vel eius, in cuius præiudicium attentatum eſt: nec compellitur appellans, ſeu attentata paſſus, inuitus in cauſa principali procedere, niſi refuſis expẽſis, *per c. ſolum, & ibi Archid. de appell. lib. 6. & Phil. Fran. in c. conſuluit, extra de appel.* Atque ita deciſum fuit per iudices Camerales in cauſa *Meiſſenheim* contra *Guldeman*: vbi etiam, niſi ſolutis attentatorum expenſis appellans procedere ad ſententiã non fuit cõpulſus: Idem fuit obſeruatum in Camera in cauſa Bernhardi *VVarmſsdorff*, contra Philippum *VViſchen*, relata 15. Iunij, anno 1544. Et quamuis de iure non ſit neceſſarius libellus in propoſitione attentatorũ, nec litis conteſtatio *ſecundùm Dec. in c. bonæ memoria, col. 5. verſ. 1. de appel. & glo. ord. in clem. ſi. vt in li. pend. & c. cum M. de conſt.* tamen de ſtylo Cameræ ſolet libellari, atque etiam lis conteſtari. *Et de multis priuilegijs attentatorum. Vide plenè per Phil. Franc. in d. c. bonæ memoriæ, col. 4. & 5. & per Marantam in Spec. iud. par. 6. titul. de appell. in 6. prin. quæſt. nu. 289 cum ſeq. vſque ad nu. 396. incluſiuè, vbi vide.*

OBSERVATIO XXVII.

Vid. Gail. 1. obſ. 66. & 42. VVurmſer. tit. de appellat. obſ. 40. A. Reyger.

Sententia nulla num poſſit reformari? Itẽ nullitas proceſſus in Camera nõ attenditur, ſi de meritis cauſæ conſtet.

TRADVNT interpretes iuris, quòd ſententia, quæ eſt ipſo iure nulla, nõ poſſit reformari per iudicem appellationis, ſed debeat tantùm pronunciari nulla, *Bart. in l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando iud. & in l. ſi expreſſim. colum. pen. de appell. Abbas in c. cùm Ioannes, in fin. de fid. inſtrum. & c. dilecto, de appel. cum ſimilibus: per text. in c. cum dilect. & ibi Abb. 3. & 4. notab. de empt. & vend. quem text. ad hoc extollit Bal. in l. 2. q. 14. C. de reſcin. ven. & Alex. conſ. 79. perſpectis verbis volum. 2. & Dec. conſ. 483. in 4 part.* Verùm in Camera ſi poſſit conſtare de meritis cauſæ principalis, & de veritate cognoſci, vt quia partium iura ſint clara, non attenditur nullitas cõmiſſa in proceſſu, ſed de meritis cauſæ diffinitur nihilominus: idque expreſſim habet ordinatio Cameræ, *ad quod facit etiam c. dilecti. & quæ ibi not. ext. de iud.* idque ſæpius factum memini.

Gail. 1. obſeru. 137. num. 4. Vide tamen de hoc latiùs infra cent. 5. ob. 93. vbi aliquot limitationes ſeu fallentiæ ad ſupra dictũ dogma ſunt annotatæ.

OBSERVATIO XXVIII.

De hoc eodẽ vide etiã infra cent. 4. ob. 61. Immiſſio ex primo & ſecũdo decreto quid operetur, vide plenè VVurmſer. tit. de contumacib. obſ. 7. A. Reyger.

Si Immiſſio in bona per Iudicem fiat, acquiritur pignus Prætorium.

FACIENS ſe immitti in bona iudiciali decreto, acquirit pignus prætorium, & ius hypothecæ: vnde poteſt bona perſequi: *vt per Caſtren. conſil. 136. in quæſtione quæ vertitur, per l. non eſt mirum 26. ff. de pigno. actio. & C. de Præto. pig. per tot.* Hoc tamen verum intelligitur, ſi verè & realiter apprehendiſſet, ac immiſſus eſſet in bona, aliàs ſecus, *per dict. l. non eſt mirum, de pig. actio.*

OBSERVATIO XXIX.

Vid. Gail. 2. obſ. 84. nu. 1. A. Reyger.

Statutum, quòd vxor pro marito obligetur valet. Item mercatorum filii ex ſtatuto tenentur ad debita patris.

Alloquin vxor licet partem debiti pro marito ſoluat, nõ tamen cenſetur ad reſiduum ſoluendum ſe obligaſſe, l. ſi. C. ne vx. pro marit. Hartm. tit. de debito. obſeruat. 4. A. Reyger.

IN CAVSIS ex Colonia Agrippina ad Cameram deuolutis, non attenditur ius commune, ne vxor pro marito, nec etiam priuilegiũ dotis, ſed iudicatur, quòd vxor ſimul teneatur ſoluere debita cũ marito, etiamſi per ſe ſola non contraxerit. Ita factum eſt in cauſa Agnetis *im Hoff*, contra Hermanum *Reinhards*. Valet enim ſtatutũ (quale prætenditur Coloniæ eſſe) quòd vxor teneatur pro marito. *Chaſſa. in conſue. Burg. rubr. 4. §. 10. verb. Contre la femme, per text. in l. hac diffinitione. C. de om. ag. deſer. lib. 10. l. vlt. C. de priuispil. 12. & l. ſicut. C. in quib. cauſ. pig. ta. contr. Idem expreſſe tenet Bar. in tract. Repreſſal. in 3. q. 1. part.*

Digitized by Google

1. part. princ. Sic quoque ſcribit *Bald. in l. dotu. C. de iur. do. Valere ſtatutum quòd filii mercatorum teneantur ad debita patris, etſi non probentur heredes, vel etiamſi repudiarint hereditatem: quod videtur ſatis durũ eſſe. Et hanc ſententiam quoque amplexus eſt Petr. de Anch. in rep. c. Canonum ſtatuta col. 18. ver. ſed quato vlterius ſcriptum eſt in lege diuina.*

OBSERVATIO XXX.

Gall. 1. obſ. 11. n. 15. Hartmã. titu. de ſeruit. obſ. 3. verſ. videlicet. Antõ. Gabriel. de præſcript. cõcluſ. 1. lib. 5. A. Reyger.

Præſcriptio immemorialis vim priuilegij & conceßionis habet, nec in ea requiritur tituli allegatio: Et quæ in probatione tanti temporis ſint neceſſaria.

SIQVIS fundet intentionem ſuam ex temporis curſu, cuius initij memoria non extat in cõtrarium, tum hoc ſufficit: quia tali tempore probato, cenſetur etiam probatum eſſe dominium, *vt per Iaſ. in §. omnium colum. 14. Inſtit. de action.* & habet tale tempus vim priuilegij & conceſſionis, etiã in his quæ ſunt Principi reſeruata, *cap. ſuper quibuſdam. §. propterea, de verb. ſig. Iaſ. in l. de quib. colum. 10. ff. de legib. Alex. conſil. 35. volum. 2.* Imò non eſt neceſſaria tituli allegatio in hoc tempore, *vt per Alexan. conſ. 6. volum. 1. & conſi. 125. & ſeq. volum. 2.* nec etiam requiritur in præſcriptione tanti temporis ſcientia eius contra quem præſcribitur, *idem Iaſon in l. imperium colum. 8. de iuriſdict. om. iudic.* & probata præſcriptione tanti temporis, non admittitur probatio in contrarium, *Felin. in cap. cum nobis, colum. 3. de præſcriptionibus Barba. conſi. 41. colum. 11. lib. 1.* Hæc materia pulchrè diſputata fuit in cauſa *Knobloch*, contra *Hagenavv*, anno 1550. túmque ſuprà dicta axiomata à ſaniori parte Dominorum approbata fuere. Quomodo autem probanda ſit temporis immemorialis præſcriptio, determinat gloſſ. *in cap. 1. de præſcriptionibus lib. 6. in verbo memoria*, tradúntque communiter Doctores ad probandum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, requiri ſequentia: Primò, quòd teſtes ſint ad minus 54. annorum, & de 40. annis teſtificentur. Deinde, quòd teſtes neceſſariò dicãt, communem opinionem eſſe, quòd de contrario vſu non exiſtat memoria. Tertiò, quod teſtes ita ſemper viderint, & audiuerint à ſuis maiorib. Quartò, quòd nunquam fuerit obſeruatum contrarium. *Et de his requiſitis vid. Alexand. conſil. 136. colum. 6. volum. 6. Guid. Pap. deciſ. 357. eundem deciſ. 573. Matth. de Affli. in conſtitut. reg. Sici. incip. Aquadragenalem. in pen. gl. lib. 3. Cepol. de ſerui. verba. cap. 19. nu. 6. Frãc. de Are. conſi. 166. & Panor. in d. c. cum nobis. & ibi Felin. in 5. col. vbi ponit multos modos. Et dicit Chaſſa. in conſue. Burgun. tit. de Iuſtices. §. 2. verbo la prunne. num. 8. quòd prædicta ſint neceſſario articulanda per aduocatos, aliàs reperient ſe deceptos in probatione. Vide eund. Chaſſ. tit. de Foreſtz. §. 2. & Henning. de Gœd. con. 1. nu. 12. lib. 7. vbi ponunt modum articulandi hanc immemorialis temporis præſcriptionem.*

OBSERVATIO XXXI.

De termino proſequendi appellationem, & reproductione proceſſuum in Camera.

De termino proſequendæ appellationis vid. Hart. tit. de Appellat. obſ. 9. & 10. vid. infr cent. 3. obſer. 15. nu. 11. & cent. 5. obſ. 57. & ibi not. A. Reyger.

SEX MENSES ex ordinatione Camerali ad proſecutionem appellationis præfixi & conceſſi incipiunt currere à die interpoſitæ appellationis, *per tex. in cle. ſicut appel. de appel. vbi determinata eſt diuerſitas Doctorum, & gloſſ. in l. fin. §. ſi'na C. de temp. appel.* nec ſufficit, ſi appellans citationem intra præſcriptum ſemeſtre tempus à iudice impetret, aduerſario inſinuet, & in eodem tempore reproducat, ſi terminus comparitionis non ſit intra ſex menſes, nec reus poſt lapſum illorum ad comparendum arctatur. Nam reproductio proceſſuum cũ effectu fieri debet, ſcilicet in termino, quo reus comparere obnoxius eſt: & per actum validum fieri debet perſecutio, ſeu reproductio, & litis pẽdentia: ſicut & aliâs per actũ validum præſcriptionem interrũpi oportet, *iuxta Gul. de Cun. in l. ſicut. C. de pr. 30. vel 40. anno. Alex. in rub. ff. de in ius voc. & Bal. in l. 1. ibid. it&q.*

Bald. & Alex. in l. Vlt. in prin. ff. de eo per quem fac. &c. Et ita iudicatum quandoq. fuit in Camera, & appellatio non recepta in cauſa Henrici *Malers*, contra Margaretam relictam Georgij *Diekens*, eiuſq. heredes, relata 27. die Octob. anno 15[illegible].

OBSERVATIO XXXII.

Vide Gail. 1. obſ. 95. Quomodo examen teſtiũ ſit nullum, niſi pars aduerſa ad faciendum interrogatoria ſit citata. Vid. Vvurmſer. tit. de interrogator. obſ. 1. A. Reyger.

Interrogatoriorum omiſſio non vitiat examen, ſed repetuntur teſtes: quemadmodum & ſuper articulo omiſſo poſſunt repeti.

SI PARS producit interrogatoria, & Iudex omittit interrogare teſtes ſuper illa, per hoc nõ inualidatur examen, ſed remanet facultas parti, vt poſtulet repeti teſtes ad interrogatoria, etiam poſt publicationem examinis. Ita aliquoties ſeruatum in Camera memini, præſertim in cauſa Hermani *Burgers*, contra Barbaram *Eckin*, 31. Ianuarij, anno 1551. *per ea quæ ſcribit* Innoc. *in c. per tuas. & c. cum cauſam. 1. & ibi Felin. de teſtib. idem tenet Alexan. conſil. 41. lib. 4. & conſil. 74. lib. 2. Vbi allegat iura & Dd. quæ hic breuitatis gratia prætermitto.* Sic etiam ſuper articulo omiſſo denuò poſſunt examinari teſtes poſt publicationem: *vt notat Specul. titu. de teſte. §. nunc videndum. in fine.* Idque paſſim in Iudicijs etiam inferioribus per Germaniam ſeruatur.

Vide etiã quæ ſcripſit Auct. lib. 1. reſp. conſi. 5. A. Reyger.

OBSERVATIO XXXIII.

Gail. 2. obſ. 70. Vid. Gabriel. lib. 3. concluſ. 1. de empt. & vend. ampl. 30. & n. 60. Fab. de Mont. in tr. de empt & vend. q. 4. princ. nu. 11. fol. 322. Arius Pinel. in l. 2. C. de reſci. vendi. par. 1. c. 4. num. 12. fol. 233. Capra Reg. 87. vſque ad 95. Pet. Gregor. Tholoſ. l. 28. c. 2. n. 28. & lib. 25. c. 24. num. 14. A. Reyger.

Reſtitutio, vltra dimidiam iuſt. precij in compromiſſo vel tranſactione læſis, competit.

COMPROMITTENS, ſi ſit læſus vltra dimidiam iuſti pretij, poteſt id tentare remedium, *l. 2. C. de reſcin. vendit. & ibi Bar. verſi. quæro vtrum hæc lex. idem in l. ſi quis cùm aliter, vbi etiam Alex. & Iaſ. ff. de verb. oblig. & l. ſocietatem §. arbitrorum. in 8. col. Vbi etiam Floria. ff. pro ſocio,* idq. procedit, etiamſi arbitramentum ſiue laudum emologaſſet & approbaſſet, *vt per Decium con. 60. col. 3. Vbi arguit de cõpromiſſo ad trãſactionem:* Remedia, inquiens quæ competunt aduerſus tranſactionem, habent etiã locum contra laudum approbatũ: ſed aduerſus veram tranſactioné conceditur remediũ *d. l. 2.* conſiderato dubio euẽtu litis & quęſtionis, ſuper qua trãſactio facta eſt, *Vt declarat Bart. in d. l. ſi quis cum aliter. de Verb. obl. Ver. quæro quid ſi in contractu tranſact. Vbi etiam* Imo. *Caſtr. & Rom.* Idem *Bart. in d. l. 2. col. 3. Ver. quæro vtrum lex, & Ant. de Butr. &* Imo. *in c. quinta Vallis, de iureiur.* Ergo idem in laudo dicendum per ſuprà dicta, *quod etiam ſequitur Hier. Grat. con. 108. col. 2. in fi. vol. 2. Alex. tamen con. 42. lib. 1. putat, l. 2. de reſcind. vend. non habere locum in tranſactione*: ſed contrariã ſententiam, quòd ſcilicet habeat locum, magis communem dicit Fabia. *in tract. de empt. & Vend. q. 48 pr.* idémque fatetur Dec. *con. 293. n. 4. tradens ibi concord. aſsignatam à Corneo, con. 27. lib. 4. vt ſi exceſſus Vltra dimidiam ſit modicus, procedat prima: ſin ſit maximus, ſecunda opinio locum habeat: & cum hac diſtinctione tranſit etiam Molina. in add. ad Alex. d. con. 42. in verbo, communem, n. 11. Adde etiam prædictis, quæ ſcribit Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſtin. 14. nu. 8. vbi dicit hoc notandum eſſe, quia quilibet prima facie contrarium reſponderet: & remittit ſe ad ea, quæ in Vlt. parte, in tract. de appel. in 4. quæſt. princ. Ver. octauò limita. & in 1. quæſt. Ver. reductio. ſit dicturus, vbi lector ampliùs Videre poteſt. Vide etiam, quæ* Iac. *Phil. Por. in hanc quæſtionem latè congeſſit lib. 1. com. opin. concl. 36.*

OBSERVATIO XXXIV.

Hartm. tit. de concluſ. obſ. 2. ver. præterea. A. Reyger.

Poſitiones producendæ intra terminum conceſſum ad probãdũ: nec quis tenetur poſteà productis reſpõdere. Adhoc tamẽ poſt terminum produci poſſunt, vt poſitio obſcura declaretur, vel per confeſſionẽ aduerſarii quis probet.

VVLGO traditur, poſitiones debere fieri & præſentari intra terminum datũ ad probandum, quo elapſo vlteriùs produci non poſſunt, *vt per Spec. tit. de dilationib. §. vlt. Verſic. item quid ſi datus. & ibi Bald. in apoſtil. ver. lapſo termino: idem Bal. in l. in contr. C. de non num. pecu.* Nec tenetur illis poſt terminũ productis pars reſpõdere, *iuxta Bald. in addit. ad Spec. d. tit. de dilatio.*

Digitized by Google

dilatio.Verſic.lapſo termino. 2. Prædictum tamen dogma intelligitur verum, niſi poſitio eſſet obſcura, quia poteſt declarari etiam effluxo termino probandi, vſq. ad concluſionem in cauſa: *ſecundum Bald. in l.tres denuntiationes,in fin.C.quom. & quãdo iudex.* Poſſunt etiam poſitiones exhiberi poſt lapſum terminum probandi, ad hoc, vt per confeſſionem aduerſarij quis tendat ad probationem, *iuxta Felin.in ca. licet cauſam.nu.18.Verſ.limita.8. de probat.* quia probatio per confeſſionem partis in quacunque parte iudicij fieri poteſt, etiã poſt concluſionem in cauſa, *iuxta Specul. tit.de poſit.§.4.col.2.Verſ. tum quia poſitiones*, quod diligenter notandum eſt quoniam ſæpe vſu venire poteſt.

OBSERVATIO XXXV.

An ſpuriis aliquid dari poſſit?

Vid Gail.2. obſ.98.nu.4. & 10 Hartma. tit. de alimen. obſ. 3. & de ſucce.obſ. 10. A.Reyger.

1. *Spurius regulariter nullius rei paternæ capax eſt.fallit nu.6.& 7.*
2. *Spuriis de iure ciuili non debentur alimenta: Secus eſt de iure canonico, vide Gail.all loc.num.4.*
3. *Spurij legitimati non præiudicant liberis legitimis in ſucceſſione, fal. nume.5.*
4. *Indulta Principis non præiudicant Tertio.*
8. *Limitatur tamen.n.7.*
9. *Teſtator ſi relinquat bona ſua executori, grauando eum, vt diſtribuat, poteſt etiam hoc caſu ſpurijs teſtatoris dare.*
10. *Spurij non habent ius προτιμήσεως.*

1. SPVRIVS regulariter rei paternæ ca-
2. pax eſt: † ſed nec filius nominandus, de iure Ciuili, *vt in Nouel.qui. mo. na. eff.ſui.ad fin.& auth.ex complexu. C. de in-*
3. *ceſt.nupt.* † Vnde etiamſi legitimetur ſpurius ex ſoluto matrimonio natus, per hoc in ſucceſſione non fit præiudicium filijs legitime natis. *Zaſius in l.ſt.pulatio hoc modo.n.46.de Verb.oblig.Vbi allegat. Alexand.conſil.2.libr.1 facit etiam l. 2. §.ſi-*
4. *quis à principe.ff.ne quid in loc. pub.* † vbi indulta principis intelliguntur ſine præ-
5. iudicio tertij: † niſi Imperator hoc exprimeret, & motu proprio, & ex certa ſcientia hoc prouideret: *vt per Zaſ.ibidem.* † Si tamen ſpurius ſubſtitueretur impube- 6.
ri filio teſtatoris, poſſet accipere bona fratris moriẽtis intra tempora legitima, ſed non bona patris, *vt per Zaſ. in l.ſi is qui. per illum text.num. 11. ff. de Vulg. & pub. Vbi allegat Dd.præſertim Bartol. ibi. & in l.qui conditionis.ff.de donat.cau. mor. & Bald.in l.eam quam C.de fideicomm. Tradit Zaſ.ibidem & aliam cautelam.* † quia 7.
pater inſtituendo Titium aliquem, qui & adit hæreditatem, ſi is poſtea faciat teſtamentum, & inſtituat ſpurium præfati teſtatoris, iam bona Titij, & bona paterna iuſte ſpurius recipiet. † Quod tamen 8.
procedit, niſi fraus aliqua intercurrat, vt quia Titius mox poſt aditam hæreditatẽ teſtatoris patris ſpurij feciſſet teſtamentum, quia tunc præſumitur tacitam fidem teſtatoris accommodaſſe, *contra l. non intelligitur.ff. de iur. fiſ.* vel teſtator inſtituendo Titium grauaſſet eum fideicommiſſo expreſſo, vt bona reſtitueret ſpurio: vel denique Titius inſtitutus permiſiſſet, bona paterna poſſidere, diſponere, adminiſtrare, in ſuos vſus conuertere ſpurium, *vt per Caſtr.poſt Barto.& Alexand.ibidem.* † Hoc tamen receptum eſt, & eo iure vti- 9.
mur, quòd ſi teſtator relinquat bona executori, grauando eum, vt bona ſua diſtribuat inter pauperes, poſſit executor etiam dare ſpurijs teſtatoris: *ita eleg. Bart.in l.fin. C. de his qui. vt indig. & Zaſ.in dicta l.ſi is qui.num. 12.* † Ex ſupra 10.
dicto dogmate etiam ſequitur, beneficium retrahendi rem, ſiue iuris *προτιμήσεως*, quòd à ſtatuto agnatis vel conſanguineis conceditur, non competere legitimatis, vt concludit & in eam rem multa allegat Decius *conſ.275.in cauſa quæ Lucæ. in 3.dubio: de quo vide etiam, quæ ſcripſit Tiraque.de retract. §.1.in gloſ.8. & Afflic. in tract.protho mis. verſ. item quæro an conſanguineus, baſtardis. & Bened.in rep.c. Raynutius.Ver.& Vxor.no.Adel.numer.187. Ver.præterea non ſucce.tit.extrà de teſta.Vbi latè hanc quæſtionem proſequuntur. Item Chaſſa.in conſuet.Burg.tit.de retractat.§.1. glo.le plus prochain.verſic. Additio quando. & in catal.glo. Mun.part.11. conſider.15. verſ.nec etiam ſpurij.*

Digitized by Google

OBSERVATIO XXXVI.

Rennunciatio ſucceſſionis paternæ non prohibet legitimam eiuſve ſupplementum petere, etiam iuramento firmata.

Vid. Petr. Gregor. Tholoſan. in Syntag. iur. lib. 41. 17. & 10. A. Reyger.

RENVNCIANS generaliter ſucceſſioni paternæ, non intelligitur renuntiaſſe legitimæ, vel iuri petendi ſupplementum eiuſdem, niſi ſpecialem de ea mentionem fecerit. *Ita ſingulariter decidit Gulli. de Cun. in l. de his. ff. de tranſact. per text. ſingul. in l. ſi quando. §. & generaliter.* C. *de inoff. teſt.* Ex quo infert ibi in ſpecie, quòd ſi frater aſſignet ſorori fundum pro ſua parte, & ſoror dicat ſe contentam, nec amplius quicquam petituram, quòd tamen poſſit petere ſupplementum legitimæ, niſi ſpeciatim renunciârit actioni ad ſupplementum legitimę. Hoc idem ſequuntur Albe. de Roſa. & Bald. *in d. l. de his, in 1. lectu. verſic. quæro vtrum hæc lex. & in 2. lectu. in fin. Vide etiam de hoc Hier.* Schurff, *pulchrè conſil. 96. nu. 1. Cent. 1. fol. 517. vbi multa in hanc rem congerit.* Et prædicta intelliguntur vera eſſe, etiamſi renunciatio eſſet facta cum iuramento, vt late probat Boer. deciſ. 3 num. 7. & 9. prima part. & Affli. deciſ. 118. num. 3. fol. 93. vbi videndum latiùs.

OBSERVATIO XXXVII.

Quæ remedia dentur contra vendentem prædium aliquod pro libero, quod tamen grauatum vel obligatum fuit.

Vid. Vvurmſ. ſub titu. de euict. obſ. 1. & inf. ead. cent. obſer. 53. A. Reyger.

VENDENS prædium penſione, ſeruitute, vel aliàs obligatum, tanquam liberum, qua actione conueniri poſſit, quæritur? Et videtur eum conueniri poſſe euictione de indemnitate ex empto ad intereſſe: & ſic oportet rem ſententia Iudicis euictam eſſe, & vt denunciatio eo nomine venditori fiat, quo emptor melius defendatur, *Ita Panorm. in c. vlt. de empt. & vend. l. qui rem. & l. emptor. C. de euict.* Secundò actione ex empto ad intereſſe. *per l. ſi minor.* C. *de act. empt. l. Iulianus. ff. eo.* Tertiò ſtipulatione de indemnitate interpoſita in cõtractu emptionis. glo. 2. l. cùm tibi liberum 21. C. de euict. *Die vveill ein Zinſs auff dein Hauſs ſteht*, agit emptor ex ſtipulatione, quod ob rem liberandam ſoluerit, quę ſibi vt libera vendita eſt: & ſic fuit iudicatum in Camera, in cauſa N. de *Hutten*, contra *Lichtenavverin*. Poteſt enim emptor securè ſoluere, non expectata ſententia *l. ſi cum quæſtio, C. de euict.* Quod procedit, exiſtente debito liquido & notorio: quia diuerſum obtinet, ſi ſit dubium: *Soc. fall. 117. l. 2. C. de euict.* Venditor enim tenetur emptori de euictione, *l. non dubitatur. C. de euict. l. pater. 71. ff. eo. tit.* Et hoc procedit etiam in hęredibus *per text. elegant. in l. ſi familia, C. famil. hereiſcun. gl. magiſtratib. in verbo pro parte. text. in l. ſi fratr s. in fin. C. com. vtriuſque iud. Zaſ. in l. qui Romæ §. fin. n. 15. ff. de V. O. vbi hoc limitat. in tribus caſib. vt ibi per eum.* Et fideiuſſoribus, non obſtante longi temporis præſcriptione, *contra l. qui alienam 54 ff. de euict.*

OBSERVATIO XXXVIII.

Litis conteſtatio partib. præſentib. quando non ſit neceſſaria.

Vid. Gail. 1. obſer. 77. ſupra obſ. 1. Vvurm. de lit. conteſt. obſ. 1. A. Reyger.

ETSI nonnulli exiſtiment, litis conteſtationem non eſſe neceſſariam, quando partes ſunt præſentes, hoc tamen ſecundùm Bellameram, *deciſ. 697. deciſ. 58.* verum eſt in ſecunda, ſiue appellationis inſtantia, non etiam in prima. Atque ita obſeruatum fuiſſe memini in cauſa Ioannis *Liblar*, cõtra *Zilman*, relata vltima die Auguſti, anno 1549. prout ſuprà obſer. 1. annotatum eſt. *Ad quod facit glo. ver. illud in l. vlt. §. illud C. de temp. appel. Innoc. in c. Rainaldus. de teſtam. in glo. verbi conteſtatæ.* Et quod de cauſa appellationis dictum eſt, hoc idem in cauſa nullitatis obtinet, quando incidenter & coniunctim cum appellatione mouetur, nẽpe eo caſu non requiri litis conteſtationem, quia *incidentia ſapiunt eandem naturam cum principali:* ſecus autem eſſet quando ſeorſim cauſa nullitatis moueretur, *Bald. in d. §. illud. Vide etiam Spec. tit. de lit. conteſt. §. quando. verſi. quid de cauſa*, vbi videtur ſentire, litis conteſtationem non fieri in cauſa nullitatis: cuius tamen contrarium Camera obſeruat, niſi ſit notoria nullitas,

vt quæ

Digitized by Google

vt quæ ex actis prioribus adpareat: nam Acta notorium faciunt *c. vlt. de cohab. cler.* aliàs ſi non ſit notoria, ſed altiorem requirat indaginem, tunc litis conteſtatio eſt neceſſaria: quia ſententia ſic lata ſuper nullitate vim diffinitiuę habet, quæ lite non conteſtata ferri nequit. Atque ita practicari ſolet in Camera Imp.

OBSERVATIO XXXIX.

Vvurmſ. de apell. obſ. 11. A. Reyger.

Appellatio à præſtatione iuramenti, in Camera recipitur.

QVANDO à Iudice defertur iuramentum alterutri litigatorum, licet non ſtatim appelletur ab eo, contra quem iurandum eſt, à tali delatione iuramenti, & deinde elapſo decennio pars aduerſa parata ſit iurare, & alter appellet à pręſtatione iuramenti, tunc appellatio in Camera recipitur, non attento, quòd à delatione intra decem dies non fuerat appellatum. Ita factũ in cauſa Georgij, *Buckartem*, contra *Maberhauſen*, 16. Martij, anno 1550. *Eſt materia l. generaliter C. de reb. cred. & iureiur. & l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. vbi vide Dd.*

OBSERVATIO XL.

Gail. obſ. . . 5. num. 5. & 6. Quomodo Actor intentionem ſ . am probare debeat tractat. Vvurmſ. tit de probat. obſ. 3. Add. Maſca. de probat. conclu. 1247. & ſeq. A. Reyger.

An & quando qualitatem facti inſtitutę actionis vel accuſationem probare oporteat?

ELEGANS eſt dogma, quòd ſi qualitas facti inſtitutæ actionis vel accuſationis non probetur etiamſi factum in ſe doceatur verum, tamen debeat ſubſequi abſolutoria: *ita Gandinus tenet in ſua materia criminali, & ad idem facit, quod notat Dyn. in l. denunciaſſe. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. & l. 1. §. ait prætor. ff. de vi & vi arm. & l. 1. §. item quæritur. ff. de aqu. plu. ar.* Verùm hæc doctrina ſic moderanda eſt, vt procedat, quando qualitas adiecta crimini, alteraret crimen & pœnam: tum enim tàm in ciuili, quàm criminali iudicio ius qualitatis propoſitum, debet probari cum iſta qualitate. Sed ſi qualitas non alteret delictum, nec pœnam, tũc ſiue loquamur in ciuili ſiue criminali, defectus probationis illius qualitatis nihil operatur: *vt l. in delictis, §. vlt. ff. de noxal.* nam ex quo, reſultat idem effectus, nihil intereſt, *vt l. Gallus. §. ſi eius. ff. de liber. & poſthum.* Ita eleganter diſtinguit Signor. de Homod. *conſil.* 140. & hoc obſeruarunt etiam Domini aſſeſſores in cauſa fractæ pacis Nobilium de *Habſpurg*, contra dominũ Chriſtophorum Comitem de *Nellenburg*, & communitatem in *Embſingen*, relata 26. Septembris, anno 1554. vbi vtcúnque violẽtia in articulis deducta probata fuerat, tamen ob non probatam qualitatem facti, quę inferret violationem pacis publicæ, rei fuerunt abſoluti.

Vide de hoc etiã, quæ inf. in eandem ſententiam annotata ſunt cent. 3. obſ. 98. & cent. 4. obſ. 80. vbi multa memorata nõ indigna comperies. A. Reyger.

OBSERVATIO XLI.

Vid. Gail. 1. obſ. 103. nu. 5. & 105. 2. obſ. 121. num. 3. A. Reyger. Vvurmſ. de probat. obſ. 2. Add. Chil. Konig in proceſſ. c. 86 nu. 3. Diſputantem hac de quæſtione vide Aſin. in Pra. § 3. c. 10. per tot ib. limit. A. Reyger.

Productio teſtium poſt publicata dicta an ſit licita? Item ſi quid ſit iure ciuili dubium, deciſioni Canonis ſtandum eſſe.

MAGNA eſt inter Legiſtas & Caniſtas altercatio, an ſicut in eadem inſtãtia, poſt publicationem teſtimoniorum, non admittuntur teſtes ſuper iiſdem articulis, vel directò contrariis: ita idem habeat locum in cauſa appellationis? de qua latiſſime Dd. *in l. per hanc. C. de temp. appellatio. Can. in c. fraternitatis, & c. intimauit. de teſtib. & Cle. 2. de teſtib.* Nonnullis exiſtimantib. dic. Cle. 2. tam in foro ciuili, quàm Eccleſiaſtico obſeruandã eſſe, nempè quòd priores, vel alij teſtes nec ſuper iiſdem, nec directò contrariis articulis facta teſtimoniorum publicatione in eadem vel alia inſtantia produci queant per vulgatam theoricam, qua dicitur *quotiès lege ciuili res aliqua exiſtit dubia, iure autem Canonum clarè definita, ſtandum eſſe Canonibus in vtróque foro.* cap. 1. & 2. de noui. oper. nunc. Contrarium tamen, quòd dic. Cle. 2. in foro ciuili non habeat locum, ſed in cauſa appellationis admittẽdi ſint noui teſtes ſuper antiquis, vel directò contrariis articulis, *tenet gl. in dict. cle. 2. verbo, appellationis cauſa, aſſerendo hanc eſſe communem opinionem Legiſtarum: eandémque latè firmat Baldus in dict. l. per hanc. Et eam opinionem ſecuti ſunt etiam Aſſeſſores in Camera aliquot vicibus.* Duarum

cauſarum ego memini, in quibus admiſſa ſunt grauamina eadem cum articulis primæ inſtantiæ ad probandum, videlicet in cauſa *Genſsheim*, contra *Gich*, & Capel. item in cauſa *Kirchmeier*, contra Ioanné *Haffner*, relata anno 1554. die 13. Maij, Si tamen verum fateri liceat, contraria ſententia de iure verior, magiſque recepta videtur, per ea, quæ tradit Gui. Pap. *deciſ. 14. & 347. & conſi. 37. verſ. ideò ſalua. in 1. par. Maran. in Spe. ind. par. 6. in 6. actu. num. 22. verſic. ſuper tertia quæſtione princip. & latiſſ. Rol. à Val. conſ. 45. nu. 8. 14. & 20.* vbi ipſe in vtramque partem diſputando hãc communiori calculo approbatam aſſerit.

OBSERVATIO XLII.

Hartman. tit. de Miſcell. obſ. 19. ver. quilibet actus. A. Reyger.

Inſtantiam non ipſo iure, ſed per reſtitutionem in integrum reparari.

SI INSTANTIA aliquo caſu fortuito defluxa ſit, nõ reparatur ipſo iure, ſed opus eſt reſtitutione in integrũ ex clauſula generali, quę debet fieri parte audita, & probatis legitimis impedimentis per teſtes, vel alia adminicula. Et ita vidi ſæpius obſeruari in Camera; pręſertim in cauſa Iodoci de *Bechel*, contra dominum Ioannem *Heimezen*, Parochum in *Bunagen*, relata 15. Nouemb. anno 1549. *per ea, quæ habet text. & glo. in auth. ei qui. C. de tem. appell. & de hac re vide Boer. deciſ. 247. in 2. parte, & Guid. deciſ.* 183. Scribit tamen Inn. *in c. ex literis in fi. de reſt. in integ.* quòd non ſolùm Princeps, ſed etiam Præfectus prętorio (*cuius vicem Imperialis Camera obtinet*) poſſet admittere deſertam appellationem. Verùm hoc in Camera meo tempore nunquam obſeruatum fuit, ſed ſemper via ordinaria reſtituit partem per viam reſtitutionis in integrum, vt ſuprà dixi.

OBSERVATIO XLIII.

Gall. 1. obſ. 74. nu. 11. Hartm. de procurato. obſeruat 3. Vvurmſ de proc. obſ. 16. & obſ. 1. Sic etiam procurator ſubſtitutus iterũ poterit ſubſtituere lite conteſtata. Procurator etiam ad negotia ſemper poteſt ſubſtituere, per l. ſi procuratorem §. 1. ff. man. Vvurmſ. d. loc. A. Reyger.

Subſtitutus procurator ſi litem ſit conteſtatus, alium ſubſtituere poteſt.

AN PROCVRATOR ſubſtitutus poſſit alium ſubſtituere, dubitatum memini in quadam cauſa: & tum decidebatur, procuratorem ſubſtitutum, qui litem ſit conteſtatus, poſſe alium ſubſtituere, non quidem vigore mandati, ſed quia dominus ſit factus litis, *arg. c. 1. & c. ii qui. de procur. lib. 6. & ibi Archid. & Ioan. Andr. quod etiam Domini de Rota deciſ. 122. & 146. in nouis voluerunt.* Sed quid de eo, qui non eſt litem conteſtatus, ſed poſtea interuenit, & ad aliquem actum proceſſit, an alium ſubſtituere poterit? *Vide Cyn. in l. nihil. de procurat. vbi tenet, quòd poſſit: licet Archid. in d. cap. 1. contrà ſentiat, ſi hoc non habeat in mandatis.* Sed prior opinio obtinuit, quia efficitur dominus litis, cùm in eum feratur ſententia: quod fieri non poſſet, ſi non eſſet dominus litis, *vt l. 1. C. de ſent. & interlo. ſecundum Bald. in d. l. nihil.*

OBSERVATIO XLIV.

Vid. Gai. 1. ob. 47. num. 5. Vvurmſ. de procu. obſ. 5. verſ. item erit erit nulla & obſ. 6. A. Reyger.

Procuratoris falſi geſta an & quandiu ratificari poſſint?

QVOD geſta per falſum procuratorem ante prolationem ſententiæ à domino ratificari poſſint, extra pugnam eſt. Sed quid ſi procuratore ſine mandato agente ſententia proferatur, poteritne is, cuius nomine eſt actum, poſt latã ſententiam omnia habere rata? Et quidem videtur poſſe, *cùm tantùm operetur ratihabitio ſequens, quantùm mandatum præcedens, l. vlt., C. ad SC. tum Macedo. & c. ratihabitionem. de reg. iur. in 6. vbi Dd.* nam dominus ſuo nomine in iudicio acta ratificare poteſt, quæ ſententia benignior videtur, *& probatur quoque in l. licet. C. de procurat. vbi Iaſon prolixè poſt alios.* In contrarium videtur, quia ratihabitio tum demum operatur, ſi debito tempore interueniat, *l. bonorum. ff. rem rat. haberi.* Hîc autem non interuenit tempore congruo, ſed poſt latam ſententiam, & ſic inſtantia perempta, ſicque videtur ratihabitione locum non eſſe, ſecundum Ferrar. *in for. reſpon. rei, in glo. verb. Simoni Spelta.* Geſta verò per falſũ procuratorẽ, tametſi regulariter poſſint per dominum ratificari, ſiue in commodum, ſiue in præiudiciũ ſuum ſecundũ Bald. *in l. licet. C. de procur. & alios*

Si procurator falſus de facto ſit admiſſus, ſententia erit nulla, per

pl. in, l. licet C. de procu. tex. in c. in noſtra, de procura. A. Reyger.

& alios Dd. Vt in addit. ad deciſ. Cap. Tholoſ. 221. tamen in auditorio Principis facta per falſum procuratorem, ratificatione non conualeſcunt, iuxta Bal. l. ni falſus procurator. verſ. ſecundò præmitte. C. de fur. & ſer. cor.

OBSERVATIO XLV.

Gail. 1. obſer. 15. nu. 15. A. Reyger.

Expenſæ reſeruari poſſunt in interlocutoriis, ſecus in diffinitiua.

ETSI Iudex ex communi doctorum aſſertione, poſſit ſibi reſeruare condemnationem, vel abſolutionem expenſarum in ſententia interlocutoria, cùm per eam non deſinat eſſe iudex: ſecus tamen eſt in ſententia diffinitiua, quia non poteſt iudicationem de expenſis ſibi reſeruare in futurum, ſed tantùm taxationem. atque ita poſt Cynum communiter tenent Dd. *in l. terminato. C. de fruct. & li. expenſ. item Bal. in auth. generaliter. C. de epiſ. & cler. & Fel. in c. ſignificauerunt. col. 7. de except.* Bar. tamen *in d. l. terminato,* contrarium ſenſit: ſed eius opinio in Camera non eſt recepta.* Ceterum expenſæ retardati proceſſus non poſſunt ad litis exitum reſeruari, ſed in quolibet articulo, qui proceſſum retardat: victori reficiẽdi ſunt, nõ expectata ſententia diffinitiua. *l. penul. C. de fru. & li. expen. & ibi Bart.* & ita in Camera ſeruatur, ſic tamen, vt earum tantùm expenſarum habeatur ratio, quæ factę ſunt ſuper articulo proceſſum impediente, nec ad alios fiat extenſio.

*Expenſæ retardati proceſſus ratione contumaciæ factæ quo iure præſtantur. Hartman. de expenſ. obſ. 1. A. Reyger.

OBSERVATIO XLVI.

Mandatum procuratorium in Camera non recipitur, niſi ſit ad totam cauſam factum.

Vid. Gail. 1. obſ. 51. nu. 1. Vvurmſ. de procurator. obſ. 21. verſ. & in tali. Vvurmſ. de cit. obſ. 15. Igitur in tali mandato debet contineri, quod Dominus promittat ſe ratum, gratum & firmum perpetuò habiturum quicquid per procuratorem in lite mota agetur. Et quando vim generalis citatio, vt partes veniant & aſſiſtant cauſæ, vſque ad ſententiam diffinitiuam ſufficiat, vid. Vvurmſ. ſup. citat loc. A. Reyger.

SI IN Camera producatur aliquod mandatum procuratorium, quod non ſit ſufficiens ad totam cauſam, ſed fortè ſolùm ad declinandum iudicium, vel aliam exceptionem proponendam, tunc illud reijcitur, & citatus habetur pro contumace: atque ita iudicatum fuit etiam ante mea tempora in Camera, 8. Iunij, anno 1537. in cauſa ſupremi magiſtri Teuto. contra Georgium Ducem Saxo. Hodiè ordinatio Cameræ expreſſe prohibet, ne recipiantur vlla mandata, ſiue conſtitutiones procuratoriæ niſi ad totam cauſam dirigantur, *prout habetur in 3. part. tit. 12. verſ. So Vuel denn fur das dritte.* Atque ita factum in cauſa ſupremi magiſtri ordinis Ioannitarum contra Comitem in *Oſtfrieſland,* 10. Decemb. anno. 1549. Quòd ideò eſt, quia in iudicio Camerę ex diſpoſitione ordinationis citantur partes ad totam cauſam, *iuxta c. fin. & ibi Panor. de dilat. Ad quod facit, quod notat Mar. Soci. in tract. Citat. in 2. arti prin. num. 43. & Spe. t. t. de procur. §. ratio eſt ferè per totum.*

OBSERVATIO XLVII.

Quando ex procuratoribus pluribus quilibet in ſolidum conſtitutus cenſeatur?

Vvurmſ. de tutel. & cur. obſ. 15. verſ. vnus autem. plurib. procuratori. conſtitutis vnus ſine alio non poteſt mandatum ſuum exequi per l. fin C. de auct. præſtan. A. Reyger.

TAMETSI pluribus procuratoribus ſimpliciter conſtitutis, vnuſquiſque eorum non cenſeatur in ſolidum conſtitutus: *iuxta glo. l. in plurib. ibi Bart. & Bald. ff. de procur.* ſecus tamen eſt, ſi quis plures procuratores conſtituat, & vtrumque eorum: quia licet non dicatur in ſolidũ, tamen illa verba (*Vtrúmque ipſorum*) eam obtinent interpretationem, vt quilibet ipſorum intelligatur in ſolidum conſtitutus: *ſecundùm Ang. Inſt. de his per quos agere poſſ. Atque ita multoties in Cameræ iudicio obſeruatum memini.*

OBSERVATIO XLVIII.

Reſtitutio in integrum petita, an impediat executionem? Et quid de ſupplicatione.

Vvurmſ. de reſtitut. in integ. obſ. 1. Reſtitutionis in integrum petitio, ſi eius cauſa in continenti probetur, impedit executionem ſententiæ, niſi ſententia lata ſit per princip. A. Reyger.

POSTVLATA in integrum reſtitutione regulariter omnia in ſuo ſtatu eſſe debent, donec res finiatur, ſicque ſententiæ executio differenda eſt, *l. Vnica C. in integ. reſtit. poſtu. ne quid noui fiat.* Attamen ſi pręſumptiones ſint, malo animo, & cauſa impediendi effectus ſententiæ reſtitutionem peti, ante omnia ſententia executioni mandabitur, recepta tamen à victore idonea cautione, ſe vniuerſa, quæ occaſione ſententiæ medio tempore per-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ceperit, reſtituturũ, ſi aduerſarius in cauſa præualuerit: *c. ſuſcitata. de in integ. reſti. & ibi Panor. qui dicit hoc obſeruandum, vbicunque iudicem tales mouerint præſumptiones.* Si tamen per cautionem non poſſet prouideri iuri illius, contra quem fit executio, ea interim ſuſpenditur: *quæ cum prouiſio. d. c. ſuſcitata, obuiet, diſpoſitioni legali in d. l. Vnic. ſtrictè debet interpretari, Panor. loco ſuprà citato*: ſupplicatio autem executionem non impedit, *vt in auth. quæ ſupplicatio. & ibi Bald. in 2. not. C. de preci. Imp. offe. Specul. tit. de ſuppli. §. differt.*

OBSERVATIO XLIX.

Vvurmſ. de reſtit. in integ. obſ. 4. verſ. libellus autem. A. Reyger.

In cauſa reſtitutionis contra ſententiam ordinarius proceſſus ſeruandus eſt, & reſtitutio plenè probanda.

CVM petitur reſtitutio principaliter aduerſus ſententiam diffinitiuam, ſeruandus eſt ordo iuris, hoc eſt, dandus eſt libellus, & lis conteſtanda, ſi vtraque pars ſit præſens, *Panor. c. tum ex literis. de in integ. reſt. Bar. l. fin. ex quibus cauſis maio.* Sed ſi pars altera per contumaciam ſit abſens, Bart. *ibidem* putat, procedi poſſe lite non conteſtata: ſed Panor. id negat: & rectè, cum regula iuris ſit in contrarium, & omnis cauſa ſit plenaria, ex qua infertur graue præiudicium, *ſecundùm glo. in l. iudices. C. de iudic.* Igitur & reſtitutionis cauſa cenſenda eſt plenaria, cùm per eam retractetur ſententia, non abſque magno partis victricis præiudicio. Ideò abſente parte altera, Iudex de reſtitutionis cauſa aduerſus ſententiam latam nõ cognoſcet. *Et hanc opinionem ſecuti ſunt Domini Camer. in cauſa turbata poſſeſſ. Curatorum* D. *Ottonis Comitis Sylue. & Rhen. anno* 1551. *de quo in meis reſpon. iuris, deca. 6. reſp. 53.* Et hinc etiam eſt, quod petens reſtitutionem in integrum ſiue iure maiorum, ſiue iure minorũ, cauſam, ſuper qua fundatur reſtitutio, plenè probare debeat, *per text. in c. 1. in verbo, manifeſtè apparet. de in integ. reſtit. & c. ex literis, eod. tit. Panor. d. c. tum ex literis. d. t. t.*

OBSERVATIO L.

Hæc eleganter & prolixè tractantur ab Hartmã. Piſto. quæſt. 7. n. 15. 41. 47. & aliquot ſeqq. in quæ. iur. li. 2. par. 1. Vvurmſ. de feud. obſ. 5. verſ. itẽ agnatus. Sch. p. 8. feud. c. 7. A. Reyger. * Sin proximus agnatus alienationi ſaltẽ cõſenſit ſine ſpeciali obligatione, tunc filio nõ præiudicat. Vid. Gail. 2. obſ. 47. n. 5. Vvurmſ. de reſt. in integ. obſ. 4. in pr. A. Reyger.

Proximior agnatus conſentiens alienationi feudi, præiudicat filijs.

QVANDO proximior agnatus conſentit vaſallo alienanti feudum paternum ſeu antiquum in extraneum cum conſenſu domini *ſpecialiter* * ſe obligando, quòd huic alienationi contrauenire, aut eam reuocare nolit: tunc præiudicat filijs, adeò, quòd alienatore etiam mortuo filii reuocare feudum non poſſint, *prout diſtinguit Iac. de Beluis. & poſt eum Bal. in c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feu. & ita iudicatum quandoque fuit in cauſa appellationis Pauli de Karnavv, contra Iacobum & Ioannem de* VVeichen.

OBSERVATIO LI.

An tempus petendæ reſtitutionis in integrum ſit quadrienniũ continuum?

1. *Tempus petendæ reſtitutionis eſt quadriennium continuum. fallit, nu. 7.*
2. *Comparatio reſtitutionis minorum & maiorum.*
3. *Caſus quibus quis Reipub. cauſa abeſſe dicatur.*
4. *Per litis conteſtationem quadriennium reſtitutionis non continuatur.*
5. *Actiones temporales per litis conteſtationem perpetuantur.*
6. *Factum iudicis parti non nocebit.*
8. *Inſtantia reſtitutionis & aliarum cauſarum in Camera non attenditur.*

RESTITVTIO in integrum petenda eſt, liſque finienda intra quadriennium continuum. † Et quemadmodum omnis minor ætas excipitur in minorum reſtitutionibus: ita & in reſtitutionibus maiorum tempus, quo Reip. cauſa abfuerint, vel alijs legitimis cauſis fuerint occupati, *excipitur l. fin. C. de temp. in integ. reſt.* † Sunt autem infiniti caſus, quibus quis abeſſe dicatur Reip. cauſa, *quos habes in l. abeſſe, cum 8. leg. ſequen. ff. ex quib. cauſis maior.* † Et per conteſtationem litis non continuatur iſtud quadriennij tempus, *ſecundum glo. in verb. proponitur. circa fin. in c. 2. de offi. iud. l. Pap. de minor.* † Quanquam contrarium obtineat in aliis actionibus temporalibus, quę perpetuantur per litis conteſtationem. l. fin. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. † Si tamen per

1.
2.
3.
4.
5.
6.

Iudicem

Iudicem ſteterit, quò minùs intra quadriennium cauſa fuerit terminata, hoc parti non fuerit fraudi, *gloſſ. in d. c. tum ex*
7. *litteris, verb. ſententia. l. petenda. C. de tempor. in integ. reſt.* † Supradictum tamen dogma in Camera Imperiali non obſeruatur. Sæpius enim vidi, reſtitutionis agitatæ litem etiam longo poſt quadrenniũ
8. interuallo deciſam. † Nec ſolet in cauſa ſimili inſiſti à Iudicibus Cameræ diſpoſitioni, *l. properandum. C. de iudi. qua introductum eſt, litis inſtantiam triennio claudẽdam, vt alibi dixi.*

OBSERVATIO LII.

Reſtitutio ſecundaria ſine nouis defenſionibus non conceditur.

IN VNA eadémque cauſa iteratò in integrum reſtitutionis auxilium peti non poteſt, niſi nouæ defenſiones aliquæ prætendantur. *l. vlt. C. ſi ſæpius in integr. reſt. poſtul. glo. in l. etſi ſine. § reſtitutus. ff. de minor.* Item ſi reſtitutio fuit ſemel denegata, iterum non conceditur, niſi nouæ defenſiones prætexentur. *l. 1. C. ſi ſæpius in integ. reſt. & c. vlt. de in integ. reſt.* Atque hoc habet etiam expreſſe ordinatio Cameræ in 3. parte, tit. 52. Quæ autem dicantur nouæ defenſiones, vide in prædictis iuribus, glo, Pan. & Dd.

OBSERVATIO LIII.

Vvurmſ. de empt. obſ. 8. A. Reyger.

Si venditor poſſeſſionem liberam rei vendita non præſtet, qua actione ab emptore ſit conueniendus.

1. *Venditor tenetur poſſeſſionem liberam & vacuam tradere & venditore.*
2.7. *Quod ſi non fecerit, agit emptor contra eum primaua actione, vel ad intereſſe.*
3.4. *Poſſeſſione libera & vacua emptori non tradita, poteſt alternatiuè vel rem ſibi tradi, vel intereſſe ſolui, petere.*
5. *Quid iuris, ſi emptor non velit, nec poſſit præciſè rem tradere.*
6. *Per litis conteſtationem non fit deterior conditio agentis.*

VENDITOR tenetur poſſeſſionem liberam & vacuam tradere ſeu relinquere emptori, *l. cum venderes. ff. de contrahen. empt.* & præſtare, vt emptor ſit potior in poſſeſſione, *l. emptorem. § 1. cum Accurſ. de actio. empt.* † Id ſi non faciat, & 2. aliquid deſit ad poſſeſſionem liberam, tunc agitur primæua actione, quaſi re non tradita *ita Bald. l. 1. de peric. & com. rei vend. num. 11.* & ſic cùm aliquid deeſt contractui, vel impletioni eius rectè agitur primæua actione, licet pro maiori parte impletus ſit. *Zaſ. l. Iulianus §. qui fundum. de verb. obligat. & in l. poſſeſſio. §. ſi interim. de acquir. poſſ.* † Et tali caſu po- 3. teſt alternatiua petitio fieri, vel ad rem tradendam, vel ad ſoluendum intereſſe, *per text. glo. & Salyc. in l. 1. de act. empt.* † Et dicunt Dd. tribus vijs actionem in- 4. ſtitui poſſe, vel alternatiue, vel cumulatiue, vel vt alterutrum ſolùm petatur. † Sed 5. etſi venditor non velit, aut non poſſit præciſe tradere rem, & tamen res præciſe ſit petita, tunc emptor tempore ſententiæ poterit implorare officium Iudicis ad conſequendum intereſſe: quia quod poterat conſecutiuè peti tempore litis conteſtationis, poterit etiam tempore ſententiæ. † Nam per litis conteſtationem non 6. fit deterior conditio agentis. † Et ita in- 7. tereſſe peti poteſt, vel repeti precium, nõ vt preciũ, nẽpe vt per hoc reſoluatur contractus, ſed vt intereſſe, *iuxta Baldum in l. ſi traditio. C. de actio. empt.* & hoc ſecuti ſunt Domini in cauſa appellationis Georgij *Harder* cõtra Theodoricũ de *Grunmingen*, relata menſe Decembri, anno 1549.

OBSERVATIO LIIII.

Euicta re, quæ actio competat contra venditorem: ad facti moleſtationem cui actionem promittens non tenetur.

Vvurmſ. de Empt. & vendit. obſ. 5. & de euic. obſ. 1. & 2. Hartmm. de em. & vẽd. obſ. 3. A. Reyger.

SI RES vendita, vel eius acceſſio fuerit legitimè euicta, intentari poteſt actio ex empto, & formari petitio, vt reſtituatur precium cum omnibus damnis. *l. non dubitatur, l. ſi cum quæſtio. C. de euictio. l. tenetur. §. ſi ſtibetur. & §. vlt. de actio. empt.* De illegitima tamen & violenta euictione non aduerſus vẽditorem, ſed aduerſus iniuriatorem agitur. *l. vlt. C. de*

add. l. emptorem §. pen. & vlt.

Digitized by Google

actio. empt. l. ſi ea res. ff. eodem. Sed etſi venditor promiſerit de euictione, & legitima defenſione, tàm aduerſus iuris, quàm facti moleſtationem: non tamen tenetur ad aliud, quàm vt in iudicio perſequatur & defendat, *l. emp. l. cùm ſucceſſores. ff. de euictio.* quia hæc verba (*facti moleſtationem*) intelligi debent ſecundùm naturam contractus ex iure, *l. ſi ſtipulatum. de vſuris. l. damni infecti quidam. §. cum arietem. De damno infect. Bart. in l. ſtipulatio iſta, in princ. de verb. oblig.*

Caball. de euict. §. 5 n. 21. Francis. Viui. lib. 1. decis. 12.

OBSERVATIO LV.

Vvurmſ. de lit. conteſt. obſ. 8. A. Reyger.

An res litigioſa alienari poſſit?

1. *Res litigioſa alienari prohibetur, fallit, num. 12.*
2. *Quando vſusfructus habeatur pro re litigioſa, & quando non.*
3. *Tam alienans quàm accipiens rem litigioſam punitur.*
4. *Venditor quod ignorauerit rem eſſe litigioſam non excuſatur.*
5. *Venditor tenetur emptori ad intereſſe.*
6. *In emptore diſtinguitur, an ſciuerit, vel ignorauerit rem eſſe litigioſam.*
7. *Venditor tenetur emptori indicare rem in litem eſſe.*
8. 9. 10. *Caſus in quibus res litigioſa alienari non vetatur.*
11. *Ante Iuſtin. heres peragebat litem: Sed hoc per Iuſt. & deinde per Nouell. Conſt. immutatum, &c.*

1. RES litigioſa, id eſt, quæ in litem deducta eſt, & de cuius dominio, vel quaſi, mouetur quæſtio, alienari prohibetur, *l. 2. & l. fin. auth. litigioſ. & auth. ſi hæres, C. de litig. glo. in c. ſæpe, De reſti. ſpoli.*
2. † Sed etſi per confeſſoriam pro vſufructu petatur, res aliqua, efficitur litigioſa, cùm vſusfructus habeat inſtar proprietatis: ſecus, ſi hypothecaria agatur pro aliqua re, nam tunc non fit litigioſa, *§. ad hæc, in*
3. *Nouel. de litig.* † Ideóque tàm alienanti, quàm accipienti rem litigioſam pœna imponitur. † Et quidem in venditore
4. rei litigioſæ non diſtinguitur, ſciueritne rem litigioſam eſſe, vel non; quia ſemper præſumitur ſcire, *l. quiſquis. C. de reſcin. vend.* † Ideóque tenetur ad intereſſe 5.
emptoris, ſcilicet nedum ad precium, ſed ad omnia damna emptori reſarcienda, &c. † In emptore verò ſic diſtinguitur: 6.
nam ſi quis vendat, vel alio titulo alicui det rem litigioſam, ſiquidem ſciebat rem litigioſam eſſe, rem omnino venditori reſtituere debet, ac precium ſuum perdit, quod venditor non lucratur, ſed illud, & tantundem fiſco ſoluere cogitur. Si autem ignorabat emptor rem eſſe litigioſam (quod in dubio præſumitur, *l. Verius. de probat.*) rem adhuc venditori reddere obligatur, reſtituerêque illi venditor precium, & tantundem de ſuo accipiet, duas partes fiſco dabit, & tertiam emptori, quia eum decipere voluit: † Debebat enim dicere, rem in litem eſſe, *Vide de hoc Fabia. de Monte, in tract. empt. & Vend. 6. quæſt. princ. num. 56. & Pet. de Vnzola, in prac. ar. Not. tit. de re litig. num. 5. & ſeq. vbi latius hoc proſequuntur, locaſque petendos commemorant.* † Sunt tamen plerique caſus, in quibus res litigioſa alienari non vetatur, puta ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, vel tranſactionis, vt quia tranſigam cum eo, inter quem & me res facta eſt litigioſa. † Item ex cauſa diuiſionis, vtputà cùm duo hęredes diuidere hæreditatem volunt, quia licet de omnibus ſit lis, poterit tamen cedi ab vno in alud: *& iſti caſus probantur in l. vlt. C. de litig.* † Idem, iuris eſt, ſi ex cauſa legati rei litigioſæ alienatio fiat, quæ in re triplex ius eſſe conſtat. † Nam ante Iuſtiniani tempora, ſi teſtator rem litigioſam negabat, hęres quidem peragebat litem, ſed legatarius conſequebatur litis conteſtationem. Per legem autem Iuſtiniani legatarius peragebat litem. *d. l. fin. C. de litig.* Hodiè verò iure Nouellarum hæres legantis perficit litem: & ſiquidem obtinuerit rem ipſam, cuius dominus eſſe apparet, legatario præſtat, ſin ſuccubuerit, nihil habebit legatarius, cùm litis euentus ei videatur relictus: ergo & liti adeſſe poterit, ne colludatur, *vt in Nouel. de litig. §. 1.* † Sed etſi quis alienet, priuſquam res vel actio ſit facta litigioſa, valet alienatio: ſed ſi dolo malo alienauit, futuri iudicij mutandi

7. 8. 9. 10. 11. 12.

Res litigioſa ſi alienetur à Reo, contra eum poteſt ab Actore iurari in litem Flor. de in lit. iur. 5. 4. nu. 74. & ſeqq. A. Reyger.

Digitized by Google

tandi cauſa, primò quantum ad ſe, & ſuſcipiendi ab alio cui alienauit, poſſum agere actione in factum ad intereſſe meum. *l. 1. & 2. & tot. tit. ff. de alie. iud. mu. cau. fa. & l. 1. C. eod.*

OBSERVATIO LVI.

Vuurmſ. de euict. ob. 1. in fi. Vid. Caball. de euict. ſ. 3. qu. 20. nu. 160. & ſeqq. Bened. Capr. reg. 87. nu. 199. & multis ſeqq fol. 217. Teſſau. deciſ. 85. A. Reyger.

Actio de euictione num competat priuſquam ſit ablata?

1 *Euicta re perempta, venditor poteſt conueniri, vt pretium reſtituat, fallit num. 5.*

2. *Si pro parte tantum ſit euicta res, poteſt emptor de euictione partis agere.*

3. *Actio de euictione prius non competit, quàm res ſit ablata.*

4. *Euictio non debetur, niſi fiat in iudicio.*

6. *Aliquando tenetur venditor de euictione, non facta denuntiatione.*

7. *Venditor qualitatem rei, propter quam minus valet, reticens tenetur ad omne intereſſe.*

8. *Si autem ignoret tenetur ſaltem quanti minoris eſt.*

9. *Cautela.*

1. EVICTA re empta, poteſt conueniri venditor, vt precium reſtituat. *l. emptorem. §. ibidem, de actio. empt.*
2. †Si pro parte tantùm euincatur, poteſt emptor de euictione partis agere; *Bald. l. 1. C. de euictio. Bar. l. 1. ff. eod. & l. naue. eod. tit.*
3. † Non tamen agit antequàm ſibi euincatur, *l. ſi ſeruum. in princ. ibi Bar. de contrah. emp.* ſed actione ex empto propter dolũ, etiam antequam euincatur, *l. ſeruum. §. ſi ſciens. ibi Bar. & Alex. de act. empt.* nec tunc tenetur denunciare venditori litem motam: *Bart. l. atqui §. cùm me abſente, in fin. ff. nego. geſt. Bald. l. 1. §. oppoſ. de peric. & commod. rei vend. Alex. d. §. ſi ſciens.*
4. † Euictio tamen non debetur, niſi fiat in iudicio, *l. non tamen. & l. ſi dictum. §. 1. ff. de euict. l. vtique ff. de rei vend. & l. ſin autem, ff. de nego. geſto. vide etiam Dd. in l. ſi domus. §. de euictione, ff. de leg. 1.*
5. † Item quando facto emptoris res euicta eſſet, pariter non poſſet agere de euictione *l. tenetur. §. ſi tibi. ibi Bart. ff. de act. emp.*
6. * † Cæterùm multi ſunt caſus, in quibus tenetur venditor de euictione, conueniríque poteſt, etiamſi non ſit ei facta denunciatio, *quos habes in Apoſtil. ad deciſio. Tho. lo. 407.* 7.
† Illud quoque non omittendum, vbicunq; venditor ſciens non certiorem fecit emptorem de qualitate rei, propter quam res minoris valet, quòd teneatur ignoranti ad omne intereſſe. *l. emptori. 1. §. 1. & l. Iulianus. poſt princip. & l. quaro. ff. de act. empt.*; 8.
† Si autem venditor ignorauit, tenetur quanti minoris emptor fuiſſet empturus, ſi ſciuiſſet, *d. l. Iulianus. in prin. & l. Labeo. de contr. empt. cum ibi not.* 9.
† Quare pro cautela ſerua, quòd venditor nolẽs de prædictis teneri, ſpecialiter moneat, & certiorem faciat emptorem de qualitate prędicta. *d. l. quaro. & declarat Cyn. in l. 1. C. de edil. edic. vide pulchrè Alex. conſil. 63. nu 6. vol. 6.*

* Ita etiam emptor vniuerſitatis non agit de euictione rei ſingularis niſi illud fuerit expreſſe conuentum l. 1. C. de euict. Fab. de mont. in trac. empt. & vendit. 6. q. princip. n. 64. fol. 185. Cabal. de euict. ſ. 5. num. 69. & ſeqq. Caball. de ædil. act. c. 3. n. 5. fol. 186. Obligatio de euictione facta an valeat contractu nullo? Et reſpondetur, quod non, Fab. de Mont. in tract. emt. & vend. 6. qu. pr. numer. 51. Mode. Piſt. conſi. 46. n. 3. part. 2. A. Reyger.

OBSERVATIO LVII.

* *An ſors cum vſuris eodem libello peti poſſit?*

* Hartman. in Miſcell. obſ. 10. verſ. & vbi tractatur. A. Reyger.

1. *Bartol. cenſet ſortem cum vſuris in eodem libello peti non poſſe.*

2. *Quando ſentent. abſolutoria in vnà actione parit exceptionem rei iudicata, in alia cumulatio non permittitur.*

3. *Abſolutoria lata ſuper ſorte, parit exceptionem rei iudicata in vſuris.*

4. *Actiones præiudiciales vnà non poſſunt intentari.*

5. *Actio perſonalis ſuper ſortem & ad vſuras eſt præiudicialis.*

6. 7. 8. *Sors cum vſuris eodem libello peti poteſt.*

CONTROVERTVNT Dd. an in eodem iudicio ſiue libello ſors cum vſuris peti ac cumulari poſſit? Et Bar. *in l. edita. C. de eden. & l. 2. C. de petit. hæred.* cenſuit non poſſe. 1.
† Quia quando duæ actiones ſic ſe habent, quòd ſententia abſolutoria lata in vna, pariat exceptionem rei iudicatæ in alia cumulatio impermiſſa eſt. *Dyn. c. nullus pluribus, de reg. iur. in 6. Bart. d. l. edita. Ang. §. ſin. minum inſtitut, de action.* 2.
† Conſtat autem abſolutoriam latam ſuper ſorte, parere exceptionem rei iudicatę in vſuris, cùm hæ ſic ſe habẽt 3.

Digitized by Google

ad ſortem, vt non poſſint deberi, niſi ſors
debeatur: ergo petitio ſortis & vſurarum
4. non erit admittẽda. † Deinde certũ quoq;
eſt, prę iudiciales actiones non poſſe vnà
intentari, ſunt enim huius naturę, quòd v
na, ſcilicet magis præiudicialis, facit ſile-
re minus præiudicialem *l. 1. C. quam. ciu. ac.*
l. prætor. §. hoc edicto. vbi latè Bar. ff. vi bo.
5. *rap.* † Sed actio perſonalis ad ſortem, & a-
ctio perſonalis ad vſuras, ſunt præiudicia-
les, cùm ſententia lata ſuper ſorte, faciat
prę iudicium in vſuris *l. fundi, quem, & ibi*
Caſtr. de except. Ergo cùm ſuprà dictæ a-
ctiones ſint præiudiciales, ſimul intentari
6. & cumulari nequeunt. † Alij verò contrà
cenſent, ſortem cum vſuris eodem libel-
lo peti poſſe, *idque per text. in l. 1. C. de in-*
di. ſecundùm primùm intellectum gloſſ.
quem Bart. Caſtr. & alij Doctores appro-
7. *bant.* † Huic intellectui applaudit etiam
alia gloſſ. *in d. l. 1. fundi quem, in verbi, hu-*
iuſmodi, de except. quæ dicit fundum cum
fructibus peti poſſe. Ego in cauſa N. Pa-
ſtoris contra ciuitatem Iuliacenſem ean-
8. dem quæſtionem tractatam memini. † Eò
inclinabat tamen potior Dominorum
pars, vt affirmatiuè cenſerent concluden-
dum, nempè quòd ſimul in eodem iudi-
cio peti poſſunt, & etiam vna ſententia
terminari debeant: ſi tamen in eodem li-
bello vnum principaliter, alterum acceſ-
ſoriè petatur, per ea quæ late congeſſit
poſt Dd. Chaſſan. *in conſuet. Burgon. rubr.*
4. §. 23. nu. 12. & aliquot ſequentibus, fol.
198. vbi etiam num. 16. argumentis ſuprà
recenſitis in contrarium abundè reſpondet:
ibi vide latius.

OBSERVATIO LVIII.

Harman. de debitor. obſ. 3. ver. poteſt. A. Beyger.

Cumulatio actionis perſonalis & hypothe-
cariæ eſt recepta in Camerâ.

1. CVm Philippus de *Grauenrodt*, con-
tra Fridericum de *Schoneberg*, inſti-
tuiſſet actionem perſonalem pro conſe-
quenda ſolutione quarũdam reſiduarum
penſionum, eidémque accumulaſſet quaſi
Seruianam, ſiue hypothecariam, ad cõſe-
quenda bona hypothecata, donec ipſi ſol-
ueretur debitum: dubitatum fuit, an hę a-
ctiones eodem libello cumulari poſſent?
Et concludebatur, poſſe, cùm ambæ ad
eundem finem conſequendi debiti perti-
neant, vt ſcilicet petatur pronunciari,
reum conuentu mihi ad decem ex cauſa
huius vel alterius contractus teneri, fun-
dúmque eius ob tale debitum loco pi-
gnoris obligatum eſſe, ideóque condem-
nari eum ad ſoluenda mihi decem, & in-
terim ad tradendam pignorati fundi poſ-
ſeſſionem: *vt rectè probat Dyn. in c. nullus*
plurib. de reg. iur. li. 6. per text. §. ſed neque.
Nouel. de fideiuſ. quod ſequitur Ferra. in for.
actio. hypoth. † Et quamuis ſatisfactione 2.
debiti liberetur pignus, tamen non eſt ab-
ſurdum ea ſimul peti, quæ ad conſequen-
dam ſolutionem perducuntur compen-
dio litis. Idem probat Guid. Pap. *deciſ.*
108. & Neguzan. *in tract. de pig. & hyp. in*
1. mem. 8. par. princip. num. 9. & 2. mem. nu.
6. vbi amplius. dicit hoc procedere, etiamſi
libellus eſſet productus in perſonali actio
ne tantùm: nam oppoſita exceptione Prę-
ſcriptionis triginta annorum, poteſt cre-
ditor cumulare hypothecariam, quia ex
iſta cumulatione non læditur ius debito-
ris: *vt ibi per eum.* † Et quamuis Chaſſa. *in* 3.
conſue. Burgun. rub. 4. §. 23. num. 17. fol. (mi-
hi) 199. hanc cumulationem non admit-
tat, niſi cum certis limitationibus, puta
quando illud quod venit ratione actionis
perſonalis, debetur officio iudicis, iuxta
Bald. *c. cum dilectus. col. vlt. de cauſ. poſſ. &*
propr. Itẽ quãdo actio realis ſiue hypothe-
caria inſtituitur principaliter, & perſona-
lis acceſſoriè, ſecus ſi vtraque principali-
ter, quoniam eſſet contra text. *in l. fun-*
di. & l. fundum. ff. de except. eò quia abſo-
lutoria in vna parit exceptionem rei iu-
dicatæ in alia, *l. ſi differente. quibus mod.*
pig. vel hypot. ſol. & dicit Bald. l. edita. col.
21. C. de eden. & Iaſ. ibid. col. 9. quòd ita
conſuetudine obſeruatur. † Tamen prior 4.
ſententia, quę indifferenter huiuſmodi
cumulationem actionis perſonalis & hy-
pothecarię admittit, maximè alternatiuè,
frequentiùs à dominis in præfata cauſa
(quæ relata eſt die 13. Ianuarij, anno 1550.)
comprobata fuit, vt quæ notiſſima etiam
Germanię cõſuetudine firmetur: Quorſũ
faciunt etiam ea, quę ſcribit Bart. *in l. di-*
ſtractis. & l. perſecutione. ibique Bald. C. de
pigno. & in l. vlt. C. de acq. poſſ. vbi quid,
quando adeſt conſtitutum.

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIO LIX.

Hartman. de credi. obſ.8.

Prioritas temporis habet locum tam in ſorte, quàm vſuris.

REGVLA, qui prior eſt tempore in Hypotheca, ſit etiam potior iure, nõ ſolum procedit in ſorte principali, ſed & in vſuris ſaltem licitis: quia in illis pariter præfertur prior in tempore, niſi aliud obſiſtat *iuxta gloſſ. & Bart. in l. Lucius, per illum text. ff. qui potiores in pign.* Idem quoque obtinet non tantùm in expreſſa hypotheca, ſed etiam in tacita: nam & prior in illa poſteriori præfertur, *l. hac edictali. §. vt illud, ibi Bart. C. de ſecund. nupt.* Item tàm in hypotheca conditionali quàm pura, etiamſi nouata ſit ſua obligatio cum repetitione pignorum, prout hoc latè proſequitur Ant. Neguzan. *eleg. in ſuo tractat. de pign. & hypo. in 2. memb. 5. partis num. 9. & 13. Vbi* tamen viginti caſus refert, in quibus econtrà poſterior creditor præfertur priori *nu. 15. cum multis ſeq.* Et de prioritate & poſterioritate creditorum, vide etiam Dd. *in l. potior. & l. creditor. C. qui potior. in pign. Dyn. in reg. qui prior. in 6. & Vitalem in tract. clauſ. in clauſ. & ſpecialiter obligauit ipſam rem, &c.*

Limita, Nam poſteriores creditores ratione vſurarũ recompenſatoriarum propter damnum præferuntur prioribus ratione vſurarũ merè lucratiuarũ. D. Matt. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 10. nu. 91. & ſeqq. A. Reyger.

OBSERVATIO LX.

Gail. 2. obſ. 12. nu. 4. & 2. obſ. 25. nu. 7.

Mutuans ad refectionem ædificij, quæ habeat priuilegia?

Hartmann. de creditor. obſ. 8. verſ. & primo in eo. A. Reyger.

IVRE noſtro mutuans pecuniam ad refectionem domûs vel ædificij, duplex priuilegium habet: Primum, quòd illa domus refecta cenſetur ei tacite, & auctoritate legis obligata, *l. interdum. ff. qui potior. in pig. gloſſ. in auth. quo iure. C. qui pot. in pig. quam ſimpliciter refert & ſequitur Alexand. in l. ſic cùm dotem. §. Vlt. ad fin. ff. ſol. matri.* Alterum, quòd creditor mutuans præfertur in hypotheca illius domûs aliis creditoribus, etiam anterioribus tempore, *glo. & Bart. in d. l. interdum. text. & gloſſ. in l. creditor. ſi cert. peta.* * Vt tamen illud priuilegium locum habeat, duo coniunctim requiruntur: Alterum, quod pecunia expreſſim ac nominatim fuerit mutuata ad refectionem ædium. alterum, quod res actualiter fuerit ex illa ipſa pecunia refecta. Nam ſi quis ſimpliciter mutuaſſet pecuniam, licet debitor eandem impendiſſet ad reparandam rem, tamen non haberet prælationem mutuans, *iuxta Iaſon. poſt alias in d. l. creditor. per text. l. procuratoris. §. ſi duas. verſi. planè. de tribut.* Et hoc obſeruatum eſt in Camera, in cauſa Episc. Pataulenſis contra Georgium *Ortiner*, & conſortes, relata 19. Ianuar. 1551. *vide etiam ad prædicta Bald. in l. quamuis ex ea. C. de pigno. l. licet. C. qui pot. in pig. & Salyc. in d. auth. quo iure. & d. l. interdum. item Neguz. latè in tract. de pig. & hypoth. in 2. mem. 5. par. princip. poſt num. 3.*

Mozz. limitat 8. modis in contr. pig. nu. 23. fol. 210. An idem ſit in mutuante ad aliquid faciendum, vt in re facta præferatur?

Canalcan. deciſ. 17. p. 2. n. 37 A. Reyger.

OBSERVATIO LXI.

Quando priuilegium prælationis habeat locum?

Gail. 1. obſ. 81. Vid. inf. Cent. 4. obſ. 13. Hartman. de credit. obſ. 7. Vid. Couarr. var. reſol. c. 7. lo. 1. n. 4. latiſſimè & Coler. de proc. execut. p. 3. c. 1. num. 104. Seraphin. de priuil. iura. priu. 71. n. 54. A. Reyger.

1. *Priuilegium prælationis, quod Vxor in bonis mariti contra creditores habet, in dote confeſſata ceſſat, limitatur nu. 4.*
2. *Quæ ſit dos confeſſata.*
3. *Vxor docebit ſiue probabit realem dotis numerationem eſſe factam.*
4. *Cautela.*

PRIVILEGIVM prælationis, quod vxor 1.
in bonis mariti habet contra creditores, (*de quo infra cent. 4. obſ. 13.*) non habet locum in dote cauta & non numerata.
† Quam Dd. dotem confeſſatam vocant, 2.
id eſt, de qua non aliter conſtet, quàm per mariti confeſſionem (eam fortè Latinius confeſſam appellarent, quando confeſſam rem dixerit Cicero in 5. *in Verrem actione, & Plinius libro 10. cap 49 & li. 20. cap. 11. & confeſſa ſigna Columella lib. 2. cap. 2.*) *iuxta glo. in l. aſſiduis. poſt med. Verſ. data. C. qui potio. in pig. quam Bald. dicit eſſe auream: & communiter receptam à Dd. Idẽ Bald. in c. contingit, col. 5. de dol. & contum. & in rubr. C. de priuil. do. col. 3.* Alex. *in l. 1. num. 35. & eam vbique ſeruari teſtatur ibidem Paul. Caſtr. col. vltim. ff. ſolut. matrimo.*
† Oportet enim docere mulierem realem 3.
dotis numerationem, id eſt, dotẽ à ſe re ipſa datam eſſe, ſi cæteris creditoribus præferri velit: *iuxta l. C. de dot. caut. non num. de quo dogmate vide latè, quæ tradita ſunt per Iaſ. in §. fuerat. n. 73. & 91. poſt Ang. ibi, Inſt.*

de actio. Bald. Nouel. de dote, part. 10. col. 2. Socin. in d. c. 1. num. 70. Alex. conſilio 142. lib. 5. Deci. conſilio 96. Matth. de Afflict. conſt. Neap. lib. 3. rub. 24. num. 34. & Tiraq. de retract. conuen. §. quarto. glo. 6. num. 14. in quibus locis totam hanc quæſtionem ampliſſimè
4. *ac luculenter proſequuntur.* † Suprà dictum autem dogma ita demum procedit, ſi creditores eorum credita per iuſtam numerationem probent, pecuniam ſcilicet cum effectu & realiter marito numeratam eſſe: Alioqui ſi nihil habeant, niſi literariam cautionem ſuper eorum creditis confeſſatis, ſicut etiam mulier habet: hoc caſu, cùm mulier & alij creditores ſint in pari conditione, mulier adhuc præferenda erit creditoribus, etiam in dote confeſſata, tanquam fauorabilior, propter cauſam dotis.
5. † Vnde pro cautela traditur, quod ſi creditores velint mulieri præferri, debeāt de actuali numeratione crediti probare: *ita eleganter Lud. Roma. in rubr. ff. ſoluto matr. & Dd. in l. 1. eod. tit. Iaſ. & Zaſ. in d. §. fuerat. Inſtitut. de actionibus prodidere.*

Cautela.

OBSERVATIO LXII.

Harman. de feud. obſ. 38.

An vaſallus poſſit feudum alij infeudare ſine conſenſu Domini?

1. *Poteſt.* Subinfeudatio non eſt alienatio.
2. *Subinfeudatio non debet in alium fieri, quàm qui eſt æqualis conditionis.*
3. *Quâ formâ ſubinfeudatio fieri debeat.*
4. *Vt ſubinfeudatio valeat & ſubſiſtat, tria requiruntur.*
5. *Subinfeudatio ſyncerè facta, non tantùm in perſona ſubinfeudantis, ſed etiam eius ſucceſſoribus ſuſtinetur.*
6. *Si vaſallus feudum antiquum ſubinfeudauerit, agnatis non præiudicat.*

1. VASALLVS obtinens feudum, illud ſine conſenſu domini poteſt alij infeudare, (cùm ſubinfeudatio non ſit alienatio, nec à Lothario & Friderico Impp. prohibita) modò bona fide, ſyncerè, & ſine vlla fraude hoc fiat, *per text. §. rurſus. de inueſtit. feud. cont. & c. beneficium, ſi de feudo, defunc. contr. ſit inter dom. & agna. vaſ. & c. ſimiliter. de leg. Conr.* neque aliqua ſubſit callida machinatio, qua ſub colore inueſtituræ & infeudationis prætextu, accepto precio in alios feudum transferatur ac vendatur *c. cal. idis, infrà de prohi. feud. alie. per Fed.*
2. † Nec etiam in alium ſubinfeudatio fiat, quàm qui æqualis ſit conditionis. *d. §. ſimiliter.*
3. † Vt denique eadem forma, eodem ſtatu, iiſdémque conditionibus, quibus obtinebat vaſallus, alteri hoc feudum per infeudationem cōcedat: *de quo in d. §. ſimiliter, & d. §. beneficium.*
4. † Nam ad hoc, vt ſubinfeudatio cōſiſtat, & reddatur perpetua etiam abſque domini conſenſu, ſupradicta tria adeſſe oportet requiſita. Primùm, vt ſemota fraude, & ſynceriter fiat, *c. 1. qua. ol. pot. feu. alie. & c. 1. per quos fi. inue.* hoc eſt, *non permiſcendo occultam venditionem, vel aliud in fraudem domini, ſicut Molin. interpretatur in conſue. Pariſ. §. 35. num. 16.* Deinde vt is, cui feudum confertur, paris, aut etiam melioris conditionis & qualitatis ſit cum vaſallo, ſed non minoris. *Bald. in auth. niſi rogati. num. 14. C. ad SC. Trebel. & d. §. beneficium. & d. c. ſimiliter.* Denique, vt non alijs pactionibus ſubuaſallo concedatur, quàm concedenti eſt collatum. *per c. 1. qua. ol. feu. po. alie. & gloſſ. in c. 1. §. præterea. de capi. Contra.*
5. † Nam his ſic obſeruatis, valet ſubinfeudatio non modò reſpectu ſubinfeudantis: ſed etiam hæredum & quorumcunque ſucceſſorum, ſi fuerit nouum, & dominus cogitur etiam inuitus nouum illum vaſallum recipere, nec reſoluitur ius acceptoris per mortem datoris, modò ſubuaſallus ille inueſtituram à priori domino agnoſcere, & operas præſtare non detrectet: *Vide Ioan. Ferrar. de feud. lib. 2. c. 4.* † Cæterum ſi vaſallus feudum antiquum vel paternum ſubinfeudauerit, valet quidem infeudatio, quādiu ipſe ſubinfeudans viuit: eo verò mortuo talis infeudatio agnatis ſucceſſuris præiudicio non erit, vtpote quæ vitam concedentis non egrediatur in præiudicium ſuperſtitum agnatorum, *ſecundùm Andr. de Iſer. in c. 5. num. 3. tit. per quos fi. inueſt. quem Alua. in c. 1. §. ſed etiam re, num. 8. & Prapoſ. ibid. nu. 1. per quos fi. inueſt. & Egni. Baro. in d. §. ſimiliter, ſecuti ſunt.*

Conſentit Schra. p. 8. c. 2. num. 22. & plenius d. p. 8. c. 5. per to. A. Reyger.

Hartm. Piſt. lib. 2. qu. 44. per tot. Curt. Iun. part. 4. nu. 84. cum ſeqq. A. Reyger.

Digitized by Google

OBSERVATIO LXIII.

Hartman. de alimen. obſ. 1. & ſeqq. A. Reyger.

Si alimenta à pluribus debeantur, Iudex vnum ſtatuere poteſt, qui ſolus ſoluat, cæteris contribuentibus: & qua actione petantur.

QVANDO ſunt plures, qui alimenta præſtare tenentur, Iudex ex his vnum ſtatuere debet, per quem ea præſtentur, cæteris conferentibus partes ſuas, *iuxta L. 3. §. 1. de aliment. & cibar. legat. Spec. tit. qui fil. ſint legit. Verſicul. cæterùm, nu. 46.* atque ita factum in Camera, in cauſa Barbaræ *Taxin*, contra N. *HoffVVarten*, anno 1562. Petuntur autem alimenta & præſtãtur officio Iudicis, *vt ff. de alen. lib. à par. per tot. & l. Imper. Adrianus. ff. ad Trebel.* Quandóque tamen petuntur actione ex teſtamento, quando ſcilicet in teſtamẽto relicta ſunt, *vt ff. de al. & cib. leg. per tot.* quandóque actione ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interceſſit: vel præſcriptis verbis, *vt Specul. in dic. tit. declarat, verſicul. & nota, quod. num. 9.*

OBSERVATIO LXIV.

Hartman. de credit. obſer. 18. Brunor. à Sole quæ. 46. Gabriel. li. de alim. concl. 2. A. Reyger.

An vxori pro alimentis, ſicut pro dote, bona mariti tacitè ſint hypothecata?

1. *Vxori pro alimentis bona mariti non ſunt obligata. Hanc communem aſſerit Roman. num. 2.*
3. *Quorundam contraria opinio.*
4. *Ampliatio.*
5. *Secundùm affirmatiuam ſentent. in Cam. fuit iudicatum.*
6. *Maritus tenetur vxorem alere, ſi dotem promiſſam receperit.*
7. *Non tamen cogitur, ſi dos ſit promiſſa, nec ſoluta.*
8. *Secundò ſuperior concluſio limitatur.*

1. Vxor non habet bona mariti obligata pro alimentis A. Reyger.

QVOD vxor non habeat bona mariti tacite obligata pro alimentis, tenent Bart. *in l. Lucius. ff. de aliment. & ciba. leg. Verſicul. item iſte textus.* Imò *l. ſi cum dotem. § item pater. Verſicul. vlt. mò animaduerte. ff. ſol. matrim. Idem Bart. in tract. de aliment. in vlt. opi. per eum recitata, Verſic quæro, an vxor.* † Et iſtam aſſerit communem Roma. *conſilio 454. in re præſente. circa fin. Panor. conſi. 43. lib. 2. Caſtr. conſilio. 8. lib. 2.* † Guido tamen Pap. in contrarium diſputat, *conſil. 127. allegans Bart. in d. l. ſi cùm dotem. §. ſin autem. ff. ſolut. matr. vbi dicit hoc eſſe de mente Iac. de Aret. per l. Lucius. ff. qui potio. in pig. hab. Vbi tamen Bar. videtur ſentire oppoſitum.* Idem tenet *Bald. in l. vnica §. & vt plenius, in princ. C. de rei vxo. act. & Raph. Cuma. d. §. ſin autem verſic. nota alimenta præſtari. Paul. de Caſtr. & Alex. ibidem. Socin. conſ. lo 41. verſic. ſed hac reſponſio. Vol. 4. Aret. in §. fuerat. Verſicul. quæro, an bona mariti. Inſtit. de actio.* Vide etiam ad hoc *Spec. tit. de donat. int. vir. & vxor. §. vlt. Verſic. ſed nunquid. & Matth. de Afflict. deciſ. 10.* vbi expreſſe tenet, quòd ſicut vxori obligata ſunt bona mariti pro dote ita etiam tacite pro alimentis: † Addens in tantum hoc eſſe verum, quòd etiamſi vxor aliunde poſſet viuere, poſſit tamen à marito alimenta petere: iuxta Bald. *in l. de alimentis. C. de tranſact.* † Et hanc poſteriorem ſententiam, vt æquiorem & ſaniorem, amplexi ſunt Domini Aſſeſſores in cauſa Annę relictę viduę quondam Iacob: *Sailers*, contra creditores eiuſdem, relata menſe Iunio, anno 1552. † Debet tamẽ hoc dogma, quòd ſcilicet maritus teneatur vxorem alere, ſic intelligi, ſi dotem ſibi promiſſam receperit: nam ſi dos ſit promiſſa, & non ſoluta, non cogitur, *per glo. in Nouel. de non eli. ſec. nub. §. illud verſi. onera. Caſtr. & Bal. in d. l. cùm dotem. §. ſin autem.* † Et ideò tali caſu nec pro alimentis cenſebuntur vxori tacite obligatæ eſſe bona mariti. † Secundò limitanda eſt hæc concluſio, quando alimẽta eſſent correſpondentia quantitati dotis, aliàs ſecus: *Spec. tit. de do. reſti. §. ſormatis. Verſi ſed nunquid bona. & ſentit. Bart. in d. §. ſin autem. Verſic. quæro, dicit hoc, & ibi Pau. de Caſtr. Verſi. allegatur etiam iſte tex.* Quæ omnia obſeruãda vel ad memoratu digna.

2\. Contraria opinio. — 3. — 4. Diſſen. Ioſeph Ludouic. conclu. 36. verſ. Dd communiter fol. 83. A Reyger. — 5. — 6. — 7. — 8.

OBSERVATIO LXV.

Vvurmſ. de V. S. tit. 17.

In moneta ſi fiat mentio von gutẽ Guldẽ, *intelligitur de vſualibus: Sin verò de ponderalib.* Von volvvichtigen Gulden, *tunc de aureis intelligitur.*

DVBITATVM fuit, ſi cenſuales literę contineant, quòd florenus annui reditus pro 20. florenis cum pacto redimendi, ſeu reemendi eundem pro viginti bonis florenis: *Daß ein Gulden Gelds vmb zwantzig Gulden verkaufft worden, vnd daß derſelbe Zinß mit 20. guter Gulden mœg widerkaufft, vnd abgeloſt werden:* an per hæc verba (*guter Gulden*) intelligatur aurũ vel moneta, *Gold oder Muntze*, & ſic an reluitio ſiue redemptio debeat fieri in auro vel in moneta? Et poſt multa deciſum fuit, quòd ſi ſolùm literæ meminerint abſolute: *Reiniſcher oder guter Gulden*, & non faciant mentionem auri, *Gold*, quod debeantur ſolùm floreni vſuales in moneta, nempe quindecim batzij ſiue ſexaginta cruciferi pro floreno, niſi aliæ circũſtantiæ, vel adiecta verba alium ſenſum inferrent: vt quia cenſuales literæ de ponderalibus florenis mentionem facerent, *Von Vollwichtigen Reiniſchen Gulden*, tum enim pro florenis in auro, non pro vſualibus in moneta intelligi debent. Ita deciſum in cauſa Ioannis de *Stotſingen*, contra Kunigũdam de *Stotſingen*, & in cauſa VVolphgangi Theodorici de *Knorsingen*, commentatoris ordinis Theutonicorum, *Ander Oß*, &c.

Vid. Conſti. Elect. Auguſt. conſtitut. die VVorter Reiniſche Gulden. 29. p. 2. fol. 39. Vid. inf. obſer. 83. nu. 31 cen. 5. A. Reyger.

OBSERVATIO LXVI.

Appellatio ab interlocutoria viua voce facta, an & quando valeat?

Vid. Gail. 1. obſ. 129. cum ſeq. Hartman. de appellat. obſ. 23. verſ. vnde eſt appellandum. A. Reyger.

QVANDO appellatur ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, tunc ſi in continenti appelletur, ſufficit appellationem fieri viua voce, ex interuallo autem in ſcriptis appellandum eſt: *ita habet Ord. Cameræ in 2. parte, tit. 29. §. 3. Ad quod vide etiam Gui. Pap. deciſ. 12. num. 3. & 4.* Attamen ſi quis viua voce ad Cameram appellat, & pro iuſtificatione ſeu validitate illius appellationis alleget conſuetudinem loci vel fori, in quo lata eſt ſententia, eſſe, quòd ab interlocutoriis viua voce appelletur (qualem aiunt eſſe in Bauaria) admittitur allegans ad probandum talem conſuetudinem tanquam validam, licet Bald. *in l. programma. C. comminationes epiſtola, &c.* teneat, non valere talem conſuetudinem vel ſtatutum: ſed contrarium ſentire videtur Ludou. Roma. *conſil. 41.* Et ita iudicatum olim fuit in Camera, admiſſaque probatio talis conſuetudinis in cauſa oppidi Aichſtadienſis, cõtra VVilboldum *Furſich*, 18. Martij, anno 1527. *Quinimò meo tempore admiſſæ ſunt appellationes multæ, viua voce ab interlocutoriis factæ, ex Bauaria.*

OBSERVATIO LXVII.

Appellatio regulariter gradatim facienda: quandoque tamen valet omiſſo medio Iudice.

Gail. 1. obſ. 119. nu. 1. Hartma. de appel. obſ. 9. A. Reyger.

LICET appellationes gradatim fieri debeant iure ciuili, *l. imp. ff. de appel.* adeo vt factæ omiſſo medio Iudice non habeant vires, *vt per Dd. in c. dilecti. de app. Ioan. Andr. in c. Roma. §. 1. de app. lib. 6. & Archid. c. anteriorum. 2. q. 6.* ſed & idẽ quoque in ordinatione Cameræ prouiſum ſit *in 2. part. tit. 29. in prin.* hoc tamen non procedit quando medius Iudex palàm & euidenter denegaſſet iuſtitiam, aut eſſet inhabilis, vel ratione ſuſpicionis, vel excommunicationis, vel alterius inhabilitatis:* quia tunc eo omiſſo poteſt appellari ad ipſius medij Iudicis ſuperiorem, *ſecundum Abb. & alios in d. c. dilecti. col. pen. verſic. nouus caſus.* Quod etiam probat Ordin. Cameræ in 2. par. tit. 29. in princ. Atque ita recepta eſt cauſa Ioan. *Lors*, cõtra Iacob. *Gruben*, qui *Lors*, immediatè à Colonia ad Spiræam ſiue Sueuum appellauerat ad Cameram, non ad Elect. Brandeburg. quia ſcilicet ſuſpectus aſſerebatur & cauſæ coniunctus, menſe Ianuario, anno 1551. idem factum in cauſa *VValſtrum*, cõtra *Pentelin*, vbi appellatum erat à ſenatu oppidi *Ham* (quod ſubeſt Duci Cliuenſi) ad Cameram, non ad Ducem: & licet Dux pro intereſſe oppoſuerit exceptionem omiſſi medij in appellando, tamen ob ſuſpicionem Ducis, quòd ſuſpicio erat eum plus fauere appellatę, cauſa in Camera eſt recepta, 27. Maij, ann. 1554. Sed etſi Iudex inferior cauſam ſua ſponte ad ſuperiorẽ remitteret, tunc ab ipſo ſuſcipienda eſſet, idq; in Camera obſeruatur. Procedit etiã tum appellatio omiſſo medio, ſi nihil opponatur, quia ſic videtur partes cõſentire, & iu-

* cauſam ſua ſponte ad ſuperiorem inferior Iudex remitteret.

Digitized by Google

& iuriſdictionem prorogare, *iuxta Phil. Franc. in d. c. dilecti, & ibi etiam Panor. Rota deciſ. 387. in nouiſ. incip. ſi tres.* Idem eſt, ſi cõſuetudo extaret appellãdi omiſſo medio, quia valet appellatio auctoritate conſuetudinis, *per text. in c. Romana. §. 1. de appel. lib. 6. gl. d. c. dilecti, & ibi Dd.* Vbi vide plures caſus, *quos etiam congeſſit Soc. in ſuis Fallent. reg. 23. & Maran. in Spec. iud. par. 6. tit de appel. nu. 357. cum multis ſeq.*

OBSERVATIO LXVIII.

Vid. Gail. 2. obſ. 94. nu. 3. & 8. Hartma. de iuramen. obſ. 6. per tot. Seraphin. de priuil. iura. priuil 11. A. Reyger.

Iuramentum ſuppletorium vt deferri poſſit, quæ requirantur.

REGVLARE eſt, quando ſemiplene tantum probatum eſt, poſſe iuramentum deferri in defectum plenę probationis: quod Dd. vulgo appellant *ſuppletorium vel ſuppletiuum*, quia ſupplet vicem plenę probationis. *l. in bona fide C. de reb. credi. & iureiur. l. admonendi. ff. de iureiur. c. fin. ext. eod. vbi latè de hoc dixi.* Ad hoc autem vt deferri poſſit iuramentum ſuppletorium, ſex coniunctim deſiderantur, adeò vt vno ex his deficiente, delationi
1. non ſit locus. Primum eſt, quòd ſemiplene probatum ſit per vnũ teſtem omni exceptione maiorem: *Alex. conſilio 32. vol. 1. & conſil. 19. vol. 4. item Corne. conſi. 194. vol. 2.* & quod talis ſemiplena probatio verè vel neceſſariò concludat: nam ſi concluderet præſumptiuè, ſecus eſſet, *iuxta glo. in l. 3. §. 1. ad fin in verb. leuior. & in l. non eſt veriſimile, ff. de minor. & Hipp. de Marſil. ſing.*
2. *83. verſ. tene etiam mente.* Deinde quod ille, cui defertur, ſciat veriſimiliter veritatem per ſenſum corporeum, *glo. in d. l. admonendi. ver. exacto. & ibi Bart.* & ideò non defertur hæredi, cùm veriſimiliter ignoraret
3. veritatem negotij. Tertiò, vt is, cui defertur, ſit honeſta perſona, & integræ vitę, quia vili aut ſuſpecto de periurio, nõ defertur. *Abb. d. c. fin. §. ſanè. Bald. l. qui accu-*
4. *ſare. C. de eden.* Quartò, quòd cauſa non ſit ardua, vel criminalis, ſed modica & ciuilis. *Dd. communiter in d. l. admonendi. poſt gloſſ. in verbo, exacto.* Dicitur autẽ magna cauſa, vel parua, iuxta cõditionem perſonarum, *Bart. auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex per. reci. Corne. conſil. 58. vol. 3. Alex. conſil. 39. vol.*
5. 5. Quintò, quòd talis ſemiplena probatio aliqua pręſumptione dilui aut eleuari non poſſit, vt eleganter *not. glo. & ibi Bal. in l. 1. C. qui & aduerſ. quos, & c. fac. l. ſi duo patroni, ad princ. & quod ibi nota. ff. de iureiur.* Ita pulchrè *Lud. Roma. conſ. 91. num. 10. vſ ſis ac percunctatis.* Atquè ita denegatum eſt hoc iuramẽtum in cauſa Antonij de Nobili, contra Petrum *Semler*, anno 1549. Poſtremò, quòd tale iuramentũ fuerit petitum antequã concluſum ſit in cau- 6.
ſa, quia tunc poterit deferri poſt cõcluſionem ad inſtantiam partis, aliàs ſecus: *vt per Alexand. conſilio 53. lib. 1. & vide Maran. in ſuo Specul. in 6. part. tit. de iur. & eius diffe. & vſu, à princ. vſque ad nu. 11.*

OBSERVATIO LXIX.

Vid. Gail 2. obſ. 36. poſt nu. 10. & 2. obſ. 124. n. 3. Hartman. de ſucceſſ. obſ. 1. ver. & quando. A. Reyger.

Conſuetudo vel ſtatutum admittens coniugem ad ſucceßionem mobilium, extantibus liberis, an valeat?

1. *Sic.*
2. *Annui reditus perpetui inter immobilia cenſentur. nu. 12.*
3.4.5. *Habens annuos reditus, tanquam poſſeſſor immobilium, releuatur à cautione iudicio ſiſti.*
6. *Minor ſine decreto Iudicis non poteſt alienare perpetuos annuos reditus.*
7. *Annui reditus Ciuitatum & Eccleſiæ ſine ſolennitate vendi nequeunt.*
8. *Executio ſententiæ æquè fieri poteſt in debitorem annuæ penſionis, quàm rei immobilis.*
9. *Feudum in annuis reditibus conſtitui poteſt.*
10. *Feuda non niſi in immobilibus conſtituuntur.*
11. *Publicatis bonis immobilibus & annui perpetui reditus publicati cenſentur.*
13. *Reditus ſiue penſiones ceſſa* (die allbereit betagt ſein) *pro mobilibus habentur.*
14. *Si penſiones partim ceſſa ſint, partim non, de ijs pro rata temporis iudicandum erit.*
15. *Annui reditus, etſi redimi poßint, non tamen proptereà computandi ſunt inter mobilia.*

CONSVETVDO admittens coniugem ſuperſtitem extantibus liberis

Digitized by Google

ad ſucceſſionem bonorum mobilium,
quando ſecundas nuptias contrahit, ad-
miſſa & approbata eſt in Camera, quando
ſuperſunt immobilia, ex quib. liberi poſ-
ſint habere ligitimam illis iure naturę de-
2. bitam. † Nec tamen ſuperſtes coniux vi-
gore talis conſuetudinis ad ſucceſſionem
annuorum redituum, & cenſuum per-
petuorum, vel ad tempus longum duran-
tium, etiamſi comparati fuerunt cum pa-
cto retrouenditionis, admittatur niſi ſu-
perſtes coniunx probet eam conſuetudi-
nem eſſe, &c. cum ad immobilia compu-
tentur tales reditus: *cle. exiui. §. cùmque
annuus reditus. de verb. ſig. l. iubemus nulli.
in princ. ibi Bar. Bal. Paul. Caſtr. & alij
C. de ſacro. Eccle. & eſt ho. tex. iuncta glo.
in verbo, reditus. in §. ſi verò habet reditus:*
*Nouel. vt hi qui obli. perbi. res min. & vide
Cyn. l. hac edictali. §. his illud. ibi Cyn. &
Bal. C. de ſecun. nup. vbi dicit.* † Eum qui
habet reditum annum, tanquam poſſeſſo-
rem immobilium, releuari à cautione iu-
dicio ſiſti: *vt in Nouo. de non alie. circa prin.
& §. quoniam autem verſi. ſi verò habet redi-
tus, iuncta glo. in verbo, reditus, in Nouel. vt
hi qui oblig. ſe hab. perbi. & c. 1. ibi Bald. in
verbo, annua. tit. de contro. inue. inter vaſ.
& epiſ. & c. 1. §. ſciendum. & ibi etiam
Bald. poſt princ. de feud. regni.* † Et
ita olim iudicando obſeruarunt Domini
Camerales in cauſa appellationis hære-
dum VVilhelmi de *Bayer*, contra Ioan-
nem Bart. 22. Maij, anno 1542. † Hinc
eſt, quòd Cyn. Bar. Bal. Alber. & alij *in
l. ſciendum. ff. qui ſat. ſd. cog.* tradiderint, an-
nuos reditus excuſare à ſatiſdatione non
ſecus, atque poſſeſſionem immobilium.
† Et Bald. *in d. l. iubemus nulli. poſt princ.*
minorem non poſſe cum auctoritate cu-
3. ratoris alienare hos reditus ſine decreto
4. Iudicis, docuit. † Sicuti nec hos reditus
5. annuos ciuitatum védi poſſe ſine ſoléni-
6. tate, quę in venditionem rerum immobi-
7. lium requiritur, *probat text. in l. vlt. ibi
Bar. & Ioan. de Pla. C. de vend. reb. ciuil.
lib. 11.* nec annuos quoque reditus Eccle-
ſiæ *d. l. iubemus nulli. & ibi omnes. Anch.
& Imo. in c. nulli. de re. Eccle. non alie.*
8. † Hinc etiam tradit idem Bal. *in l. etiam.
col. 3. C. de excep. rei iud.* executionem ſen-
tentiæ æque fieri poſſe in debitorem an-

Gail. 2. obſ. 10. VVurmſ. de V. S. obſ. 9. Vide Ant. Gabri. Rom. lib. 6. de V. S. conclu. 8. vbi lim. Roſenthal de feud c. 4. cócl. 7. vid. omnino Coler. de proceſſ. exec. p. 1. c. 3. nu. 234. & ſeq. Per. Greg. in Syntag. l. 1. c. 9. nu. 6. Annui reditus ex re mobili ſiue immobili iure Saxonico inter mobilia computantur, Gœden cóſil. 74. num. 5. Sed hodie non indiſtinctè, vide diſ. Reinh. p. 6. diſſ. 140. Limitationes hic non enumeratas habet Schrad. in tractatu feud. vbi agit de annuis reditibus in feudum cóceſsis. Item limita in terris Elect. Saxon. Conſti. 24. p. 3. Suarez in l. 1. fori nu. 18. lib. 2. & vid. remiſſiuè Simon Cell. in tr. de decret. lib. 2. tit. 8. nu. 57. A. Reyger.

nuæ penſionis, vt in debitorem rei immo-
bilis, quod velut ſingulare commendant
& ſequuntur. Alexan. & Iaſ. *in l. à D. Pio
§. ſed quoque ff. de re iudi.* † Sed & feudum 9.
in his conſtitui poſſe, voluerunt Bald. &
Card. Alex. *in proœ. feu. & Mart. Laud. §.
1. verſic. quæro. an in iuribus. qui feu. da.
poſ. Curt. de feud. in 1. part. quæſt. 6. verſi.
circa verò quartum.* † Cùm alias feuda non 10.
niſi in immobilibus conſtituantur.
† Et publicatis bonis immobilibus, & ij 11.
reditus publicati cenſentur, *Ang. Rom. &
Alex. in l. ſi conſtante. §. vlt. ff. ſol. matri.*
eodémque tempore vſucapiuntur eiuſ-
modi reditus, vt cætera bona immobilia.
*Bald. in c. de quarta, verſic. item iſti redi-
tus, de præſcript.* † Prędicta tamen omnia 12.
de perpetuis reditibus, vel ad longum tē-
pus duraturis intelligenda ſunt, vt ſuprà
diximus: ſecus, ſi ad modicum, *iuxta Bal.
in d. l. hac edictali. §. his illud. & in c. cum
M. Ferra. vbi etiam Barba. de conſti.* † I- 13.
tem prædicta ſunt vera, quò ad reditus
nondum ceſſos: reditus enim ceſſi, ſiue pē-
ſiones ceſſæ (*die alłbereit betaged ſeind*) fru-
ctibus à ſolo ſeparatis æquiparantur, &
inſtar illorum pro mobilibus habentur,
*arg. l. fructus pendentes. ff. de rei vendi.
Bal. c. 1. num. 25. de pac. tene. & ibidem.
Math. de Afflict. nu. 13.* † Quòd ſi penſio- 14.
nes partim ceſſę ſint, partim non, de ijs
pro rato temporis iudicandum eſt, *per l.
Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de acti. em. & l.
vlt. ff. de iure fiſ.* † Nec tamen inteligas, 15.
annuos reditus, ob id quòd redimi poſ-
ſunt non cenſendos eſſe perpetuos, per ea
quæ ſcribit Tiraq. *in tract. de retract. mu-
ni. verbo, Rentes. gloſſ. 6. & glo. 14. ou equi-
pollent à vente. ad fin. num. 119. ſecundo in-
tellige. & trib. ſeq. Prædictis adde, quæ cla-
riſſ. noſtra ætatis* I. C. *Ioan. Fichar. ad
com. opi. Villalupij in verbo, reditus annui,
annotauit, vbi pulchrè docet,* cenſus redimi-
biles etſi quouis anno redimi poſſint, ob
id tamen inter mobilia non eſſe compu-
tandos, cùm tale tempus planè ſit incer-
tum, & ideò pręſumatur perpetuum, *vt i-
bi per eum latiùs, qui allegat Tiraq. lib. 2. de
retract. §. 2. gloſſ. 1. num. 39. & eundem lib.
1. §. 1. gloſſ. 14. num. 120.*

ADDITIO.

Add. huic obſeruationi & hanc quęſtio-
nem, An-

Digitized by Google

nem, An ſcilicet, pecuniæ ad emptionem prędiorum deſtinatæ: item actiones, vel nomina debitorum, cenſeatur res mobiles? Hanc late tractat Gail. 2. *obſ.* 11. de qua etiam vide *Gabriel. concluſ.* 12. *lib.* 1. *de præſump. contr.* quod communis ſit, vt deſtinatum pro re, ad quam deſtinatur, non habeatur *VVeſenb. de feud. cap.* 7. *vid. l. ſi id quod. §. item Celſus & ib. gl. inſignem Gothofred. ff. pro ſocio*, Vbi plura quando deſtinatum pro facto habeatur, *Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr.* 4. *§.* 2. *Verb. Tous meubles, num.* 6. *Simon. Celi. in tract. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *numer.* 122. & 123. *Coler. de proc. exec.* 2. *c.* 3. *num.* 26. *Ioſeph. Lud. conclu.* 48. *fol.* 111. *Verſ. pecunia, Roſenthal. de feud. c.* 4. *conclu.* 6. A. Reyger.

OBSERVATIO LXX.

Vid Gail. 1. obſer 91 n. 19. Hartm. de dilat. obſ 3. ver. quod autem.

Ad quartam dilationem impetrandam an generale mandatum ſufficiat?

De quarta dilatione quãdo & quib cum ſolennitatib. ſit danda vid. Aut. At qui ſemel C. de probat. §. quia vero in Nou. de teſt Spec. in tit. de teſt. §. qualiter autem num. 8. A. Reyger.

AD impetrãdam quartam dilationem non requiritur ſpeciale mandatum, ſed generale ſufficit, quia nõ enumeratur inter caſus, qui ſpeciale mandatũ exigũt, *in c. qui ad agendum, de procurat. in* 6. *Spec. eod. tit. §.* 1 *d. num.* 14. & *ibidem* Ioan. *Andr. in addit.* Atque ita iudicatum eſt in Camera in cauſa *Birmundi*, contra *Kall*, anno 1543, In cauſa *Langen*, cõtra *Mulich*, 11. Iunij, anno 1544. Itẽ in cauſa *Vademõt*, contra *Vademont*, 22. Decemb. anno 1550. Quandóque tamen contrarium obſeruatum fuiſſe animaduerti, nempe in cauſa *BelaVV*, contra *Straſſundt*, 10. Martij, anno 1551. vbi iniunctum fuit procuratori, vt mandatum ſpeciale produceret ad iurandum pro quarta dilatione obtinenda. Et hanc poſteriorem opinionẽ, velut ęquiorem, meo tempore ſemper poſtea ſecuti ſunt domini in iudicando: quę etiã (meo iudicio) nõ leues habet rationes. Quia in omni iuramento requiritur ſpeciale mãdatum, *vt dicit Phil. Franc. in c. nullam. de iura. cal. lib.* 6. Hinc itaque neceſſe eſt, quòd in omni iuramẽto exprimatur qualitas iuramenti *in ſpecie. cap. vlt. de iud.* & *cle. non poteſt, de procur.* & *ibi Inno. in* 6. *notab.* Vnde etiam eſt, quòd etſi procurator ſpeciale mandatum habeat ad iurandum de calumnia, non tamen poſſit iurare de veritate dicenda. Nam cùm, vt iam dictum eſt, exigatur qualitas iuramenti in ſpecie expreſſa, non extenditur illa ſpecies ad aliam non expreſſam, *vt dicit d. cle. non poteſt. de procur.*

OBSERVATIO LXXI.

Dilationis tempus propter impedimentum Iudicis debet ſuppleri. Item dilatio omnis regulariter peremptoria eſt, nec ampliùs quàm ſemel danda eſt: fallit tamen multoties, vt hîc.

Vid. Gail. d. obſ. præced. A. Reyger.

QVANDO impedimentum eſt in Iudice, vel commiſſario, quò minus teſtium examinatio fiat, aut ad finẽ perducatur, tunc debet tempus dilationis ſuppleri, & non dicitur noua dilatio, ſed ſuppletio prioris: *ita Bald. tradit. in Auth. qui ſemel, in fin. C. de probat.* Quomodo autem impedimentum probetur per iuramentum vel teſtes, vide pulchre Ang. & Dd. *in l. vlt. ff. de feri.* Et ſcias, *quòd regulariter omnis dilatio eſt peremptoria, & non datur niſi ſemel in cauſa ciuili, nec poteſt prorogari.* Sed in cauſa criminali poteſt pluries dari: *Alex. in l. vlt. in* 1. *not. per illum text.* C. *de feri.* & *ibi communiter* Dd. *Bartol. l. ceſſant.* C. *quo.* & *quan. iu.* & *Abb. c. licet.* 4 *not. de probat,* & *pro hoc eſt text. ibi Bartol.* & *Dd. in l.* 1. C. *de dila.* Quandoque tamẽ etiam in cauſis ciuilibus plures poſſunt dilationes concedi, vt quia iuſtũ impedimentum extabat in prima *l. oratione. ff. de fer.* vel nouæ ſuperuenerint litiganti probationes, idque iuramento aſſerat. *c. paſtoralis de excep.* vel cauſa examinatur in Conſiſtorio principis. *l. in offerendis, ibi Bar. in fi.* C. *de appel.* aut litigans impeditus ſit facto aduerſarij, *Iaſ. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cauti.* quippiámve addiderit libello actor. *Ang. l.* 1. *§. ſi quis ſtipulanti, ff. de verb. oblig.* aut nouam actionem cumulauerit: *glo.* & *Barto. in l. edita.* C. *de eden. gl. c. literæ, de dilat.* Idem erit, ſi in iudicio emergat noua exceptio, vel aliud incidens, quia noua dabitur dilatio ad probandum id, quod conſiſtit in facto ſuper illo emergenti. *c. paſtoralis de except.* Denique ſi iudex concedat aliam dilatio-

Atque hoc intellige tam dilatione quæ datur ante litem conteſtatam, quam ſuper emergentibus probandis, quam poſt litem conteſtatam ſuper meritis cauſæ aut alio capitulo incidẽti. Hartm de dilat. obſ. 3. ver. ad iſtam materiam. A. Reyger.

Digitized by Google

nem præſente aduerſario, nec cõtradicẽte, quæ non erat concedenda, valet, & de vtriuſque voluntate cõceſſa cenſetur, *iuxta Bal. in d. l. fin. ff. de fer.* Et prædicta diligenter obſerues, velut memoratu digna.

OBSERVATIO LXXII.

Gail. d. loc. A. Reyger.

Prorogatio quartæ dilationis eandem, quam ipſa dilatio, requirit ſolennitatẽ.

In Camera Imperiali etiam prorogationẽ prorogationis circa dilationes probandi fieri, idque in cauſſa Electoris Moguntinenſis contra ciuitatem Erphordienſem obſeruatum eſſe, teſtatur Mattm. de dilat. obſer. 7. in addit. A. Reyger.

PROROGATIO quartæ dilationis conceditur in Camera, quando cauſæ releuantes allegantur, & quòd petens prorogationem iuret, talem cauſam veram eſſe, adiecta tamen eadem ſolennitate legali (*cuius fit mentio in c. vltra tertiam, de teſtibus*) qua quarta dilatio fuit conceſſa, nẽpe vt eam petens denuò iuret, ſe non malitioſè & doloſè talem prorogationem expoſcere *iuxta Caſtren. Fulg. Alex. & alios in l. Vlt. & l. oratione. ff. de ferijs.* Et quãuis Angel. ibidem contrà ſentiat, prior tamen ſententia obtinuit in Camera, in cauſa *Medinger*, cõtra *Habſpurg*, relata 8. April. anno 1541. Item in cauſa Epiſcopi Patauienſis contra hęredes N. de *VVatsmanſdorff*, 31. Martij, anno 1542. Cæterùm vltra quartam dilationem nulla amplius danda eſt: *ita Lapus allegat. 72. & Doctores communiter in d. l. Vlt. ff. de fer.*

OBSERVATIO LXXIII.

Poſt quartam dilationem an hæredi vlterior dilatio præſtanda? Et an iuramentum dilationis ab hærede etiam præſtandum ſit?

OBTINVIT quidam in Camera quartam dilationem cum ſolennitate legali, *iuxta cap. Vltra tertiam. de teſtib.* pręſtitóque iuramento fuit mortuus. Pòſt lapſo ferè anni ſpacio, eiuſdem filia tanquã hæres cauſam proſequi volens, petiit ſibi denuò concedi quartam dilationem, vel ſi de iure non competat, ad eandem ſeſe reſtitui, aut quintam dilationem dari. Poſt multam diſputationem concluſum fuit à dominis, hoc caſu non opus eſſe reſtitutione: quia *hæredi vel ſucceſſori de iure communi datur noua dilatio, vt per Dd. in l. oratione, ff. de ferijs.* non tamen exprimendũ eſt, quòd ſit quarta dilatio, ſed ſimpliciter ſucceſſori noua dilatio concedenda: *Vide Spec. tit. de teſte. §. qualiter autem. Verſi. ſed pone quòd anteceſſora.* Et quia defunctus ante mortem iurauerat, ſicque ſatis purgauerat ſeſe, cenſebant domini, non eſſe opus, quòd denuò iuretur per filiam, eò quòd in ſucceſſore ceſſet præſumptio protelationis, & ipſe nouas qualitates habeat: aliàs verò videretur denuò iurandum eſſe, quia hoc iuramentum videtur eſſe de forma & ſolennitate iuris ad hunc actũ: & *in heredem tranſeunt contractus & iudicium defuncti, etiam quò ad præſumptum dolum protelationis & negligentia eiuſdem*: vnde meritò eũdem purgare debet. Facit, quòd prorogatio eadem ſolennitate fieri debeat, qua ipſa dilatio, vt ſuprà paulò antè dixi, obſ. 71.

OBSERVATIO LXXIV.

Fiſcalis an iuret de calumnia?

Gail. 1. obſ. 90. Alias perſonae à quibus iuramentũ calumniæ exigi non quit, vide VVurmſer. de iuram. obſ. & A. Reyger.

QVAMVIS videatur iure defendi poſſe, quod etiam iurari debeat de calumnia vitanda in cauſis fiſcalibus, *per ea quæ habet Lucas de Pen. in l. iuſtas. C. de iure fiſci, lib. 10. Vbi reprehendit contrariam opinionem*: tamen hoc de more iudiciorum non ſeruari, tradit Andr. de Iſernia §. *in quibuſdam de conſuet. re. feud. quem Afflictus ibidem ſequitur.* Imò quod de iure nõ teneatur procurator fiſci iurare de calumnia, eleganter docet Franciſc. Luca. *in tra. de fiſc. & eius priuileg. caſu 79. alleg. glo in c. ſacramentum. d. tit. de conſue. re. feu.* Et ita iudicatum eſt per Dominos in cauſa fiſcalis imperij contra *die Pleſſen*: & idem hodie ſeruatur in Camera, cùm enim fiſcus Cæſaris & Imperij nomine ex generali mandato legis & conſtitutione imperij cauſas peragat, inque iudicium deducat: meritò ob maieſtatem Mandantis eiuſmodi iuramento releuatur.

OBSERVATIO LXXV.

Procurator actoris ſiue caueat de rato, ſiue non, ſi dominus ratum non habeat, tenetur ad intereſſe: & quid in procuratore rei?

Si procurator mandatum non producat nec probet, tunc fit executio contra

PROCV-

Digitized by Google

Ipſum. Et nõ contra Dominum niſi Dominus ratum habeat. Hartman. de procurat. obſ. 1. verſic. & ſic quando. A. Reyger.

PROCVRATOR actoris de rato cauens, ſi dominus non habet ratum, tenetur ex cautione ad intereſſe: *l. ſi ſine. ff. rem rat. hab.* Imò etiamſi non cauit, tenetur tamen ad intereſſe, eo ipſo quod ad inſtantiam rei non docet de mandato, *l. 1. C. cred. euict. 10. p. g. non deb. Bart. in l. licet. C. de procurat.* Proceſſus autem & ſententia contra talem falſum procuratorem nõ tenet, quia non habet executionem. Secus eſt in falſo procuratore rei, quia valet in ſuum præiudicium & contra eum fit executio ſententiæ, *l. Plautius de procurat.* & hoc, ſi ſciebat ſe non eſſe procuratorem, ſecus ſi per errorem, *vt d. l. Plautius, ſecundùm Bar. in l. de pupillo §. vlt. de nou. oper. nunc. Ioan. And. ad Spec. de executione ſent. §. ſequitur. ver ſed pone. Bologn. in addit. ad con. Ananiæ 96.*

OBSERVATIO LXXVI.

Mandatum communitatis procuratorium quæ requirat?

QVANDO ad alicuius inſtantiam citatur aliqua ciuitas, ſeu communitas, ad comparendum in iudicio, nõ ſufficit Conſulem & Senatũ conſtituere procuratorem pro ſe, & cõmunitate ſua, ſed requiritur, vt etiam ipſi Tribuni plebis ſecundùm cuiúſq; loci conſuetudinem, ſimul conſtituant, ita deciſum in cauſa Epiſcopi Mindenſis, contra ſenatum & cõmunitatem oppidi Mindenſis, & in cauſa Ducis Brunſuicenſis, contra Proteſtantes, 23. Octo. anno 1549. Et hoc maxime obtinet in criminalibus, puta in cauſis fractæ pacis. Cæterum quomodo vniuerſitas cõſtituere debeat, vide late Oldrad. *conſ.* 100. vbi dicit, quãdo capitulum, communitas, vel collegium, conſtituit procuratorem, non eſſe neceſſe, quod exprimãtur nomina Canonicorum, vel ciuium, &c. quãdo conſtitutio ſonat in nomen collectiuum, puta quia dicatur, *capitulum* talis Eccleſię, vel *communitatem* talis municipij, &c. cõſtituiſſe procuratorem: ſecus, ſi per nomina ſingularia, puta *Canonici, Ciues,* &c. quia talis ſermo poſſit verificari de duob. tantum *l. inter illam. §. vlt. de verb. ſig. Et probatur hæc diſtinctio per l. quoties. & l. grege. ff. de leg. 2. & c. Gl. ibique* Innoc. *de proc.*

OBSERVATIO LXXVII.

Executio citationis per alium, quàm nuncium facta, non valet. Item citatio quælibet tria extrema requirit.

Gail. obſ. 54. Lim. vt inf. obſ. 51. cent. 5. A. Reyger. Iudex poteſt citationis executionem non ſolùm publico nuntio, ſed etiam parti eiuſq; iuratæ relationi credatur, gl. Bar. in l. miles § 1. ff. de re iudic. Vvurm. de citat. obſ. 23. A. Reyger.

QVANDO nuncius, qui debet proceſſus exequi, tradat illos alteri cuidam non nuncio exequendos, vel relinquat illos apud Præfectum loci, aut priorem Iudicem, vt is exequatur partib. & pars deinde non compareat: talis executio non habetur pro legitima in Camera, nec hoc caſu Proclama contra non comparentem decernitur. *Nam in omni citatione, cuiuſcunque ſit generis, tria extrema deſiderantur:* vnum ex parte Iudicis eſt *commiſſio* de citando: & duo ex parte nuncij, nempè *ipſa citatio,* ſeu *executio* commiſſionis, & *relatio* citationis factæ: *c. Romana. §. contrahentes. de for. cõpe.* & ſi ex his tribus vnũ deficiat, citatio non valet: *vt no. Bald. in l. fi. C. de fer. Fel. in c. gratum, de offic. dele. & de hoc multa cumulat Maran. in ſuo Spec. in 6. part. tit. de cit. num. 51. & aliquot ſeqq. vbi latiùs vide.* Quamuis autem neutrum prædictorum trium de iure communi die feriata fieri poſſit, *d. c. Romana.* in *Camera tamen citatio etiam die feriata facta, pro legitima habetur.*

OBSERVATIO LXXVIII.

Executio citationis Notarij non immatriculati non valet. Item ſententia lata cõtra contumacem ante nuncij relationem eſt nulla.

Vid. Gail. 1. obſer. 51. nu. 5. Gall. 1. obſ. 42. A. Reyger.

IN ordinatione Cameræ cauetur in prima par. tit. 39. quòd Notariorum executiones, non debeant haberi pro legitimis, niſi docuerint de legalitate, & ſint inſcriptæ matriculę iudicij. Pone modò, quòd aliquis Notarius fecerit executionem proceſſuum, cùm necdum eſſet inſcriptus matriculæ iudicij, & poſtea cũ executione ſimul tranſmittat documentum de ſua legalitate, ſeque inſcribi petat, an executio recipiatur? Et concluſum eſt à Dominis, eam, tanquam illegitimam non eſſe recipiendam, quia legalitas tanquam qualificatio debet precedere actũ executionis. Atq; ſic multas executiones vidi caſſari in Camerali iudicio. Vnde &, eſt, quòd

Marſil. de banit. verb. ex pectatur n. 19. A. Reyger.

ſi iudex ante receptam relationem nuncij pronunciet aduerſus citatum, ipſum contumacem eſſe, talis ſententia exiſtat iure nulla, etiamſi poſtea relationem nuncij recipiat: *cùm priùs de relatione nuncij, velut actu ſubſtantiali, conſtare debeat: atque ita tenet Bar. in l. multum in fi. ff. de cond. & demon. & Alex. in l. ſed ſi de ſua. ff. de cond. & demon. & Alexa. in l. ſed ſi de ſua. ff. de acq. hære. Idemque meritò tenendum tradit Maran. in Spec. iud. par. tit. 6. de citat. nume. 56. & hoc, velut ſingulare, tene mente.*

OBSERVATIO LXXIX.

Gall. d. obſ. num. 6. A. Reyger.

Executio quomodo in Camera Imperiali debeat eſſe qualificata.

SIMPLICI ſcripturæ notarij exequentis in Camera non creditur, ſed opus eſt, quòd authenticum inſtrumentum executionis factæ exhibeatur, cum inſertione commiſſionis Iudicis & citationis, aliarúque qualitatum, quas ordinatio præſcribit *in 1. parte, tit. 39. § vlt.* & ita ſine tali inſtrumento nec citans nec citatus probat executionem factam: vt puta ſi citatus ſolus cõpareat, & petat ſe à citatione abſolui, vel is, qui citationem impetrauit, proclama in contumaciam citati non comparentis decerni poſtulet, vtroq; caſu opus eſt authentico inſtrumento, nec ſufficit copiam citationis exhibere. Ita obſeruatum in cauſa Hamanni Adolphi contra Conradum *Volſtin.*

OBSERVATIO LXXX.

Gail. 1. obſ. 119. num. 3. A. Reyger.

Notariorum inſtrumenta in pergameno ſcripta eſſe debent.

QVOD inſtrumenta Notariorum exequentium proceſſus, in pergameno & nõ in papyro confici debeant, expreſſè vult Spec. *de inſtrum. edit. §. inſtrumentum ergo publicum. verſi. item quod eſt ſcriptum in papyro. & §. reſtat. verſic. 40. numer. 38. in forma iuramenti notarij hoc ponit.* Idem probat panor. *in c. cum dilecti. de confirm. vtil. vel inutil.* Contrà, quòd de iure, non requiratur charta pecorina, vel pergamenum, ſed ſufficiat papirus, *tenet Bart. in l. 1. C. de bon. poſſ. ſecundùm tab.* Priorem tamen opinionem approbat ordinatio antiqua notariorum, edita ab Imp. Maximiliano piæ memoriæ, an. 1512. in verſ. *Item die Notarien ſollen,* &c. Sicque ſeruatum olim eſt in cauſa *N. Partlichen*, contra Henricum *Mulner.*

ADDITIO.

Verum hodie conſuetudine aliter receptum eſt, quę cũ ſit iuri communi cõſentanea, in Camera attẽditur, Quò pertinet quòd conſuetudo faciat aliquod inſtrumentum authenticum, quod aliàs nõ eſſet authenticum *per text. in c. cum dilectus. & Gloſ. ib. in verbo, approbata, de fid. inſtrum. de quo vid. etiam Franc. Marc. Quæſt. 369. n. 1.* A. Reyger.

OBSERVATIO LXXXI.

Iuramentum paupertatis ſi fiat coram Iudice competente, in Camerâ non reiteratur.

SI iuramentum paupertatis coram cõpetenti Iudice ſecundùm formã ordinationis fiat, & deſuper producatur documentum in Camera, non opus eſt, vt in Camera reiteretur. Quod tamẽ intelligitur verum, ſi in eadem cauſa eo vti velit, cuius intuitu pręſtitum eſt: ſecus ſi in alia cauſa: quia tunc non auditur, niſi hoc rurſum ſubeat in Camera. *Ita deciſum in Cõſilio, 14. Decem. anno* 1549. *& practicatum in cauſa Cort* Conradis, *contra vxorem Martini* Vogen. Et tum quoque examinãda ſunt acta ſaltem ſummariè, vt conſtare poſſit, num iuſtam videatur cauſam fouere. Illud autem non omittendum, quòd licet Ordinatio Camerę *tit. 14. par. 1.* de initio litis loquatur, tamẽ idẽ eſſe in proceſſu cauſæ, ſi pars iurare vellet: & tum pariter examinari acta debent ad excludendã fraudẽ pauperũ, quòd alias ab initio proceſſus ſuis ſumptibus redemiſſent, poſteà iurare vellent, vt partem aduerſam temerè vexarent. Præſtito tamẽ huiuſmodi iureiurando à paupere, ſi is pẽdente lite decedat, liberi ipſius ad quos actio iure ſucceſſionis peruenit iuſiurandum reiterare tenentur,

Digitized by Google

nentur, aliàs non proceditur in cauſa: *Ita obſeruatum in cauſa Ioannis* Broſchels, *contra Epiſcopum Bamberg, anno* 1557. Obſerua etiam, pauperé, ſi in iudicio Cameræ ſuccũbat, & deinde reſtitutionem petat, gratiſque copiam actorum ex Cancellaria habere velit, non audiri: quia præſumptio eſt pro ſententia, maxime in hoc ſummo tribunali lata: *ita referebat P. A e Zerus deciſum eſſe in cauſa* Eloſſen, *contra* E aiten, *&c.* Cæterùm quod pauperi non habenti, vnde cauſam ſuam foueat, Iudex ſuppeditare ſumptus debeat, tradidit etiam *Guid. Pap. deciſion. 661. aliàs 436. numero vigeſimo primo.*

OBSERVATIO LXXXII.

Leges omnibus præbent ſecuritatem: Vnde qui ſine cauſa potiꝰ ab aliquo ſecuritate iniuriaſſ conueniri poterit, per text. & Bart in l. capitalium. §. ad ſtatuas ff. de pœn. Hartmã. tit. Miſcell. ob. 10. Gail. 2. obſ. 51. num. 5. A. Reyger.

Saluus conductus intelligitur ſolùm de violentia, quæ de facto contra ius infertur.

QVANDO datur alicui ſecuritas, vel ſaluus conductus (quam Dd. barbaro vocabulo *Saluam Guardiam* vocant) tunc intelligitur ſolum de violentia, quæ de facto contra ius infertur: *Vt latè Per Andr. Barba. in c. præſentia. num. 3. de probatio.* Et ideò meo tempore cuidam, qui habebat ſaluum conductũ, capto propter delictum vel maleficium, & ſupplicanti in Camera pro mandato de relaxando, & citatione ad videndum, &c. petiti proceſſus à dominis Aſſeſſoribus ſunt denegati. Quòd ſi alicui datus ſit ſaluus conductus, is non ſolùm ad veniendũ ſiue acceſſum, ſed etiam ad receſſum extenditur. *Securitas enim veniendi includit ſecuritatem recedendi, l. 1. C. de naufr. lib. 11. & ibi Bart. Item Felin. in c. innouamus. in princip. ext. de treu. & pa. Porrò de materia ſecuritatis, ſiue ſalui conductus, vide plura apud Bart. Cy. &* Dd. *in l. denunciamus. C. de ijs, qui ad Eccle. confu. Zaſ. conſi. 15. lib. 1. & Gul. de Cun. in tract. de ſecur. in l. quæ bona, §. quoniam. ff. de dam. infec. & Guid. Pap. deciſ. 418. & plenè per Io. Andr. in no. cap. 1. de reg. iur. lib. 6.*

OBSERVATIO LXXXIII.

Appellatio verbo ſaltem introduci poteſt, quando à Notario non ſtatim poteſt haberi inſtrumentum.

DVBITATVM fuit an in Camera Imperij ſufficeret verbo introducere appellationem, ſi à Notario non poſſit ſtatim haberi inſtrumentum appellationis? Et deciſum eſt ſufficere, dummodò id fiat intra tempus introducẽdi appellationes præſtitutũ (alias appellatio cenſeretur deſerta) & poſteà in termino præfigendo per ipſam Cameram, realiter producatur inſtrumentum: *iuxta ea quæ habet Guid. Pap. dec. 530. atque ita multoties meo tempore obſeruatum memini. Et adhuc hodiè ſeruatur.*

OBSERVATIO LXXXIV.

Actio iniuriarum ex leg. Cornelia competit in realibus iniuriis, & cenſetur perpetua, non realis. Vourmſe. de iniur. obſ. A. Reyger.

Actio iniuriarum deſcendens ex l. Cornelia, an ſit perpetua?

QVOD actio ciuilis ex lege Cornelia deſcendens, ſit perpetua, *iuxta §. ſed & lex. Inſt. de iniur.* & anno non tollatur, *quemadmodum gl. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. tenet, quam etiam Odofre. Bald. & alij ibi ſequũtur,* iudicando obſeruatum fuit in Camera Imp. & opinio Azonis contrarium ſentientis improbata in duabus cauſis iniuriarum, nempe in cauſa Comitum de *Hanaw*, contra ſenatum ciuitatis Argentorati, & in cauſa Gobelij *Emerichs*, contra ſenatum Coloniæ Agrip. *quæ ſententiæ 23. Martij, anno 1537. fuerunt publicata.* Et hanc eſſe communem tradit Baldus *in tract. præſcripti. par. 4. quæſt. 1. numer. 3. Vtcunque Olden. in ſuis claſſ. actio. titu. de act. iniur. ex l. Cor. & Fran. Marcus deciſ. Delph. 192. numer. 6. par. 2. contra ſententiam.* Porrò fuit etiam tum per Dominos ſimul adprobata opinio gl. prędictę, in eo ſcilicet quòd pars iurare non debebat, ſed Iudex pro arbitrio taxare poſſit iniuriã, contra opinionem Cyn. *in l. ſi non conuitij. C. de iniur.* ita quòd prior ſententia Iudicis à quo, ob non præſtitum iuramentũ non fuit infirmata: attamen de ſtilo permittitur iuramentum poſt taxationem condemnatoriam: *& ita fuit iudicatum in dicta cauſa Gobelij, contra ſenatum Colonienſem, & anteà in cauſa Vogel, con-*

Digitized by Google

tra ſenatum Monacenſem, & contra Comitem de Furſtenbergk.

OBSERVATIO LXXXV.

Gail. 1. obſ. 109. num. 4.

De ſententia pro mortuo lata: & quòd inſtantia litis non finitæ transfertur in hęredem.

BART. & reliqui Interpretes commu niori calculo tradunt, ſententiam latâ pro mortuo non valere, pariter nec decretũ in eius fauorem interpoſitum, *in l. in ſumma. §. vl. ff. de re iud.* Et dicit ibi Paul. hoc mente tenendum eſſe, *per text. in l. de quaret. §. cùm abſentem. ff. de iudi.* vbi dicitur, adeò ſententiam non valere, quòd nec contra defenſorem, nec contra hæredem defũcti operabitur. Amplius ſcribit Paul. inſtantiam litis non finitæ in hæredem transferri, ita quòd hæres ſuccedere in lite poſſit & debeat, *l. ſi eum hominem ff. de fideiuſſor.* vbi inſtantia dicitur in hæredẽ transferri. Debet autem hæres de nouo citari, & ita procedi, vt vno verbo omnia acta & actitata præhabiti iudicij repetantur, ita quòd non inſtituatur nouus proceſſus cum hærede. *Eſt practica Bart. in l. Lucius ff. ad SCtum Trebellia. Accur. tamen in d. l. in ſumma. §. vlt. putat decretum in demortui fauorem interpoſitum vires habere.* In Camera verò ex communi ſtylo ſentẽtia ſiue pro mortuo ſiue contra mortuum lata, non eſt nulla, ſed pro firma habetur: ſi de ipſius morte ante publicationem Iudici, vt Iudici non conſtabat, & ſi deinde poſt latam ſententiam de morte eius, pro quo vel etiam contra quem lata eſt, conſtet, transfertur in ipſius hęredes, ſicque ſuſtinetur *contra d. §. vlt.* & hoc meo tempore pluries practicatum fuit: *De hoc vide etiam deciſ. Guid. Pap. 86. n. 2.*

OBSERVATIO LXXXVI.

Gail. 1. obſ. 82.

Reſponſiones quomodo fieri debeant: & an relatiuæ ſufficientes ſint?

Si Actor faciat poſitionem: *Quod mutuò dedit Reo certum* quomodo reus reſpondere debeat.

IVRIS eſt, & ordinationis, quòd poſitionibus mediante iuramento reſponderi debeat ſingulatim per verbum *Credit*, vel *Non credit.* Pone quòd in poſitione deducatur aliquod inſtrumentũ, ſeu documentum, & reus reſpondendo dicat, reſpódeo & dico, prout in inſtrumento ſuper hoc confecto continetur, vel prout inſtrumẽtum continet: quærebatur, an hæc eſſet ſufficiens reſponſio? Et dicebatur ſufficiẽtem eſſe, quia perinde habetur, ac ſi nominatim expreſſiſſet id, quod in inſtrumento continetur: *per text. in l. fin. C. de falſ. cau. ad leg. cùm ſint paria exprimere aliquid nominatim, vel per relationem ad aliud, modo de eo conſtet, & appareat, d. l. fin. in fin. & l. 2. & 3. C. de ſen. quæ ſi. cer. quan. pro. & l. ſi ita reſcripſero. ff. de con. & demon. pro quo facit etiam l. ait prætor. §. vlt. ff. de re iudi. & quæ ſcribit Fel. in c. inter cæteras, in 1. concluſ. de re iudic. & Guid. Pap. deciſ. 334. & deciſ. 459. & ita ſæpe admiſſæ ſunt tales reſponſiones in Camera.*

Vid. Vvurmſ. de poſ. obſ. 4. A. Reyger.

OBSERVATIO LXXXVII.

Curator ad litem à quo iudice detur, Cõcilia tio l. vlt. §. 1. C. de adm. tut. & c. vlt. de iud. lib. 6.

Cum alioquin etiam Curator principaliter bonis detur, poteſt dari à Iudice, ſub quo bona minoris ſita ſunt, licet minor ibi neque domicilium, neque originẽ habeat, Angel. in §. pen. I. de Attilia. tut. Vvurmſ. de tutel. & cur. obſeruat. 12. A. Reyger.

QVIS det curatorem ad litem, an Iudex domicilij, vel originis, vel litis ſeu cauſę, mirificè conflictantur Doctores. Verùm in conſilio dominorum Aſſeſſorum, cùm hæc quæſtio incidiſſet, concluſum memini, quòd ſi ad vnam cauſam tãtùm dandus ſit curator, Iudex litis, ſiue cauſæ, corã quo lis vertitur, id facere debeat: ſi tamen talis ſit, cui hoc de iure cõpetat: idque ex doctrina Baldi *in l. fin. poſt princ. C. de admi. tut.* Et hinc eſt, quòd Iudex Eccleſiaſticus dat curatorem ad litem minori laico litiganti coram ſe. *cap. fin. de iud. lib. 6.* & econtrà Iudex laicus minori clerico coram eo litiganti, *vt eſt in deciſ. Rotæ 207. in antiq. quam allegat Mara. in ſuo Spec. iud. in 4. part. 11. diſtin. n. 13. & 39.* Quòd ſi curator detur ſimpliciter ad lites, cùm videatur ad omnes dari, *l. qui habet. §. vlt. ff. de tute.* dãdus eſt à Iudice domicilij, vel originis: & tunc poterit non ſolũ lites, quę ſunt intra prouinciã conſtituẽtis ſeu dantis: ſed etiam quę ſunt extra illam tractare, *per glo. in l. propter litem. §. licet. ff. de excuſ. tuto. Sicque facilè conciliari poſſunt l. vlt. §. 1. C. de adm. tut. & c. fin. de iud.*

Digitized by Google

de iud. li. 6. qui textus aliàs pugnare videtur. Hanc ſententiam firmat etiam Oldr. con. 59. vbi vide.

OBSERVATIO LXXXVIII.

Gail. 1. obſ. 1. nu. 19. & obſ. 40. De renunciatione fori vid. Fach. lib. 1. controuerſ. iur. c. 61. A. Reyger.

Propter renunciationem priuilegij fori iuriſdictio Cameræ fundatur.

QVEMADMODVM ob denegatam vel dilatam iuſticiam poteſt cauſa, quæ in prima inſtãtia non pertinet ad Cameram, ibidem recipi, *vt habetur in ordi. Cameræ, part. 2. tit. 26.* ita etiam ibidẽ recipitur, ſi quis renunciauit priuilegio fori, *iuxta l. pen. C. de pact. ſic ſunt proceſſus decreti C. Adamo à* Themar, *contra Ioannem Henricum* Scherdtlin, *anno* 1554. Tamen deciſum memini, ad hoc nõ ſufficere generalem renunciationem, putà quòd poſſit quis alium corã quibuſcunq; iudicijs conuenire, &c. *Daß er vor allen Gerichten ſolte furgenomen mogen werden,* quia hæc clauſula de competentibus tantũ intelligi debet. *Ita obtentum in cauſa Christophori de* Knoringen, *Contra David* Iuden. Nota tamen ſi quis priuata miſſiua extra iudicium promiſiſſet, quòd in Camera immediatè cõuenire deberet, poſſit poſteà pœnitere, & ad competentem Iudicẽ prouocare. Ita vidi decerni, & obſeruari in Camera aliquoties. Cæterùm de renũciatione fori, an & quando permiſſa ſit, vide apud Dd. *in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. l. 1. ff. ſi quis in ius voc. l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſd. om. iud. & Cano. in c. ſignificaſti, de foro com.*

OBSERVATIO LXXXIX.

Vide Gail. 4. obſ. nu. 40. A. Reyger.

Rub. 5. in 2. part. Ordinationis explicatur: & quando nobilis à nobili in prima inſtantia in Camera conueniatur?

DISPVTATVM fuit in pleno conſilio, & dubitatum circa quintum tit. ſiue rubricam. *VVie vnd vor welchen Richter die Prelaten, Grauen,* &c. quomodo ea ſit intelligenda de nobili, qui non ſubeſt immediatè Imperio, ſed alicui Principi, & vult conuenire alium nobilem immediatè ſubiectum Imperio, an poſſit in prima inſtantia eum in Camera conuenire, vel conueniendus habeat etiam priuilegium primæ inſtantię vigore dicti tituli? Et poſt multa tandem ea ſentẽtia obtinuit, quod in Camera poſſit conueniri, nec gaudeat priuilegio primæ inſtantiæ, ſcilicet *der Auſtrage,* quia ſecundum præfatam Rub. vterque & actor & reus immediatè ſubiecti eſſe debent Imperio, ad hoc, vt priuilegium primę inſtantię locum habeat, *daß die Auſtrag ſtadt haben:* nec cõceſſum eſt hoc priuilegiũ nobilitati in vniuerſum, ſed illi tantum nobilitati, quæ immediatè ſubſit Imperio. Et licet nigrum dubiè ibi loquatur, tamen dicebatur illud interpretandum eſſe ſecundum rubricam, ex qua declarationem recipit, *& in dubio concordandum eſſe rubrum cum nigro, ne fiat contrarietas, per ea, quæ ſcribit Iaſon in rubr. Inſtit. de actio. num. 28. Ioan. de Imol. in rubr. de verb. oblig. Albertus & Salic. in l. 1. ſi cer. pet. Item Euerhar. in loco, de rubro ad nigrum, vbi pulchra congeſſit.* Atque ita crebriori ſententia concluſum fuit *die 17. Martij, anno 1551. decretique proceſſus in cauſa relictâ vidua N.* Horns, *contra Conradum Comitem de* Teckelburg. Gail. d. l. n. 17.

OBSERVATIO XC.

Banniti vel priuati regalijs amittũt beneficiũ primæ inſtantiæ der Auſtrag. *Iudices tamen ordinarij propter ſuorum Principum bannum non inhabilitantur.*

Gail. 1. obſ. n. 8. & lib. 2. de pac. publ. c. 2. ib. vide. A. Reyger.

QVANDO Princeps Comes vel alius, qui priuilegium primę inſtantię (*der Auſtrag*) habet, vel bannitur, vel priuatur ſuis regalijs, (prout ſolent Eccleſiaſtici.) tunc, ſicut cætera omnia iura, ita etiam hoc priuilegiũ primæ inſtãtiæ (*der Auſtrag*) amittit, nec poteſt dare ſeu ordinare Iudices iuxta ordinationẽ Camerę, & per conſequens tali caſu ipſius cauſa immediatè in Camera recipitur. Atque ita factum eſt in cauſa Comitis de *Hoyen,* contra ciuitatem Bremenſem. Secus tamen eſt, ſi aliàs cauſa pertineret ad ordinarios, & perpetuos magiſtratus, ſiue Iudices illius Principis: hi enim non inhabilitantur per declarationem Banni contra

* Securitas bannito conceſſa an ſit ſeruanda? vide Hartm. in Miſcel. obſ. 3. verſi. Bald. A. Reyger.

Principem factam.* Porrò quid Banniti amittant, ſatis conſtat ex conſtitutionibus pacis publicæ, & Ordinatione Cameræ: *idémque Zaſ. in tract. de iuda. quæſt. 3. in apolo. contra Eccium, proſequitur: quibus adde, quæ Nellus collegit in eleganti ſuo tract. de Bann. in 1. par. 2. temp. in 4. & 5. q. cũ multis ſeqq. Vbi examinat ad nauſeam, quid Banniti amittant.*

OBSERVATIO XCI.

Reſponſio vnica ſufficit in den Auſſtragen.

DVBITATVM fuit circa quintum tit. ordinationis Cameræ, parte 2. Si Princeps vel Comes requiſitus fuerit, vt iuxta priuilegium primæ inſtantiæ (*vermog der Außtrag*) ipſe denominet tres Principes, ex quibus actor eligere habeat Iudicem, & talis requiſitus tantùm vnum deſignarit, quem non acceptet actor, ſi deinde ſit lapſum tempus menſtruum, an eidem ſupplicanti in Camera ſint decernendi proceſſus? Et crebriùs placuit Dominis, huiuſmodi requirentem non teneri ad vlteriorem requiſitionem effluxo menſe, ſatiſq; eſſe quod ſemel requiſierit: idque rationẽ habet. Cùm enim prædicta cõſtitutio certam preſcribat formam in ſua ordinatione, ea præciſe ſeruanda eſt ex parte cuiuſque, ſicut ipſa iniũgit, & *qui vitioſè vel imperfectè facit, non videtur paruiſſe, per l. conſtitutionis, in fin. ff. ad municip. & l. cum hi. §. prætor. ff. de tranſact. Atque ita concluſum fuit pro* Comitiſſa *vidua* VVittberg, *contra Comitem de* Manſſfeld', *anno* 1549. Regulariter tamen lite pendente ad hoc; vt Iudex negligentiæ argui poſſit, trina citatione opus eſſe plerique volunt: *vide de hoc Fels. in vtramque partem luculenter diſputantem in c. ex literis. nu. 8. & Panor. in c. ex parte. de Appell. & quæ ipſe infra cent. 1. obſ. 24. annotaui.*

OBSERVATIO XCII.

Iuſſus reſpondere poſitionib. pro confeſſo tunc demum habetur, ſi abſque rationabili cauſſa reſponſionem recuſet, aut contumaciter ſe abſentet, Vvurmſer. de confeſ. obſer. 1. A. Reyger.

Poſitioni ſine tempore reſpondere recuſans, an pro confeſſo haberi debeat?

ETIAMSI quis poſitioni ſine tempore reſpondere detractet, non tamen habẽdus eſt pro cõfeſſo: vt ſi feciſti poſitionem, quòd mihi mutuaſti decem, ego noluì reſpõdere, non debeo haberi pro confeſſo, quia poſuiſti ſine tempore, & ſi ſine tempore probares, non obtineres: *iſtud eſt ſingulare dictum Baldi in l. 1. ad fin. C. ſi plures vna ſententia, Quod refert & ſequitur Franciſ. Cremo. notab. 109. ſtatuto cauetur, idemque in Camera meo tempore approbatum fuit.*

OBSERVATIO XCIII.

Vbi teſtes ſunt contrarii, qualitas teſtium benè eſt conſideranda, Vvurmſer. de teſt. obſ. 26. refert dictum Hoſtienſis: poſſunt eſſe centum ribaldi & viles teſtes ex vna parte: & ex alia parte duo tantæ honeſtatis & famæ, vt eis ſtaretur potius quàm multitudini. Vide. inf. Cent. 4. obſer. 28. & ſeq. A. Reyger. Inf. Cent. 4. obſ. 39. Vvurmſe. loco relato addit quarto conſiderãdam perſonam producentis. Ex cuius qualitate teſtium corruptela quandoque præſumitur. A. Reyger.

Probatio ſemiplena plenæ probationi nihil detrahit. Quæ ſint partes Iudicis circa teſtes contraria deponentes.

PROBATIO ſemiplena contra plenã, nihil detrahit plenæ & perfectæ probationi: vnde *vnus teſtis non diminuit fidem duorum contrarium deponentium, vt not. Anto. de Butr. in c. in noſtra. de teſtib. Vbi eleganter. Dd. examinant, quæ ſint partes iudicis, quando teſtes contraria ac planè pugnantia dixerint teſtimonia.* Vbi & ego pariter dixi, aſſerendo obſeruandos ea ſpecie a iudice tres velut gradus, ne confundatur animi motus, cæcutiatque in dijudicanda veritate: Primo authoritatem perſonarum, *vt l. 2. & 3. de teſt. l. vlt. de fi. inſtrum. l. ſemper de iure immu. & §. ſancimus. Nouel. de teſt. cum ſimi.* Deinde qualitatem teſtimoniorum qualia ſcilicet ſint ça, hoc eſt, quàm veriſimilia, quàm naturę negotij, quo de agitur conuenientia. *l. ob carmen. § ſi teſtes. ff. de teſti. B. d. l. ob teſtiũ. C. eod. tt.* Denique numerum teſtium: quia ſi teſtes & perſonarum, & teſtimoniorum fide ſint pares, neceſſariò ad numerum ac multitudinem teſtium recurrendum eſt, & ſecundùm illam lites definiendæ, *d. l. 3. §. eiuſdem quoque. ff. de teſtib. & d. c. in noſtra, verſic. mandamus: vbi vide de hoc latius quæ à me ſũt annotata: & quid iudex facere debeat, ſi teſtes inſtrumento repugnent, ibidem explicatum habes.*

OBSERVATIO XCIV.

Probatio per confeſſionem poteſt fieri poſt omnes dilationes.

PROBA-

PROBATIO per confeſſionem aduerſarij poteſt fieri poſt lapſas omnes dilationes datas ad probandum: *ita ſit g. Inno. in cap. Vltra tert. am, de teſtibus, & ibi Bald. dicens, quòd in quacunque parte iudicij etiam poſt ſententiam poſſint fieri confeſſiones, & alleg. glo. in l. Iulianus, de condic. indeb. Fel. in d. c. Vltrà tert. am ad fin. Vbi dicit. Card. ſic cõſuluiſſe in facto*, quòd publicatis atteſtationibus poſſint fieri poſitiones etiam ſuper articulis, ad quorum probationem teſtes produci ampliùs non poſſint, *per c. 1. de confeſſ. lib. 6. quod, tanquam ſingulare, obſerua.*

ADDITIO.

Sic poſt omnes dilationes & poſt concluſionem etiam in cauſſa admittitur productio inſtrumentorum recens repertorũ *VVurmſer. de probat. obſer. 1. Hartman. de cõcluſ. obſer. 2. Ver. inſtrumenta.* Similiter poſt dilationem datam ad faciendum articulos in cauſſa, poſſunt antiqui articuli declarari, per declarationem enim noui nihil introducitur, *Hart. de concl. obſ. 3. Verſ. Vnde poſt dilationem.* A. Reyger.

OBSERVATIO XCV.

Conſtitutio de denegata vel dilata iuſtitia, etiam locum habet contra commiſſarios.

DATO vel implorato Commiſſario apud Cæſarem vigore ordinationis Cameræ (*Vermog der Außtrag*) ſi is à principio nolit, vel differat in cauſa procedere, contra eundem peti poſſunt promotoriales in Camera, vel etiam mandatum cũ clauſula, vt teneatur procedere. Quia cõtra hoſce Iudices, aut Commiſſarios, qui vigore ordinationis pro prima inſtantia dantur, etiam habet locum conſtitutio, de denegata vel dilata iuſticia. *Vt in 2. par. ordinatio. tit. 8. §. 13. in* Gleicher vveiſs. *&c.* Tametſi fortè ſecus ſit in Commiſſarijs, qui per merã delegationẽ ab imperatore dati eſſent: quia contra eoſdem Camera non facilè emitteret proceſſus promotorialium aut mandata. &c. ſed ad committentem remitteret. Aliqui tamen Domini putauerunt, etiam in Commiſſarijs iuxta ordinationem non eſſe decernendas promotoriales, ſed ſi qui requiſiti nollent procedere, iuriſdictionem ſtatim ad Cameram deuolui, iuxta cõſtitutio. denegatæ vel dilatę iuſtitiæ, in quam ſententiam & ipſe inclino, eámque tanquam veriorem hactenus vſu receptam video. Memini quoque huiuſmodi promotoriales, antequam ad Camerę Aſſeſſorem cooptatus fui, decretas fuiſſe ad Ducem Iuliacẽſem, in cauſa ſenatus Colonienſis, contra Archiepiſcopum Colonienſem.

OBSERVATIO XCVI.

Teſtamentum in peſte factum coram duobus teſtibus, an valeat?

1. 8. *Teſtamentum in peſte factum coram duobus teſtibus valet.*
2. *Loca peſte infecta homines ſolent fugere.*
3. *Peſte correptus ciuitate poteſt expelli.*
4. *Superiori caſu teſtamentum valet, non obſtante ſtatuto, vt à* Notario *immatriculato deſcribatur.*
5. *Militis voluntas quocunque modo declarata ſuſtinetur.*
6. *Tempus belli & peſtilitatis æquiparantur.*
7. *Communiori ſententia in teſtamento peſtis tempore facto 5. teſtes requiruntur.*

QVANDO tempore peſtis ſiue epidimiæ correptus eo morbo condat te- 1.
ſtamentũ corã duobus vel tribus teſtibus Gail. 1. obſ. 118. n. 18. con-
& ſic minori numero aliàs à iure requiſi- ſen. conſtit. Elect.
to, & moriatur ex tali morbo: etiamſi le- A. Reyger.
gitimi hæredes, ſiue ſuccedentes ab inte-
ſtato illud, velut iure infirmum, oppu-
gnent, tamen ſuſtinendum eſſe tale teſta-
mentum Domini cenſuerunt, próque eo
pronunciãdum, ob id certe, quòd plurium
teſtium copia tali tempore difficulter ha-
beri poteſt. † *Solent enim propter peſtilita-* 2.
*tem homines vt plurimùm vel aufugere ex
loco infecto vel aliàs conſpectum & conuerſationem tali morbo epidimiæ vitare, iuxta not. per Bar. in l. de ætate. ff. ad SCtum Trebell. &* Panorm. *in cap. dilecti. de do. & contu. Alexand. & alios in l. ſcriniarios. C. de mili. teſta. Bald. l. fin. C. de teſta.* a † *Quo* 3.
caſu poſſet etiam de loco vel ciuitate expelli, ne ſuo morbo alios inficiat, vt expreſſè voluit Guil. de Cun. & Bart. in l. nullus. C. de ſum. tri. & fi. Cath. quos ſequitur Alexand. in l. caſus. in fi. C. eo. b *atque ita in-*

Digitized by Google

dicatum fuit in Camera in cauſa Io. ānu Gu-
lichs, *agentis contra Philippum* Erlebach,
& conſortes, die 1. Iulij, anno 1540. Nam &
antea in ſimili cauſa, *anno* 1532. pariter
pro tali teſtamento obtenta fuit ſenten-
4. tia. † Et hanc opinionem velut æquita-
ti conſonam ſequitur etiam Raph. *in l. cō-
ficiuntur. § codicill. ff. de iu. codi. & Angel. in
§. quod autem. Nouel. de non alien. idem in l.
repetitio. & l. ſi Vacantia. C. de bo. vacan. Vbi
per illam. l. & text. in l. abſunt. ff. de tutel.
& cur. da. &c. Voluit.* etiamſi ſtatutum di-
cat non valere teſtamentum, niſi deſcrip-
tum ſit à tabellione immatriculato, tamē
peſtilitatis tempore teſtamentum à quo-
cunque Notario exceptum valere, ſi co-
pia alterius deſit. Quæ deciſio rationem
5. habet. † Nā & milites in expeditione de-
gentes quomodocunque volunt, teſtari
poſſunt, etiam coram imperfecto numero
6. teſtium, *l. 1. ff. de bo. poſſ. qua ex tex.* † *Sed
tempus belli & peſtilitatis æquiparantur, Vt
no. Bar. in l. naturaliter. ff. de vſucap. &
Panor. in c. ex tranſmiſſa. de praeſcr. quaſi
tempore peſtis dicatur eſſe prælium inter Deū
& homines, Vt dicit Bart. in l. 1. Ergo, &c.*
7. † Et quamuis Dd. communiori ſententia
quinque teſtes tali caſu requirant, *An-
gel. in §. Vlt. Inſtit. de teſtam. Iaſon in l.
Vlt. C. eo.* Dec. *con.* 284. *& ibi Caro. Moli.
in Verbo, æquiorem. Idem Dec. in d. l. ſcri-
niarios. num. 20. & Fran. Ripa in tract. de
peſte, in c. de priuil. Vlt. Volunt. cauſa pe-
ſtis, Verſi. aut ſumus. num. 12. & Rol. à Val.
con. 81. num 47. in 1. to. con. itemque Bened.
in rep. c. Raynucius, Verbo teſtamentum. 1.
8. n. 15. multa in contrarium allegent.* † Prior
tamen opinio (vt ſuprà dixi) iudicando
obtinuit in Camera: *quam etiam Iac. Phil.
Por. concl. lib. 3. cap. 9. ſecutum eſſe reperio,
Vbi hanc quæſtionem latè tractat, & in V-
tramque partem multos Dd. allegat.* c

ADDITIO I.

a Nam cum aer cōmunis ſit, nemini per-
mittitur in priuato vel publico loco quid
habere, vel in priuatum vel publicum
locum quid immittere, per quod aer inſi-
ci vel corrumpi poſſit. *l. 2. §. idem ait ſi o-
dore, & ib. gloſſ. ff. ne quid in loc. public. l.
ædiles. ff. de Via publ. l. penult. §. pen. iuncta
gloſſ. ff. quod vi aut clam.* Capoll. *in tract.
de ſeruit. Vrban. præd. c. 48. num. 7. c. 65. nu.
5. c. 68. num. 28. c. 78. numer. 3. & in t. att. de
ſeruit. ruſt. præd. c. 43. Car Pariſ. conſ.* 110.
*lib. 4. fac. text. l. 1. § 1. ff. de extraord. crim. l.
cum ſupra. & ib.* Bart. *C. de re mil. lib.* 12.
A. Reyger.

ADDITIO II.

b *Lud. Rom. Alexand. & Iaſ. l. caſus arg.
illius text. C. de teſtam. Dec. conſil. 651. nu.
5. Car. Pariſ. con. 33. num. 12. lib. 2. fac. text. c.
eijciens. diſt.* 88. Hinc & incolæ alicuius lo-
ci optimo iure prohibere poſſunt, ne quis
in iſto loco talem artem vel tale artificiū
exerceat, ex cuius exercitio aeris corru-
ptio vel infectio ſequi poſſit, *Car. Par.
conſ. 110. lib. 4.* Et magiſtratibus permittitur
domum priuati peſte infectam cum om-
nibus rebus quę in illa domo ſunt cōbu-
rere, *Dec. conſil. 651. arg. l. ſi alius, §. eſt &
alia. ff. quod Vi aut clam.* Quamuis priuato
abſque iuſſu ſiue auctoritate Magiſtratûs
domum alienam peſte infectam incende-
re atque comburere non permittatur *arg.
l. oſſa. in pr. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Et ſi
ipſe contra fecerit, parti læſæ omne dam-
num reſarcire cogitur, *Dec. de conſ.* 651.
*Quemadmodum hæc latè luculenter tractata
ſunt à Magnifico & Clariſſimo ICto hoc no-
ſtro ſæculo ICtorum facilè principe & cory-
phæo* Dn. Henningo Hamelio *Conſiliario
Electorali Brandeburgico primario & Can-
cellario Archiepiſcopatus Magdeburgenſis
digniſſimo &c. Collega & compatre meo ſum-
mè obſeruando, quem meritò, cum hæc ex illius
ſcriptis habeam, honoris causà, nomino.* A.
Reyger.

ADDITIO III.

c Sic coram preſbytero & duobus teſti-
bus factum teſtamentum valebit, *c. cum eſ-
ſes. de teſtam. VVurmſ. de teſtam. obſ.* 1. Item
coram Iudice & duobus teſtibus valet.
VVurmſ. de iudicib. obſ. 13. & de teſta. obſ. 2.
A. Reyger.

OBSERVATIO XCVII.

*Continentia cauſæ non diuidenda: & quā-
do talis exceptio proponi debeat?* Vide Gail. 1. obſ. 33. Vide

Incidit

etiam hanc materiam explicatam à Iohan Oœdd.c. 1.nu.16. de ſequeſt. poſſeſſ. A.Reyger.

INcidit quæſtio ex facto, an ſi ſpoliatus contra pacem publicam egerit in Camera Imperiali contra ſpoliatorem criminaliter ad pœnam banni, & ſuper reſtitutione damnorum ſibi illatorum agat contra eũdem ciuiliter coram Iudice ipſius ſpoliatoris ordinario, obſtet ſibi exceptio, ne continentia cauſæ diuidatur? *iuxta l. interdum de publ. iudic.* Et deciſum fuit, quòd ſic, propter continentiam cauſę, & quia coram ordinario non poteſt vtroque iudicio ſimul experiri, *in conſilio pleno 29. Ianuarij an. 1537. in cauſa* Beulvvits, *contra* Brandenburgk. *Vide Bart. in d. l. interdum, nu. 1. Vbi dicit, pendente iudicio ſuper actione ciuili, non poſſe actionem criminalem proponi ſuper eodem crimine, per illum tex.* Illud quoque non eſt ignorandum, hanc exceptionem continentię cauſæ non diuidendæ, ad inſtar aliarum exceptionum declinatoriarum ante litis conteſtationem opponendã eſſe, & ſic impediet litis ingreſſum. *c. inter monaſterium. de re iud. cum ſimilib.* Nam ſi non opponatur, tunc proceſſus coram vtroque iudice factus erit validus, *iuxta Bald. in l. nulli. n. 3. Alex. n. 4 & Iaſ. n. 6. C. de iudi. & Felin. in c. ex tenore. n. 18. de reſcript.*

OBSERVATIO XCVIII.

Accuſatio fractæ pacis an & quomodo in hæredem tranſeat?

Hartmann. de hæred. obſ. 6. vbi caſum recitat. & fac. doctri. Vvurmſer. in Miſcel. obſ. 8. A.Reyger.

ACCVSATIO fractę pacis publicæ, tranſit in hęredes, ſi coniuncta ſit ciuilis actio ſuper reſtitutione damnorum, & intereſſe: vel ſi duntaxat & ſeparatim ſit actum ſuper reſtitutione: ſecus, ſi actio tantùm ad pœnam fractę pacis fuit inſtitũta, nempe ad bannum (qui caſus in noua ordinatione eſt omiſſus, & remanet in diſpoſitione iuris communis.) Nam tunc pœnalis illa actio non tranſit ad hæredes, ſiue ante, ſiue poſt litem cõteſtatam, quia ex publico delicto, *per text. §. non autem omnes, ibi-lo. & Dd. Inſt. de perpet. & temp. actio.* Ideò tunc pronuntiatur, quòd per mortem ipſius ſpoliantis inſtãtia peremptã ſit, &c. Et hoc ſit, etiamſi per hęredes non ſit propoſitũ, ſed ſimpliciter concluſum, quod eſt notandum. *Ita deciſum in cauſa* der Zengeriſchen Erben, *contra* Leuchtenbergk, 7. *Iulij, anno 39. & ideò in tali caſu non ſolent decerni citationes ad inſtantiam partis aduerſæ ad reaſſumendam cauſam.*

OBSERVATIO XCIX.

Quis ſit Iudex competens in cauſis feudalibus?

Vid. Gail. 1. obſ. 1. nu. 54.

1.5. *In cauſis feudalibus pares curiæ ſunt* Iudices, *fallit n. 2. & 3.*

4.6.7. *Aliquando ordinarius in cauſis feudalibus eſt Iudex.*

SI controuerſia ſit inter dominũ & vaſallum ratione feudi, tunc pares ſunt Iudices, non ordinarius, 1. *Bald. §. penult. de prohi. feud. alien. & in §. ſi qua controuerſia, de pac Conſtan. Aluar. ibidem, Ioa. Blanc. in ſum. feud. 4. parte, de cond. feud.* † Sed hęc concluſio vera eſſe limitatur, ſi controuerſia vertitur inter dominum & vaſallũ, qui verè ſit vaſallus, ſuper feudo, vel ratione feudi. 2. † Item ſi agatur ex lege vel 3. cõdictione feudorum non aliàs: & vbi huiuſmodi qualitates deficiunt, deficit etiam iuriſdictio parium, & res reuertitur ad ſuam naturam, id eſt, ad ordinariam iuriſdictionem. † Vnde ſi contentio ſit inter 4. dominum & tertium, & inter dominum & aſſertum vaſallum, qui nullum aliud feudum habeat, niſi controuerſum, eo caſu ad ordinarium iudicem recurrendum eſt: *ita communiter tenent Doctores poſt Beluiſ. & Baldum in tit. de inueſt. in ma. fac. & de lege Corradi, §. ſin autem, & §. ſi duo. de pace tenenda. item in cap. cæterùm, Vbi Innocent. Bald. Imol. & Dec. communi conſenſu hoc firmant, de iudic.* † *Quorſum faciunt etiam, quæ ſcribit Zaſi. con. 8. lib. 2 n. 13.* vbi di- 5. cit, iuriſdictionem parium curiæ ad eas tantùm cauſas limitari, quæ inter Dominum & vaſallos occaſione feudorum in controuerſiam incidunt: & eam non poſſe extraneos complecti, qui nec ipſi, nec maiores eorum de feudo vnquã fuerunt in- 6. ueſtiti. † Nã niſi de vaſallo conſtet, ceſſat 7. Parium iuriſdictio, quę finib. ſuis circumſepta extra fines extẽdi & euagari nõ poteſt: & quæ ibi latiùs habentur, &c. † Pari ratione ſi agatur alia via, quàm ex lege vel condictione feudorum, vel ad alium eſſe-

Schrad. p. 10. per tot. & præcipuè ſect. 5. item ſect. 12. num. 114. vbi hunc Mynſ. locum allegat Curt. Iun. par. 7. per tot. A.Reyger.

Vide Dn. Ludolph. Schr. part. 10 ſect. 6. num. 179. in tr. feudal. vbi hunc Mynſingeri locum

Digitized by Google

quaſi diſſentientem allegat, cùm tamen non diſſentiat. A. Reyger.

ctum, quàm ad naturã feudi, id eſt, quàm ad conſtitutionem vel priuationem, ſecũdùm leges & conſtitutiones feudales, tunc etiam cognitio non pertinet ad curiam vel pares, ſed ad ordinarium: *Bald. in c. 1. de inueſti. in ma. fac.* Dd. *communiter in d. c. cæterum. Oldrad. con. 272. Alexand. con. 76. lib. 1. Zaſ. con. 13. lib. 1. & con. 8. lib. 2.* vbi dicunt, quòd ad confirmandã iuriſdictionem debet attendi qualitas petitionis & narratorum actoris, nõ qualitas defenſionis merita cauſæ tangentis: *atque ita factum in cauſa* Endorfer, *contra Epiſcopum Auguſtanum, anno* 1533. *& anno* 1534. *item in cauſa Abbatis de* Limpurg, *contra Ioannem de* VValborn, 18. *Martij, anno* 1550.

ADDITIO.

Pares curiæ ſunt Iudices ſuper controuerſijs, quæ oriuntur inter Dominum & vaſallũ occaſione feudi, niſi huic iuri feudali per ſpeciale priuilegium vel contrariam conſuetudinem derogetur. *c. vn. de controu. feud. apud par. term. Hartman. de feud. obſ. 22.* A. Reyger.

OBSERVATIO C.

Incidens quæſtio ſpiritualis, à ſeculari ad Iudicem ſpiritualem remittitur. Idem in alia præiudiciali.

Vid. Gail. 1. obſ. 37. & ſeq. & Bart. in l. Titia n. 4. ſolut. matrim. Hæc obſeruatio corroborari poteſt ordinationis Imperialis authoritate tit. 21. § *VVo auch zwiſchen* part. 2. Hart. Hartman. in pract. qu. de miſcell. iur. Canon. c. 11. Vid. And. Fachinæum cap. 43. & 44. par. 1. lib. 1. controuerſ. iur. Schrader. part. 10. ſect. 1. num. 99. 102. 109. A. Reyger.

SI incidat quęſtio ſpiritualis in cauſa ciuili, tunc illius deciſio remitti ſolet ad Iudicem Eccleſiaſticum, & interim ſuſpẽditur ac ceſſat ciuile iudicium. *Ita aliquoties obſeruatum memini in Camera & iudicatum, vt in cauſa domini Michaelis* Gillis, *Præpoſiti in* Nevvhauſen, *& Comitis de* Leiningen, 21. *Aprilis, anno* 1542. *Item in cauſa Martini* Iltcken, *contra Comitem de* Hoenloe. *ſic in cauſa decimali ratione Parochiæ in* Micheluelt, *fuit iudicatum ex officio*, *quod ille punctus (ſcilicet an Comitis ſubditi in aſſignatis pagis ſeu villis tenerentur actori ſoluere decimas) ad ordinarium Iudicem Eccleſiaſticum remittẽdus ſit, quo diſcuſſo, denuò fieri deberet, quod eſſet iuris, *Daß dieſer Punct für dẽ ordentlichen Geiſtlichen Richter zu remittiren vnd zu weiſen ſey, etc. Vnd als denn nach beſchloſſener erorterung ferner ergehen ſol, was recht.* Sed an hoc etiã in prophanis, cauſis locum habeat, nempe quòd præiudicialis, quæſtio etiam in profanis, quæ non ſolùm pœnam, ſed etiam cauſam & impetitionem omninò perimeret, ſuo loco prius diſcutienda, & terminanda ſit? Et hoc fieri debere determinat Zaſ. *in l. fundum, & l. fundi. ff. de exceptio. & in rubr. eodem tit. vbi narrat caſum. Attamen idem Zaſ. in §. ſin minus Inſtit. de actio. ad fin. dicit, quod tali exceptione nil potuerit obtinere in Camera, ſed decretum fuerit, ea non obſtante, reum conuentum debere ad actionem propoſitam reſpondere.* Verum ego in Camera ita ſeruari vidi, quòd non obſtante tali exceptione præiudiciali imponatur reo litis conteſtatio ſaluis tamen ipſi ſuis exceptionibus & defenſionibus quibuſcũq. poſt litem conteſtatam proponendis. Vnde ſi poſt litem conteſtatam per viam reconuentionis, vel alio modo, reus obijciat quæſtionem præiudicialem, quæ de ſui natura coram alio Iudice terminanda ſit, eâque vera exiſtente perimatur quęſtio principalis, tunc illa præiudicialis quæſtio debet remitti ad ordinariũ Iudicem, & interim donec ea terminetur, principalis cauſa ſuſpendi ac quieſcere: *prout concluſum eſt in cauſa Abbatis de* Limpurg, *contra Ioannem de* VVallborn, 19. *Martij, anno* 1559.

*vide ſimilem ſententiam in hoc puncto, in 1. part. ſelect. ſentent. D. Raphaelis Seyleri, fol. 351. ſub Anno 1543. die 10. Decemb. in Cam. Imper. pronunciatã. A. Reyger.

ADDITIO.

Quæſtiones emergentes præiudiciales vſque ad determinationem cauſę principalis reſeruari non debent. Puta ſi exceptum ſit, quod ſis Iudex incompetẽs, quod non poſſis eſſe procurator, quod libellus ſit ineptus, quod dilatio concedi non debeat, Hæc omnia decidenda ſunt expreſſe vel tacitè priuſquam ſuper cauſa principali pronuntietur, *Ita tenet Bart. in l. 1. n. 8. Bald. n. 11. Caſtr. n. 9. C. de ord. iudic. vid. gloſ. ſolenn. in c. 1. Canoniſt. ibid. de ord. cognit. Menoch. de arbitr. iudi. quæſt. libr. 1. quæſt. 45.* A. Reyger.

APPEN-

APPENDIX AD OBSERVAT. C. CENTVRIÆ I.

NON muto ſcripturã hactenus receptam in hac obſeruatione 100. verſi. ſed an in prophanis, cẽt. I. tũ quia ea viuo auctore non ſemel repetita eſt, vt minime veriſimile ſit, incuriá quâdam lectionem vitioſam irrepſiſſe, tùm quia vix eſt vt ſubſiſtat correctio *à doctiſſimo Iohanne Gæddæo ICto in tract. de ſequeſt. c. I. nu. 47. & aliquot ſeqq. propoſita*, deniq. quia nec eæ, quas adducit rationes, ad euertendam obſeruationem hanc, ſatis firmæ cẽſeri poſſunt. Et primò quidem correctionem recti ſermonis ratio improbat. Nam ſi prò PROPHANIS legatur PRÆPOSTERIS cum ab ipſomet Dn. Gœddæo præpoſterationis exceptio, præiudicialis dicatur, vtiq; conſequetur, Dn. Mynſing. admodum obſcurè, ineptè, & non ſine indoctá repetitione, id quod voluit, propoſuiſſe, quaſi dixiſſet: An in exceptione præiudiciali præpoſterationis etiã præiudicialis quæſtio prius diſcutienda ſit: à quo tamẽ ἀταξίας & ταυτολογίας vitio Dn. Mynſingerum, quàm longiſsimè abeſſe ingenium & eruditio illius abũdè teſtantur. Præterea etiam Antitheſis quæ inter ſpirituales atque prophanas cauſas eſt, receptam ſcripturam ſuadet: quò etiam illa ſummarij verba Idem IN ALIA præiudiciali facere videntur.

Ad hæc, cũ ex recepta ſummi illius tribunalis loquendi cõſuetudine & ſtylo, actiones principaliter intentatę vel motę, CAVSAE, at quæſtiones incidentes ſiue ſint præiudiciales, ſiue alterius generis, PVNCTA, appellantur, veriſimile eſt Dn. Mynſing. in praxi Cameræ exercitatiſſimum, ſi hos ipſos incidẽtes articulos, per verba IN PROPHANIS cauſis, ſecũdum & in eâdem quaſi lineâ poſita notare voluiſſet, neque ad aliud cauſarum genus, ſpiritualibus oppoſitum reſpexiſſet, non CAVSARVM ſed PVNCTORVM appellatione vſurum fuiſſe. Et ſanè miror, cur Dn. Gœddæus ad correctionem hanc cõfugerit, & allegatã obſeruationem SPVRIAM appellauerit. Nam vt cõcedamus, quæ de iure communi diſputat, nihilo tamen magis hęc obſeruatio SPVRIA dici, aut de eius fide iure dubitari poterit, cùm in multis iuris articulis, inprimis iis, qui ad iuriſdictionem ordinémque iudicij pertinent ſtylus Cameræ Imperialis à Iuris cõmunis diſpoſitione recedat, quemadmodũ conſtat ex *obſ. 6. cent. 4. obſ. 41. cent. 1. obſ. 11. cent. 5. obſ. 6. cent. 5. obſ. 11. cent. 6. obſ. 48. cent. 2. obſ. 54. cent. 3. iuncta l. 2. & l. Vlt. C. de temp. appell. obſ. 89. cent. 3. obſ. 36. 44. cent. 4.* Habetur etiam in his obſeruationibus *tot. tit. C. ne liceat in Vna eadémque cauſa tertiò prouoc. &c.* Item *c. Romana ext. de for. compet.* Item *l. debitori. 6 ff. de re iudicat.* in Camerâ non obſeruari. Sanè quod de ſtylo & obſeruatione Cameræ adducit, allegatis eam in rem præiudiciis probare atque hac ratione dictis ſuis fidem eum facere oportebat, quanquam non diffiteor, magni nominis ICtum quendam, cũ hæc ſub manibus haberem, ad me ſcripſiſſe, obſeruationem hanc 100. cent. I. hodiè in Camerâ Imperiali non eſſe in vſu, ſed cõtra eam iudicatum eſſe in cauſa *Heinrich Schenckings Erben*, contra *Herman Schenckings Erben*, 2. Nouemb. Anno &c. 95. Neque tamen vt Gœddæus exiſtimat, ratio hæc ſatis firma erit, quæ obſeruationem hanc SPVRIAM eſſe probet, cum de vnâ eadémque iuris quæſtione cõtraria Dominorum Cameralium prę̨iudicia interdum extare non ex vno harũ obſeruationum loco notum ſit, ſed maximè inſigne exemplum extat *in obſ. 70. cent. I. & obſ. 92. cent. 4.* Pari etiam ratione MENDOSAM eſſe obſeruationẽ hanc nõ ſatis firmæ rationes adducũtur. Neq; enim Dn. Mynſin. principaliter auctoritati Zaſij inſiſtit, ſed Camerę prę̨iudicio, & quod ſuo tempore ita obſeruatum ſit, quâ in re partibus ſuis hoc eſt obſeruatoris probè functus eſt, vnde & libro huic SINGVLARIVM OBSERVATIONVM titulum præſcripſit. Præterea ſi ipſum Zaſij locum, vbi caſum, quem obtinuit, narrat, & quem Dn. Mynſing. potiſsimum ſpectat, diligẽtius inſpi-

ciamus, rem longè ſecus, quàm Dn. Gœddæus euincere conatur, ſe habere perſpiciemus, idque vt illuſtrius appareat, ipſa Zaſij verba *in l. fundum. n. 21.* adſcribam: ea ſic ſe habent. Abbas Schuteranus poſſidet ſyluam, quam dicit eſſe ſuam, & eâ vtitur. Baro de *Geroltzeck* prætendit ſyluam eſſe ſuam, & conuenit Abbatem iudicialiter in Camerâ Imperij petens ab eo pœnam, quod vſus eſſet ſylua. Hîc ego vſus ſum hac l. fundum & doctrinâ Bartoli, dicẽs: Domine Iudex, actor eſt ſollicitus de pœna. Hâc exceptione & aliis effeci, QVOD SIT REMISSA CAVSA AD ALIVM IVDICEM, &c. Quam de dominio quæſtionem Zaſ. non ſolùm *in d. l. fundum, ſed & in rubr. de except.* dicit eſſe præiudicialem. Vnde conſtat non ſolùm doctrinam Dn. Mynſing. Zaſij auctoritate, verũ etiam præiudicio à Zaſio in Camera Imperij obtento cõfirmari, adeóq. tanto credibilius eſt, idem in aliâ causâ, cuius Dn. Mynſing. hîc meminit, obſeruatũ fuiſſe. Quæ de repugnantia *huius obſ. Vlt. cum obſ. 97. hâc ipſâ cent. 1.* adducit, caſum à noſtro diuerſum continent, hunc nimirũ, pendẽte accuſatione ſuper fracta pace in Camera, qua ad pœnam agebatur actionem ciuilẽ de reſtitutione bonorum, interim pendẽte lite, corã alio Iudice inſtitui nõ poſſe. Sed & ea quæ de continentia cauſarum Gail. dicit hanc de præiudicialibus quæſtionibus obſeruationem, cũ ab ea diuerſa ſint minimè ſubuertunt. Sed nec illa quidquam mouent, quæ de conſtitutione ſuper litigioſa poſſeſſione Dn. Gœddæus in medium adducit, cũ Dn. Mynſing. fundamentum ſuæ ſententiæ minimè ex eâ conſtitutione deſumat, imò nec eius mẽtionem faciat. Quanquã non negauerim, illo aliiſque ſimilibus argumentis Dominos Camerales, vt tum ita iudicarent, fortaſſis permotos fuiſſe, cùm de ſimilib. ad ſimilia procedere iuris auctores iubeant *l. neque leges, cum duab. ll. ſeqq. & ibi gl. & Dd. ff. de ll.* quod eò facilius in hoc articulo factum crediderim, ne Camera Imperialis litium multitudine obrueretur, neque iis, qui primæ inſtantiæ priuilegium habent, id per aduerſariorum calliditatẽ eriperetur. *argumento l. ſi idem cum eodem. §. ſed etſi mutua. Verſ. ne in poteſtate, & ibi gloſſ. ff. de iuriſd. omn. iud.* Ex quibus omnibus ſatis conſtat, Dn. Gœddæum nimis rigidum, vt ne quid durius dicam, Cenſorẽ fuiſſe magni illius & præſtantiſſimi ICti Dn. Mynſingeri: Cuius non ſolùm in rem literariam merita, ſed & pietatis & reuerentiæ affectio, quã eum meritò proſequor, vt hæc adiicerem, me impulerunt. Neque verò hâc ratione Dn. Gœddæi exiſtimationi quidquam detractum volo, ſed veritatem tueri, quã vtique defendere debemus, quia opprimi videtur & obſcurari, cum non defenditur. *c. error. 83. diſtinct.* & qui occultat eam, mortaliter peccat, *text. in c. quiſque. 11. qu. 3. & in c. 1. de teſtib. cogend. gl. ibid. in Verbo occultent. Similiter Panorm. n. 1. gl. ſing. c. dilectorum. Verb. criminiſ. eo. tit.* Veritatis enim ſumma habenda eſt ratio, & præ omnibus amanda, eiúſque præcipui obſeruatores Iuriſconſulti eſſe debent, vt pulchrè *Ioan. Hieronym. Alban. con. 17. in pr.* docuit. *A. R.*

FINIS CENTVRIÆ PRIMÆ.

SINGV-

Digitized by Google

SINGVLARIVM OBSERVATIONVM

Iudicij Imperialis Cameræ,

Centuria II.

OBSERVATIO I.

Hartman. de actor. obſ. 10. Vide Iacob. Menoch. remed 1. n. 361. 372. 373. de recup. poſſeſſ. Id. remed. 3. n. 45. de adip. poſſeſſ & nu. 181. ibid. A. Reyger.

Tertius interueniens in iudicio poſſeſſorio, quatenus audiendus?

SVMMARIA CENT. II.

1. *Tertius interueniens in poſſeſſorio ante reſtitutionem audiendus.*
2. *Pœna delicti auctores tantùm tenet.*
3. *Tertius interueniens intereſſe ſuum ſummariè docebit.*

1. SI † duo litigant ſuper poſſeſſorio recuperādæ, poteſt tertius ſe obiicere pro ſuo intereſſe, & agere petitorio, dummodò ipſe non ſit: & tenetur agens poſſeſſorio, non attenta exceptione litis pendentiæ, illi reſpondere ante reſtitutionem, ex quo reſpectu ipſius tertij ceſſat odium ſpoliantis: *Ita concluſum eſt per Aſſeſſores cùm hæc quæſtio in quadam cauſa incidiſſet, per ea, quæ tradunt Dd. in c. olim. 2. & ibi præcipuè. Panor. in pen. col. verſ. ego puto. de reſti. ſpoli. Idémque tenet Hier.* Schurff, *conſilio 13. cent. 2. Et in hanc ſententiam* Domini *de Rota quoque iuerunt, deciſ. 149. in antiq. in nouis, per c. fin. de ordi. cog. c. cum ad ſedem, de reſti. ſpol. & cle. 1. de cau.*
2. *poſ & prop.* † Et quia pœna debet ſequi ſuos autores, *c. 2. de conſti. & c. quæſiuit. de iis quæ fin. à ma. par. capit. Abb. c. in literis in fin. de reſt. ſpolia. & d. c. fin. 2. notab. & Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poſſ. in 16. fall. & Felin. c. cum ſuper. col. pen. ver. ſcias etiam, de re iudic. Vbi hoc memorabile dogma latius proſequuntur.* † Il- 3.
lud in vniuerſum ſciendum eſt, tertium interuenientem nullatenus audiendum eſſe, niſi prius de ſuo intereſſe, ſaltem ſummariè doceat: *Vt per Bar. in l. à ſententia in fi. ff. de appell. Bald. auth. hodiè. n. 6. C. eo. & l. vlt. n. 42. C. de edi.* D. *Hadr. tol. Panor. nu. 5 Feli. in prin. & nu. 16. in c. cùm ſuper. de re iudi. Idem Feli. in c. Veniens. 2. num. 13. Vbi & ego de tertio interueniente pro ſuo intereſſe multa ſcripſi, extra de teſtibus.*

OBSERVATIO II.

Tempus interponendæ appellationis, quando currere incipiat?

Andr. Gail. 1. obſ. 139. Vvurm. t. 15. de appell. obſ. 1. & 2. A. Reyger.

1. *Tempus interponendæ appellationis currit à tempore prolatæ ſententiæ.*
2. *Limitatur primò, ſi Iudex ſui copiam non faciat.*
3. *Cautela pro appellante.*
4. *Limitatur ſecundò, ſi pars neſciuerit ſententiam latam.*

DECEM dies qui dantur ad appellan- 1.
dum, currunt regulariter à tempore prolatæ ſententiæ, ita vt dies ille, quo lata eſt ſententia, pariter computetur, *c. biduũ. 2. quæſt. 6. vbi de hoc, & in c. quod ad conſultationem. de ſentent. & re iudic. gloſſ. in verbo, proponitur. in cap. 1. de reſtit. ſpol. in 6.*
† Hoc tamẽ ita temperandum eſt, vt obti- 2.
neat, ſi modò ſit facultas adeundi Iudicẽ, qui ſententiam tulit, vel ad quem prouocatur: ſufficit. n. alterutrius adeundi fuiſſe

Digitized by Google

copiam. Tűc autem videtur copia ſeu facultas adeundi eſſe, cùm Iudex in publico ſe oſtendit, *per text. elegan. in l. 1. §. dies, ff.*
3. *quando. appel. ſit.* † Conſuluit tamen Bar. vt pars appellare volēs proteſtetur, & appellet coram Notario: idque vſus obſeruat, *proquo videtur text. in c. paſtoralis. §. preterea. de offi. ordi. & c. vl. de appellatio.*
4. † Deinde currűt decem dies, ſi modò pręſente principali, vel eius procuratore ſētētia proferatur: nam ſi eo abſente id fiat, tunc à die ſcientiæ incipiunt currere, ne fraudi ſit cui, ignorare ſententiam, *auth. hodiè, & ibi Dd. C. de appellat. c. anteriorum. 2. q. 6.* Eſt ergo illud tēpus decendij ad appellandum indultum, ab initio vtile, quia non currit, niſi à tempore ſcientię, & quò ad progreſſum continuum, *idque in Camera obſeruatur. Vide etiam de hoc Spec. tit. de appell. §. reſtat. nu. 1. & ſeq.*

OBSERVATIO III.

Si teſtis deponat ſub iuramēto, quod prius ſuo domino præſtitit, an probet?

An decendiũ expreſſo partium cōſenſu, putà compromiſſo, aut Iudicis permiſſione, prorogari poſsit? Cōmunis opinio eſt, non poſſe. Gail. d. obſ. 139. nu. 6. Aſin. in Prax. §. 1. c. 9. nu. 11. vid. ſup. obſ. 11. cent. 1. A. Reyger.

Nō ſolum ſuper articulis datis, ſed generaliter ſuper tota cauſa, VVurmſer. tit. 18. obſ. 9. A. Reyger.

Niſi partibus conſentientibus Gail. 1. obſ. 105. n. 15 Nobiliſſ. ICtus Ioachimus à Beuſt. in rub. ff de iureiu. n. 208. A. Reyger.

Gail. 1 obſer. 144. n. 5 Iudex appellationi à definitiua ſemper tenetur deferre, nō autem appellationi ab interlocutoria, Hart. tit. 7. de appell. obſ. 11. Friuolæ etiam appellationi & manifeſtæ fruſtratoriæ deferre non debet, c. cum appellationibus de appell. lib. 6. Hart. d. tit. 15. obſ. 8. verſ. quando autem. A. Reyger.

INTER cætera requiritur in teſte, ad hoc vt probet, quòd ante teſtificationē iuramentum præſtet de veritate pro vtrâque parte dicenda, alias non valet eius teſtificatio: cùm tota ſubſtantia depoſitionis teſtium in iuramento conſiſtat, *l. iuriſiurando. C. de teſti. & l. ſi quando eod. tit. ca. quoties, & c. licet vniuerſis. de teſti. glo. & Bar. auth. ſed iudex. C. de epi. & cl.* Et debet iurare in iudicio, non extra, *l. 3. §. Sabino. cum gl. ff. de teſtib.* Pone modò, quòd Iudex à teſte producto ad teſtificandum non exigat de nouo iuramentum, ſed ſolùm permittat ei dicere teſtimonium ſub iuramento, quod prius ſuo domino fecerit (*Bey dem Eyde, damit er ſeinem Herrn zugethan iſt*) an teſtimonium eius, tanquam iurati teſtis, valeat? Et concluſum fuit, nō valere: cũ iuriſiurandi præſtatio ſit de ſubſtātia, qua omiſſa, teſtimonium nullas vires habet, *per iura ſuprà allegata*: niſi partes expreſſim iuſiurandum teſtibus remiſiſſent, quo caſu valet teſtimonium etiam non iuratum, *vt per Ioan. Andr. & Pan. in c. tuis quæſtionibus, de. iureiur. de quo tamen vide, quæ ſcribit Lucan. de Pen. in l. ſi quę C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. & Dd. in c. pen. de iureiur. vbi vide latius.*

OBSERVATIO IIII.

Si Iudex inferior deferat appellationi friuolæ, tunc cauſa principalis apud ſuperiorem retineri poteſt?

1. *Iudex inferior ſi defert appellationi friuolæ, cauſa principalis retinetur apud ſuperiorem.*
2. *Appellatio iure ciuili gradatim facienda.*
3. *Secus eſt de iure Canonico.*
4. *Clericorum auaritia notatur.*
5. *Remiſſio cauſæ ad Iudicem immediatum quando facienda.*

CVM Iudex inferior defert appellationi friuolę, tűc poteſt cauſa principalis † retineri apud Iudicem ſuperiorem: & 1.
ita multoties obſeruatum memini in Camerali iudicio: *qua de re grauiter diſputatum fuit in cauſa Chriſtinæ* Heuptin, *contra hæredes & teſtamentarios Catharinæ* Steinkoſen, *relata 22. Auguſti, anno* 1549. tametſi ea cauſa non ſit acceptata in Camera, ex eo capite, quod ſcilicet appellatio iſta non fuerat gradatim facta, ſed omiſſo medio, ſcilicet Duce Cleuenſi. † Quod iure 2.
ciuili eſt prohibitum. *l. 1. ff. de appel. & dixi ſuprà Cent. pri. obſer. 67.* † Licet de 3.
iure Canonico poſſit ad Papam appellari omiſſo medio, *text. ſt in c. ad Romanam. 2. q. 6. & c. ſi duobus. & c. ſi ſolicitudinem de appel. Phil. Fran. c. dilecti, 3. eo tit.* † Quod 4.
Ferrar. recte ſcribit emanaſſe ex quadam auaritia clericorum inſatiabili, *infr. appel. gl. ſed ad quem.* † Si tamen appella- 5.
tus petat ſe remitti ad Iudicem immediatum, remittendus eſt, *vt per Guid. Pap. deciſ. 436 num. 48.*

OBSERVATIO V.

Fideiuſſores coram quo Iudice conueniendi?

1. *Fideiuſſores coram ſuo non principalis Iudice conueniendi.*
2. *Fallit, ſi fori priuilegio renunciârunt.*
3. *Baldi declaratio ponitur.*
4. *Remiſſioni in contractibus, quando locus ſit.*

AN fideiuſſores conueniendi ſint coram ipſorum competenti Iudice, vel potius

potius coram Iudice principalis debito-
1. ris, quęritur? † Et Bald. *in l. cùm Archimedoram.* C. *Vt in poſſ. leg.* reſpondet, quòd
2. ſint in ipſorum foro conueniendi. † Niſi renuntiârint priuilegio fori, quo caſu in loco contractus conueniuntur, *per c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. libr. 6.* eóque remitti debent, vt ſe ſiſtant, *per glo. ſing. in l. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* vt renunciatio priuilegij fori aliquid operetur, quod Bald. ibidem mente tenendum ait. Plerique tamen exiſtimarunt, quòd etiam ſine renũciatione fori quis inuitus
3. poſſit ad locũ contractus trahi. † Sed hoc Baldus tùm demùm verum putat, ſi ſe ibi ſiſtere promiſerit: quia eſt in delicto, quod
4. non poteſt purgare, niſi ſe ibi ſiſtat. † Vnde colligitur, in contractibus locum eſſe remiſſioni, vbicunque quis promiſit, ſe certo loco ſiſtere, ſi modo ibi ſolutio facienda ſit. Nam ſi vno loco contractum ſit, & alio facienda ſolutio, non fit remiſſio ad locum contractus, nec inuitus quis cogetur ibi iudicium ſuſcipere, niſi ſpõte ibi inueniatur, & non raptus vi, *vt no. in l. hæres abſens. §. Vlt ff. de iudic. Bald. loco ſuprà citato nu. 5. 6. & 7.* Idque aliquoties in Camera obſeruatum memini.

Additio.

Remiſſio in delictis locum habet, *clem. paſtoralis, de re iud.* In contractibus autem non habet locum, *Hartman. tit. 50. de accuſat. obſ. 6. Ver. in contractibus.* A. Reyger.

OBSERVATIO VI.

vid Gail. 1. obſ. 68 n. 6.

Inſtrumenti non liquidi an poſſit fieri executio?

QVANDO producitur inſtrumentum, in quo continetur debitum, quod tamen non eſt liquidum, an poterit peti ipſius executio? Et Barto. *in l. 1. ff. de eodem. l. 1. ff. de leg. 2. & l. defenſionis. C. de iure fiſ. libr. 10.* cenſuit poſſe, cùm liquidari valeat in executione. Contrarium extat apud eundem Bart. *in l. proinde. §. notandũ. ff. ad leg. Aquil.* & hanc poſteriorem ſententiam expreſſè ſequitur Bald. *in l. ſi cauſam. C. de execu. rei iud.* aſſerens, ſtatutum dans executionem inſtrumentis, intelligendum eſſe de liquidis, & non de illiquidis, aut incertum quid continentibus: quin tunc non petenda ſit executio, niſi prius iuris incerti inſtrumento contenti fiat declaratio. Hanc pugnantiam ſic cõciliârunt domini Camerales, cùm hæc quęſtio incidiſſet, quod prior aſſertio vera ſit in inſtrumento illiquido continente ius incertum vniuerſale, *quo caſu loquuntur d. l. 1. & l. defenſionis.* Poſterior verò ſit intelligenda in iure incerto ſingulari aut particulari, *per d. §. notandum,* & hanc conciliationem antea quoque Ludo. Rom. *conſi. 211. ad finẽ* eleganter tradidit.

Videatur Couarruuias variar. reſol. c. 11 l. 2. A. Reyger.

OBSERVATIO VII.

Filia renuncians hæreditati, an ſucceſſioni ex teſtamento renunciaſſe cenſeatur.

De filia renunciante, Vid. Gai 1. ob 147. A. Reyger.

1. *Remittitur lector ad Boerium & Tiraquel.*
2. *Pater inſtituens filiam cenſetur renunciationem ei remiſiſſe.*
3. *Renuncians beneficio, de nouo oblatum, licitè accipit.*
4. *Patronus liberto alimenta negans ſucceſſione eius indignus eſt.*
5. *Iuramentum ad futura non extenditur.*
6. *Renunciatio iuris futuri intelligitur de eo, quod ex præſenti cauſam habet.*
7. *Zaſii diſtinctio in caſu renunciationis.*

FILIA in contractu matrimonij promiſit renunciare omnibus bonis paternis & maternis conſummato matrimonio, nec tamen renunciauit: deinde pater in teſtamento certam eidem ſummam reliquerat iure inſtitutionis: quærebatur, an ea mortuis parentibus poſſet agere ad ſupplementum legitimæ. † Et concluſum 1.
fuit à Dominis Cameralibus poſſe, per ea quæ latè ſcribit Boer. *deciſ. 3. in pri. parte.* & quæ pleniſſimè habentur apud Tiraquellum *in tracta. de Retractu municipali, circa finem operis.* † Quibus adde quod 2.
eleganter Bal. ſcribit in l. vlt. col. 3. C. de pact. Si pater (inquiens) inſtituit hęredem

Digitized by Google

filiam, quę dum tradebatur nuptui, iurauerat ſe non habituram regreſſum ad bona paterna, poterit, nõ obſtante iuramenti religione, hæreditatem ex teſtamento petere, quia tacite remiſſum illi cenſetur à patre iuramentum, *quod & Ponta. firmat in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de Verb. oblig. & ego ſecutus ſum in enarratione cap. 2. Verbo, cogatur, de iureiur.* eſtque pulchra limitatio ad cap. 2. de pact. libro 6. Et ad prædicta faciunt duo textus, qui hoc clariſſime videntur probare, *in c. 2. & ibi An-*
3. *to. de Butr. & Imol. de renun.* † Vbi habetur quòd ſi quis renuntiauit non accipere beneficium ab aliqua Eccleſia, poſſit licite accipere, ſi ſibi conferatur: *de quo vide*
4. *Ludo. Bolog. in l. fin. ad muni.* † Alius text. eſt *in l. ſi patronus. ff. de bonis liber.* vbi dicitur, quod ſi patronus non aluerit libertum, priuetur ſecundum legem Æliam Sentiam ſucceſſione bonorum liberti, niſi libertus in teſtamento ſuo eundem patronum hæredem inſtituerit. Et iſtud tenet Bart. *in l. ſtipulatio hoc modo, verſi. facio aliam quæſtionem, in fi. ibi Alex. & Iaſ. ff. de Verb. oblig. & tenet glo. & Bald. c. ad noſtram. 2. de iureiur. & Oldra. conſil. 231.* Quia hæc renuntiatio non trahitur (ſe-
5. cundùm ipſos) ad ius ſuperueniens, † cum iuramentum habeat cauſam pręſentem, & non de futuro. Et idem tenet Fran. Are. *conſil. 92.* & Fel. *c. ſi diligente. col. pen. Verſic. decimo fallit. de fo. comp.* vbi amplius dicit, quod etiamſi renunciauerit iuri,
6 quod habet, vel habere ſperat: † Quia intelligitur ex cauſa nunc ſubſiſtente: & inſtitutio eſt cauſa, de qua tunc non ſperabatur, ſecundum eum. Quibus adde Bald. *in l. quicunque col 3. Verſic. ſed pone, ſtatuto. C. de ſer. fugi. eundem conſi. 253. in pr. lib. 1. vbi adducit ſeptem rationes.* Et prædictam ſententiam tenet quoq. Geor. Natta *in repert. c. quamuis. col. 3. Verſ. limita hanc decret. idem, de pac. lib. 6 & Petr. Iac. de condi. ex l. omnimodo col. 5. Verſic. ſed*
7. *an ille filius.* † Zaſ. tamen *in d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 34.* tradit hoc dogma ceſſare, ſi læderetur ius tertio iam quæſitum, *vt ibi per eum.*

OBSERVATIO VIII.

Gail. 1. obſ. 113. nu. 17. A. Reyger.

Executio ſub pœna banni transfertur quidem in hæredes, mutato tamen banno in pœnam pecuniariam.

QVANDO executoriales ſub pœna banni emanârunt contra aliquem, iſque poſtea moriatur ante factam executionem, & pars in cuius fauorem emiſſæ ſunt, petat eaſdem executoriales contra defuncti hæredes decerni, tunc decernuntur quidem executoriales, ſed ſub pœna pecuniaria, & non banni, & ita decretum eſt, & proceſſum contra Dominum Franciſcum Ducem Saxonię, in cauſa *VVadrerff*, vbi etiam decretæ erant executoriales ſub pœna banni, & declaratus Dux in bannum: ſed tamen mortuo bannito, contra filium ipſius nouæ executoriales decernebantur, non ſub pœna banni, ſed pecuniaria. Idem obſeruatum eſt in cauſa Regnę *Redvvitzē*, cõtra *Detzē Redvvitz*. Cùm enim contra ipſum emanaſſent executoriales ſub pœna banni, iſque deinde moreretur, aduerſus ipſius filiũ VVolffgãgum Chriſtophorum de *Redvvitz*, nouę executoriales decretæ ſunt ſub pœna pecuniaria, 15. *Decembris, anno* 1549.

OBSERVATIO IX.

Qualitas fundans iuriſdictionem an probanda ſit ad obtinendos proceſſus?

Gail. 1. obſ. 2. num. 1. & 2. & obſ. 31. n. 2. A. Reyger.

1. *De qualitate iuriſdictionem fundante Iudici conſtare debet, & nu. 4.*
2. 3. *Iudex circumſpiciat, quouſque ſua extendatur iuriſdictio.*
5. *Contraria opinio recitatur.*
6. *Sufficit, vt qualitas iuriſdictionem fundans allegetur.*
7. *Auctores huius opinionis recitantur.*
8. *Eadem opinio approbatur.*
9. *Contrarii fundamenta refutantur.*
10. *Narratio libelli, ad proceſſum ordinandum inſpicitur.*

MAGNA eſt controuerſia inter Iuriſconſultos, an ſufficiat narrare qualitatem tribuentem iuriſdictionem, ad obtinendos proceſſus à Iudice, vel neceſſaria ſit cognitio ſuper illa allegata qualitate, priuſquàm litis conteſtatio partis
aduerſæ iniungatur. † Nam plerique exi- 2.
ſtimant, de iſta qualitate, quæ fundet iuriſ-

Digitized by Google

iuriſdictionem, cum primis cõſtare debere Iudici, ſaltem ſummarie, *ita Bart. & Bald. in l. præſcriptione. C. ſi con. ius vel vti. publ. Inno. in c. ſuper literis. de reſcript. Dom. c. Romana. §. contrahentes. de fo. com. lib. 6. Idem Bald. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. Ant. de But. Ioa. Andr. Panor. Felin. & Soci. in c. ſi clericus. de fo. compe. & ibi And. Bar. in q. eſt. ad Panor. Calder. c. de ſtiu. quæſt 4. de rapt. mo. l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. col. vltim. Anchar. c. poſtulaſti. q. 1. de fo. compe. Matth. de Afflict. deciſ. 297. Curt. Iun conſi. 124. numer. 6. vbi dicit poſt Fel. in d. c. ſi clericus, hanc communem eſſe opinionem.* Et faciunt multa argumenta pro iſta opinione quæ ad nauſeam à Dd. in prælatis locis referuntur: maxi-
2. me,† quia vbi dubitatur de iuriſdictione vel competentia, primò cognoſcere Iudex debet, an ſua ſit iuriſdictio, *l. 2. §. ſed ſi dubitetur. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. Dd. communiter in l. 2. ff. ſi quis in ius vo. non. ie.*
3. † Item quia requiritur, vt iudex ſciat ſe eſſe iudicem, *arg. l. quaro. ff. de eo, qui pro tut. Bar. l. multum. ff. de cond. & demonſt.*
4. † Et conſtare iudici debet qualitas, quę ſibi iuriſdictionem tribuit, *l. hæc autem. ver. conſtare debeat, liquereque. ff. ex quibus*
5. *cauſ. in poſſ. ea.* † Altera vero opinio eſt, quod in tali caſu, quando ex certa qualitate fundatur iuriſdictio alicuius, ſatis ſit huiuſmodi qualitatem allegare & narrare, etiamſi negetur per aduerſarium, dummodo de falſitate non euidenter conſtet.
6. † Sufficit enim, quantum ad fundandam iudicis iuriſdictionem, narrare qualitatem: quę ſi vera eſſet, non excluderetur iuriſdictio *per tex eleg. in l. cum quadam. §. quoties. ff. de iuriſdict. vbi quo ad iuriſdi-*
7. *ctionis fundamentum, attenditur ſumma quæ petitur, non quæ debetur.* † Et in hanc ſententiam inclinant Bart. *in dicta l. 2. ff. ſi quis in ius vo. n. n. ie. in lect. numer. 9. & in rep. num. 7.* Gui. de Suza. *in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. Vt eum refert Tancr. in marg. ſua. titul. de quæſt. cir. iuriſdict. quæſt. 12. & Io. Andr. ad Spec. tit. de com. iud. ad. in add. incip. Gui. de Suza.* Idem tenent Petr. de Bella Pertic. Cyn. & Fulgoſ. *in d. l. præſcriptione, & Fulg. ibidem Caſtr. in d. §. quoties. Cap. Tholoſ. deciſ. 210. in add. vbi refertur hanc eſſe communem opinionem.* Eandem probare videtur Alexa *d. l. 2. & Inno. c. cum ſit. de fo. comp.* vbi dicit quòd Clericus agens contra Laicum corã iudice Eccleſiaſtico, ratione oppreſſionis, vel fraudis, vel illiciti contractus (in quibus caſibus fundatur iuriſdictio iudicis Eccleſiaſtici, vt ibi notatur) debet in petitione mentionem facere de oppreſſione, fraude, aut illicito contractu, & ſuper hac qualitate fundare intentionem ſuam: quod ſi pars neget, nihilominus procedẽdum ſit in cauſa principali, & ſi non probauerit fraudem, oppreſſionem, vel illicitum contractum, abſolui debeat reus ex iſta cauſa, &c. Sic etiã docet Bart. *in d. l. 2. Caſtr. d. §. quoties. & ibi Zaſ.* quod cum forenſis vel extraneus petit hic à Titio ſibi reſponderi de contractu, quem hic celebrarint, & reus neget ſe hic contraxiſſe, ſed Argentinæ, hoc loco iudex nõ debeat attendere negationem rei, ſed procedere iuxta petitionem actoris, & poſtea in proceſſu ſi ex probationibus conſtet, contractum alibi fuiſſe celebratum, tunc iudex ſequetur veritatẽ, remittetq; partes ad locũ contractus: dicitque ibi Zaſ. hoc dogma notandum eſſe, velut ſingulare. Quibus adde, quæ ſcribit Lapus *alleg. 59. numer. 11. & ſeq.* † Et hanc 8.
poſteriorem ſententiam obſeruat etiam Camera Imperialis: quia ſufficit ad obtinendos proceſſus, & fundandam iuriſdictionem, quòd quis narret qualitatem, quæ iuriſdictionem Cameralibus iudicibus tribuat, licet illa ab aduerſario negetur, dummodò de hoc non conſtet: *atque ita iudicatum eſt in cauſa ſenatus oppidi Bibracenſis, contra D.* Ioannem Schad. *7. Maij, anno 1543. & pleriſque alijs.* † Nec ad- 9.
uerſatur, quod ſupra dictũ eſt, ad iudicem pertinere, vt diſcutiat veritatẽ & cognoſcat de eo quod verum eſt, nõ quod petatur: quia hoc procedit, quò ad definitionẽ cauſæ, in qua non eſt dubium requiri examinationem veritatis: ſecus autem eſt, quò ad fundandam iuriſdictionẽ in procedendo, ad hoc vt iudex procedere poſſit: quia ſufficit reſpicere petitionem agentis: quoniam iuxta id, quod petitur, iuriſdictionẽ metimur. *Caſtr. & Zaſ. d. §. quoties.* † Sic 10.
etiam inſpicitur narratio libelli, non veritas, quò ad ordinem procedendi, vel

Negatiua à Camera adprobata. A. Reyger.

Digitized by Google

ordinariè vel ſummariè:vt puta, narro in libello aliquid,quod ſi eſſet verum, deberet procedi ſummariè:ſin minus,ordinarius proceſſus exigeretur:non debet primò diſcuti,an id ſit verum, vel non etiāſi reus id poſtulet, ſed procedendum eſt ſummariè,inſpecto eo,quod in libello deductum & aſſertum eſt, *iuxta Caſtr. loco ſuprà citato: alleg. ad hoc glo. ord. in c. diſpendioſam. verbo, Vſuris de iudi.*

OBSERVATIO X.

Vid. Gail. 1. obſ. 8. num. 5. & 6. Id lib. ſing. de pignor. obſ. 15. A. Reyger.

Conſtitutio 22. p. 2. ord. Imp. quomodo intelligenda?

1. *Exceptio ſubiectionis in caſu pignorationis admittitur.*
2. *Conſtitutio de pignorationibus quando locum habeat?*
3. *Clauſula* (nullâ exceptione obſtante) *quomodo intelligenda.*
4. *Exceptio incompetentis Iudicis per clauſulam* (nullâ obſtante) *non tollitur.*
5. *Conſtitutio Cameræ* I*mperialis preſcribit modum procedendi in cauſis pignorationum.*
6. *Eadem exceptio in eodem iudicio ſæpius non admittenda.*
7. *Exceptio eximinanda poſt litem conteſtatam, antè diſcutienda non eſt.*
8. *Exceptio ſubiectionis eſt dilatoria.*
9. *Verba prædictæ conſtitutionis ponderentur.*
10. Dolo *facit, qui petit mox reſtituendum.*
11. *Verbum reſtrictiuum omnia excludit.*
12. *Ex diuerſis opinionibus æquior præferenda.*
13. *Opinio de captiuis ſtatim relaxandis eſt humanior.*

EX ſuprà dicta deciſione hæc olim quæſtio à Dominis ventilata fuit: pone quod in ſupplicatione narretur qualitas ſubiectionis, quæ fundet iuriſdictionem Cameræ in caſu pignorationis, nempe ſuos ſubditos eſſe pignoratos,& decernatur vigore conſtitutionis de pignorationibus mandatum ſine clauſula de relaxandis captiuis,citetúrque reus ad docendam paritionem intra præſtitutū tempus factam: is autem comparens neget qualitatē ſubiectionis: captiuos ſuos ſubditos aſſerens, an nihilominus ad paritionem mandati cogendus ſit, vel illi indulgendum,vt doceat de falſitate allegatæ qualitatis? Et cùm hæc quæſtio anno 1550. in pleno ſenatu tractaretur, grauiter & variantibus ſententiis reſponſum fuit, propter præiudicia,quæ in vtrámque partem allegabantur: nonnullis exiſtimantibus ante paritionem admittendum eſſe reum ad probandam hanc ſubiectionis exceptionem, videlicet captiuos non ſupplicantis ſeu impetrantis,ſed ſuos eſſe ſubditos: prout factū allegabatur in cauſa Comitum de *VValdeck*,contra *Buren*, & in cauſa *N. Fronhof*,contra Ducem Bauariæ, aliis contra cenſentibus,prius paritionem imponendam reo,reſeruato tamen ei poſtea ſuo iure: ſicut antea deciſum fuiſſet in cauſa *VVeidenburg*,contra Comitē de
Teckelburg. † Sed tandem communiori
calculo obtinuit,hanc ſubiectionis exce- 1.
ptionem ad probandum admittendā eſſe priuſquam pareatur mandato quaſi in præfata de pignorationibus cōſtitutione non tātùm caſus maleficij (qui expreſſim excipitur) ſed etiam ſubiectionis,quandò ſcilicet quis ſuum proprium cepit ſubditum, eſſet exceptus,ſaltem incidenter:
† Cùm tali caſu,quandò captus non eſt 2.
ſubditus,ſupplicātis ſeu imperrantis mādatum,non habeat locum cōſtitutio, nec Camera ſit Iudex competens. Ego tamen cum quibuſdam aliis Dominis arbitrabar, etiam eo caſu ante omnia parendum eſſe mandato: idque ex cauſis ſequentibus,
Primùm enim,ſi verba ipſa cōſtitutionis 1.
reſpiciamus (ex quibus vtique mens ſtatuentium colligenda eſt) ſatis apparet,requiri paritionem mandati: inſerta namq; eſt hæc clauſula, *ohne verzug, auch einige Einrede*, id eſt,in continēti, & ſemota omni exceptione. Iam ſi exceptionem ſubiectionis ante paritionem mādati in vim declinandi iudicij admittamus, præfata
clauſula erit penitus ocioſa, & ſine omni 3.
effectu. † Nec obſtat,ſi dicatur per hanc clauſulam (nulla exceptione obſtante) ſi

Clauſula, nulla exceptione obſtante.

in ge-

Digitized by Google

in genere ponatur, ſi iuolas tantùm exce-
ptionesvideri repulſas, non etiam ratio-
nabiles. *per gl. in c. ex parte. 2. & per Ioan.*
Andr. & alios Dd. bi, de offic. deleg. Quia
hoc verum eſt, ſi in reſcripto poneretur
hæc clauſula: ſecus eſt in ſtatutis, aut cô-
ſtitutionibus. Sublatis enim exceptioni-
bus à ſtatuto, intelligitur non modo de
friuolis, ſed etiam de legitimis: & ſic nul-
la opponi poteſt, maxime ſi ſtatutum ſit
factum ab habentibus merum & mixtum
imperium, & ſtatuẽtes ſint tales, qui poſ-
ſint tollere ius alterius: *ita Dd. communi-*
ter in d. c. ex parte, 2. Vbi num. 6 hoc pro regu-
la tradunt. Sed Imperatorem & ſtatus
imperij tales eſſe, qui ius alterius tollere
poſſint, extra pugnam eſt: ergo per talem
clauſulam in conſtitutione de pignora-
tionibus poſitam cenſentur præciſe om-
4. nes exceptiones ſublatæ. † Non etiam re-
Except. incõpetẽtiæ iudicis. fragatur, quòd Felin. *in d. c. ex parte. 2. num.*
16. verſ. 18 fallit. ſcribat, hanc regulam
ceſſare in exceptione incompetentię iu-
dicis, cum hęc nunquam ſublata cenſea-
tur, *per gloſſ. in cle. 1. verſ. nullatenus. de ſeq.*
poſ. & fruct. Bar. l. exceptionem. ad fin. C.
de except. plene Ang. In o. & Rom. l. de pu-
pillo. §. quis opus ff. de no. oper. nunc. Quia da-
to, quòd ita ſit (quod tamen gloſſ. *in cle.*
1. verb. pendere de re iudi. negat) tamen
iſtud eſt accipiendum de vera exceptione
incompetentię, quæ ſcilicet principale in
ſe non includeret: ſecus eſt in exceptione
ſubiectionis: quia quando negatur, captũ
eſſe ſubditum ipſius actoris, talis negata
qualitas principali negocio ita adhęret,
vt ab ea ſeparari nõ poſſit, nec de illa co-
gnoſci, niſi ſimul merita cauſę principalis
diſcutiantur, & cognoſcantur. Talis enim
exceptio ſubiectionis licet in vim dilato-
riæ opponatur, tamen reuera habet per-
emptoriæ naturam, nec ſine diſcuſſione
meritorum cauſæ tractari poteſt: ergo &c.
2. † Secundò ex verbis ſæpe dictæ conſtitu-
5. tionis deprehenditur, in eadem certum
ordinem pręſcriptum eſſe, quomodo in
cauſis pignorationum procedi debeat:
nempè, vt citatus antè omnia doceat, ſe
mandato paruiſſe: quo facto tum demum
ius ſuum capturæ vel pignorationis, ſi
quod pretendat, deducere poſſit: quòd ſi
tum probet ſe iuſtè pignoraſſe, vt quia
ſuos ſubditos pignorâuit, vel ceperit, iam
actor, qui eum temere in ius traxit, refun-
det ipſi omnes expenſas, & damna, reſti-
tuentúrque illi perſonæ ſeu res pignora-
tæ, quas vigore mandati relaxârat. Iam
hic ordo penitus ſubuertitur, ſi exceptio-
nes vllæ ante paritionem admittendæ eſ-
ſent, maxime reſpicientes merita negocij
principalis. † Tertiò ſequeretur, quòd hãc 3.
ſubiectionis exceptionem pluries tractari
oporteret, quæ ita meritis cauſæ adhæret,
vt diuelli, aut vnum ſine altero tractari
non valeat: itaque & ante & poſt litis
conteſtationem de eodem negocio co-
gnoſcendum eſſet, quod non eſt admit-
tendum, *vt Fulg. dicit in d. l. præſcriptione*
ad fi. † Quando exceptio (inquiens) ali- 7.
qua venit examinanda poſt litem conte-
ſtatam, nunquam examinari debet antè,
quia ita deciſum eſt per text. in c. 1. de lit.
con. li. 6. Nec obſtat, quòd is text. non in-
cludat dilatorias exceptiones, † qualis eſt 8
exceptio incompetentiæ, vt dicit ibi Ge-
mi. quia reſpõderi poteſt, quòd licet ſub-
iectionis exceptio videatur dilatoria, vt
quę ad finem declinandi fori ſit obiecta:
tamen (vt ſuprà dictum eſt) reuera vim
peremptorię habet, & concernit merita
cauſę principalis, perimítque, ſi vera exi-
ſtat: totam cauſam principalem. Quartò 4.
ex prædictis ſequitur, mentem ſtatuentiũ
fuiſſe quòd ſufficeret, qualitatem ſubie-
ctionis narrari ab actore ad fundandam
iuriſdictionem, aliàs talem ordinem in ea
conſtitutione non pręſcripſiſſent. Itaque
non requiritur vera exiſtentia huius qua-
litatis, ſed illam allegari ſatis eſt: ſi de con-
trario non conſtet, ſufficit dubiũ eſſe pro-
babiliter, & hæc dubietas poſteà in diſ-
cuſſione cauſæ principalis examinabitur.
† Idque ſatis deprehenditur ex conſtitu- 9
tione ipſa, ſi totũ eius contextũ reſpicia-
mus, & principium cum fine cõiũgamus.
Neque etiã impedit (vt aliqui Domino-
rum pręteudebant) quòd hęc verba po-
nantur in cõſtitutione (*Oder die ſeine*) itẽ
(*ſeine Vnterthanen*) quia nõ ita ſtricte ac-
cipi debent, quaſi mox conſtare debeat,
ſuos reuera eſſe ſubditos, ſed ſatis eſt ex
dogmate ſuprà in præcedẽti obſ. tradito,
ita actorem prætendere, nec contrarium
apparere, aliàs tota diſpoſitio concideret.

Digitized by Google

ſinuare debet, Hartm. tit 15. de appella. obſ.7. A.Reyger.

l.& ſeq.ff.de app.l.litigatorib.C.eo. attamen ſi in ſcriptis appellatum ſit, poteſt, pręſẽtari ſchedula appellationis iudici vbicũque: etiam extra iudicium: atque itẽ actorum magiſtro ſiue notario, abſq; iudice: *vt per Card.in clem.2.§.ſimiliter de appell. Bald.in auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imp.offeren & ſequitur Alexan.in l.1.§.libellis,in add.ad Bar.incip. cui detur de app. Idem Alexan.in l.1.§.dies.ff.quand.ap.ſit.* Et quod in omni loco poſſit præſentari, quò ad effectum, vt ſentẽtia non tranſeat in rem iudicatam, tradit Car. *in d.§.ſimiliter,in 2.q.in fi.* cum poſſit etiam die feriata appellari, quia appellatio non eſt actus iudicialis, *ſecundum Card.ibid. & Bart.in d.§.dies.* Atq. ita, vt ſuprà diximus, in Camerali iudicio meo tẽpore recepta eſt appellatio in cauſa Ioannis de *Franckenſtein*, contra Ioannem *VVolffen*, 10. Martij, anno 1550. licet contra eum fuiſſet exceptum quòd inſinuatio facta fuiſſet extraiudicialiter per ſubſtitutum procuratoris. Quanquam hodie appellationis inſinuatio non ſit neceſſaria, prout infra Cent.4. obſer.44 annotatum comperies.

OBSERVATIO XIII.

Iudæus an poſſit eſſe tutor vel curator Chriſtiani vid Hartm. in tit.de Miſcel. c.1.obſ.15.ver. nec poteſt. A Reyger.

Procurator Iudæus nomine Chriſtiani conſtituere non poteſt.

SI Chriſtianus conſtituat Iudæum aliquem procuratorem, cũ clauſula ſubſtituendi, iſque deinde ſubſtituat, vel etiã cõſtituat nomine Chriſtiani, &c. talis cõſtitutio, & ſubſtitutio, in Camera non recipitur, ſed reijcitur: quia principalẽ ipſũ conſtituere oportet. Ita factum in cauſa Vualteri *Sprenger*, contra Ioannem de *Tettingen*, vbi cùm quidam Iudęus *Seligman*, nomine pręfati nobilis de *Tettingen*, conſtituiſſet procuratorem Lic. Mauritiũ *Breunlin*, fuit talis conſtitutio reiecta, & impoſitum ipſi Lic. *Breunlin*, quòd is mãdatum conſtitutionis à præfato nobili de *Tettingen*, producere tenetur. *Actum 26. Octob.anno 1550.*

OBSERVATIO XIV.

A delatione iuramenti litis deciſorij etſi non ſit appellatum, tamen poſtea à præſtatione appellari poteſt.

SI deferatur iuramẽtũ litis deciſoriũ alterutri litigatorũ & à tali oblatione iuramenti nõ appelletur, poſtea autem poſt præſtitũ iuramentum ſubſequatur diffinitiua, an tum appellare liceat? Videtur, quòd non, cùm iuramentum re ipſa iam ſit præſtitum, & vim habeat iudicati, per iura vulgata. Contrarium eſt deciſum in Camera, quòd recipiantur tales appellationes, quę fiunt à præſtatione iuramenti, licet ab ipſa iuramenti delatione non fuerit appellatum. Ita factum in cauſa communitatum ſiue pagorum *Zu Batsheim vnd Muttersholtz*, contra Gabrielem *Schmaltzen*.

OBSERVATIO XV.

Fideiuſſor, quando conueniendus?

Hartm.de fideiuſſ.29.obſ. 1.ver.Et quia non tenetur. Gail.2. obſer. 27.Vide Schr. p.10.ſect. 20. nu.350.351. & ſeqq.in tract. feud.Neg.1.tr. pig.p.1.8.p. pr.Aſin in Praxi.§.31.c.2. im pl.21. Valent. Fran. de fideiuſ.c.5.nu.316. cum ſeqq. A.Reyger.

1. *Fideiuſſor ante principalem excuſſum non conuenitur.*
2. *Fallit, ſi notorium ſit principalem non ſoluendo.*
3. *Si principalis commodè conueniri nequeat.*
4. *Si excuſſionis beneficio ſit renunciatum.*
5. *Inter Mercatores & in cauſis ex æquo & bono decidendis.*
6. *Si bona principalis ſint penes fideiuſſorem.*
7. *Si fideiuſſor negans ſe fideiuſſiſſe mendacij conuincatur.*
8. *Si facta ſit negatio.*
9. *Si Pater fideiuſſor fiat profilio.*
10. *Si fideiubeam ſiſti aliquem iudicio.*
11. *Si principalis tantùm naturaliter obligatus ſit.*
12. *Si principalis ſe abſentet.*
13. *Si principalis poſt moram deceſſerit.*
14. *Remittitur lector ad doctrinas Dd.*

FIDEIVSSOR non poteſt hodiernò iure conueniri, niſi prius exacto ſeu diſcuſſo principali debitore, *per auth.præſente.C.de fideiu.& ibi Dd.cõmu.& Nou.de fideiuſ.§.ſi quis igitur,& §.non ſolum.& Ca-*

Digitized by Google

2. *no. in c. peruenit. de fideiuſ.* † Hoc tamen
fallit multipliciter, vt puta quia ſit noto-
rium, principalem non eſſe ſoluendo, vt
quia omnibus bonis exutus ſit, *Bart. l. vlt.*
3. *ff. ſi cert. peta.* † vel quòd difficulter con-
ueniri, vel ab eo quicquam exigi poſſit:
quales ſunt, qui habitant in arcibus præ-
datoriis: item tyranni, homines duri, ine-
xorabiles, *&c. l. ſi ſtipulatus ſit Stichum,*
aut Pamph. §. vlti. de verb. oblig. Zaſ. l. ſi er-
4. *go. ff. ſi cert. pet.* † vel fideiuſſor renunciaſſet
tali beneficio, *Angel. §. ſi plures. Inſtit. de*
5. *fideiuſſo.* † vel cauſa eſſet decidenda ex bo-
no & ęquo, ſicut inter mercatores fieri
conſueuit, *Barb. c. peruenit, de fideiuſſor.*
Bald. in apoſtil. ad l. mancipium. de euict.
6. † vel bona rei ſint penes fideiuſſorem, *l. ſi*
procuratorem, §. ſed ignorantes, ff. mand.
7. † aut facta ſit nouatio, *Bald. l. antiqua. §.*
ſi minus. C. ad Vellea. & l. in perſonam. §.
8. *ſi pecuniam. ff. de pact.* † aut fideiuſſor ne-
gaſſet ſe fideiuſſiſſe, & conuinceretur
mendacij. *l. ſi dubitetur. §. 1. ibi Ang. de fi-*
9. *de non num. pec.* † aut pater interueniſſet
10. pro filio *l. 3. §. ſi filius. de mino.* † aut ſi fide-
iuſſor ſiſtendi aliquem in iudicio, *gl. l. 2. ff.*
11. *qui ſatiſd. cog.* † vel debitor eſſet tantum
naturaliter obligatus, vt quia ſeruus, vel
12. pupillus, *Cyn. in d. auth. præſente.* † aut
principalis ſit abſens, id eſt, extra territo-
rium, fideiuſſor verò præſens, niſi is tēpus
peteret ad ſiſtendum principalem. *Bar. in*
13. *l. ex duobus. ad fi. ff. de duobus reis.* † vel de-
nique principalis iam conſtitutus in mo-
ra deceſſerit, *Bald. poſt gloſſ. in l. penul. col. 9.*
C. de cond. inſert. ſecus, ſi non fuiſſet in
14. mora. † Et de his limitationibus ſic in v-
num velut faſciculum collectis, vide am-
plius in locis præallegatis, *& apud Barb.*
in c. peruenit. de fideiuſſor. & Capell. Thol. de-
ciſ. 80. 130. & 196. Petr. Iacob. in Pract. tit.
de conſtit. pecu. Guid. Pap. deciſ. 94. & 579.
Vide etiam Rol. à Val. conſ. 79. nu. 25. in 1. tom.
concluſ. & Iac. Phil. Por. multa congerentem
lib. 1. com. opi. concluſ. 41.

OBSERVATIO XVI.

Acta manca & inepta reijciuntur, reſeruato partibus, vt in Camera de nouo agant.

SÆPE contingit, præſertim in cauſis ex inferiori Germania ad Camerale iudicium Imperij deuolutis, quòd tam inepta & manca ſint prioris inſtantię acta, quòd de meritis cauſarum non poſſit Iudici conſtare. Eo caſu ſolet Camera totū proceſſum & omnia acta caſſare (reſeruatis tamen actis probatoriis, ne pereat partibus probandi facultas, iuxta doctrinam Panor. *in c. cauſam quæ, de teſt. & gloſ. c. ſæpè, de verb. ſig.*) & pręſeruare partibus, quòd in principali cauſa ibidem de nouo debeant, & poſſint procedere. *Ita iudicatū in cauſa Thomæ* Deruen, *contra* N. Plermondt, *& in cauſa Petri Pallantu contra Catharinam & Helenam* Spitzin, *anno* 1550. 16. *Aprilis.* Ceterùm ſi acta aliàs manca & imperfecta ſint, vt integre edi nequeant, tunc Iudex Inferior parti ad intereſſe tenebitur. *per text. in c. quoniam contra in fi. gl. ibi in verbo, negligentiam. vbi pariter dixi de probat. & facit tex. ſingul. in l. ſancimus. C. de iudi. & l. ſi quando de teſtib.* Et in Camera Imp. huiuſmodi negligentia Iudicum inferiorum pœna arbitraria coerceri ſolet.

OBSERVATIO XVII.

Scientia procuratoris appellatum ſ[illegible] an & quando pręiudicet domino?

Gail 1. obſ. 143. n. vide Marc. Anto. Bard. de tempo. vtili & co[illegible] tinuo. c. 4. n. 7. A. Reyger.

QVANDO citatio non inſinuatur in perſonam ipſius appellati *, tum putant Dd. appellationem pro deſerta habendam eſſe. Neq; enim credere tenetur appellatus fuiſſe ab aduerſario prouocatum, etiamſi ab vno vel pluribus id aſſeratur, niſi ipſi per inſtrumentum, vel per ſigillum authenticum de eo fides fiat, *Spec. tit. de citat. §. ſequitur. propè princip. fa. l. ſcire. §. 1. ff. de excus. tut. l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ ſent. ſi ap. reſci.* Sed quid, ſi non ipſi appellato, ſed ipſius procuratori inſinuata ſit appellatio aduerſarij? quid item, ſi ipſe procurator Domino ignorante appellauit? an iſtis caſibus ſcientia procuratoris præiudicet Domino ignoranti, vt citatus cenſeatur, ſicque contra ipſum procedi valeat abſque noua citatione? *Vide Spec. tit. de appell. §. qualiter, verſ. quid ſi procuratori, vbi diſtinguit.* Nam ſi procurator

curator generale mandatum habuit, eius factúſiue ſciẽtia ſine præiudicio erit Domino ignoranti, *per l.1.§.Vlt.ff.quan. app. ſit ignorantu.ff.de procur. & inc.1.in fin.Vt lt.non con.* Sin verò ſpeciale mandatum ad cauſam, in qua appellatum eſt, habuit, tũ ſcientia eius præiudicat domino, quia perſonam domini repræſentat, *l.ſed & ha. §.defendere.ff.de procur.*

ADDITIO.

* Vnde Speculator *in tit. de appellat. §. qualiter, Verſ.cautus etiam*, dicit: cautus etiam ſit appellans, vt appellationem ſuam notificet aduerſario, alioquin non proceditur in cauſſa contra illum, tanquam cõtra contumacem, *Hartman.de appellat. 15. obſ.7.* Pertineat huc quæ tradit Hartman. *d.tit.15. obſ. 2.* vbi tradit: Negligentiam procuratoris non appellantis nocere Domino. A. Reyger.

OBSERVATIO XVIII.

And. Ga l.1. obſ.48. n.4. A.Reyger.

Citatio illegitima an per comparitionem conualidetur?

1. *Citatio inualida nullius eſt effectus.*
2. *Per ſubſequentem notarij legalitatem præcedens actus inualidus non iuſtificatur.*
3. *Illegitimè citatus ſi comparcat citatio conualidatur, & nu.4.*
5. *Citandus ſponte comparens pro citato habetur.*

SI pars aliqua curauit exequi proceſſus per notarium non legalem, id eſt, qui non ſit inſcriptus matriculæ Notariorum in Camera, tũc eius executio nõ valet, ſed pro nulla habetur: † Ætiologia eſt, quia
1. citatio inualida nullum producit effectũ, nec conſtituit aliquem in mora, *c.gratum. de offi. dele. gloſſ. in c. de cauſis eod. tit. Afflic. deciſ. 369. num.16. Dd.in l.2.ff. ſi quis in ius vo.non ie.*
2. † Ideóque nihil prodeſt, etiamſi poſtea talis Notarius, vel ipſa pars, quæ eius officio eſt vſa, producat legalitatem ipſius Notarij: nam ipſa ſubſequens legalitas præcedentem actum inualidè factum, non efficit validum, ſed opus eſt noua executione: atque ita hactenus in Camerali iudicio obſeruari vidi. *Idẽmque ſupra cent.1.obſer.78.annotaui.* Hoc tamen intelligitur verum, quando ex parte citati nemo comparet, quia tunc non poſſet in eius contumaciam ſuper tali executione procedi, ſed de nouo citandus eſſet.

Adde text. in l.ſi pater.C de ſtatu.defunct. c.debitas.de appellat. VVurmſ. de lit.conteſt.tit. 13.obſ.2. A. Reyger. Lim. inf. cent. 3.obſ.9.

† Secus, ſi pars citata compareat, quia citationis effectus eſt comparitio: & ideò ſufficit eum comparuiſſe, nec ei prodeſt, ſi allegat ſe illegitimè citatum, &c. *Ita cõcluſum in pleno conſilio, 17. April. anno 1550. & poſteà ſic iudicatum in cauſa* Roſen, *contra Vitingſhoſen, 21. Octob. anno 1554. ſ.r ea quæ not. per Dd. in l.1 ff. de in ius Vocand. Alexand. conſil. 113. l.b. 2. Felin. c. aliud col. 3. Verſ. 4. de praeſc. & Bald. pulchrè in auth. omnes C. ſi mi. ſe ab hæred. abſt. fa. tex. in c.c. cauſam. in fin. de elect. Rom. conſ. 410. Alex. in l. pupillo. §. meminiſſe, de op. no. nunc.* 3.

Gail d. obſer. 48. & 58.

4. † Et quòd citatio quantumcũque inualida conualidetur per comparitionem ſubſecutam, communem eſſe Doctorum opinionem, fatetur Balb., *in tract. præſcript. in 2. par. 6. princ. quæſt. 1. Idémque annotauit Villalup. in com. opinio. Verbo. citatio, num. 56. vbi ampliat iſtam communem.* † Etiamſi nulla citatio intercueniat, ſi citandus compareat ſponte, valere actum, *allegans ad hoc Seb. Vant. de nul. proceſſus, §. qui mo. ſent. nul. rep. nu. 16. vbi communem dicit ex Bal. & Alex. in l. §. ſed ſi. ff. de fer.* 5.

* Hoc puto intelligendum, ſi quis ſimpliciter compareat nec excipiat: ſecus ſi compareat & expreſſe excipiat Dn. *Konig*, c.41.nu.7. in proceſſ. A. Reyger.

OBSERVATIO XIX.

Promiſſio de defendendo, intelligitur de iuſta defenſione, non violenta, etiamſi in Principe.

SI promitto te & tuum caſtrum defendere contra quemcúnque, ſi ab aliquo moleſteris ob id, quod diliquiſti, non cogor te defẽdere: quia ſubintelligitur quòd debeam te iuſte defendere, *ita Bar. eleganter in l. quidam, cum filium, Vbi etiam alij, de verb. oblig.* tradunt etiam ibi generalem theſin, quòd promittens non contrauenire conuentioni, ex iuſta cauſa contrauenire poſſit. Cæterùm quando venditor promittit defendere emptorem de iure & facto, & is vi armata per aliquem expellatur, an eo caſu vẽditor teneatur defend-

E

Digitized by Google

re? *text. eſt valdè notab. & ibi Bald. in l. expulſos. C. de act. empt.* quòd non intelligatur promiſiſſe, ſe defenſurum eundem à violētia extraiudiciali. Idémque vult Panor. *in c. Vlt. de empt. & vendit. de quo vide etiam Bar. & poſt eum Zaſ. in l. ſt. pulatio iſta. in prin. præſertim nu. 28. & 29. ff. de Verb. obligat. Vbi latiſſimè hanc rem proſequuntur.* Aduerte tamen, quia prędicta locum habent in priuata perſona: ſecus eſt in principe, qui alicui defenſionem ſiue protectionem promiſit: nã intelligitur promiſiſſe, quòd eum ſit defenſurus & protecturus aduerſus eos, qui ipſum de facto turbarent, vel inquietarent, *vt pulchrè decidit Anchar. conſil. 87. omiſſo primo dubio, & poſt eum Io. de Ana. in c. pen. in fi. de accuſ. faciunt etiam not. per Bart. in l. 1. C. de excuſ. mu. lib. 10. Idémque repetit Euer. in Top. leg. loco à ſubiect. mat. quod velut memoratu dignum, obſerua.*

OBSERVATIO XX.

Gall. 1. obſ. 66. n. 11. & 12. Soar. in theſ. lit. T. n. 158. Si dicta teſtium ſunt obſcura, tunc Iudex declarationem depoſitorum petere ab illis poterit. Vvurmſ. de teſt. 8. obſ. 6. A. Reyger.

Teſtes per varia media ad eundem finem tendentes, non dicuntur ſingulares.

CIRCA ſingularitatem teſtium (quę multoties occurrit in cauſis definiēdis) ſi varient in circunſtantijs, an his ſit fides adhibenda, magna eſt varietas inter Dd. ſed Speculatoris opinio videtur ſenſui & rationi magis accommoda, qui *in tit. de teſte, §. iam de interrogatorijs, verſic. & breuiter ſcias. nu. 13. & in tit. de inquiſ. §. 1. verſi. quid ſi vnus. n. 9.* docet, ſi tempus & locus ſint de ſubſtantia actus, ita quòd ex temporis & loci varietate veritas cauſæ variet, tunc teſtes in tempore & loco ſingulares, non probare: ſin verò ad ſubſtantiam actus, ad articulum cauſæ principalis tempus & locus non ſint neceſſaria: ſingularitatẽ in huiuſmodi qualitatibus, teſtibus non nocere. Et dicit Bal. *in l. actor. Verſic. ſcias tamen. C. de probat.* quòd ſi eadem veritas reluceat, tunc procedit ratio concordiæ in teſtibus ſingularibus, licet varijs medijs percepta. Idem Bal. *in l. per hanc. 3. q. C. de temp. app.* dicit, per diuerſa genera probationum, vnam perfectam fieri probationem, ſi ibi ad inuicem conſonent, & per conſonantiã ſint coniuncta: quia ex multis conſonantijs formalis intellectus augeatur, *cap. fin. de ſucceſ. ab inteſt.* Adde eundem Bald. *conſil. 257. ad fin. 1. parte, & conſil. 348. ead. parte.* vbi eleganter decidit, quòd ſi teſtes in rebus teſtificatis, id eſt, in ſubſtantia teſtificationis diſcordent, eos eſſe ſingulares: ſecus, ſi concordent in vno rei fine, *l. qui ſententiam. C. de pœnis. Vide etiam Zaſ. conſi. 1. n. 8. lib. 1. & quæ infrà cent. 3. obſ. 76. annotaui.*

OBSERVATIO XXI.

Appellationis beneficium commune eſt, tam appellanti quàm appellato.

Vid. Gail. 1. obſ. 122. n. 3. & 4. A. Reyger.

IN cauſa appellationis Georgij de Brãdt, *contra Magdalenam* Mertzin, appellatam, relata menſe Februario, anno 1553. ſunt grauamina producta ab vtraque parte, id eſt, ab appellante & appellata. appellans nolebat appellatę grauamina admittere, quia non appellaſſet, ſed acquieuiſſet ſententię, ſicque quò ad ipſam, ſententia tranſijſſet in rem iudicatã, &c. quęrebatur, quid iuris? Et concluſum, fuit per Dominos, eſſe admittenda, *per l. ampliorē. C. de appel. Cy. & Alb. in l. Vlt. C. quando prouo. non eſt neceſ. Rota deciſ. 365. in nouis, Cam. poſt. tex. c. ſi duobus. de appel. & c. ſignificauerunt. de excep.* vbi communiter concludunt, quòd appellatus poſſit etiam adhęrere appellationi ab aduerſario factæ, eamque perſequi, & producere iura ſua, perinde ac ſi ipſemet appellâſſet, etiamſi appellans deſiſtat: quia quælibet appellatio eſt communis vtriuſque partis, *ſecundùm Phil. Franc. c. directè. col. pen. verſi. 5. conclu. de appel.* Vnde etiam eſt, quod communiter Dd. probant, quando appellatum eſt ab aliqua ſententia, per appellationem ſuſpendi ſententiam, eiúſque viros in totum, tam quò ad appellantem, quàm quò ad appellatum, vt ſic vtrique licitum ſit, non deducta deducere, & non probata probare, &c. Quid autem, ſi vnus ex pluribus conſortibus appellauit? *Vide l. 4. & 1. Ibidémque Dd. C. ſi vnus ex pluribus.* Quid item, ſi appellans tranſigat vel renunciet appellationi, an conſors vel adhærens, qui non appellauit, neque proſecutus eſt appellationem, poſſit eam poſtea proſequi? *Vide Bald. ſingulari-*

Digitized by Google

gulariter, in auth. hodie. C. eod.

OBSERVATIO XXII.

Gail. 1. obſ. 151. num. 21. Vvurmſ. de appel. tit. 24. obſeruat. 14. A. Reyger.

Appellatio ab omiſſa expenſarum condemnatione valet: & quando expenſæ dicantur petitæ.

IN eâdem cauſa controuertebatur, an ab omiſſa condemnatione expenſarum, ſi Iudex victum victori non condemnaſſet in expenſis, appellari poſſet? Et deciſum fuit, quòd ſic, *per l. vlt. C. quan. prouo. non eſt nec.* & ita tenet etiam Lanfran. *in repet. c. quoniam contra, verb. expenſarum, n. 10. ver. iuxta premiſſa quaro, de proba. & Spec. tit. de appellat. §. in quibus nu. 24. & 25. verſic. 34. & tit. de except. §. poſtremò.* Idem ſequitur Ioan. And. *in c. ſignificauerunt, de excep. & Guid. Pap. deciſ. 426. quæſt. 55. n. 62.* Quod verum eſt, ſi expenſæ fuerũt petitę, nam ſi non ſint petitæ, tunc eſt in libero Iudicis arbitrio, an velit condemnare, vel non, iuxta Felin. & Bella. *in c. ſi debitum, de appellat. vide etiam Dd. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de Iud. in cap. ſignificauerunt, de except. & l. omnem honorem. C. quando prouoc. non eſt nec. & Maran. in ſuo Spec. par. 6. tit. de libel. obla. nu. 12. vbi plura de hoc.* Dicuntur autem expenſæ petitæ, ſi libello adiectæ ſint clauſulæ ſalutares, puta, peto mihi ius & iuſtitiam miniſtrari: Item, omni meliori modo, &c. ſic enim cenſetur imploráſſe officiũ Iudicis tàm ſuper principali, quàm ſuper acceſſorijs, *arg. l. vlt. C. de fruct. & lit. expenſ. Dd. in d. §. ſin autem alterutra, præcipuè Iaſ. ibi num. 30. & 31. vbi ſingulariter refert, expenſas non petitas per totum illum diem, quo ſententia lata eſt, peti poſſe: verùm hoc in Camera non ſeruatur.*

OBSERVATIO XXIII.

An Dominus ſuccedat proprijs hominibus inteſtato decedentibus?

IN multis Germaniæ locis inueterata conſuetudine obſeruatur, quòd Domini habentes homines proprios (*Leibeygene Leut*) ipſis ſine hęrede proximo & legitimo inteſtatò decedentib. ſuccedant: quòd etiam iure probari videtur. Nam cuius ipſi ſunt, eius etiam omnia ſua eſſe cognoſcere debent, *per text. in l. vlt. C. in quı. colo. do. accu. poſſ. lib. 10.* atque ita tenet Bal. & Alex. *in addi. ad Bar. in l. ſi quis. C. de hæred. decur.* Interim tamen verum eſt, eos teſtari poſſe ſecundùm Bald. ibidem. niſi conſuetudo ſit in contrarium, idque probetur. Ætiologia eſt, quia ingenui ſunt, *vt Inſt. de iu. perſo. in gloſſ. verb. aut ſerui.* Quod tamen intelligit ibi Ioan. Fab. dum teſtentur inter homines eiuſdẽ conditionis & loci ſui Domini: ſecus, ſi extraneos inſtituerent hęredes, vt ibi per eum & eundem, *Inſti. de hære. qua ab inte. defe. in princ.* idémque Iaſon tradit *in auth. ſi qua mulier, verſi. adde quod fortius. C. de ſacro. Eccleſ. & Boer. in Conſue. Bituri. tit. de conſue. teſt. & vlt. vol. §. 5. & 6. vbi hoc velut ſingulare notandum admonet.*

OBSERVATIO XXIV.

Requiſitio trina efficit, vt quis habeat legitimum grauamen denegatæ iuſtitiæ appellandi ad ſuperiorem: & quę ſit differentia inter denegatam & dilatã iuſtitiam.

Gail. 1. obſ. 18.

SI Iudex ter ſit requiſitus à parte litigante pro iuſtitia ſibi adminiſtranda, tunc dicitur legitimum habere grauamen appellandi ad ſuperiorem: *iuxta Io. And. in c. 1. de ſupp. negl. præl. Panor. c. ex parte. 2. de appell. & Rom. ſing. 424. & conſil. 427.* vbi interpellationem etiam vno contextu multiplicatam ſufficere ait, ad conſtituẽdum Iudicem in mora *per tex. in cle. quanuis rigor. de appel.* Et quòd poſſit appellari à Iudice protrahente iuſtitiam vltra requiſitionem, tradit etiam Ant. de S. Geor. *in c. ex ratione, num. 23. de appel. & Bald. c. per tuas, de teſt. bus, glo. c. ſi religioſus. de elect. libro 6. & gloſſ. c. legitima in fin. eod. tit. libro 9. & ſic obſeruatum eſt meo tempore in cauſa Georgÿ de* Brandt, *contra Magdalenam* Mertzin, *7. Febr. anno 1553. ad prædicta vide etiam quæ ſuprà cent. 1. obſ. 91. annotata ſunt.* Et memineris

Digitized by Google

multum referre, an protracta & dilata ſit iuſtitia, an verò denegata: Nam ex ordinatione Cameræ *par. 1. tit. 26. §. vlt.* priori caſu promotoriales pro adminiſtrãda iuſtitia intra certum tempus decernuntur: altero verò citatio ad proſequendam cauſam principalem in cauſa decernitur. Dãtur etiam promotoriales pro facienda executione ſententiæ, quando ſententia inferioris Iudicis in rem iudicatam tranſijt, iſque differt eam exequi, *de quo vide Bald. in l. vlt. §. illud. C. de temp. appel. & apostil. ibid. nu. 3. & ſeq.*

OBSERVATIO XXV.

De actionum cumulatione, vid. Gail. lib. 1. obſ. 63. A. Reyger.

Cumulatio nullitatis & reſtitutionis in integrum an admittatur?

1. *Nullitas & reſtitutio in integrum cumulari poteſt.*
2. *An idem in vindicatione procedat?*
3. *Affirmatiua pro communi ponitur.*
4. *An in eodem libello iſta cumulatio fieri poteſt?*
5. *Probationes in iudicio reſcindenti an probent in reſtitutorio?*

1. QVOD nullitas & in integrum reſtitutio cumulari poſſint, atque in eodem libello deduci, videtur probari *in c. conſtitutus, ext. de in integ. reſt. & tenet expreſſe Guid. Pap. deciſ. 143.* cuius ſententiam ſecuti ſunt Aſſeſſores Imperialis Cameræ, *in cauſa Eliſe de* Falckenberg, *contra Ioannem de* Falckenberg, *relata menſe Febr. an.* 2. 1553. † An autem reſtitutio in integrum cum rei vendicatione cumulari valeat, mirifice variant Interpretes, ſicut in vtrãque partem hanc quæſtionem diſputat Cyn. *in l. quod tempore. C. de reſt. mil.* & tandem in eadem diſtinguit, vt ibi per eum *num. 3. glo. vero in l. ab hoſtibus. §. ſed ſimpliciter, ff. de reſti. mino.* rei vendicationem non poſſe intẽtari ait, niſi reſtitutione priùs obtenta: quod ſequi videtur Sali. *in d. l. quod tempore.* idque & in minore petente ſe reſtitui, locum habere: Cyn. ibidem aſſerit *per not. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procuratoribus. cui Bald. ibi ſubſcribit: ſicque in Parla. Delphina. iudicatum fuiſſe Gui. Pap. refert in præfata deciſ. 143.* † Sed communis opinio eſt in contrarium, nempe ſimul vtrũque peti poſſe, videlicet contractum reſcindi, & poſſeſſionem rei reſtitui, *vt per Spec. tit. de in inte. reſt. §. 1. verſi.* † *ſed nunquid in eodem libello. & Ferra. in for. lib. ſuper reſti. in integ. gl. ad dimitt. & relax. Dyn. in §. rurſus, verſi. vlterius quæro, an petitio. Inſt. de actio. vbi etiam formam & modum tradit proponendi vtrumque in eodem libello.* † Cæterùm an probationes factæ in iudicio reſcindenti, probent etiam in reſtitutorio, *vide apud Guid. Pap. deciſ. 136. cir. med. verſic. præterea.* 3. 4. 5.

OBSERVATIO XXVI.

Ad petendam reſtitutionem in integrum, an mandato ſpeciali procurator opus habeat?

Vtrum ſ. de procuratio. tit. 5. obſ. 9. n. 2. A. Reyger.

1. *Ad petendam reſtitutionem in integrũ ſpeciale mandatum requiritur.*
2. *Triplex eius rei ratio affertur.*
3. *Procurator non impugnabit Domini factum ſine ſpeciali mandato.*
4. *Diſtinctio præcedentium ponitur.*
5. *Ratio ob quam reſtitutio petenda eſt, in mandato omitti poteſt.*
6. *Quod fallit in caſibus magni præiudicij.*
7. *Tutores & patrimonij alieni adminiſtratores ſine ſpeciali mandato reſtitutionem petunt.*

AD petendam reſtitutionem in integrum, ſpeciali mandato opus eſſe, nec generale ſufficere, communiter tradunt Dd. *per l. illud. § ſi talis. ff. de minor. c. coram. extra de in integ. reſti. Bald. in l. 1. C. etiam per procu. reſt. impet.* † vbi refert huius rei triplicem rationẽ: quarum prima eſt, cùm aduerſus ius commune competat reſtitutio, æquum eſt, ſpeciale mandatum exigi. Altera, cùm in ſe retractationem complectatur reſtitutio, ita vt ob id contra minorem extendatur, *vt eſt in l. 1. C. de rep. quæ fin. in in.* æquum etiam videtur, vt qui eam tractaturus eſt, ſpeciale mandatum exhibeat. † Tertia, non licet procuratori factum domini impugnare ſine ſpeciali mandato, *l. ſi hominem. ff. mand.* ſed tali impugnationi inniti- 1. 2. 3.

Vid. Mozz. in tr. Mand. ti. de diuiſione mã. da n. 22. cum ſeqq. vſque ad 24. A Reyger.

Digitized by Google

innititur, qui reſtitutionem implorat, ergo ſpeciali mandato opus habet. Has tamen rationes per ſe diſtinctas & ſeparatas nihil ad negocium concludere, Ioann. *Maur. in tract. de reſt. in integ. cap. 23. aſſerit*, cùm interim fatendum ſit, ſimul iunctas multum conuenire veritati, & ex his
4. cõnexis efficacem deſumi poſſe. † Verùm prædictum dogma ita temperari debet, vt ſit verum, ſi principaliter petitur reſtitutio: ſecus, ſi incidenter, *vt per glo. fin. in c. qui ad agendum. de procur. in 6. & per gloſſ. in c. ſuſcitata. in verbo, poſtulauit. & Abb. ibidem, de in integ. reſtit. & eundem in c. 2. de offi. deleg & Rom. ſing. 125. notant Bart. & Iaſ. in l. cum procurator. in princ. ff. de no. ope. nunc. & Bart. in l. indebitam, per text. ibi. ff. de condic. indeb.* Atque ita concluſum & ſeruatum fuit in Camera Imperiali, *in caſu tutorum & curatorum nobilium de* Heppenheim, *contra* die VVild vnd Reingrauen, 28. *Ianuarij an.* 1551. *& in cauſa Annæ relictæ vidua Lucæ* Remen, *contra Antonium* Ludingshauſen, *ciuem Lubecenſem*, 27. *Aprilis, an.* 1554. Hancque opinionem communem eſſe, fatetur Abb. *in d. c. ſuſci-*
5. *tata.* † An autem in ſpeciali mandato reſtitutionis ſit ſpecifice inferenda cauſa, ob quam petitur reſtitutio? inter Dd. non ſatis conuenit: frequentius tamen eò itum eſt, ſatis eſſe, ſi in procurationis inſtrumento inſeratur hæc clauſula, (& ad petendam in integrum reſtitutionem cõſtitutus eſt talis procurator) nec requiri, vt cauſa quæ tractanda ſit nominatim exprimatur, iuxta Bart. *in l. filiusfam. ff. de donat. arg. l. Titius, in princ. ff. de lib. & poſth.* quæ ſententia ex eo confirmatur, quod ad opponenda crimina & defectus, conſtitui poſsit procurator, *vt in cle. 1. de procur.*
6 † Sunt tamen aliquot caſus, quibus ſpecialis expreſſio eſt neceſſaria: qualis eſt adeundæ hæreditatis, *l. apud Iulianum. ff. ex quibus cau. in poſſ.* & matrimonij caſus. *l. generaliter. ff. de ritu nupt.* Idque propter graue præiudicium, quod vtroque caſu
7. ſubeſt. † Illud quoque aduertendum, tutorem, curatorem, œconomum, prælatũ, ac cæteros habentes adminiſtrationem alieni patrimonij, abſque mandato ſpeciali reſtitutionem in integrum poſtulare poſſe, ſicut notant Innoc. Abb. *num. 6. & alij communiter in d. c. ſuſcitata. arg. l. ſi actor. C. de appel.* nam & hi ſine mandato ſpeciali iuramentum calumniæ præſtant, *text. & ibi Bart. communiter receptus, in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. prop. calumn. Abb. & alij in c. Imperatorem. de iur. calum. gl. vlt. ab omnib. approbata in c. pertractandu. co. 318.*

OBSERVATIO XXVII.

Exceptiones, quibus quis negat fractam pacem, poſt litis conteſtationem proponendæ ſunt. Gail. de pigno. obſ. 14. & obſ. 21. n. 1. A. Reyger.

IN cauſa fractæ pacis, ſi citatus compareat, & neget qualitatem fractę pacis, declinando forum, offerens articulos & probationem, factum ciuile eſſe, & non qualificatũ ſuper violatione publicæ pacis: ſi iſta negatio & probatio reſpiciat negocium principale, tunc ante litem conteſtatam non admittitur, ſed litis conteſtatione impoſita, itémque reſponſione, reſeruantur reo conuento omnes legitimę exceptiones & defenſiones poſt litem conteſtatam proponendę. Et hoc ideò, ne duplicibus probationibus, diſputationibus, & impẽſis partes in tractatione principalis negocii grauẽtur. Atque ita deciſum fuit *in cauſa* Aſchenburgk, *contra* VValborn, 20. *Nouemb. anno* 1549. *Ad quod vide Ant. de Butr. & Socin. in c. ſi clericus. col. 5. de foro comp.* Cæterùm non probata qualitate, pacis publicæ abſoluitur reus à citatione cum refuſione expenſarum, *prout infra cent. 3. obſ. 98. latius annotabo.*

OBSERVATIO XXVIII.

Perſequi hoſtem ſuum in alienum vſque territorium an liceat? And. Gail. lib. 1. de pace pub. c. 16 n. 15. 16. & ſeq. A. Reyger.

1. *Fractæ pacis non ſit reus, qui hoſtem ſuum in alienum vſque territorium perſequitur.*
2. *Magiſtratus extra territorium ſuum neminem capiat.*
3. *Hoc ipſum limitatur.*
4. *Imperij conſtitutio de hoſte perſequendo.*

EXCVSATVR à pœna fractæ pacis, qui hoſtem ſuum diffidatũ in alieno 1. Extra hunc caſum, qui

territorium alienum inuadit tenetur ad ſatisfactionē violati territorij §. ſiverò quis comprehenſorum in Nouel. vt nul. Iudic. VVurm. tit. 1. de Iud. ob. 9. n. 2. & 3. A. Reyger.

territorio vi armata capit, *ſicut fecit Archiepiſcopus Colonienſis capiendo* Henniken von Lubeck, *in Dominio* Starmade *nobilium* de Harit, *quibus ex ea cauſa denegati ſunt proceſſus ſuper fracta pace, 4. Feb. anno 1551. nec id mirum.* † quamuis enim etiam de iure communi captura delinquentis non poſſit fieri, niſi in proprio territorio, ſecundum Bartol. *in l. ſi quis ſit fugitiuus. §.*
2. *idem. de aed. ed. & in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſer. Vend. & in l. requirendum de ſer. fug.*
3. † Tamen ſi perſecutio capiendi fuerit cœpta in proprio territorio & delinquens continuata fuga ſe contulerit in alienum territorium, ibi perſequendo capi poteſt: *arg. l. quod ait lex ff. ad leg. Iul. de adul. quod ſingulariter probari videtur in l. 1. C. Vbi de curia. quam ad hoc propoſitum allegat Ang. in repe. l. nemo carcerem. C. de exac. tribu. lib. 10. Licet Lud. Rom. in l. plerique ff. de in ius vo. contrariam teneat: ad quod vide etiam Ioan. And. in add. ad Spec. tit. de accuſa. & Dd. in d. l. plerique.* Et hæc quidem ſic obſeruabant olim Cameræ iudi-
4. ces: † hodie verò communi Imperij cōſtitutione hoc ſancitum permiſſumque eſt, vt in alieno territorio liceat hoſtes, & publicæ pacis violatores perſequi, ac in vincula conijcere, ſic tamen vt ibidem ſiſtantur iuri, nec ex loco, vbi capti ſunt, in alienam iuriſdictionem ducātur, *vt habetur in Receſſu Auguſtæ Vindelicorum, anno 1559. erecto.*

OBSERVATIO XXIX.

Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 13. A. Reyger.

Agens ſeorſim ad damnum vel ſpolium ex conſtitutione fractæ pacis, non minus qualitates fractæ pacis probare debet, ac ſi ad pœnas ageret.

SI alicui vis illata ſit cōtra conſtitutio. pacis publicę, tunc poteſt offenſus nō modò ad pœnas iuris, & conſtitutionis, & reparationem damnorum, &c. agere coniunctim, ſed etiam ſeorſim ſuper illata damnificatione: *vt habetur in Conſtitutione pacis publicæ. tit. 11. & in Ordin. Cameræ parte 2. tit. 9.* ſed eo caſu neceſſe eſt, quòd narrata ſupplicationis proceſſuum & libelli perinde ſint qualificata, ac ſi ſuper violata pace ad pœnas agere vellet: alioqui cenſeretur ſimplex ſpolium. Nec audiendus eſt actor, volens præfatum defectum in proceſſu ſupplere, & qualitatē fractæ pacis docere, cùm reus ad hoc non ſit citatus: atque ita in Camera obſeruatum fuit, *in cauſa domini Antonij Baronis* de VVarberg, *contra dominum Henricum Brunſuicenſem, 16. Septemb. anno* 1550. Ceterùm de varijs pœnis violatorum pacis publicæ, & an eædem coniunctim vel ſeorſim peti valeant, dicemus infrà *cent. 5. obſer. 78.*

OBSERVATIO XXX.

Gail. lib. 2. de pac. pub. ca. 9. nu. 17. 19. & ſequent. A. Reyger.

An pœna banni in pecuniariam verti poſſit?

1. *Ex conſtitutione pacis publicæ pœna banni in pecuniariam verti poteſt.*
2. *Idem iure communi obtinet.*
3. *Iudex pœnam à lege præſcriptam ex cauſa mutare poterit.*
4. *Ampliatur idem.*
5. *Suprà dicta extenduntur ad ius municipale.*
6. *Iudex recedens à pœna legibus præſcripta, eam in ſententia exprimere debeat.*
7. *Hæc quæſtio ex Bartolo deciditur.*

AN pœna banni poſſit ex iuſta cauſa alterari, & in pœnam pecuniariam mutari, olim variantib. ſententijs diſputatum fuit in Camera, *maximè in cauſa Comitum de* Hanavv, *contra ſenatum Argentinenſem, anno 1537.* † hodie verò id ex- 1.
preſſe permittitur in Conſt. pacis publicæ, † idemque iure communi haud dubiè 2.
obtinet, defendique poteſt, vt communiter concludunt Dd. *in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. & l. etſi ſeuerior. C. eod. tit. & eſt text. iuncta gloſſ. in l. hodiè. ff. de pœn.* tenétque idem Innocen. *in c. 1. vbi etiam cæteri Canoniſtæ, extrà de conſtit. quib. adde Paul. de Caſtr. conſil. 338. vol. 2.* & hanc communem ſequitur etiam Deci. *in c. de cauſis. nu. 94. & ſeq. de offic. deleg.* Et hanc facultatem & arbitrium, † quòd pœnam 3.
à lege præſcriptam augere, vel minuere, vel prorſus in aliam ſpeciem commutare poſſit, habet Iudex à lege ipſa, vt ei non queat vllatenus auferri, vel adimi,

prout

Digitized by Google

prout multis declarat Paul. Grillandus, *in tracta. de Relaxa. carcerat. c. 1. verſi. ſexto non omittam. Vbi multa pulchra congerit, quæ ad hunc locũ illuſtrandum conducunt: quibus adde Parid. de Put. in tra. de Syndi. verb. pœna. §. licet dicatur. §. an ſi ſtatutum. & §. quæ multa poſſunt. fol. (mihi) 134. vbi*
4. *addit*: Iudicem † hoc arbitrium alterandi pœnam habere, ſiue procedat per inquiſitionem, ſiue per accuſationem: vtcunque contrarium voluerit Hippol. de Marſil. *in ſingul.* 524. vbi reſtringit prędicta, quando Iudex per inquiſitionem ex officio procedit: ſecus, ſi ad accuſationẽ partis. Verum diſtinctionem iſtam Cameræ reprobauit in prædicta cauſa Comitis de *Hanaw*, contra ciuitatem Imperialem Argentoratum, & in cauſa nobilis de *VVißpreck*, contra Ducem Philippum Co-
5. mitem Palatinum Rheni. † Amplius volunt Dd. ſupra dictum dogma non ſolum iure communi procedere, ſed etiam ad ius municipale ſiue ſtatutarium vires ſuas extendere, ita vt ſi ſtatutum imponat certam pœnam pro aliquo crimine, Iudici liceat ex cauſa illam mutare in aliam: *ita Bart. in d. §. pœna grauior & in l. vt. ff. de receptat. Bald. d. l. etſi ſeuerior. Abb. c. 2. de delo. pue. cum alijs cumulatis per Marſil. ſing. 244.* Et hanc receptiorem eſſe opinionem teſtatur Deci. *in d. c. de cauſis, num. 97. quam ſequuntur omnibus ferè contrarijs reſpondendo. Fulg. in d. l. & ſi ſeuerior. & Grill. in d. tract. de Relax. car-*
6. *ce. rub. 1. q. 6. nu. 8. & ſeq.* † Cæterùm an cauſam mutationis pœnæ legalis vel etiã ſtatutarij Iudex exprimere teneatur, variatum eſt. Nam aliqui cenſuerunt exprimendam eſſe, ob id certè, quia vbicunque receditur à iure regulari, non ſufficit ſubeſſe cauſam, niſi exprimatur, *per not. Ioan. de Imol. in cap. præterea, verſic. ſi autem in citatorio, de dilat. & ita tenet etiam Baro à Trautenb. in ſuo Vtrod. iurid. concl.* 92. Contrà Grillandus, vbi ſuprà, cenſet, expreſſionem cauſæ non eſſe neceſſariam, cùm Iudex hanc facultatem alterandæ pœnę à lege ipſa habeat: & hoc domini Aſſeſſores quãdoque ſecuti ſunt. Sed an ſaltem in genere exprimere cauſam debeat, dicendo ex iuſtis cauſis ani-
7. mum noſtrum mouentibus? † Et Bart. *in d. §. pœna grauior.* exiſtimat, Iudicem, ſi exprimat cauſam in genere, non errare: tamen ſi nullam exprimat nec in genere, nec in ſpecie, per hoc non vitiari ſententiam, dummodò ex actis conſtet, iuſtam fuiſſe cauſam, quæ Iudicem mouerit ad ſic pronunciandum: aliàs ſi nulla ſubeſſet cauſa, nec appareret ex actis, ſentẽtia poſſet nullitatis argui, tanquam lata contra ius conſtitutionis, & per expreſſum iuris errorem, *vt in l. 1. ff. quæ ſent. ſi appel. reſcin. & per Bart. in d. §. pœna grauior.*

OBSERVATIO XXXI.

Curator ad litem, an & quando pupillo detur?

Gail. 2. obſ. 107. num. 8 & obſ. 188 nu. 3. Paul. Mõtan. de iur. tute. & cur. c. 29. num. 16. Hart. Hart. ti. 2. de Act. obſ. 5. per tot. A. Reyger.

QVOD dicitur, curatorem ad litem non dari, niſi pupillo petenti, iuxta Bart. *in l. qui habet. § ſi pupillus. ff de tutor.* item quod tunc Iudex poſſit curatorẽ dare ad litẽ pupillo, quando pupillus non habet tutorem pręſentẽ vel abſentem: ſecus, ſi pręſentem habeat, *l. curatorem, ff de tuto. & cura. dat. ab his, &c. & not. Bart. in l. curator. ff. eod. & ibi Alex. in apoſtil.* Tale dogma ex ſtylo Cameræ intelligitur procedere in caſu ſpeciali, in quo loquitur tantùm: ſcilicet quando pupillus haberet litem cum tutore, tunc opus eſt, vt petat curatorem ad litem: aliàs non datur non petenti: Secus eſt, quando litem haberet cũ alio extraneo, quia tũc poteſt Iudex pupillo etiam non petenti dare curatorem ad litem. Et tali caſu tenetur Iudex ad inſtantiam & petitionem partis aduerſę, mandare pupillo, vt veniat ad petendum curatorem ad litem: qui ſi comparuerit, dabit ſibi illum quem petierit, ipſo autem nõ comparente, dabit ſibi curatorem ad litem ex officio, *iuxta formam. l. 1. & ibi Salic. C. qui pet. tut.* Prædicta roborantur etiam per ea, quę habet Bald. *in l. ait prætor, §. permittitur. iunct. not. ff. de minor. & Matth. de Afflict. deciſ. 256 & per Marantam in ſuo Spec. iudic. in 4. part. d. diſtinct. 16. nu. 36. Vbi vide latiùs, quæ ad hanc rem pertinent.*

OBSERVATIO XXXII.

An omiſſio loci & temporis libellum criminalem reddat ineptum?

Gail. li. 1. obſ. 64. nu. 9. Plenè Vvurmſ. de libel. ti. 9. obſ. 3. per tot. A. Reyger.

Digitized by Google

1. *Libellus criminalis ſine loco & tempore eſt ineptus iure ipſo.*
2. *Nec opus eſt vt exceptione euertatur.*
3. *Contrariæ opinionis auctores recitantur.*
4. *Diſtinctio præcedentium ponitur.*
5. *Quam approbat Socinus.*
6. *In libello criminali ſufficit locum indeterminatum ponere.*
7. *Accuſati nomen proprium ſi omittitur, an procedat libellus?*

1. IN libello criminali, ſi non ſit appoſitus
locus, ſeu tempus, ſecundùm formam *l.*
2. *libellorum. ff. de accuſat.* † tunc eſt ipſo iure
ineptus, & iudicium nullum etiamſi non
opponatur, iuxta Bart. *in d. l. libellorum. §.*
quod ſi libelli, de accuſa. & no. glo. & Dd. in l.
1. ff. de offic. aſſeſſ. l. & Inno. c. examinata. de
3. *iudic.* † Multi tamen contrarium tenent,
ſcilicet opus eſſe, quod opponatur, *per*
text. in d. l. libellorum. §. vlt. in verb. reo
poſtulante. & ita per illum text. determinat
Gandinus in omiſsione loci. in tract. maleſic.
tit. qual. ſi. accuſa. &c. Idémque expreſſe tenent
Innoc. Hoſt. & Ioan. Andr. in c. fin. de
purga. Cano. & Io. de Imo. c. dilectis, de empt.
& vend. Pro conciliatione ſic diſtingui
4. debet. † Aut illud quod deficit in libello
eſt poſteà probatum cõfeſſione partis,
& tunc reo nihil opponente tenet proceſſus,
arg. not. in c. 1. de homic. lib. 6. aut non
eſt probatum per confeſſionem, ſed per
5. teſtes, & tunc proceſſus corruit. † Hanc
diſtinctionem refert & firmat Soci. *conſil.*
146. nu. 13. vol. 1. vbi de hoc latiùs vide. Sed
pone, quòd in libello cauſa criminalis apponatur
locus indeterminatus, an tum
valeat? Et concluſum eſt valere libellum,
6. † cúmque ſuppleri poſſe in probationib.
7. ſecundum Soc. *in d. conſ. 146. col. pen.* † Cæterùm
ſi non ſit expreſſum nomen proprium
accuſati, vel hominis occiſi, vtputà
quia ignorabatur, an procedat libellus?
vide pulchre Fel. *in c. auditis. col. 16. & 17.*
de præſcript.

OBSERVATIO XXXIII.

Gail. li. 2. obſ. 40. & obſ. 326. n. 3. 4. Hart. *De donationibus inter virum & vxorem inter viuos & pacto ſucceſſorio.*

Hart. de dona. tit. 4. obſ. 2. A. Beyger.

1. *Donatio inter viuos Coniugibus inuicem eſt interdicta.*
2. *Tales donationes morte confirmantur.*
3. *Si modò traditio rei donatæ ante mortem facta ſit.*
4. *Donatio mortis cauſâ inter coniuges valet.*
5. *Item donatio inter viuos iuramento confirmata.*
6. *Reciproca inter coniuges donatio an valeat?*
7. *Negatiua ponitur.*
8. *Pactum de futurâ ſucceſsione improbatur.*
9. *Abb. Siculi opinio.*
10. *Affirmatiua opinio, quod reciprocum pactum de ſucceſsione inter coniuges valeat, eſt verior.*
11. *Autores huius ſententiæ recitantur.*

DONATIONES inter viuos inter 1.
virum & vxorem non valere, notum
eſt, *per l. 1. 2. & 3. de dona. int. vir. & vxor.*
Iaſon in l. pacta quæ contra. C. de pact. Et
hoc, ne mutuo amore ſe inuicem ſpolient,
& ex alijs cauſis ibidem relatis. † Et 2.
licet de iure tales donationes morte confirmentur,
l. donationes. C. eod. tit. & tenet
Alexan. conſil. 26. verſi. Tertio præſuppono
lib. 2. & conſil. 142. verſi. item reſpondeo &
conſ. ſeq. verſi. nec prædictis. lib. 5. † tamen 3.
hoc verum, ſi interueniat traditio rei, vel
quaſi, vt tenet Bald. *conſil. 26. lib. 1.* † Et ſimiliter 4.
donationes cauſa mortis inter
coniuges valent, *l. ſi cum. §. vlt. cum l. ſeq.*
ff. de dona. inter vir. & vxor. † Idem quoque 5.
eſt, ſi iuramentum acceſſerit donationi
inter viuos, quia valebit, *iuxta Bart. in*
l. Seius Augerius. ff. ad leg. Fal. & l. ſi quis
pro eo ff. de fideiuſſ. Fed. de Senis, conſi. 137.
per no. in c. quamuis. de pac. lib. 6. Cy. l. 1. C.
de ſacr. Eccle. & Cap. Thol. deciſ. 261. in
addit. & Franc. de Are. conſil. 74. verſi. ad
ſecundum. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.
† Hinc dubitatum quandoque 6.
fuit, an donatio reciproca facta inter coniuges
conſtante matrimonio, quod ſi vnus
ab humanis ſine liberis decedat, bona præmorientis
ad ſuperſtitẽ peruenire debeant,
iure ſubſiſtat? † Quod nõ videtur, quia tale 7.
pactum inter paganos non valet, *l. licet ibi*
Bart.

8. *Bar. Bald. Sal. & aliy. C. de pac.* † cũ ſit pactũ
de futura ſucceſſione, quod iure improba-
tur, *l. pactum quod dot. & l. Vlt. C. de pac. &
l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obl. atque*
9. *ita tenet* † *Abb. Sicu. conſilio* 48 *libro* 2. vbi
dicitur mutuam donationem factam in-
ter coniuges conſtante matrimonio,
etſi iuramento firmata ſit, nullas habere
vires. *Pro quo videtur etiam facere text. in l.
Vbi ita donatur. ibi Alex. in add. ad Barto. ff.
de donatio. cauſa mortis, idem Alex. conſilio*
10. 28. *li.* 3. † Contraria tamen ſententia, quam
notiſſima quoque Germaniç conſuetudi-
ne inualuiſſe videmus, verior eſt, & in Ca-
mera quoque Imperij iudicando firmato,
tale ſcilicet pactum inter coniuges ini-
tum valere, quia reciprocum & viciſſi-
tudinarium eſt, in quo nullum fit mulieri
11. præiudicium: quam tenuit † Cyn. *in l. ſi
pater, C. de inof. teſt. & ibi eum ſequuntur
Bal. Sal. Car. & Iaſ. multum ample confir-
mans eandem per plures rationes, Vt ibi per
eum, & Vide etiam Boer late in conſue. Bi-
tur. tit. des conſtu. concernans les mariages, §.
circa med. Verſic. ſed quaro. de quaſtione. Item
Hipp. de Marſ. ſing. 50. Iaſ. in l. hoc iure. col.
12. verſi. tertius eſt item eti ff. de iuſt. & iu. &
And. Barba. in l. diuortio, de Verb. obl.*

OBSERVATIO XXXIV.

An vnius ex propinquis conſenſus hoc caſu ſufficiat, vide Gail. lib. 2. obſ. 111. nu. 5. A. Reyger.

Statutum vt mulier ſine conſenſu propinquorum contrahere nequeat quomodo intelligendum?

1. *Statutum requirens conſenſum propinquorum intelligitur de contractibus mulieri damnoſis.*
2. *Hic conſenſus in ipſo actu, non poſt interuenire debet.*
3. *Baldi hac de re opinio.*
4. *Conſenſus ſuperioris actum ſequi poterit.*
5. *Sufficit ſi conſenſus eius, cuius intereſt, actum ſequatur.*
6. *Taciturnitas propinquorum in contractu mulieris conſenſui non æquiparatur.*

1. STATVTVM requirens conſenſum pro-
pinquorum in contractu mulierum, in
telligitur in contractubus damnoſis mu-
lieribus: ſecus in contractibus vtilibus, *per
l. cum ibi, §. in cauſa. ff. de tranſact.* Eſt do-
ctrina elegantiſſima Baldi, *in l. neque C. de
contrah. & com. ſtipu. de qua Vide latiùs Dd.
in l. quamuis. ff. de acquir. poſſeſſ. & expreſſè
Angelus & Imola in l. mutum. §. Vlt. ff. de
acqu. hare. & in l. a. de accept. & Paul. de
Caſtr. in l. quecunque. §. ſi ab alio, ff. de inſt.
act.* Nunquid autem conſenſus, quando
eſt neceſſarius præſtari debeat in ipſo a-
ctu, vel illum ſubſequi ſufficiat? † Et ſe- 2.
cundum Bartol. *in l. ſi quis mihi bona, §.
iuſſu, ff. de acqu. hare.* ſi conſenſus requira-
tur ab eo, qui nullum habet intereſſe in
conſentiendo, ſemper videtur requiri pro
forma: ideo præcedere actum, vel tempo-
re actus interuenire debet, *l. quod ergo, in
prin. ff. de his qui no. infa.* † Vnde Bald. *in* 3
l. 7. C. qui admit. &c. Si ex forma ſtatuti,
aut, in contractu mulieris vel minoris re-
quiratur, vt interueniat conſenſus cõſan-
guineorum, priuſquam perueniatur ad
contractũ, interuenire illum debere, quia
ipſe conſenſus ſit de ſubſtantia & forma
contractus: ideóque in ipſo actu interue-
nire debet, ita refert & ſequitur Iaſon, *in l.
1. §. 1. ff. de verb. obl.* Et hoc intellige ve-
rum, † quando conſenſus exigitur à pari 4.
vel inferiori: nam ſi à ſuperiori, tũ potiùs
authoritas, quàm cõſenſus dicitur, poteſt-
que etiam ex interuallo ſequi. *iuxta Bal.
& Ang. in d. §. iuſſu.* † Sin verò conſenſus 5.
deſideretur ab aliquo pro intereſſe alicu-
ius cõſentire debentis, tũc ſatis eſt, ſequi
conſenſum ex interuallo, etiãſi actus præ
cedens ſit nullus, dummodo approbatio
eius pendeat ex poteſtate conſentientis,
*per text. in l. 1. §. prodeſt. 2. reſp. ff. quo leg. &
l. ſi filius. §. Vlt. de procur. & ibi Bar. iuncta
cle. 1. de procu. & textus, quem ibi notat Bal.
in c. 1. circa pr. de alie feu. par. & Fed. de Se-
nis. conſi.* 259. † Et obſerua, quòd ſi in con- 6.
tractu mulieris neceſſarius ſit conſenſus
propinquorum, non ſufficere ſi præſentes
ſint, niſi expreſſe conſentiant: cum in
ſtatutis verba ſint intelligenda in caſu ve-
ro, non ficto, vt eſt taciturnitas, quæ habet
vim conſenſus ficti, ita Chaſſa. *in conſ.
Burg. rubr. 4. §. 7. nu. 7. & Felin. in c. nonne,
de præſump. Vbi latè ponit materiam, an tacens
pro conſentiente habeatur: ad quem le-
ctorem remitto.*

OBSERVATIO XXXV.

Pupillus non citandus, ſed tutor vel coniuncti.

vid. Gail. 2. obſ. 107. n. 7. Quomodo procedatur contra pupillum & minorem indefenſum. vid. Zaſ. in l. ſi minor. de bo. aucto. iud. poſſid. Et quomodo formandus ſit libellus, quãdo agitur contra minorem. vi. Speculat. in titu. de libell. concept. §. iã nunc. verſic. porrò. A. Reyger.

QVANDO pupillus habet tutorem, debet iudicium agitari cum tutore: ſi non habet, citandi ſunt coniuncti ipſius pupilli, vt conſtituatur in contumacia, aliàs citatio ſolius pupilli nihil valet, *l. hæc autem. §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. & ibi Bart.* Idem tenent Alex. & communiter Dd. *in l. neque impuberes. ff.* de *in ius voc. & in l. ſi ex legati. cum l. ſeq. ff.* de *verb. oblig. & l. contra pupillum. vbi etiam Io. de Imo. ff. de re iudi.* Et ita communiter tenetur, reprobata opinione Bart. *in l. 1. §. ſufficit. ff. de adminiſt. tut.* contra tenentis poſſe citari ſolùm pupillum: quem in ſpecie reprobat Alex. *in d. l. neque impub. vide etiam de hoc Matth. de Afflict. deciſ. 262.* vbi inter cætera hanc dubitationem mouet; ſi citatus ſit infans, quòd legitime compareat, ſicque nulliter ſit citatus, attamen compareat pro eo tutor, & ipſum defendat, an valeat proceſſus? Et Caſtr. itemque Alex. *in l. contra pupillum. ff. de re iud.* exiſtimant proceſſum valere, etſi citatio extiterit nulla: *de quo in præcitato loco vide eundem latiùs.*

OBSERVATIO XXXVI.

Sententia pro pupillo ſine tutore lata: item iudicium cum filiofam. ſine conſenſu patris agitatum in ipſius fauorem, valent.

Sententia cõtra minorem indefenſum lata nulla eſt in quolibet Iudicio, Hart. Hart. tit. 5. de Act. ob. 8. A. Reyger.

SENTENTIA lata in fauorem pupilli valet, ſine tutore, quando pupillus eſt maior infante: aliàs ſecus: nam ſi eſſet infans, cùm æquiparetur furioſo, ex quo omni intellectu caret, non valet ſententia, etiam in ipſius fauorem lata, *text. & ibi Bart. Bald. Alex. Iaſ. & alij in l. non eo minus. C. de procurat. & l. ſi tutor. C. in quibus cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſ. Idem Alex. in l. furioſo. ff. de re iudi. & Bald. in l. neque. C. de contra. & com. ſtip. per text. in §. pupillus. Inſti. de inuti. ſtipul.* Et ſuprà dicti dogmatis ea eſt ratio, quòd in actibus concernentibus fauorem pupilli, dicitur habere legitimam perſonam, ſi ſit maior infante. *Bald. & Iaſ. in l. contra iuris. in princ. de pact.* Et infert ibi Bald. idem eſſe in Eccleſia: vt ſi fuerit alienata res Eccleſiæ ſine ſolennitate, & talis alienatio tendat ad Eccleſię vtilitatem, valeat: quod etiam tenet Iaſ. *in l. iuſiurandum. §. pupillus. ad fin. ff. de iureiur.* Idem quoque in filiofamiliâs procedere extenditur, vt ſi agitatum ſit iudicium cum eo ſine conſenſu patris, etiam ſi ſit minor, valeat in ſui fauorem: vt ſing. Alexand. tenet, *con. 59. lib. 2. quod eſt notandum pro limitatione. l. vlt. § neceſſitate. C. de bo. quæ lib. &c.*

Filiusfa. quando habeat perſonam ſtandi in iudicio & actionem mouere poſsit vi. Hart. Hart. in tit. 5. de actor. obſ. 7. A. Reyger.

OBSERVATIO XXXVII.

Iudicium cum tutore agitatum, qui nõ fecit ſolennia debita, eſſe iure nullum.

Gail. 2. obſ. 107. num. 3. Paul. Montan. de iur. tutc. & cura. c. 32. reg. 5. n. 10. fol. 106. A. Reyger. Guido Pap. quæſt. 330. Angel. in § præterea, Inſt. de exc. & Roma. conſil. 425. A. Reyger.

IVDICIVM agitatum cum tutore, qui non fecit ſolennia, vt quia non ſatiſdedit rem pupilli ſaluam fore, non fecit inuentarium, non fuit ſibi decreta adminiſtratio per Iudicem, eſt prorſus nullum: vt dicit *Bald. in l. ſi tutor. C. in quibus cauſis in integrum reſt. non eſt neceſ. de quibus ſolennibus habetur per Bart. in l. leg. timos. ff. de legit. tuto.* Nam tali caſu, etiamſi is gerebat ſe pro tutore, ſi tamen fuit lata ſententia cõtra ipſum, eſt ipſo iure nulla, nec pupillo nocet, *per text. d. l. ſi tutor, ibi Bar. & Bald.* Et iſtud dictum ſingulare eſt, & notandum perpetuò, per quod multi proceſſus impugnari queunt. Prædicta tamen non videntur habere locum in tutore teſtamentario: is enim etſi nõ adimpleuerit ſolennia, ſi tamen ex teſtamẽto appareat, ipſum non modò tutorem eſſe conſtitutũ à patre, ſed etiam adminiſtrationem bonorum ei cõmiſſam, non eſt neceſſe, quòd ei à Iudice decreta ſit adminiſtratio, ſecũdùm Bar. *in d. l. legitimos ff. de leg. tut.* quod etiam firmat Ang. *con. 103. vt eum allegat Afflic. deciſ. 262. poſt num. 6.* idcóque iudicium cum ipſo agitatum valere videtur, ſi tamen cætera ſolennia adſint.

OBSERVATIO XXXVIII.

Tutor non conſtituit procuratorem ant litis conteſtationem, ſed actorem.

Gall. lib. 2. obſ. 107 n. 6. Hart. Hart. in tit. 5. de Actor. ob 6. & Vvur. titu. 5. de procurat. obſ. 19. A. Reyger.

SI tutor aliquis conſtituat procuratorẽ ante litis conteſtationem, & cum eo agitetur iudicium, non valet proceſſus, nec conſtitutio. Tutor enim nõ poteſt facere procu-

procuratorem ante litem conteſtatam in cauſa pupilli, ſed debet conſtituere actorem, in quo actore requiritur decretum Iudicis, *per text. ibi Bart. & Dd. in l. neque tutores. C. de procurat. & in l. ſi actor. poſt gloſſ. ibi. C. de appellatio. & tex. in l. ſolt. inſt. de curator. & habetur apud Afflict. deciſ.* 261. Pupillus tamen cum auctoritate tutoris poteſt ante acceptum iudiciũ conſtituere procuratorem. Rationem diuerſitatis vide apud Bart. & alios *in d. l. neque tutores.* Et ita, vt ſuprà eſt deductum, concludebant Domini *in cauſa Epiſcopi VVormacienſis contra Electorem Palatinum Rheni & cõſortes,* Den zollſchlag zu Horcheim belangend, *25. Iunij, anno 1555.*

OBSERVATIO XXXIX.

An autem ſententia ſit ferẽda in perſonã procuratoris vide remiſſiuè Vvurm. tit. 7. de procurat. obſer. 1. n. 3. A. Reyger.

Procurator, qui litem conteſtatus eſt, citari debet, non Dominus.

PROCVRATOR, qui litem conteſtatus fuit in cauſa, ipſe ad reliquos actus ſucceſſiuos citari debet, & non dominus: quia poſtquam procurator conteſtatus eſt litẽ, vtique effectus eſt litis & cauſæ Dominus * vnde ſi aliter fiat, vt quia citetur Dominus, non valet proceſſus. *ita tenet Bart. in l. procuratoribus. C. de procurat. idem in l. mutari. ff. eo. & in l. furioſo. ff. de re iudic. Bald. in l. ſi quando. in 7. quæſt. de teſt. Panor. & Felin. c. pen. de teſtib.* Quod tamen intelligitur verum, niſi procurator eſſet impeditus, vel abſentia, vel infirmitate: nã tali caſu poteſt citari Dominus, ſecũdùm Alexan. *in d. l. procuratoribus. & Geminus in c. ſi quidem. §. ſecus. in 6. notab. de procurat. lib. 6.*

ADDITIO.

* Vnde poſt litem conteſtatam Dominus non niſi cauſa cognita, vt ſi efficiatur ſuſpectus, ſi inimicus eius, ſi aduerſæ partis affinis efficiatur, etiam Procuratorem poterit reuocare, *l. ante litem conteſtatam cum ll. ſeqq. de procurat. VVurmſ. in tit. de procurat. obſ. 6. nu. 4.* A. Reyger.

OBSERVATIO XL.

Vide ſuprà obſ. 25.

Libellus in criminali ſine diei expreſſione valet: & quid obtineat, ſi accuſator diem commiſſi criminis ſibi edi petat.

Vvurmſ. in tit. 9. de libell. obſ. 2. per tot. A. Reyger.

QVAMVIS dies commiſſi criminis poſſit omitti in libello accuſatorio, & valeat libellus ſine diei expreſſione, iuxta Bart. *in l. libellorum. ff. de accuſat.* adeò vt plerique tradant, cauendum eſſe libellanti, ne apponat diem: quia ſi non probaret delictum eſſe commiſſum eo die, ſuccumberet, prout per plura Iaſ. tenet *in l. 1. in princ. colum. fin. ff. de eden.* attamen ſi reus petat ſibi diẽ patrati criminis edi, ad hoc vt poſſit facere ſuas defenſiones, tenetur accuſator exprimere diem, iuxta eundem Bartol. *in l. 1. qui reus, ff. de publ. iud. quem ſequitur* Iaſ. *in l. 2. §. ſi quis Epheſi. ff. de eo quod cer. loc.* Verùm hęc limitatio nõ caret pugna: contrarium enim tenet Ioan. de Imol. *in d. l. ii qui reus. colum. 23. in fin. & Alexa. ibidem in additio. ad Bar.* quam partem, vt veriorem, ſequuti quãdoque ſunt Domini, & eandem amplectitur etiam Maranta. *in ſuo ſpecul. iud. 6. parte. tit. de libel. oblat. nu. 8. De quo arti. vide quoque Fran. de Are. in c. qualiter & quando. §. debet. col. 7. de accuſa.*

Vid. Gall. lib. 1. obſ. 64. n. 11. A. Reyger.

OBSERVATIO XLI.

Furioſi dilucida interualla habentis geſta, an quietè, vel furore acta ſint, vter, reus vel actor, probet?

FVRIOSORVM duo genera in legibus noſtris leguntur: vnum eorum, qui in perpetuo furore ſunt, & continua mentis alienatione omni intellectu carent. *l. 14. de offic. præſi. & l. 22. §. ſi maritus. ff. ſol. mat. & l. 12. §. natura. ff. de iud.* Alterum eorum, quorum furor intermiſſus eſt, & (vt noſtri loquuntur) dilucida habent interualla, ſiue inducias. *d. §. ſi maritus, & l. 20. §. nec furioſus. ff. de teſt. l. 6. C. de cura. fur. & l. 9. C. qui teſt. fac. poſ.* Pone iam, quod furioſus habens dilucida interualla, actum aliquẽ ciuilem exercuit, & dubitetur an illum geſſerit quietè, vel in furore: dubitant Doctores, cui incumbat probatio: Et nonnulli aiunt, propter præcedentem furorẽ pręſumi in furore geſtũ eſſe, idq; cõmuniter Canoniſtę tradũt *in c. ſi de ſucceſſ. ab inteſt.* Alij malũt, ex ipſo actu, id colli-

Digitized by Google

gendum eſſe, attendíque debere qualitatẽ actus, an ſcilicet ſit cõueniens homini ſanæ mentis, & præſumatur, quòd in quiete & tempore interualli geſſerit, an contra, & ſit ſecus. ita Bald. Angel. Fulgoſ. & Caſt. *in l. furioſum, C. qui teſta. fac. poſſ.* Imol. *in l. qui teſtamento, §. nec furioſum, ff. de teſtam. & in l. 1. in fin. de verb. oblig. Bartol. Socin. con. 42. lib. 1.* Et hanc poſteriorem ſententiam, vt veriorem, amplexi ſunt Domini, *in cauſa Stephani* Reuler, *contra Chriſtophorum* Camerer, 2. *Iulij, anno* 1555. *Porrò de probatione furoris vide etiam latè Boer. deciſion. 23. in 1. parte, Alexand. conſilio 3. & conſ. 141. lib. 1. & Socin. de con. 42. lib. 1.*

OBSERVATIO XLII.

Gail. li. 2. obſ. 61. nu. 8. Libellus incertus & alternatiuus non admittitur, niſi incertitudo cenſetur ex cauſa Rei conuenti &c. VVurmſ. in tit. 9. de libell. obſ. 2. per tot. A. Reyger.

Libellus alternatiuus quando admittendus?

1. *Libellus alternatiuus non valet.*
2. *Alternatiua incertitudinem parit.*
3. *Libellus clarus ſit & perſpicuus.*
4. *Agens ex l. 2. C. de reſc. vend. alternatiuè petere poteſt.*
5. *Eodem caſu Camera alternatiuè pronunciare poteſt, licet non ſit petitum.*
6. *Ob incertitudinem cauſatam à reo libellus alternatiuus admittitur.*
7. *Libellus,* Peto rem, *& eà non extante,* æſtimationem, *valet.*

1. QVAMVIS regulariter libellus alternatiuus non valeat *l. prætor edixit, §. quod autem, ff. de iureiur.* cùm alternatiua † obſcuritatem & incertitudinem pariat *c. vlt. de reſcript.* & quilibet libellus debeat eſſe clarus † vt reus deliberare poſſit, vtrum contendere an cedere velit, *l. 1. ibi Alexand. ff. de eden.* Dd. *in l. edita,* C. *eo. & auth. offeratur. C. de lit. conteſt. Canon. in c. vlt. de libel. obla.* Sunt tamen pleriqœ caſus, in quibus libellus alternatiuus admittitur. Nam † ſi agatur ex remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* ad infirmandam venditionem
2.3.4. propter deceptionem vltra dimidium iuſti precij, volunt Dd. petitionem fieri debere alternatiue, vel ad ſupplẽdum precium, vel ad reſtituẽdam rem emptam, vt ibi per eos, quos etiam ſequitur Pano. *c. cum cauſa, de emp. & vend. & Bald. in l. maioribus, C. comm. vtriuſque iud.* † Verùm in Camera recepta eſt libelli petitio 5.
in præfato caſu, vbi tantùm petebatur rei emptæ reſtitutio: nihilominus pronunciatum fuit alternatiuè, *iuxta d. l. 2.* idque auctoritate Bartol. & Bald. *ibidem in d. l. 2. qu. 15. Ita factũ in cauſa* Teuffer, *contra* Reutlinger, 17. *Iunij, anno* 1555. † Sic etiam ratio- 6.
ne incertitudinis libellus alternatiuus admittitur, præſertim ſi illa incertitudo ex facto alieno proficiſcatur. *per tex. & ibi Bar. in l. 1. §. quia autem ff. quod l. gloſſ. magna in c. Abbat. & ibi Phil. Fran. de ſent. & re iud. lib. 6. item que Dd. communiter in l. inter ſtipulantem. ff. ſi ſtipulatus ff. de verb. oblig.* † Hinc eſt, quod talis libellus, peto 7.
rem, ſi extat, vel eius æſtimationem, ſi cõſumta ſit, admittatur, *de quo infrà cent. 4. obſer. 2. amplius dicetur.*

Contra hoc in materia l. 2. C. de reſc. vẽ. libellum alternatiuum neceſſariò nõ requiri diſputat Ar. Pinel. add. l. 2. p. 3. c. 3. n. 4. vſq; ad 12. tamen conſultius eſſe ait, vt libellus hoc in caſu alternatiuè concipiatur. A. Reygen.

OBSERVATIO XLIII.

Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 3. n. 3 & 9. Hæreſis crimen ſi intentetur, quomodo formetur Actio vid. Hartm. Hartm. de accuſ. tit. 50. ob. 14. nu. 11. A. Reyger.

Hæreticus vt repellatur ab actu ciuili, debet prius declarari, item bannum ipſo facto incurrens, an ſit pro bannito declarandus?

LICET hæreticus ipſo Canone ſit excõmunicatus, tamẽ ad hoc vt repellatur ab actu ciuili, neceſſaria eſt ſententia declaratoria *iuxta c. fi. de homicid. lib. 6.* * Sic quoq; etſi bona hæreticorũ ſint confiſcata ipſo iure, tamen requiritur ſententia declaratoria, *per tex. cap. cùm ſecundùm de hæret. lib. 6. Domi. in c. fin. de confeſ. eodem lib. Sicul. in c. cæterùm, de iura. calum. & in c. cùm non ab homine, de iud. c. Bartolus l. eius qui delatorem, in prin. de iure fiſc. & vide etiam Capel. Thol. deciſ. 310. ibi in apoſtil. & Anchar. con. 189.* Ita etiam hactenus obſeruatum fuit in Camerali iudicio, in banno Imperiali: quia licet ipſo facto incurriſſet quis bannum, tamẽ neceſſaria erat declaratio, prout in Ordinatione eſt expreſſũ. Hoc tamen à Cæſ. Maieſtate, & communibus Statibus Imperij, hodie ob multitudinem violantium pacem publicam eſt immutatum, ita vt non requiratur amplius declaratoria, aduerſus violatores pacis publicæ, *prout habetur in receſſu Auguſtano, edito anno* 1559.

Ad-

ADDITIO.

*Sententia declaratoria requiritur etiam vbi dicitur IPSO IVRE VEL IPSO FACTO, aliquid fieri, ita fit in Iudicio Cameræ Imperialis. Quia ſi aliquis facit aliquid, ex quo vel propter quod dicitur in bãnum incidiſſe IPSO FACTO vel ipſo iure: tunc talis citatur ad videndum ſe declarari incidiſſe in bãnum ipſo facto: vel, vt oſtendat & alleget rationes, quare iſta declaratio fieri non debeat, *VVurmſ. in ti. 50. de Ver. ſignif. ob. 3. n. 2. 3. &* 4. A. Reyger.

OBSERVATIO XLIV.

Gail. obſer. 41. nu. 2.

Clauſula, Sola facti veritate inſpecta, *cuius ſit effectus.*

CLAVSVLA, Sola facti veritate inſpecta, plus operatur, quàm omnes illæ clauſulę, ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, &c. adeò quòd per eam cenſentur ſublatę omnes ſolennitates iuris poſitiui: *ita tenet Ant. de Butr. in c. 2. de iura. calum. & c. dilecti. Vbi etiam Fel. col. 1. de iud. & c. 1. colum. 17. de conſti. Rom. ſing. 752. Aret. con. 84. col. Lanfran. cle. ſæpè. de verb. ſig. & ibidem Felin. c. ſlim. col. pen. de accu. & dicit Fran. de Aret. in d. c. dilecti. col. 3. de iudi.* quòd per iſtam clauſulam Iudex poteſt procedere vt Deus, qui ſoli veritati innititur. Idem ſequitur Alexand. *conſi. 6. in 3. col. libr. 3. & Iaſ. l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iure.* Maran. tamen *in ſuo Specul. part. 4. diſtinct. 9. nu. 39.* eleganter admonet, hanc clauſulam intelligendam eſſe de veritate, cui ius patrocinetur. Vnde vigore iſtius clauſulæ non poſſet Iudex oriri facere actionem ex nudo pacto licet reuera initum fuerit nudũ pactum: atque ita Bald. *in l. nemo. C. de ſent. quoque ſenſiſſe videtur.* Prędictis adde eundem Alexand. *in l. ita ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. num. 8. de verb. oblig.* Vbi dicit, hanc clauſulam etiam operari, vt poſſit ferri ſentẽtia ſuper cauſa probata licet in libello non deducta, *contra reg. l. habebat. de inſti. act. & l. Vt fundus ff. com. diuid.* & hunc effectum ſentit Bart. *in l. Æmilius. col. 2. de mino. & poſt eum Soci. conſi. 146. num. 15. Iaſ. in l. 6. ff. ſi cert. pet. num. 24. & Hippol. poſt alios ab eo relatos, ſing. 272. Marand. part. quart. diſtinct. 9. num. 33. & Sayſel. in l. 1. col. pen. & vlt. ff. de offi. aſſeſſ. Vbi latè de hoc, ac noniſſ. Cachara. in deciſ. Pedemon. deciſ. 1. nu. 20. & 21.*

OBSERVATIO XLV.

Pœna capitalis tribus modis accipitur, & impoſita per ſtatutũ, ſemper de mitiori, vt exilio intelligenda.

POEna capitalis altero de tribus modis intelligitur, videlicet de morte naturali, de morte ciuili, vt quia quis efficiatur ſeruus, & amiſſione ciuitatis, puta per deportationem, quę eximit alicuius caput ex ciuitate, id eſt priuat omnibus actibus ciuilibus: *Vt eſt tex. in l. 2. ibi Bart. &* Imo. *ff. de publ. iud. l. in pri. ff. de pœn. & l. ſed ſi quis. §. 1. iuncta gloſ. ſi quis cau. & no. gloſ. in l. hos accuſare. § omnibus. Ver. capitu. ff. de accuſa. vide etiam de hoc Ioan. de Ana. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. col. 6. in pri. de accuſa.* Vnde quando lex vel ſtatutum imponit pœnam capitalem, ſeu capitis, ſemper intelligitur de mitiori ex illis tribus, ſic de exilio, ſeu deportatione, *gloſ. eſt nota in l. 1. C. ne Chriſt. mã. & tenet Bal. in l. fi. in fi. C. quæ res vendi nõ poſſ. Bald. quicunque. col. 4. Ver. ſcias etiam. C. de ſer. fug. plenè Raph. Cuma. con. 138. &* Imol. *in d. l. 2. de pub. iud.*

Add. Pœna carceris perpetui dicitur capitalis, Hart. Hart. ti. 50 obſ. 4. n. 5. A. Reyger.

OBSERVATIO XLVI.

Pœna ſtigmatis in facie hominis, eſt illicita, etiamſi per ſtatutum imponatur.

INCIDIT in quodam caſu inter cętera quęſtio, an pœna ſtigmatis in frõte ſeu facie alicuius impreſſa, de iure defendi poſſet? Et concludebatur, quod non, quia illa pœna eſt contra leges, *præſertim text. in l. ſi quis in metallum. C. de pœn.* vbi notãter vult. Imp. quòd cùm facies hominis ſit facta ad inſtar diuinę imaginis, nõ debeat cicatricibus deformari: idémque expreſſè tenet ibi gloſſ. dicitque Angel. ſtatutum non valere, nec ſeruandum eſſe, quod talẽ pœnam infligit. Idem quoque tenet Alex. *in addit. ad Bart. in l. cùm in diuerſis, ff. de relig. ſequitúrque Maran. in ſuo Specul. parte 4. diſtin. 2. iudi. numer. 8. & 9.* ſubdens

pœnam hanc non eſſe ſeruandam etiamſi per ſtatutum imponeretur.

OBSERVATIO XLVII.

Creditores quando per edictum citari poſſint vide Gail. 1. obſ. 5. 7. n. 7. A. Reyger. Quomodo hæredi detur facultas deliberandi num velit adire, vide Hartm. Hart. tit. 41. de hæred obſe 2. nu. 3. & 8. A. Reyger.

Hæres dubitans de hæreditate, curare debet, vt citentur creditores per proclama, ad docendum de ſuis hæreditarijs debitis.

CAVTELA eſt, quando hęres alicuius deliberat, an velit adire hęreditatem, vt quia timet eam damnoſam eſſe, vt curet fieri citationem per proclama, contra omnes creditores, vt veniant ad edendum inſtrumenta debiti hæreditarij ipſi hæredi, ad hoc, vt poſſit deliberare, an hæreditatem adire velit vel non: quòd ſi creditores ſic vocati ad præſtitutum diem nō veniāt, nec de ſuis creditis doceāt, ſibi præiudicant, nec hæres ipſis amplius reſpondere obnoxius eſt. Ita eleganter tradit, & conſulit Bart. quem Doctores commendant, *in l. Ariſto. ff. de iure deliber. & eſt de hoc not. ib. text. in l. 1. §. cum dicitur. ff. ſi cui plus quàm per leg. Falcidiam.* quod ſerua, tanquam memorabile.

OBSERVATIO XLVIII.

Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 9. nu. 15. & 1. obſ. 141. num. 7. Inſtantia cauſæ ciuilis quomodo lapſu triennij finiatur. vid. Hart. Hart. in Miſcel. c. 1. obſer. 16. per tot. A. Reyger.

Inſtantiam nō perire triennio in Camera.

IN conſiſtorio Imperialis Cameræ non perit inſtātia triennio, prout alias de iure tanto tempore perit in cauſis ciuilibus, (licet in criminalibus tātū duret biēnio) *text. in l. properandum, ibi Dd. C. de iudic.* ſed perpetuò durat, prout etiam de iure Cano. *per text. ibi Abb. & Dd. in c. venerabilis, & c. pen. de iudic.* Ita tenet *Bald. con. 217. in fin. vol. 3. vbi allegat auth. ſi lis. C. de temp. app. & ibi Dd. ad idem facit doctrina Cano. in c. ex ratione. de appellat.* Sed Matth. de Afflict. *deciſ. 283. poſt num. 4.* refert contrarium, nempe diſpoſitionem d. l. properandum, habere etiam locum in conſiſtorio principis, *per gloſ. in Nouell. vt ſponſal. larg. §. hoc quoque. & Nouell. de appell. §. ad hæc.* Eius tamen opinio (vt iam dictum eſt) in Camera Imperij nō recipitur: neque pereunt fatalia proceſsib. legitimo tempore reproductis, idque propter multitudinem cauſarum: *atque ita iudicatum olim fuit in cauſa* Roſenhouerin, *contra Archiepiſcopum Moguntinum, 13. Februarij, anno 1518. & meo tempore in cauſa ciuitatis Conſtantiæ, contra N. Comitem de* Furſtenbergk, *21. Ianuarij, anno 1558.*

OBSERVATIO XLIX.

Appellatio ab interlocutoria non admiſſa, niſi etiam ab iſta non admiſſione prouocetur, pro deſerta habetur.

Quomodo appellandum ſit ab interlocutoria, vide Gail. 1. obſ. 130. A. Reyger.

SI quis appellet ab Interlocutoria, & Iudex non admittat appellationem, tanquam ex friuolis cauſis interpoſitam, tūc niſi ab iſta nō admiſſione ſeu denegatione appellationis interpoſitę pariter appelletur, appellatio cenſetur deſerta, nec poteſt tale grauamē reparari per appellationem à diffinitiua: *ſecundum Card. in cle. 1. in gl. vlt. ver. & ex hac glo. de dolo & contu. de quo vide etiam Innoc. in c. paſtoralis. in gloſſ. verbi, ſuſpendat. de offic. deleg. & Mattheſil. in not. 22. quod ſigna,* quia per hoc ſępius vidi appellantes illaqueatos fuiſſe.

ADDITIO.

Et appellās debet Iudicis à quo reſponſionem exſpectare, *Hartman. Hartman de appellat. tit. 19. obſ. 5. n. 1.* A. Reyger.

OBSERVATIO L.

Gail. lib. 1. obſ. 146. nu. 12. & 13. A. Reyger.

Appellans ſi quid attentet appellatione pendente, eam cenſetur deſerere.

QVANDO appellans pendente appellatione aliquid innouat, vt attentat in præiudicium aduerſarij, vt quia ipſum ſpoliat, tunc ex hoc ipſo cenſetur appellationem deſeruiſſe: eſt ſingularis doctrina Baldi *in c. ex parte A. col. penult. verſ. item ſcias, de teſti. & Panor. c. ex parte S. col. 2. ver. pro declaratione, de reſcrip.* quam etiam refert Mattheſil. *not. 37. & pro ea eſt text. & quæ ibi notantur per Dd. in c. an ſit, de appell.*

OBSERVATIO LI.

Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 8. A. Reyger.

Clerici an & qualiter ad pœnam banni agere poſſint?

CLERI-

CLerici non poſſunt ad pœnam bãni agere, quia incurrerent irregularitatem, cum banni pœna ſit capitalis, ſaltem permiſſiue, &c. Quod ſi agere velint, ſolum ad reſtitutionem decernuntur illis in iudicio Cameræ proceſſus: atq; ita ſaluatus eſt proceſſus capituli eccleſię Colonienſis Agrippinæ, contra ducẽ Cliuẽſem. Et tali caſu debent clerici nihilominus factum qualificare ſuper fracta pace publica, & proteſtari, quod non intendãt agere ad eius pœnas, *per text. in c. prælatu. de homici. libr. 6. c. clericis. c. ſententiam. ne cle. Vel mona. ſecu. neg. ſe im.* & tunc non fit remiſſio, ſed imponitur litis conteſtatio, & proceditur ad diffinitiuã quò ad reſtitutionem. *Atque ita iudicatum fuit in prædicta cauſa, 7. Ianuarij, anno* 1540. Epiſcopis tamen VVirtzburgenſi & Bambergenſi, tanquam principalibus Imperij & ſtatibus, decreti ſũt proceſſus ſuper fracta pace, contra Dom. Alb. Marchionem Brãdenburgenſem, *anno* 1552. & hi ad pœnas banni egerunt, & obtinuerunt, ita quòd præfatus Marchio 1. *Decemb. anno* 1553. *fuerit ad eorum inſtantiam in pœnas banni declaratus. Et hæc notanda ſunt ad tit. 9. part. 2. Ord. Cam.*

OBSERVATIO LII.

Commiſſarij ab Imp. impetrati ſunt delegati Iudices recuſarique poſſunt.

Vide Gail. 1. obſ. 33. nu. 3. & 4. Quomodo Iudices ſuſpecti recuſari poſſint vid. VVurmſ. tit. 1. de Iudicibus obſ. 6. per tot. Hartm. Hartman. 1. obſer. Matant de or. iud. p. 5 diſt. 5. n. 42. Matthes. in Auth. & cõſequenter n. 3. C. de ſenten. quæ pro eo. A. Reyger.

QVod commiſſarij, qui vigore ordinationis Cameræ impetrantur ab Imperatore, ſint delegati, ideóq; poſſint recuſari, eſt deciſum poſt multã diſputationem in Camera, *in cauſa Marchionum Badenſium contra Baronem de Fleckenſtein,* & opinio Legiſtarum in materia recuſationis confirmata, *anno* 1536. quę differentiam facit inter iudicem delegatum & ordinarium, vt delegatus indiſtinctè velut ſuſpectus recuſari poſſit, ad eum effectũ, vt remoueatur: ordinarius non item, ſed detur ſibi adiunctus, *iuxta Bart. & Dd. in l. apertiſſimi. C. de iudic. & auth. ſi verò contigerit. C. de iudi.* Iure verò Canonico tam ordinarius, quàm delegatus poteſt in totum recuſari, *c. ſi quis contra clericum ibi Dd. de for. com. Socc. ibi nu. 6. c. ſuſpicionis. de off. deleg. Abb. c. cùm ſpeciali in 1. not. de appel.* dummodo cauſa legitima inſeratur & probetur: aliàs recuſatio non admittitur, *vt dicit Abb. ibidem, & in c. ſuper quæſtionum. §. quem verò. de offic. deleg. eſtque de hoc tex. in c. ſecundo requiriſ. de appel.* Secus eſt de iure ciuili: quia non oportet inſerere cauſam ſuſpicionis, *iuxta Bart. in d. l. apertiſſimi. & gloſ. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. & glo. l. item ſi ſuſpectus. de procur. poſt Iaſ. in d. l. apertiſſimi.*

OBSERVATIO LIII.

Inſtrumentum cum libello productum, non probat niſi poſt lit. conteſt. repetatur: & quamdiu inſtrumenta produci valeant?

SI quis producat tempore oblati libelli inſtrumẽtum aliquod, ex quo ſuam intentionem etiam fundet, tale inſtrumentum non probat, niſi poſt litem conteſtatam in vim probandi repetatur. *Ita ſeruatum in cauſa Maioris Iudæi in* Mulchen, *contra die* Muller zu langen Eſſlingen, *per ea, quæ tradit ſingulariter Feder. de Senis, con.* 160. *n.* 2. vbi dicit, quòd probationes factę ad vnum finem conſequendum, non ſufficiant, nec fidem faciant ad alium finem, &c. *per c. Senens. 2. de teſtib. & not. in c. cùm dilectus. de ord. cognit. in glo. hic patet. ver.* ſed quid ſi in modum exceptionis? *Idem quoque Matthesil. notauit in ſingulari* 40. *vbi vide latiùs.* Sed quandiu inſtrumenta in iudicio produci poſſunt? Et iure communi proferri poſſe vſque ad concluſionem in cauſa, vulgò traditum eſt *per c. cùm dilectus. de fid. inſtrum. cui concl. plures intellectus tradidere Fel. Abb. & alij in d. c. cum dilectus. Bart. & omnes in l. admonendi. ff. de iureiur.* An autem inſtrumenta etiam poſt concluſionem in cauſa admittenda ſint? quod Bart. *ibidem num.* 3. aſſerit, ſi proferens ea in iudicium, iuret nouiſſime illa fuiſſe reperta, nec potuiſſe prius eorũ cognitionem habere, facta tamen diligenti inquiſitione: & Bartolum ibi Dd. communiter ſequũtur, maximè Iaſ. *in rep. dict. l. admonendi, num.* 58. *Bapt. de S. Seuer. conſi.* 20. *Curt. Sen. colum.* 21. *Puteo. numero* 8. *& præter hos Abb. & Imo. in dict. ca. cùm dilectus. Felin. c. paſtoralis. numero* 9. *de exceptionibus quorum opinionem vulgò receptam eſſe, Ripaque que teſtatur in d. l. admonendi, numero* 48. *eamque e*

Gail. 1. obſ. 107. Add. l. Maſcard. de probat. obſ. 9. A. Reyger.

Add. Inſtrumenta non debent recipi poſt concluſionem in cauſa. Hartman. Hartm. tit. 17. de concl. obſ. 2 nu. 1. & 3. A. Reyger

Digitized by Google

ſequitur Matheſ.notab.57. Et quamuis Fe-lin.in d.c.cùm dilectus.Sacaliet, & pleriq; alij à Bartol.diſcedant, ea tamen in Camera Imperiali *cotidiè ſeruatur.* Neceſſarium tamen eſt ſpeciale mandatum ad præſtandum tale iuramentum, vt ſcilicet procurator iuret nomine ſui Domini, & in eius animam, (quod aiunt) illa inſtrumenta iam primùm fuiſſe inuenta, nec prius in eius cognitionem ea veniſſe, facta diligenti per ipſum indagatione: atque ita, vt dixi, vſus obtinet: *vide etiam ad hoc* Did.Cou. *in lib.pract.quaſt.c.20.nu.8.*

OBSERVATIO LIV.

Gail.2. de pac. pub ca.9.n.12. A.Reyger.

Iudex leges & ſtatuta ex cauſa poteſt transgredi.

IVDICES vtcúnque iurârint ſeruare leges, canones & ſtatuta, tamen ex magna & euidenti cauſa poſſunt ea transgredi, *iuxta Innoc.in c.canonum ſtatuta. in Vlt. gl.ff.de conſtit.* Ex quo dicto infert Baldus *in l.etſi ſeuerior.col.3.C. de inſa.* quod in pupillo committente homicidium, poſſit Iudex ratione ætatis commutare pœnam mortis in aliam. Item propter metum periculi, vel ſcandali, poſſit legem transgredi, *Bald.l.ſi quis filio,§.hi autem.ff. de iniuſ. rup.teſt.* excuſetúrque in ſyndicatu, ſi ob multorum ſalutem ſtatuta prqterſiltat, *Bald.l.obſeruare.q.10.ff.de offi.procon.& le.* nec etiam periurus dici poſſit, qui ex cauſa rationabili transgreditur ſtatuta: *item in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de infam.* Hoc idem dogma præ cæteris multis explicat & declarat Felin.*in d.c.canonum ſtatuta, num. 48. & multas ibi illationes facit memoratu dignas,* quibus Multi Aſſeſſores ſaluari defendíque poſſunt, vt dicit idem Bald.*in c.2.de re iud.vide etiam Panor.in c.ſuperbiâ.de accuſ. & Lud.Rom.conſ. 308.in terminis propoſita quæſtionis, &c. & in l.ſi verò.§.de viro.46 fallen.ff.ſolut.matr.* Itē *Rolan.de Valle.con.7.n.7.li.1.& conſ. 12.nu. 11.& ſeq.lib.3.*

OBSERVATIO LV.

Gail.li.1. obſ. 81.n.15.& ſeq. A.Reyger.

Poſitio plura capita continens, an ob vnius falſitatem negari tota poſsit?

CONTROVERTVNT Dd. an poſitio continens plures articulos, ob vnius articuli falſitatem, poſſit negari tota? Nā Ioan.And.& Spec.*tit.de litu conteſt. parte 2.* cenſent poſſe, quibus adſtipulantur Alex.Are.& Iaſ.*in l.1.§.ſi ſtipulanti.& §. ſed etſi mihi.num.10.ff.de verb.oblig.* Contrà verò Bart.*in dict.§.ſi ſtipulanti.ff. de verbo. obg.*& Panor.*in c.1., de plus petit.* rectiùs tradiderunt, eam totam poſitionem generaliter negari non poſſe, quam partim veram partim falſam eſſe reſpondens credit. Et hâc ſententiam, vt veriorē & Chriſtiano homine digniorem, Camera ſequitur: quæ adeò vera eſt, vt obtineat, etiamſi vnus tātùm poſitionis articulus verus ſit, reliqui verò omnes falſi: *prout concluſum fuit in cauſa ſupremi magiſtri ordinis Ioannitarum, contra Comitem de* Oſtfrieſsland, *mandati de reſtituendo, &c.27. Octob. anno* 1554. Idque propterea, vt omne periurij periculum euitetur, & periculoſa quorundam aduocatorum verſutia prorſus excludatur. *Ad prædictam quæſtionem adde, quæ notant Deci.& Cagno.in l.non poteſt videri improbus.ff.de reg.. iur. Neuiz.s. con. 94. n.12. Ang.in §.ſi quis.n.5.Inſt.Mand.& cap. Tho.1.glo.q.208.*

OBSERVATIO LVI.

Clauſula Saluo iure impertinentium, *effectus.* Gail li.1.obſ. 81.nu.2.& 12. Maſcar. de probat.vol.1. concl.131.per tot. A.Reyger.

CLAVSVLA *Saluo iure impertinentium*, magnam ſemper vim habet, tam ex parte reſpondentis, quàm ex parte Iudicis. Nam ſi litigator reſpōdeat articulis adiecta hac clauſula: hęc proteſtatio facit, vt ſi poſitio, cui ſemel reſponſum eſt, poſtea impertinens reperiatur, pro non cōfeſſo habeatur reſpondens, nec vllum ipſi generetur præiudicium. Et ſic etiam probatio reddita ſuper tali poſitione impertinenti, quādo admiſſa fuiſſet ſub iſta clauſula, nullius momenti erit, *prout tradunt Angel.Bald.Bar.in l.2.§. quod obſeruari. C.de iur.prop.cal.& in l.ſi duo.§. idem Iulianus.Vbi etiam Alexa.Iaſ.& alij.ff. de iureiur.qua de re Afflict legas deciſio 33. & Gui.Pap.deciſ.347. nec non Tho. Gram. affatim loquentem, deciſ.45.numer.4.cum ſeq.*

Sic

Digitized by Google

Sic etiam ex parte iudicis operatur hæc clauſula, quòd ſi euidenter poſtea in proceſſu appareat, non fuiſſe admittendas aliquas poſitiones, habeantur pro nõ admiſſis, & reiiciantur etiã depoſitiones teſtiũ receptæ ſuper illis, *iuxta Ioan. Andr. Ioann. de Imo. & comm. Doctores in c. cum contingat. de off. deleg. Innoc. in c. quod ad conſultationem. de re iudic. Bal. in Margar. verbo, exceptio. hoc idem tradunt etiam Legiſtæ in locis ſuprà citatis: vide quoque Franciſ. Curt. in tractat. de poſitionibus, vbi idem firmat: & hoc obſeruat Camera.*

OBSERVATIO LVII.

De abſol. à iuramento vide Gail. li. 2. obſ. 41. num. 1. 2. & 3.

An abſolutio à iuramento ſemel facta ad totam cauſam ſufficiat?

1. *Abſolutio prima à iuramento non videtur ſufficere.*
2. *Contrarium quod ſufficiat deciditur.*
3. *Poſito antecedente ponitur conſequens.*
4. *Exemplo prædicta declarantur.*
5. *Textus in c. veniens cl. 2. de teſt. declaratur & explicatur.*
6. *Felin. conſilium ſubijcitur.*

Abſolutio à iuramento præſtito ſuper contractu aliàs iure valido quid operetur vide Hartm. Hart. de iurament. tit. 25 obſ. 9. n. 4. Et quomodo pro abſolutione à iuramento ſupplicandum. vid. ibid. n 7. A. Reyger.

QVANDO aliquis impetrauit abſolutionem à iuramento, vt poſſit docere de iniquitate contractus, renunciationis, trãſactionis, vel alia qualitate, ob quã mereatur abſolui à iuramento, ſi poſtea probet de illa qualitate, dubitatum fuit, an neceſſaria ſit ſecundaria abſolutio, vel prima ſufficiat, ad hoc vt is poſtea poſsit
1. infirmare contractum? Et videbatur, † primam non ſufficere, cùm non fuerit relaxatio plena, ſed ſolùm quod ad effectum agendi, vt habilitetur ad aliud: ideóque videtur opus eſſe alia, ad effectum obtinendi retractationem contractus, *arg. c. veniens. 2. de teſtib. & per Bart. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiurand.* Contra-
2. rium tamen † deciſum eſt in Camera, per ea quæ ſcribit Caſtr. *conſil. 219. circa pri-*
3. *mum quæſitum*, dicens, † quod ſi per relaxationem iuramenti fuit data licentia ad agendum, videtur etiam data ad impugnandum, *arg. l. qui procuratorem. ff. de procur.* Deinde licet à principio relaxatio non fuiſſet plena, tamen repletur ex poſt
facto probationibus factis. † Sicut in ſimi- 4.
li dicitur de bonorum poſſeſsione ſecundùm tabulas petita per hęredem ſcriptum ſub conditione: quia licet nunc non tribuat ius, ſed nudam tantùm facti adminiſtrationem. *l. ſi quis inſtituatur. ff. de hered. inſtit.* exiſtente tamen, vel deficiente conditione tribuitur plenius ius, nec eſt neceſſe iterum bonorum poſſeſſionem petere, *l. 3. §. ſed etſi ſub conditione. & ibi not. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* Ita in noſtro propoſito prima habilitatio ad effectum agendi, prodeſt ad finem obtinendi & peragẽdi, nec opus eſt de nouo ſuperflua pe-
tere. † *Non obſtat d. c. veniens, quia loquitur* 5.
in probatione ad effectum agendi facta ſummariè: quia tunc bene requiritur plenior
ad finem obtinendi, &c. † Fel. tamen in c. 6.
peruenit. nu. 29. ad fin. putat tutius eſſe, quòd impetretur ſecunda abſolutio: ſed hoc in Camera non ſeruatur.

OBSERVATIO LVIII.

Conuentus actione reali an Dominum nominando iudicium euitare poſsit?

Additio. Emptor denuncians litem motam Venditori ſuo, nõ liberatur ob id à perſecutione litis. Vvurmſ. tit. 22. de euict. obſ. 1. num. 8. A. Reyger.

1. *Vaſallus & Emphyteuta* Dominum *nominando iudicium non euitant, & num. 5.*
2. *Doctorum in hac quæſtione fluctuationes apud Scinum videndæ.*
3. *Diſtinctione præſens quæſtio illuſtratur.*
4. *Nudus detentor domino nominato iudicium effugit.*
5. *Speculatoris doctrina ponitur.*
6. *Domino non præiudicat ſententia aduerſus alium, qui ius in re eadem habet.*
7. *Habens tantùm ius in re quando Dominum rectè nominabit.*
8. *Exemplo Emphyteutæ & vaſalli prædicta illuſtrantur.*

QVANDO conuentus actione reali, vel mixta nominat Dominum in iu-
dicio, & ipſe cõuentus habeat † ius in re, 1.
vel ſi vaſallus, aut emphyteuta, non euitat per hanc nominationem iudicium, ſed nihilominus in cauſa procedere tenetur,

F

etiamſi ſuper tota re ſimpliciter& in ſoli-
dum conueniatur,& non ſolùm ſuper iu-
re ſuo.*per gloſſ.opt.& ibi Cyn.Bart.& alios.*
in l.2. C.Vbi in rem act. Atque ita iudica-
tum quandóque fuit in Camera in cauſa
Reineck,cõtra Liechtemburgk, 30.*die Ia-*
2. *nuarij,anno* 1535. † Verùm cùm in iſta quæ-
ſtione,an nominatio locũ habeat pro reb.
in quib.cõuentus habet aliquod ius,mul-
tum varient Dd. vt videre eſt apud Mar.
Soci.*in rep.c.quoniam frequenter.§.in alijs.*
vt lit.non cont. vbi recenſet quatuor opinio-
*nes, & Afflic.deciſ.*217. ideò pro conci-
3. liatione diſtinguendi † ſunt tres caſus.Pri-
mus,ſi conuentus actione in rem, nullum
ius ea in re habeat,ſed ſolùm detineat, vt
eſt colonus, inquilinus,depoſitarius & ſi-
miles,tunc debet nominare dominum in
4. iudicio.† Detentor enim ex ſola detenta-
tione conueniri poteſt,*c.examinata.de iu-*
dic.l.officium.in fi. de rei Vend. vnde ad ef-
fugiendum iudicium ſibi dictatum nomi-
5. natio ipſi conceditur. † Secundus, ſi im-
petitus actione reali, ius aliquod in re,
quę petitur,habeat, vt eſt emphyteuta,va-
ſallus,ſuperficiarius, &c. tunc ſi ſuper ſuo
tantùm iure cõuenitur, non eſt locus no-
minationi,cùm ipſe ſit dominus illius iu-
ris petiti,*gloſſ.& Dd.communiter in d.§.in*
alijs, aitque Specul. *tit.de prim. decr.§.re-*
6. *ſtat. verſicu.ſed quid ſi actor*, † dominum
ea ſpecie iudicium in ſe ſuſcipere volen-
tem non eſſe audiendum:quia tametſi ip-
ſius interſit, naturalis tamen poſſeſſio,
qũa de tunc agitur,non domini, ſed rei
7. conuenti eſt. † Verùm ſententia & actus
eius iudicij non præiudicabunt Domino
proprietatis abſenti. Tertius, ſi habens
ius in re,conueniatur ſuper tota re in ſo-
lidum,vtquia tota res ſimpliciter petatur,
ſicque non ſolùm dominij & poſſeſſionis
rei conuenti iure, ſed etiam de directo
Domini abſentis dominio ſit controuer-
ſia,admittenda eſt nominatio: nihil enim
commune habet proprietas cum poſſeſ-
ſione,*l.Vltim.§.nihil commune.ff. de ac-*
8. *quir. poſſeſſ.* † Vnde emphyteuta & va-
ſallus ſi ratione vtilis dominij, quod ha-
bent, conueniantur,dominum in iudicio
rectè nominabunt. Idem & de fructuario,
& marito de rebus dotalibus, & ſimilibus
dicas, *de quo Vide Socin.poſt cæteros, in d.§.*
in aliis præſertim.n.112.& 113.

OBSERVATIO LIX.

Deſertio appellationis à Iudice eſt attendenda, etiam parte non excipiente: & quando id non obtineat?

Gail.lib.1 obſ. 137.nu.5. Sententia lata poſt deſertionem appellationis ſuper cauſſa principali ipſo iure non tenet. Vvurm.de appellat.tit.24. obſer.10.n.1. A.Reyger.

SI appellatio eſt deſerta licet vtraque pars appellationem ſit proſecuta, non attenta deſertione,nec mentione de ea facta vſque ad ſententiam,Iudex non debet ſuper principali pronuntiare, quod ſi facit, ſententia eſt nulla propter defectum iuriſdictionis, quia prior ſententia abijt in rem iudicatam,ideóque ipſo iure reuoluta eſt iuriſdictio ad Iudicem à quo. Debet ergo appellationis Iudex pronunciare appellationem deſertam, *per c.e.ſi appellationem, ibi glo. & communiter Canoniſtæ de appel. Paul. de Caſtr. poſt gloſſ. in l.eos.ff.eod. Bald. in auth.hodiè, num.4.C.eo.tit.* *Ita factum & practicatum fuit in cauſa* Dobeneck,*contra* Schotten, *item in cauſa Ioſephi* Hornlin, *contra Hoſa* Becker, *die 5.Martii,ann.*1550.Sed nec hoc caſu partes etiam expreſſe poſſunt prorogare iuriſdictionem:*Tholoſ.deciſ.*244.*in fin. Bal. auth. hodiè. C. de appel.*Prædicta tamen doctrina procedit ſi ab vtraque parte appellatio eſt deſerta: ſecus, ſi appellans eam deſerat, appellatus autem intra fatalia eam proſequatur, forte confirmandæ vel reformandæ prioris ſententiæ, vel etiam expenſarum cauſa: quod ex communi beneficio appellationis ipſum facere poſſe,ſuprà diximus *obſer.*21.& hæc eſt notabilis limitatio,de qua vide etiam Panor. *in c. ex parte.de reſcript. & c. ſæpè. poſt Anton. eod. tit. Feder.de Sen.con.*108.*& Dec.Tholo.*224.*ſuprà allegata.*

OBSERVATIO LX.

An ſuprà dictum axioma plures exceptiones annotantur.

Gail.lib.1.obſ. 137.n.2.& 3. A.Reyger.

QVOD iam dictum eſt,Iudicem appellationis non poſſe ſuper principali pronunciare, quando reperit appellationem deſertam, hoc aliquoties non obtinet, Nam ſi reperiat priorem ſententiam

eſſe:

eſſe confirmandam, & partes in principali proceſſerint, nihil opponendo de deſertione, poterit nihilominus ſuper deſertione pronuntiare, vel ſententiam in priori inſtantia latam confirmare: *ita factum quandoque fuit in cauſa* Scheffers, *contra* Gruningen, *19. Ianuarii. anno* 1543. *& meo tempore in cauſa* N. Heckin, *contra* Reichenburg, 26. *Auguſti, anno* 1551. Secus tamen eſt, ſi in principali prior ſententia vel infirmanda vel reformanda eſſet, quia tunc pronunciandum foret ſuper deſertione, & non infirmanda prior ſententia: idque propter defectum iuriſdictionis, quę propter deſertionem remanſit penes iudicẽ cauſæ principalis, vel certè ad eum reuerſa eſt, *l. ſi contra. & l. quoniam. C. de appel. Sa lic. in l. eos. eod. tit. Ioan. And. in c. in praeſentia, de appel. & pulchrè. Gui. Pap. conſil.* 47. *quaeſt.* 3. *& conſil.* 69. *num.* 11. Rurſus non habet locum ſupradictum axioma (ſcilicet iudicem appellationis, ſi reperiat deſertionem, non poſſe in cauſa principali iudicare) ſi is antea pronunciaſſet ſe competẽtem, cauſam ligitime deuolutam, vel non deſertam eſſe appellationem: tunc enim valet proceſſus in negotio appellationis, licet reuera cauſa nõ ſit deuoluta, quia vel nulliter appellatum, vel appellatio deſerta: *ita tenet* Imol. *Ioan. And. & Domini in c. 1. §. poſt hoc. de appell. lib. 6. Ant. & Imo. in cap. ſuper literis. de reſcrip. Inno. c. 2. de dilatio. idem in c. ſi duobus. ibi Philip. Franc. numer. 10. de appel. & in 6. Romana. §. ſi verò. eod. tit. in 6. Bart. poſt gloſſ. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. Atque ita obſeruatum fuiſſe memini meo tempore in duabus cauſis, videlicet in cauſa* VVormbs, *contra* Mollerpeter, *& in cauſa* Rodenmacher, *contra* Raidt, *& conſortes: quae omnia tanquam ſingularia diligenter obſerua.*

OBSERVATIO LXI.

Vid. Gail. 1. obſ. 149. Eſt autem reductio ad arbitrium boni viri petenda infra decem dies poſt latũ arbitramẽtũ, Hart. Hart. ti. 11. de pact. &

Reductio ab arbitramento, ad quem Iudicem fieri debeat?

REDVCTIO ab arbitrio boni viri, coram quo Iudice petenda ſit, váriârũt Doctores, nam Lud. Rom. *conſil.* 265. *praeſens.* cenſet petẽdam coram eo, qui eſt Iudex arbitratoris, ad inſtar appellationis: quem etiam ſequitur Matth. de Afflict. *deciſ.* 51. licet dicat, hoc non eſſe deciſum per ſacrum Concilium. Alij verò frequentius cenſuerunt, eundem eſſe ad Iudicem rei, qui ſcilicet eſſet futurus Iudex cauſę, ſi actor voluiſſet in Iudicio litigare: ita Bart. *in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. Panorm. c. Quintanallis, n.* 39. *de iureiur. & in c. cum dilectus, num.* 20. *de arbit. Bald. Ang. & Caſtr. in l.* 2. C. *vbi, & apud quem.* Idem videtur tenere Alex. *con.* 131. *in prin. volum.* 2. *vbi hanc communem dicit, prout enim etiam refert* Couar. *in variis reſol. lib.* 2. *cap.* 12. *in princ.* Meminit etiam huius ſententiæ Rol. à Val. *conſil.* 76. *num.* 33. *to.* 1. *Conc. & Car. Molin. in add. ad Alex. d. conſi.* 131. *vol.* 2. *in verbo, ordinarium.* Et pro hac poſteriori opinione fuit iudicatum in Camera Imperiali, *in cauſa Antonii* Leden, *contra Eberhardum* Prents, 7. *Octob. anno* 1542. in pleno cõſilio, fuerúntque denegati proceſſus, & ad ordinarium rei cauſa remiſſa. Et hanc opinionem, velut communiorem, Maranta quoque approbat *in ſuo Sper. part. 6. in tract. de appel. §. reductio. nu.* 114. allegans pro corroboratione, quòd arbitramentum ſit quędam tranſactio. Quemadmodum ergo volens impugnare trãſactionem, adire Iudicem rei debet, ſic etiam veniẽs contra arbitramentum, quod tamen declarat & limitat, niſi ex forma alicuius ſtatuti haberent lauda, executionẽ & actionem: quia tunc ad Iudicem arbitratoris recurrendum eſſet, *per ea quae dicit Bart. in d. l.* 2. C. *vbi, & apud quem, & eſt apud Pano. in d. c. Quintavallis. de iureiur.*

tranſact. obſ. 7. n. 11. A. Reyger.

OBSERVATIO LXII.

De terminĩ circũductione, Vid. Gail. lib. 1. obſ. 59. nu. 5. vid. inf. cent. 5. obſ. 86. A. Reyger.

Terminus non habetur pro circumducto quandiu nuncius eſt in mora: ſicut nec impedimentum, quod ex parte Iudicis prouenit, parti imputatur.

QVANDO impedimentum venit ex parte nuncij tardiùs proceſſus afferentis, itaquòd non poſſit in iudicio intra terminum eorum reproductio fieri, tunc non habetur terminus pro circumducto,

nec opus eſt reſtitutione, prout deciſum eſt meo tempore per Aſſeſſores Camerales *in cauſa Ioannis* Henne, *& conſortium contra* die Schuſter vnd Gerber Zunfft zu Hildesſheim *Ianij. anno* 1550. Quemadmodum enim nihil imputatur parti, quãdo impedimentum ex culpa Iudicis prouenit, *iuxta auth. item ſi appellatione. C. de temp. app. & Bal. in l. quibus dieb. ff. de condit. & demonſt.* ſic quoque in prędicto caſu, quia culpa nuntij tardius proceſſus aſſerentis circumductus fuerat terminus, impedimentum illud non attendebatur à Dominis.

ADDITIO.

Si impetrans citationem in termino nõ compareat, ſed poſt terminum citationem reproducat, proclama non decernitur contra citatum, ſed noua citatione aut reſcripto citationis opus eſt, *VVurmſ. tit. 6. de citat. obſ. 16. num. 2. & ſeqq. add. ibid.* A. Reyger.

OBSERVATIO LXIII.

Gail. 2. obſ. 55. num. 6. A. Reyger.

In appellatione terminus pro circumducto quando habeatur?

QVIDAM appellans impetrauit citationem contra appellatum: in termino neuter eorum comparuit, deinde poſt terminum, & tres iuridicas effluxas comparuit appellans, & appellationem voluit proſequi: appellatus allegauit circumductionẽ termini, iuxta Ordinationem Camerę, *tit. 12. §. vlt. in 3. part.* quę ait, Circũduci terminum, quando actor, qui curauit citari, non comparet in termino: quęrebatur, an eſſet audiendus? & reſponſum fuit eum non eſſe audiendum: quia prædicta locum habent in cauſis ſimplicis querelę, & prima inſtantia, non etiam in cauſis appellationis, in quib. redeundum eſt ad ius commune, nempe, quod non obſtante circumductione (quia ſcilicet in termino neuter litigatorum comparuerit) poſſit poſtea procedi ſine noua citatione. *& ita deciſum eſt in pleno ſenatu, 29. Nouemb. anno* 1548. Porrò de hac circumducti termini materia, & intellectu d. §. *Vlt. in tit. 12. par. 3. ordin. Vide quæ latiùs dicam infra cent. 5. obſer. 92. & 93.*

OBSERVATIO LXIV.

Appellatus etiam poſt terminum comparens poteſt petere proclama: & an illud ex officio decerni poßit? Gail. 1. obſer. 49. num. 11. A. Reyger.

QVID autem, ſi termino præſcripto, neque appellans neq. appellatus cõpareat, & poſtea appellatus cõpareat, petátque proclama ſibi decerni aduerſus appellantem abſentem, an ſit decernẽdum? Concluſum fuit à Dominis, quod ſic: *atque ita factum in cauſa* der Hunterben, *contra* Stenen, *die 6. Nouemb. an.* 1554. An autem Iudex ex officio, & parte non petẽte proclama decernere poſſit. Et dicẽdum quod nõ poſſit, quoniam de iure nunquã aduerſus contumacem ad actum aliquem ſit progreſſus, niſi ad inſtantiam & poſtulationem alterius partis, *per text. l. ad peremptoriam ff. de iudi. l. properandum. §. 1. C. eo. & auth. qui ſemel. C. quo. & quan. Iud. ibi Bart. nu. 1. Idem in auth. et qui nu. 5. C. de temp. appel. & nouiſſ. Maran. in ſuo Spec. par. 6. tit. de contuma.*

OBSERVATIO LXV.

Suſpectus de fuga capi poteſt, etiam à Iudice incompetenti. Gail. 2. ob 44. Iudicis eſt cõſiderare, an & quando accuſatus cuſtodiri vel capi debeat. Marc. Hart. tit. 50. de accuſat. obſ. 2. num. 1. A. Reyger.

SVSPECTVS de fuga poteſt capi etiam per Iudicem prorſus incompetentem: veluti ſi Iudex laicus iuberet capi clericũ: nam contra capturam perſonę factam propter ſuſpicionem fugę, nõ poteſt opponi de incompetentia Iudicis: *Ita Alex. Lud. Rom. & Iaſ. in l. 2. ff. de iuriſdict. om. iud. & in l. plerique ff. de in ius vocand. Vbi refert, ſic ex facto conſultum reſpondiſſe Petrum de Ancha. con. 162. in auxilium Veritatis.* pro quo dogmate facit, quia ſi debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi per ipſum creditorem, & ſic per priuatam perſonam, *l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cre.* multò magis per Iudicem, vtcunque incompetentem, *arg. l. Vlt. C. de maleſic. per l. generali. C. de decur. lib.* 10. Quorſum pertinet etiã, quod Alciatus annotauit, clericũ delinquẽtem, ſi ſit ſuſpectus de fuga, capi poſſe, vt Epiſcopo ſuo tradatur ſine metu excõmunicationis, Epiſcopo ratũ habente verè vel fictè, *in c. cùm non ab homine de iudic.*

Digitized by Google

iudic. num. 64. Vbi ita communiter teneri ait. Adde prædictũ etiam gloſſ. ſingul. in §. in multis. Verbo, in tranſitu. Inſtit. de libertis. (quam Bald. in l. conſentaneum. C. quo. & quan. iud. & alibi ſæpè commendat) vbi tradit regulam, quòd quando actus aliquis ſine permiſſione iudicis fieri poteſt, ſi auctoritas iudicis interueniat etiam minus ſolenniter, nihil vitiet: idque multis ſimilibus tendentibus ad hanc regulam comprobari poſſet, *quæ apud Iaſ. in l. Vinum. in gloſſ. magna. ff. ſi cer. pe. congeſta reperies.*

OBSERVATIO LXVI.

De appellatione vnius ex conſortibus. Vide Gail. 1. obſ. 126. A. Reyger.

Conſortes appellationis an ſinguli nomen ſuum exprimere debeant?

QVÆSITVM aliquando fuit, an ſicut in obtinendis ſiue extrahendis proceſſibus contra hæredes, tutores, auxiliatores, complices, &c. neceſſe eſt vigore Ordinationis Cameræ, ſingulorum nomina ſpecificare, ita etiam idem ſeruandum ſit, quando ſunt multi conſortes vnius appellationis? Et concluſum fuit, quod non ſit neceſſe. Idem quoque eſt, ſi ſint multi concreditores expreſſi in actis: *ſicut olim deciſum eſt in pleno conſilio, 28. Septemb. anno 1541. in cauſa Comitum de* Mansfeldt, *contra* Mansfeldt. Nec obſtat allegata ordinatio: quia hi non ſunt ſimiles perſonis ibi expreſſis: requirunt enim quandam cauſæ cognitionem, & legitimationem ad initium, an ſcilicet ſint hæredes, vel tutores, vel complices.

OBSERVATIO LXVII.

Gail. lib. 1. obſer. 37 Clericus ſubiicitur Iudici ſeculari in certis caſibus. Hartm. Hartman. in Miſcellan. 1. obſer. 6. A. Reyger.

Laicus an in Spiritualibus & inter perſonas Eccleſiaſticas Iudex eſſe poſſit?

1. *Laicus de ſpiritualibus & inter perſonas Eccleſiaſticas non iudicat.*
2. *Nec Eccleſiaſticis licet in Laicum compromittere.*
3. *In poſſeſſorio cauſa ſpiritualis Laicus eſt competens Iudex.*
4. *Poſſeſſorium temporale aliquid.*
5. *Guidonis deciſio.*
6. *Laici ſententia inter Clericos ex compromiſſo vim pacti habet.*
7. *Caſus recitantur decem in quibus Laici iuriſdictio extenditur ad Clericos.*

VVLGATI iuris eſt, Laicum non poſſe 1.
eſſe Iudicem in cauſis ſpiritualibus,
nec inter perſonas Eccleſiaſticas, † adeò 2.
quòd nec compromitti poſſit in laicum,
iuxta Dd. in c. contingit. ext. de arbit. Si tamen
verſentur in mero poſſeſſorio, etiam
laicus dicitur competens Iudex, † vtcun- 3.
que cauſa ſit ſpiritualis, *vt tradunt Innoc.
Ioan. And. & Ant. de But. in c. fin. de iudi.*
Ætiologia eſt, † quia poſſeſſorium non eſt 4.
quid ſpirituale, ſed temporale, *Vt dicit
Archid. in c. 1. de reſtitu. ſpol. & Zabarell.
cle. diſpendioſam. de iudic. probatque Guid.
Pap. conſ. 68. nu. 3. & conſ. 78. ad fin. allegando
gloſſ. in c. literas, de iur. cal.* Et quòd in
interdicto tam recuperandæ, quàm retinendæ
poſſeſſionis cognitio etiam pertineat
ad iudicem laicum, determinant
† Guid. Pap. *deciſ. 1. & 58. Vbi refert ita ob- 5.
ſeruari in Curia Parlamenti Pariſienſ. &
Delphinalis*: & Nicol. Boer. *deciſ. 69. num.
29. Vbi latius Vide.* † Idem quoque dicen- 6.
dum de compromiſſo, quòd ſcilicet clerici
poſſint conſentire in ſententiam laicorum,
vt valeat tanquam per pactum, ſicut
Panor. ex facto conſultus reſpondit *conſil.
33. part. 2. idemque Felin. docuit in c. 2. nu. 8.
de iudi.* Atque ita determinarunt etiam
domini Aſſeſſores *in quinta cauſa Epiſcopi
Herbipolenſis contra Abbatem Fuldenſem,
relata 4. die Febr. an. 1552.* † Sunt & alij 7.
multi caſus, in quibus Iudex laicus ſuam
Iuriſdictionem exercere poteſt aduerſus
clericos: nos (quia ſæpiuſculè de hoc controuerti
ſcimus) potiores in vnum velut
faſciculũ connectemus, cętera relinquentes
commentariis. Primus eſt, ſi clericus Caſus 1.
agat aduerſus laicũ coram iudice ſeculari:
nam conueniri ibidem à laico poteſt:
quæ ſententia vtcunque multùm controuerſa,
crebriori calculo obtinuit auctore
Bart. *in auth. & conſequenter. C. de ſentent.
gloſſ. c. 1. de mut. petit. & Bald. l. 2. §. ſed ſi negant,
de iud.* vbi ait, hanc eſſe prorogationem
legalem, *Vide etiam Spec. de recon. §.*

nunc dicemus. Ver. ſed pone clericus. vbi limimitat eam non procedere, ſi clericus reconueniatur, vel de cauſa ſpirituali, cuius ſit incapax Iudex laicus, vel de cauſa criminali quę infamet, vel deniq. laicus data opera & malitioſe iniurietur clerico, ad hoc vt conuentus coram laico ipſum ibi-
2. dem reconuenire valeat. Secundus caſus eſt, ſi clericus ſuccumbat corā Iudice laico, quia tunc recte in expēſas condemnatur: *Imol. & Felin. ca. at ſi clerici. in fin. de*
3. *iudic.* Tertius, ſi clericus citetur à Iudice laico vt compareat, ſi ſua intereſſe putauerit, valet citatio: nā ſi compareat, dicitur vt actor, non vt reus comparere, & ſic ſua comparitio eſt voluntaria, *Bald. Caſtr. & Alexand. in l. teſtamento omnia C. de teſt.*
4. Quartus ſi clericus ſequeſter electus ſit à Iudice laico, poteſt per eum compelli, vt ſequeſtrum reſtituat: *Bal. & Iaſ. l. ſi fide iuſſor. §. Vlt. qui ſatiſ. cog. per text. in l. fin. §. pen.*
5. *C. de bon. auct. iud. poſſid.* Quintus, ſi clericus minor litigare velit coram iudice laico, dabit illi curatorem ad litem. nam (vt alibi diximus) talis curator ad litem ſemper ab eo, coram quo lis vertitur, dandus eſt: *Bald. l. fin. de adminiſt. tut. per text.*
6. *cap. fin. de iud. libro 6.* Sextus, poteſt iudex laicus cognoſcere de cauſa ſpirituali inter Iudęos, vel infideles, cùm hi ſint extra Eccleſiam: *Ita Alexand. in l. Tit a, col. 3. verſ. ſecundo. ff. ſol. matri. Anchar. c. ea qua. in quaeſt. de reg. iur. lib. 6.* Septimus, abſolu-
7. tione à iuramento conceſſa per iudicem Eccleſiaſticum, poteſt ſecularis de eius nullitate cognoſcere, *Felin. c. 1. col. 5. Verſi. poſſet etiam ſecularis. de iureiurando Anchar.*
8. *conſilio 382. retento ordine.* Octauus, iudex laicus poteſt clericum delinquentem capere, deprehenſum in crimine vel rixa, non tamen vt ipſum detineat, ſed pręſentet iudici Eccleſiaſtico, *Bald. l. ſi quis per calumniam. Verſ. ſed quaero C. de Epiſc. & cler. Dd. communiter in c. cùm non ab homine. de iudic.* ſi tamen in clericali habitu incedebat, aliàs ſecus: *Baldus ibidem, Verſicul. ſed ponamus.* Nonus, clericus per E-
9. piſcopum degradatus, poteſt puniri à Iudice ſeculari, *text. & ibi Dd. c. nouimus. de verb. ſig. & d. c. cùm non ab homine. Spec. plenè de accuſat. §. ſecundo loco. Vbi latè materiam degradationis proſequitur: de quo Vide etiam Gemin. in c. de gradatio. de pœnit. lib. 6.* Poſtremo ratione fundi, quod 10.
clericus à laico tenet, ſortitur forum coram iudice laico, *c. caterùm. de iudic. c. ex tranſmiſſa. & c. Verum. de for. comp.* Idem, quando eſt autor laudatus, *per l. Venditor. ibi. Dd. ff. de iudic. & Abb. c. fin. de emp. & vend.* Sunt & alię pleręque ſpecies, quas, quia non carent controuerſia, omiſimus, de quibus vide Aufre. in repet. cle. 1. de offic. ord. vbi congeſſit 62. fallentias ad regulam, Quòd laicus inter perſonas Eccleſiaſticas, & ſuper iure Eccleſiaſtico, non poſſit eſſe iudex.

OBSERVATIO LXVIII.

Decendium ad appellandum non poteſt prorogari per partes, licèt quò ad fatalia ſit ſecus.

Gall. lib. 1. ob. 139. n. 6 & obſ. 140. & 141. Aſin. in prax. §. 2. c. 9 num. 11. A. Reyger.

DECENDIVM, quod datur ad appellandum, non poteſt prorogari per partes, etiamſi hoc fieret per modum cōpromiſſi: nam etſi compromiſſum inter partes factum ſit, per hoc non impeditur curſus decem dierum, qui ad appellandū de iure concedūtur: vnde niſi ſit appellatum intra decendium, appellatio dicitur deſerta. Secus tamen eſt in fatalibus, quæ ad proſecutioné appellationis de iure indulgentur: quia illa poſſunt prorogari, tam per compromiſſum, quàm etiam aliàs per conſenſum partium, *vt per Zabaral. poſt Paul. de Leaz. in clem. quamdiu. Vbi de hoc eſt textus expreſſus, de appellat. & vide text. in auth. ſi tamen. C. de temp. appel. Gui. Pap. deciſ. 115. & deciſ. 240.* vbi dicit, etſi appellans & appellatus ineant compromiſſum ſine temporis pręfinitione, tamen per lapſum triennij compromiſſum non dicatur deſertum, ac per cōſequens nec appellatio ipſa deſerta, *per d. auth. ſi tamen.* ſed requiri, quòd poſt arbitrium deſertum biennium effluxerit, *Vt ibi per eum, atq. ita in Camera non ſemel obſeruatum fuiſſe memini.* An autem tempus primę inſtantiæ, puta triennij, ſimiliter à partibus prorogari valeat? *dicam infra cent. 3 obſeru. 47.* Cętera huc pertinentia, & quando decendium ad appellandum cōceſſum incipiat currere, *vide pariter infrà cent. 3. obſer. 11.*

OBSER-

OBSERVATIO LXIX.

Facit doctrina Gaileri 1. obſ. 55. n. 2. & 3. Si citatus impediat, quo minus citatio ad ipſum perueniat, vel ad eũ locum, in quo eſt citandus, non ſit tutus acceſſus, poteſt fieri citatio per Edictum. Vvurm. in ti. 66. de cita obſer 8. A. Reyger.

Citatio ad domum executa, citato alibi ex ſua culpa abſente valet.

IN cauſa agitata inter Chriſtophorum de *VVeiſbergk*, contra Dominũ Philippum Landgrauium Haſſiæ, &c. variantibus ſententiis controuerſum eſt, & tandẽ maioribus votis concluſum, quòd citatio tanquam ad domum facta, valeret citato alibi ſua culpa detento, & incarcerato, etiam in cauſa fractæ pacis. Atque ita ſeruatum in Camera in prædicta cauſa, & tum præfatus Landgrauius Haſsiæ erat in cuſtodia Caroli V. Imperatoris. Vtrùm autem aliàs ſufficiat citatio ad domum, *vide Bartol. in l. dies. §. pretor. ff. de damn. infect. & in l. 1. in princ. ff. de liber. agnoſc.* Item an citatio facta in perſonam vxoris, vel ad domum habitationis viri, ſufficiat, *pulchrè tractat Guid. Pap. deciſ. 445. & conſil. 121. vbi vide.*

ADDITIO.

Citatio per Edictum vel citatio Edictalis aduerſus omnem ſubditum extra territorium omniũ eſt tutiſsima, *apoſt. Bart. ad l. 1. §. 1. ff. de requir. reis, Gail. lib. 5. obſ. 56.* Quia citatio per Edictum commode fieri poteſt contra eos, quorum domicilia ſiue loca non poſſunt tutò liberéve adiri, *cle. 1. de iudic. c. ſtatuimus. de offi. delegat.* Et hîc obſeruandum. In Camera Imperiali petens edictalem citationem, debet in libello ſupplici ad minus tria loca domicilio citandi vicina exprimere, aut allegare, quod hoc in Cancellaria facturus ſit, *Gail. 1. obſ. 57. Vant. de nullit. ex def. cit. num. 133.* Quod ad minus in duobus locis executio citationis per Edictum fieri debeat. A. Reyger.

OBSERVATIO LXX.

De praxi Cameræ in executorialibus decernendis. vide Gail. 1. obſ. 113. n. 14. & 15. A. Reyger.

Executio poſt deſertam appellationem ſtatim facienda.

QVANDO appellatio deſerta eſt, ſententia ſtatim debet mandari executioni, nec habet condemnatus quadrimeſtre tempus, vel aliam dilationẽ legalem, ad ſoluendum, vel præſtandum id, in quo eſt condemnatus: *per gloſſ. notab. que incipit, nonne, in l. 2. C. de temp. appel. quam dicit ſingularem, & perpetuò mente tenendam Paul. de Caſt. ibidem, ver. item nota gloſſ. qua &c.* Et hæc doctrina in Camera Imper. recepta eſt: & meo tempore non ſemel mandata executorialia pro exequenda ſententia fuerũt decreta, cùm inferior iudex exequi neglexiſſet, vel diſtuliſſet.

OBSERVATIO LXXI.

Aditioni hereditatis & iuri immiſcendi quanto tempore præſcribatur?

Gail lib. 2. obſ. 130. n. 16. A. Reyger.

1. *Iuri adeundi hereditatem triginta annis præſcribitur.*
2. *Saliceto contrarium tenenti reſpondet Corneus.*
3. *An iuri immiſcendi 30. annis præſcribatur.*
4. *Negatiua ex Iaſonis ſententia ponitur.*
5. *Quæ ab Auctore tacitè comprobatur.*

VARIANT Doctores, quanto tempore præſcribatur iuri adeundi hæreditatem, quod extraneorum hæredum eſt: vel ſe immiſcendi, quod ſuis hæredibus competit? Et quod ad aditionem hæreditatis attinet, † communior opinio eſt 1.
(quam etiam Camera ſequitur) quòd huic iuri præſcribatur ſpacio triginta annorum, ſicut & aliis iuribus: cùm hæreditatem adire ſit ius, & non facultas facti, *per text. in l. ſi mater. ibi. Caſt. de inſtit. & ſubſtit.* ſicque, quòd poſt triginta annos hæreditas delata non poſſit ampliùs adiri: & hanc communem ſententiam late firmat *Bald. poſt gloſſ. in l. licet per illum text. C. de iur. delib. quem Alex. & Iaſ. ibid. ſequuntur: Idémque tenent gl. & Dd. in l. 3. ff. de acquir. hæred. & l. 1. C. quan. non pet. par. &c. in l. 1. ff. de cond. ex leg. & l. filio præterito. Vbi etiam Moder. ff. de iniuſt. rupt. Caſtr. in l. ſi quis ſuus. ff. de iur. delib.* † Et quamuis 2.
Salic. *in d. l. licet.* per multa argumenta teneat contrarium, tamen ei ſatis reſpondet Corne. *conſi. 305. circa primum. colum. 3. libro 3. & con. 17. circa præſentem conſultationem. & con. 70. duo veniunt. ver. his tamen non obſtantibus eo. lib. item Rom. con. 71. Viſis dubijs. & Franc. Barb. de præſcr. in 4. par. qu. princ. quæſt. 19.* An autem idem locum habeat in iure immiſcendi, quod (vt

dixi) ſuis hæredibus competit , quod &
3. huic 30. annis præſcribatur? † gloſſ. & Dd.
in d. l. licet, communiter tenent, tãto huic
tempore pręſcribi. Iaſon contrà nullo vnquam tempore iuri immiſcendi pręſcribi
4. aſſerit, † quia cùm ſuus iure ciuili ſit hæres neceſſarius, non poteſt quæri de ali-
5. qua præſcriptione. † Nec obſtat, quod etiam ſuus hæres beneficium abſtinendi iure habeat prætorio , §. *ſed his præmittit. Inſtit. de hered. qual. & diff.* quia illud non habeat locum, niſi vbi eſt vtile filio, *l. ſi filium, qui patri. ff. de vulg. & pup.* ſed ſi poſſet præſcribi, damnoſum id foret filio: ergo &c. *quod & Angel. voluit in dicta l. 1. C. quan. non pet. par. ibi Alexand. & Caſt. in l. fi. C. de rep. hered. Vide plura apud Iaſonem, in d. l. licet. n. 34. & 50.*

OBSERVATIO LXXII.

Gall. lib. 2. ob. 110. n. 5. & ſeq. Legitimę ſupplementum petens non dicitur teſtamẽtum patris impugnare. Hart. Hart. in t. 41. de ſucceſ. obſer. 4. nu. 9. Vid. latè Cuch. Authẽt. nouiſſi. n. 9. C. de inoff. teſta. Vaſq. in l. omnimodo. eo Bart. in tr. de leg. t. c. vltim. Graſſ. §. legitima. q. 47. Pet. Gregor. Tholoſan. in Syntag. lib. 44. c. 5. n. 11. Soarez in theſaur. l. 2. num. 90. Gomeſ. tom. 1. reſo. c. 11. nu. 23. verſ. pulchrã. A. Reyger.

Præſcriptio agendi ad ſupplementum legitimæ, requirit triginta annos.

QVAMVIS Bar. *in l. ſi quis filium in fi. C. de inoffic. teſt.* tradat, iuri agendi ad ſupplemẽtũ legitimę pręſcribi quinquẽnio ad inſtar querelę inofficioſi, tamẽ eius opinionem Bald. Salic. & Caſtr. reprobãt, aientes, requiri triginta annorum ſpaciũ ad talem præſcriptionem , ſicut in alijs perſonalibus actionibus. quod etiam tenet Angel. *in l. Papinianus. §. ſi conditioni. de inoff. teſt. & Alexand. conſil.* 128. *Conſiderata verbis teſtamenti. lib. 1. & conſil.* 8. *lib. 3. item Ang. Areti. in princ. Inſtit. de inoff. teſt.* vbi dicunt, illam eſſe communiorem. Et dicebant Domini, cum illa quæſtio in Camera incidiſſet, prędictam opinionem non ſolùm veram eſſe in ſupplemento legitimæ , ſed etiam in ipſa legitima iure naturæ debita filio, &c. id quod etiam Dd. in locis ſuprà dictis fatentur.

OBSERVATIO LXXIII.

Gall. li. 1. obſ. 53. nu. 3. Exceptio feriarum etiamſi ſit dilatoria poſt litem conteſtatam admittitur. Vvurmſe. in tit. de fer. 11. obſ. 2. Et

Exceptio dilatoria ſucceſſiuum tractum habens , quandocunque etiam poſt litẽ conteſtatam, rectè opponitur, & de exceptione loci non tuti.

EXCEPTIO habens grauamen ſucceſſiuum, & non momentaneum, quamuis ſit dilatoria, (qualis eſt exceptio loci ſuſpecti, vel non tuti) poteſt quandocunque opponi, etiam poſt litem cõteſtatam: *Ita in quadam cauſa concludebant Domini, ex dicto Archid. qui hoc tradit 3. quæſt. 6. in ſumma & §. exceptio. & in cap. hortamur. 3. quæſt. 9. quod pro eleganti & memorabili commendat Alex. in l. de ætate. poſt numer. 11. ff. ad Trebellian.* vbi multa pulchra congeſſit de exceptione loci non tuti, ſeu peſtilentis, an & quando locum habeat? item quando citatus ad locum non tutum, comparere teneatur, vel appellare? *de quo etiam per Dd. in c. ex parte c. ſi duobus. de app. ibi* Ioan. *Ant. Butr. & Imol. & Inno. in c. ſignificantibus. de no. oper. nunc. Bart. l. 3. C. de app. recip. & l. aut prætor. §. permittitur. ff. de minor. idem quoque Bal. tenet in peremptorias. C. ſent. reſc. non poſ. & ſaſ. in §. rurſus. & §. fuerat.* Inſtit. *de actio.* Illud pro cautela tradit, vt eo caſu , quo notorium eſt , in loco citationis morari inimicos citati, mittatur procurator , vel excuſator (vti Dd. vocant) ad allegandum de loco non tuto , *per gloſſ. not. in c. cum dilecti. de do. & contu. in verbo reſponſalem. Inno. c. ex parte, de appel. Phil. Franc. ibid. & Afflict. deciſ. 289. num. 24. Hypol. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. vbi concludit, omnia banna ob contumaciam in non comparendo ad locum non tutum , ipſo iure nulla eſſe, nec vllam mereri Executionem, &c.*

quando Exceptio dilatoria poſt litem cõteſtatam proponi poſſit, vide eundem Vvurmſe. in titu. 8. de Except. obſer. 2. A. Reyger.

OBSERVATIO LXXIV.

Denegatio vel dilatio iuſtitiæ requirit documentum.

vid. ſup. obſ. 24.

QVAMVIS in ordinatione Cameræ diſponitur *in 2. parte, tit.* 8. §. 13. contra iudices, aut commiſſarios , qui vigore ordinationis pro prima inſtantia dantur, etiam habere locum conſtitutionem de denegata vel protracta iuſtitia, ſi intra annum cauſam non determinent, tamen nõ creditur narratis partis , vel ſupplicantis etiamſi aſſerat, à tempore, quo introducta fuerit cauſa, annum effluxiſſe: ſed opus eſt documento aliquo, propter verbũ (*Rundlich*) in conſtitutione, denegatæ vel protractę iuſtitiæ , *in Ordinatio. fol.* 114. Et cõſtat regulariter de iure cõmuni in iudice

non

Digitized by Google

non prę ſumi negligentiam: niſi probetur legitima requiſitio, *per tex. in l. 2. C. de offic. ciui. Iud l. 1. C. de ſuſce. & arca. libr. 10. inde Barto. in l. damni. §. Sabinus ſententia. num. 8. in fin. ff. de dam. infect.* Iudex enim tum demum negligens dicitur, quando à parte requiſitus non adminiſtrat iuſtitiã: ſecus eſt, ſi non ſit requiſitus, *iuxta Bald. in cap. 1. §. iudices. num. 6. de pace iura. fir. & Iaſ. in l. vniuerſa num. 4. C. de preci. Impe. offer.* Atque ita ſupplicãti *N. Colmetſchen*, contra Duces Saxonię, decretæ ſunt promotoriales ex officio, vel quod documentum exhiberet denegatę vel dilatæ iuſticiæ: idemque meo tempore multoties obſeruatum fuit.

OBSERVATIO LXXV.

Salario prohibito an liceat vltro oblatum accipere?

1. *Accipere prohibitus nec ſpontè oblatum rectè accipiet, & nu. 2. & 3.*
4. *Quædam honeſtè accipiuntur, quæ inhoneſtè petuntur.*
5. *Prohibitus petere, ſpontè oblatum rectè accipit.*
6. *Iudici quando liceat munera & eſculenta accipere, & nu. 7. 8. 9. 10. & 11.*
12. *Diſtinctio inter Iudicem ordinarium & delegatum.*
13. *Delegatus Pontificis præter eſculẽta nihil accipere debet.*

SI ſtatutum, vel ordinatio prohibet, ne recipiatur ſalarium, cùm verba iſta ſint generalia, † & comprehendant etiam ſponte ſoluentem, non poteſt quis etiam vltrò oblatum recipere: *ita concludit* Dec. *poſt* Barto. *in l. iniuſtus. §. quod cuique, ff. de reg. iur. allegat tex. in c. exigit de cenſi. libr.*
2. 6. † vbi ſicut non poteſt quis exigere, pariter à ſpontè ſoluente recipere prohibetur: *& text. in l. 1. C. pub. læti. vel conſi. libro*
3. 12. *verb. accipientem, vbi dicitur,* † pari
pœna puniri illum qui accipit à ſpontè dante, & illum qui exigit, *quem Ioann. de Pla. ibi ad hoc notat.* Hoc tamen intelligitur procedere, ſi agatur de intereſſe publico, & in caſibus à iure expreſſis: aliàs ſe-
4. cus: † quia quędam honeſte accipiuntur, quæ inhoneſtè petuntur, *vt dicit text. in*
l. 1. §. proinde de variis & ext. cog. † Fallit 5.
item ſupradictum dogma, ſi quis prohibetur petere: quia per hoc non cenſeretur prohibitus accipere ab eo, qui ſpõtè pręſtaret, *per c. dilectus. 2. in fin. ext. de ſimo.*
† . Cæterùm an iudices munera, vel eſcu- 6.
lenta & poculenta accipere poſſint, vide quæ latiſſime ſcribit Matth. de Afflict. *in Comment. reg. Sicil. in conſtit. incip. Capitaneorum princ. numero 24. & 26. fol. (mihi) 120. vbi in quæſtione iſta.* an & quando liceat iudici aliquid accipere, ſic diſtinguit:
† Aut volo dare iudici pecuniam ob iuris 7.
mei retentionem, ſiue redemptionem, vel cauſæ expeditionem, & non licet, *l. vt puta. §. fin. ff. de cond. ob tur. cauſ. & l. quæ explicandi. ibi Ang. C. de accuſ.* † Aut ad cor- 8.
rumpendum iudicem: & tum non modò non licet, ſed punitur etiam iuxta *l. 2. C. de pœn. iud. qui mal. iud. cum ſimili.* † Aut 9.
pro amicitia, & tunc poſſum ſolùm dare, & ille recipere eſculentum & poculentum, quod intra paucos dies conſumitur, *l. plebiſcito. ff. de offic. præſid. ibi Gul. de Cun.* † Aut volo dare iudici, velut meo 10.
conſanguineo, ratione coniunctionis, & poſſum ei dare quantum volo, *l. 1. in fin. ad Iul. rep.* † Aut volo dare ob impenſi 11.
laboris remunerationem: & tunc intereſt,
† an ſit ordinarius iudex, & habeat ſala- 12.
rium à Principe, vel ex publico, & tunc nihil poteſt recipere, *vt dicit auth. ſcriptum exempl. poſt tit. ſine quoquo ſuffrag. & habebetur in c. 1. ne præla. vices ſu. niſi eſculentum & poculentum*, quod breui ſit duraturum, *d. l. plebiſcito. Specul. titu. de ſalar. §. 1. verſic. ſi verò eſt ord.* An verò ſit delegatus: & tunc habebit ſportulas ſecundum cuiuſq; loci conſuetudinem, *vt in Nouel. de iudic. §. ne autem labor. fac. l. qui ordinaria. C. de offic. rec. prouin.* Alexan. *l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non. ie.* † Delegatus autem à Papa ni- 13.
hil recipere debebit, quàm eſculenta & poculenta, *c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. libro 6. vide de hoc latius per tex. & Dd. in d. l. plebiſcito. ff. de offic. præſ. & Alexan. conſi. 205. viſo themate. volum. 2. Anchar. c. ſtatutum. §. inſuper. & ibi Archid. & Ioan. Andr. de reſcri. libro 6. Alber. Roſa. & alij, in l. ſolent. §. vltim. ff. de offic. proconſ. & leg. Bartol. in l. lex Iulia. ff. ad l. Iul. re-*

petun. Salic. in l. iubemus. Cod. eod. & Spec. d. tit. de ſalar. §. 1.

OBSERVATIO LXXVI.

Iudici non poteſt remitti iuramentum.

NON valet ſtatutum, nec conſuetudo, quòd Iudicibus remittatur iuramentum: quia hoc materiam delinquendi daret: quod axioma plurib. explicat Roch. de Curt. *in rep. & c. Vlt. col. 15. Vbi multa allegat, ext. de conſuet.* quæ breuitatis ſtudio prætereo, & ſtudioſum iuris eò remitto. Omnes omnino iudices, ſiue illi ſint maiores, ſiue minores, ſiue ordinarij, ſiue legati, etiamſi à litigatoribus electi fuerint, tenentur præſtare iuramentum de rectè iudicando. De hac & cognata materia vide elegantiſsimum tract. Dn. Ludolphi Schraderi *par. 16 ſect. 11. à n. 105. Vſque ad finem, vide etiam* die Braunſchvveigiſche Hoffgerichts Ordnung. *c. 3. in fin.*

OBSERVATIO LXXVII.

Gail. li. 1. obſ. 136. nu. 4.

Appellatione deſerta, an nullitas deſerta cenſeatur?

1. *Nullitas non concidit appellatione deſertâ ex opin. Bart.*
2. *Baldi opinio eſt contraria.*
3. *Diſtinctione producta conciliantur, & num. 7.*
4. *Sublato principali corruit acceſſorium.*
5. *Nullitatis quæſtio de nouo moueri poteſt, appellatione deſertâ.*
6. *Sub Verbo* (Appello) *nullitatis querela tacitè continetur.*

VETVS quæſtio eſt, & à multis annis controuerſa, An ſi appellatio, & nullitas ſimul deducantur in iudicium, deſerta appellatione, cenſeatur etiam deſerta eſſe nullitas, ita quòd poſtea nullitas non videatur amplius in iudicium deduci
1. poſſe? † *de qua per Dd. in l. ſi expreſſim. ff. de appella.* vbi Bart. nullitatem non putat concidere: idémque expreſſe tenet Deci. *in c. cùm ſit Romana. num. 27. de appell.* in appellatione tam iudiciali, quàm extraiudiciali: idem Bart. *in l. cùm quærebatur. ff de re iudic.* vbi tamen alij tenẽt contrariũ: quibus accedit Bald. † *in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.* per efficaces & vehementes rationes, quas ibi videre licet: & idem ſequitur Card. *in cle. ſi appellationem. de appellat. & Fran. in d. c. cùm ſit Romana. idem in c. interpoſita. § ille denique q. 4. de appell. & Guid. Pap. con. 38. nu. 9.* 2.

Appellationis cauſa deuoluit ad ſuperiorem cauſam nullitatis; & cauſa nullitatis deuoluit ad cauſam iniquitatis, pulchrè. Vvvrmſ. in tit. 24. de appel. obſ. 13. A. Reyger.

† Verum hæc contentio cùm incidiſſet, ego dicebam, eam conciliari poſſe diſtinctione, vt ſcilicet diſtinguamus inter nullitatẽ incidenter propoſitam, & nullitatẽ principaliter in iudicium deductam. Nam ſi appellatio & nullitas ſimul proponitur deſerta appellatione, nullitas quoque intercidit, † velut acceſſoria & incidenter propoſita, *per l. cum principalis. de reg. iur. & c. acceſſorium. eod. tit. lib. 6.* adeò quòd appellans tali nullitati ſic incidenter & acceſſoriæ propoſitæ non poſſit amplius inſiſtere, cùm cenſeatur cum ipſa appellatione, velut acceſſorium cum ſuo principali, pariter ſublata eſſe. Et hoc eſt, quod Baldus dicit *in d. §. qui prouocauit.* nullitatem in appellationis vẽtre claudi. † Sed inde non infertur, quòd propterea in alio & nouo iudicio, nullitas intra 30. annos nõ poſſit principaliter deduci: ceſſat enim hoc caſu prædicta ratio, quoniam talis nullitas, quæ principaliter proponitur, nullam habet cohærentiam cum cauſa principali, nec ad eam acceſſorie venit: ideóque de vna ad aliam male infertur: & ita videtur etiam voluiſſe Guid. Pap. *conſil. 10. & conſi. 185. & Ferrar. in for. appel. ab interloc. Verb. in his ſcriptis prouocare. de quo Vide etiam Alex. conſi. 59. lib. 4. Deci. conſi. 8. col pen. & Couar. in lib. Pra. quæſt. c. 24. verſi. quòd ſi deſerta.* Et hanc diſtinctionem tum ſecuti ſunt Domini Aſſeſſores, & ſecundum eam deciderunt *in cauſa Ioannis* Ferber, *contra Alexandrum Fabri. 10. die Decembr. anno* 1550. *& poſtea in cauſa nullitatis N. de* Asbeck, *contra* Rasuelt, 7. *Decembris anno* 1554. † Facit ad prædicta, quòd etiam ſub verbo (appello) ſimpliciter prolato, nullitas tanquam connexũ includatur. *iuxta Bald. l. 1. C. quando prouoc. non eſt nec. Zaſ. d. l. cùm quærebatur. vbi allegat l. Carmelia. ff. de iure patron.* Quod ſi ita eſt, conſequeretur nullita-

nullitatem ſemper deſeri appellatione deſerta,etiamſi expreſſim non eſſet deducta, cùm ſub verbo (appellare) intelligatur etiam nullitas,per ſupradicta:quod tamen ex communi Interpretum ſententia falſum eſſe conſtat.
7. † Quare diſtinguendum, vt ſupra diximus: ſicque Iuriſconſultorũ ea in re diuerſę opiniones conciliandæ videntur. *Vid.ſuſ.cent.4.obſ.63.*

OBSERVATIO LXXVIII.

Iurans non reuelare ſecreta,an turpia & illicita reuelare poſſit ſine periurio?

De iuramento non reuelare ſecretum,an ad teſtimoniũ cogi poſſit? Vid.Gail 1. obſ.100.n.3.4. & 5.
Teſtes cogi poſſunt vt reuelent ſecretũ, Vvurm.tit. 48.de teſtib obſ 14. addi.ib. pulchra. A. Reyger.

IVRANS non reuelare ſecreta, poteſt nihilominus ſine periurij reatu turpia & illicita reuelare, *per gloß.in c.ego. N. in Verbo,pandam,ext.de iureiur. quam ad hoc notant Panor. & cæteri.* eámque tanquam ſingularem commendat Roman. *ſingul.506. & Felin.in d.c.ego N. Vbi multa allegat in penul.col.* Iuramentum enim de non reuelando, non extenditur ad inhoneſta & turpia,ſed de honeſtis tantùm, & alijs non nociuis intelligitur. Debet autem eo caſu reuelari non omnibus, ſed ei tantùm,cui poteſt prodeſſe & nõ obeſſe, *vt dicit ibidem gloſſ. & facit ad idem textum,gloſſ.in c.nerui.verſi.contagione.13. diſtinct.* Cęterùm an dicens alicui ſecretum & ſubiungens, Hęc dico tibi in confeſſione, poſſit reuelare? *Vide Abb.in c.qualiter 1. in fin. de accuſat. & Innoc.in c.omnis.in fi.de pœn. & remiſ. & Card.in conſi.38.*

OBSERVATIO LXXIX.

Trãſactio ſuper fracta pace an fieri poſſit?

Gail.lib.1.de pac.pub. c.11. n.11.14.& 15.& ſeq & li.2.c. 38.nu.1.
An ſuper crimine admittatur tranſactio vid.Hartman. Hart.tit.21.de pact &tranſa. ob.1.per tot. A. Reyger.

1. *Tranſactio ſuper fracta pace valet.*
2. *Vbi ſanguinis pœna metuitur tranſactio permittenda.*
3. *Tranſigens ad accuſandum amplius non admittitur.*
4. *In Criminibus pœnã ſanguinis non ingerentibus tranſactio improbatur.*
5. *Idque ipſum ex communi opinione.*
6. *Quæ tamen Iulio Claro teſtante non ſeruanda.*

1. CRIMEN fractæ pacis licet ſit publicũ &capitale, poteſt tamẽ & ante & poſt ſententiam banni,inter partes ſuper eodem tranſigi:id enim ordinatio Cameræ expreſſe permittit *in 2.parte,titu.18.* ſaluo tamen iure fiſci, ob vindictam publicam: † Sic etiam de iure communi in 2.
criminibus pœnam ſanguinis irrogantibus licita & permiſſa eſt tranſactio *per l. tranſigere 18.C.de tranſact. & ibi communiter Dd.* quia vnicuique ſanguinem ſuum qualitercunque redimere licet, *tex.in l. 1.ff de bo.eo.qui an.ſen.mor.ſibi conſ.* † Et 3.
hoc adeò verum eſt, vt ſi tranſactum ſit ſuper crimine pœna ſanguinis vel mortis inferente, ante accuſationem inſtitutam, tranſigẽs nõ poſſit amplius accuſare reũ: idq; non ſolùm in publicis,ſed etiam priuatis delictis, ſi pœna ſanguinis vel mortis imponenda ſit,locum habet. † Cæte- 4.
rùm in alijs criminibus ſiue publicis,ſiue priuatis ſanguinis pœnam non irrogantibus, tranſactio ante accuſationem irrita eſt, & inualida & nullius momenti,adeò vt ea non obſtante accuſatio inſtitui poſſit à tranſigente contra reum:idque vt crimina puniatur, *cùm publicè interſit,ne crimina maneãt impunita,l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aqui.De hoc vide tex. & glo.in l.2. §. ſi in cuius.ff.de ſep.viol.D.in l.accuſationem.C.qui accuſ.non.poſ. & l.tranſigere.C.de tranſact.Bar.eleganter in l.ſi maritus.§.ſi negaueris.ff.ad Leg.Iul.de adul.Et dicit Alex.in d.l.tranſigere.n.16.* hanc eſſe communem Doctorum ſententiã: tametſi Iulius Cla. *in pract.crimi.aſſerat.* de conſuetudine trãſactiones in criminalibus indiſtinctè ante accuſationem inſtitutam initas valere,atque ita vſu forenſi obſeruari.

OBSERVATIO LXXX.

Minoris bona an vendi poſſint,diſtinctione explicatur?

Aduerſus minorem,qui curatorem recuſat,quomodo procedatur, Vide Gail.2. obſ.108.n.1.

IN ea quæſtione,quando contra minorem procedi valeat ad bonorum vẽditionem,reſectis ſuperfluis,ſic diſtinguendum eſt: Aut minor curatorẽ habet, & iſte curator vel defendit eum, & tunc via ordinaria proceditur:aut nõ defendit eũ, ſed latitat,vel negligẽter defendit,tũc creditores immittuntur ex primo decreto,& poſteà ſit venditio,ſed minor recuperabit

Digitized by Google

omne damnum à curatore negligente,vel latitante,*l.2.& l.vlt.C.ſi tut, vel cur.* Aut minor non habet curatorem: tunc refert, an poterat habere curatorem , & noluit, vel non fecit diligentiam , vt inueniret, & tunc proceditur ad venditionem,*iuxta l.ſi minor.ff.de bon.author. iud. poſſ.*quia eſt, quod ſibi imputetur. Aut non poteſt inuenire curatorem,nec aliquis eſt,qui eum defendat,ita quod ei nihil imputari poteſt:& tum non proceditur ad bonorum venditionem ſine delectu , ſed ſeruandus eſt ordo,*de quo in l.Fulcinius.§.adeò ff.quib. ex cauſ.in poſſ.eatur.*

OBSERVATIO LXXXI.

Additionales articuli in cauſa purgationis admittuntur quidem ad probandum,ſed reus ad eos reſpondere non compellitur ſine noua citatione.

IN Ordinatione Cameræ inter cætera diſponitur,In cauſis purgationis,priuſquam citentur ſuſpecti de crimine violatę pacis publicę,offerendos iudici articulos ſuſpicionis , eoſdémque citationi inſerendos eſſe.Dubitatum fuit,an ſi poſteà in proceſſu is , qui citari fecit aliquem, producat additionales ad priores,illi ſint admittendi,cogendúſque reus eiſdem reſpódere? Etconcludebatur in pleno ſenatu,admittendos quidem eſſe additionales ad probandum : ipſum verò reum ad reſpondendum deſuper ſine noua citatione compellendum non eſſe.*Ita deciſum olim fuit in cauſa Fiſcalis contra Sebaſt. de* Ebingen,*tanquam receptatorem nobilis de* Veningen,*bannitos , 17.die menſis Decemb. anno* 1530.

OBSERVATIO LXXXII.

An poſt purgationem obtentam quis denuò accuſari poſſit?

Gal.de pac. pub.c.7 n. 11. Poſt contumaciam in purgando cómiſſum & de ignorante citato ſi non cóp areat vid.Gall 1. de pac.pub.c.8. A.Reyger.

AN poſt purgationem accuſator denuò admitti poſſit ad accuſandum ſuper eodem crimine , dubitatum fuiſſe memini per ea quę tradit I[illegible]or. *in c.ex tuarum.num.5.de purg.Can.* Sed crebriùs obtinuit accuſatorem , ſi velit probare, quòd iurans peierauit,admittendum eſſe, quia iuramentum purgationis eſt iudiciale,contra quod recipitur probatio ,*iuxta notata Dd.in l.admonendi.ff.de iureiur.Hoſtien.in Sum.de purgat. Can.* *verum an purgat.in fin.Et de hoc vide etiam per gloſſ.in c. Mannam.2.qu.4. & Archid.in c.habet hoc proprium.circa fi.2.q.4.vbi concludit quòd poſt purgationem non admittatur accuſator , niſi in certis caſibus,de quibus ibi per eum,& Inno.in c.peruenit.in gloſſ.verbo,inceſtus. de pur.Can.*

OBSERVATIO LXXXIII.

Pignorans ſi ius ſuum non deducat in termino citationis , ei id ampliùs facere non licet.

QVANDO emanárunt proceſſus ex conſtitutione pignorationis,& pignorans non deducit intra præfixum ſibi terminum cauſas factę pignorationis, tunc ſolet ei pręcludi via id denuò faciédi,ſaltem quò ad pręſentem pignorationem,abſoluíque is , qui obligatus erat ſe ſiſtere pignoranti, ſi probaſſet ius pignorationis.Et ſeruatur talis forma,quòd ipſi via deducendi ſuum prætéſum ius pignorandi ſiue capiédi præcluſa eſſet, abſoluique debeat is, qui ſe pignoranti tenebatur ſiſtere,&c. *D.ß jhme der VVeg ſeiner angemaſtē Gerechtikeit angezogener Hafftpffandung, vnd Gefengnis halb , wetters furzubringen hiemit verſchloſſen vnd der Verſtrickte von ſeiner Verſprechung erlediget ſein ſoll,&c.*

OBSERVATIO LXXXIV.

Mandatum procuratoris quando morte principalis extinguatur?

Gall.li.1. obſ. 46.n.4.Procuratoris mandatum quando finiatur morte mandatis.VVurm.de procuratt.5. obſ.15.

REGVLARITER moriente principali ante litem conteſtatam , per eius mortem extinguitur mandatum procuratoris,tanquam re adhuc exiſtente integra,*l.nulla.C.de procurat.l.mandatum. ff. mandati.*Hoc tamen ceſſat,ſi dominus ſatiſdedit de iudicato ſoluendo procuratore con-

Digitized by Google

tore conſentiente: quia tunc mandatum morte mandantis non finitur, docente Barto'. *in l. ſi defunctus ff. de procur a. & dicit Bal. ibidem*, quòd mors domini procuratorem hodie ferè nunquam reuocari faciat, propter clauſulam ſatiſdationis, quæ instrumentis procuratoriis ſemper ſolet adiici: *per tex. in cle. 1 de procurat.* Atque ita obſeruatum fuit à Dominis Cameralibus *in cauſa Hadelmi de Ponte, contra Laurentium Mariſchalcum & conſortes, anno* 1548.

OBSERVATIO LXXXV.

Appellans quamprimum fieri poterit, d bet iudici & aduerſario ſi nuare appellationem protestando ſe illã proſecuturũ. Hart. Hart. ti. 19. de ap. ob. 7. A. Reyger.

Certificatio introductæ appellationis omiſſa ſi ſit, executio ſententiæ non reuocatur in viam attentati.

SI appellans prętermittat certificare Iudicem à quo, termino præfixo de introductione appellationis, quamuis ob id appellatio non cenſeatur deſerta, poterit tamen ipſe Iudex ſuam exequi ſententiam, nec retractabitur in viam attentati executio, ſed tum demum vt iniuſta reuocabitur, ſi appellans coram iudice appellationis obtineat: ita concluſum fuit meo tempore in Camera, per ea quæ notantur *in c. perſonas. & c. cùm, & c. irreprehenſibilis. de appellat. Idem tenent domini de Rota deciſ. 94. ſi iudex in nouis. & Butr. in c. ex inſinuatione. de appell. Card. cle. 1. q. 23. eod. titu. & Feder. de Sen. conſi. 27.*

OBSERVATIO LXXXVI.

De teſte extra iudicialiter affirmante, cõtrarium ei, quod iudicialiter depoſuit. Vide Gall. lib. 1 ob. 104. A. Reyger.

Teſtis in diuerſis iudiciis contraria deponens an fidem mereatur?

1. *Teſti in diuerſis iudicijs contraria deponenti in neutro creditur, & nume. 2. & 3.*
4. *Bartolus contrarium ſentit, quod ſcilicet primæ depoſitioni fides adhibenda.*
5. *Ratio huius ſententiæ adducitur.*
6. *Eadem in Camera eſt recepta.*
7. *Teſtificatio debilitatur ſi teſtis in alio iudicio contrarium deponat.*
8. *Teſtis contraria in eodem iudicio deponens reijciendus.*

Regulariter teſtis, qui ſibi ipſi contradicit, dictum nihil valet, Vvurm. tit. 18. de teſt. ob. 25. A. Reyger.

QVANDO teſtis in vno iudicio inter aliquos habito depoſuit ſub iuriſiurandi religione vnum, & deinde in alio iudicio contrarium teſtificetur, mediante iuramento, dubitant Dd. cui dicto ſit ſtandum? † Nam Spec. *in t. t. de teſte, §. 1. verſi. quid ſi teſtis ſecundò inductus.* videtur tenere, neutri depoſitioni adhibendã eſſe fidem propter variationem. 1. † Cuius ſententiæ fuit etiam Fulgoſ. *in l. qui falſa. ff. de teſti.* aſſerendo primam depoſitionẽ, 2. quæ fuit perfecta in ſe, annullari ex pòſt facto per reuocationem factã in alio examine: quia ex quo in hoc ſecundo apparet, teſtem falſum eſſe & periurũ, lex præſumit idem de prima examinatione, *arg. l. ſi hi qui, C. de adult.* † Et idem videntur 3. voluiſſe Butr. & Imol. *in c. cùm in tua. de teſtib.* itémque Ioan. Crotus *in tract. de teſtib. nu. 344.* vbi apertè dicit, contrariam opinionem non eſſe tenendam. † Sed Bar. 4. contrà exiſtimat, primę depoſitioni credendum eſſe, *vt per eum in l. ſi poſtulauerit. §. pé. ff. ad leg. Iul. de adul. & per gloſſ. in Nouel. de teſtibus. §. illud tamen & gloſſ. ordi. in c. ſuper his gloſſ. 1. de pœnis.* Idem videtur ſentire Baldus *in l. Verba. verſi. & nota, quòd ſi teſtis, C. de adul. & in d. l. qui falſa in gloſſ non ſolùm.* Idémque tenent Innoc. Ioan. Andr. Imol. & Moder. *in c. præterea. de teſtibus.* † Et ſuadetur optima ratione, 5. quia talis teſtis præſumitur ſubornatus à parte: ergo ſequitur, primum dictum pręſumi verius, aliàs eſſet in poteſtate teſtis annullare dictum ſuum, & tollere ius iam quæſitũ parti. † Et hanc poſteriorẽ ſententiam, ceu veriorem, obſeruat Camera, quã 6. etiam amplexi ſunt Gui. Pap. *deciſ. 547.* & nouiſſime Alciat. *in tract. præſump. regula ſecunda, præſum pt. 29.* *Vbi hanc eſſe communem atteſtatur, allegando Felin. in dicto c. cùm in tua & Tyndarum in tractat. de teſt. Variantibus, in 2. libr. & Decium conſi. 175. & conſi. 189.* † Aduerte tamen, quia per 7. ſecundam teſtificationem debilitatur prima, adeò quòd ad eam roborandam non poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis parti, cùm talis teſtis non ſit omni exceptione maior: *de quo vide eundem Felin. in d. c. cum in tua. & d. c.*

Digitized by Google

prateres, col.3. in gloſſ. fin. de teſtib. & Alexand. conſil. 10. col. pen. lib. 4. † Cæterùm ſi teſtis ſit ſibi contrarius in eadem depoſitione, clarum eſt neutri dicto ſtandum eſſe, ſed teſtem reijciendum in totum, tanquam falſum, *l. licet cauſam. de prob. l. eos. ff. de fal. & d. l. qui falſa, ibi Salic. Ful. & Floria. quæ eſt communis opinio. cum aliquibus declarationibus poſitis per Fel. in ſæpè dicto c. cùm in tua in 1. concluſ.* Quid autem, ſi teſtis vnum dicit extra iudicium, & poſtea in iudicio contrarium aſſerit? vid. *inf. cen. 6. obſ. 15. vbi dicam.*

OBSERVATIO LXXXVII.

Gail. 2. de pac. pub. c. 7. n. 11. & 12. Iuramentū ſuppletorium in cauſis criminalibus & arduis actori non defertur. VVurmſ. tit. 14. de iuram. obſ. 11. A. Reyger.

Iuramentum purgationis in cauſa fractæ pacis reo ſine noua citatione defertur. Iuramentum ſuppletorium in criminalibus reo defertur, non accuſatori.

QVÆSITVM fuit, an ſi quis ſuſpectum de crimine fractæ pacis accuſet, & deficiat in probatione plena, poſsit reo deferri iuramentum purgationis? Et pleriſque Dominis videbatur non poſſe, niſi inſtituto nouo proceſſu, *iuxta 2. Art. tit. 10. in 2. parte Ordinationis*. Alij dicebāt, de iure poſſe deferri tale iuramentum, *allegantes* Innoc. *& Hoſtien. in c. quoties. per text. ibi. de purg. Can.* Et horum ſententia præualuit, ſicque in cauſa Fiſcalis contra *die Pleſſe*, propter diffamationem, & alia iudicia in actis deducta ſine alia citatione & proceſſu, aliquibus ex reis impoſitū fuit iuramentum purgationis. 2. *Iunij, anno* 1549. Idem velle videtur Hoſt. *in Summa de purg. Can. verſi. quando ſit indicenda, &c.* dicens, regulariter eſſe in arbitrio iudicis, vt actore in probatione deficiente, ſi reus grauatus ſit veriſimilibus coniecturis & præſumptionibus, quòd ad oſtendendam ſuam innocentiam iuramento onerari poſsit: *remittit ad ſua not. in tit. de iureiur. §. nunc redeundum. verſi. quando ſit deferendum. facit tex. in c. vlt. §. fin. eodem titul. vbi Hoſtienſ. & Butri. docent*, quod licet in criminalibus non deferatur iuramentum in in ſupplementum probationis, hoc verum eſſe in accuſatore: ſecus in reo, vbi de pecuniaria pœna agitur: quod etiam poſt Accurſ. Cyn. Bart. Bald. Alber. Angel. & alij *in l. bonæ fidei. C. de iureiur. ſequuntur & dicit Alex. conſil. 66. lib. 1. hanc eſſe communem opinionem, de qua latè Dd. in l. admonendi. ff. de iurein. Hippol. de Marſi. in tract. cri. §. poſtquàm, & latiùs in l. maritus. ff. de quæſtio.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 6. & 7. In iudicio Cam. Imp. in cauſis fractæ pacis articuli actoris in contumaciam Rei pro confeſſis non habe[illegible]ur, ſed ad p[illegible]ndum admittuntur, Mynſin. inf. cent. 3. obſ. 51.

Bannitus in contumaciam non factæ purgationis an ad innocentiam docendam ampliùs admittatur?

1. *Pro conuicto habetur, quia ad purgandum ſe citatus, contumaciter abeſt.*
2. *Admittitur tamen ad probandam innocentiam ſuam, & n. 3.*
4. *Contumacia eſt fictum ſeu præſumptum delictum.*
5. *Sententia ex fictis probationibus lata non tranſit in rem iudicatam.*
6. *Extraneus ad docendam innocentiam contumacis admittitur.*
7. *Conſtitutio quædam criminalis Caroli Quinti adducitur.*

1. Vvurmſ. in tit. 15. de poſit. obſ. 4. addit. ibid. A. Reyger.

QVAMVIS in cauſis purgationis, ſu-
ſpectus de crimine propter contu-
maciam, habeatur pro confeſſo, & conui-
cto criminis cuius inſimulatur, † tamen 2.
non prohibetur probare poſteà ſuā inno-
centiam, iuxta Ordinationem Cameræ *in
2. part. tit. 10. §. 1. per text. in l. ſi is, qui C. ſi ſt.
fac. poſ. quem ad hoc propoſitum notant Ang.
Salic. Paul.* Alex. *& Iaſon.* † Et hoc ibi ex- 3.
tenditur, etiamſi talis pro confeſſo publi-
cè ſit bannitus, quia adhuc admitti debet
ad docendam ſuam innocentiam. † Con- 4.
tumacia enim eſt fictum ſiue (vt Latinius
dicam) præſumtum delictum & ficta, at-
que imaginaria probatio, quæ ex præſum-
tionibus reſultat, *Hippol. in pract. crim. 6.
poſtquam. nu. 51. cum ſeq.* † ſed ſententia ex 5.
fictis probationibus lata non tranſit in rē
iudicatam: ergo meritò audiendus eſt,
*per text. in l. ſi qui adulterij. C. ad l. Iul. de a-
dul.* Inno. *c. tuæ. nos. n. 5. de coha. cleri. Hippol.
in d. Pract. crim. §. ordine. n. 54. & ſeq.* Et
prędicta quoque latè tenet Imo. *in l. vlt.
§. illud. de appel.* Secundò † extēditur, quod 6.
etiam extraneus poſsit innocētiā talis cō-
tumacis bāniti docere, *vt latè per Alex. &
Iaſ. in*

Digitized by Google

Iaſ. in d. l. ſi is qui. Et ita practicatum eſt in Camera ante mea tempora *in cauſa N. de Veils, contra* VVetſchen, 13. *Octobris anno* 1536. *facit ad prædicta tex. in l. decem. Verſi. ſed & diuus. & l. annua. de cuſt. reor. & ibi obique Bart.*] Et quod bannitus etiã poſſit hodie ſuam innocentiã purgare in carceribus, *docet Nouella Conſtitutio criminalis Caroli V. art. 155. vide Spec. ti. de accuſ. §. ſequitur videre de contumacia accuſ. nu. 20. Alber. in l. raptores, per illum tex. C. de Epiſc. & cleric. & l. 1. C. de rap. virg.*

OBSERVATIO LXXXIX.

Gail. 1. obſ. 152. per tot. Adde h. Konig, c. 131. nu. 3. & ib. num. Expenſæ in causâ appellationis, à quo tempore æſtimandæ vide Hart. Hartm. tit. 18. de app. obſ. 7. num. 7. Aſin. in praxi. § 32. c. 2. ampl. pr. 6. A. Reyger.

Condemnatio expenſarum in cauſa appellationis an & quando facienda?

DOGMA illud, Appellantem, etiamſi ſuccumbat in cauſa appellationis, nõ eſſe condemnãdum in expenſis, ſi in prima inſtantia obtinuit, ſententiamque pro ſe habuit, (*iuxta glo. & Dd. in d. l. generaliter. §. ſin autem. C. de rebus cred. & Bal. in l. pen. C. quan. prouoc. non eſt nec. colum. vlt. idem in addit. ad Spec. de inſtrum. edi. §. an in cauſa appellationis*) intelligitur procedere, ſi ex nouis probationibus & actitatis in cauſa appellationis ſuccumbat: ſecus, ſi ex iiſdem, ſeu prioribus actis, *iuxta gloſſ. in c. ignorantia. de reg. iur. libro 6. Imol. & Hoſtiens. in c. finem litibus. de dolo & contu. Bart. in d. §. ſin autem. Ang. l. negociorum, in prin. col. pen. de appe. Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. n. 24. C. de iud.* Atque ita quotidie obſeruat Camera, niſi ſecũdũ Salic. *in d. §. ſin autẽ. & Ang. in d. l. negociorũ.* Illæ nouæ probationes cõcernerent factum proprium ipſius ſuccũbentis, vel factæ fuiſſent de his, de quibus an eſſent vera, cõſtare poterat eidem etiã in primo iudicio: quia tali caſu non excuſatur à condemnatione expenſarum, cùm non habuerit tolerabilem ignorantiam, *vt dicit Salic. in loco ſuprà citato.*

OBSERVATIO XC.

Gail. 1. obſ. ... n. 14. vid. Maſcard. de proba. vol. 1. concluſ. 132. per to. A. Reyger.

Admiſſio articulorum in dubio licita eſt: ſecus, ſi exceptio contra articulos ſit clara.

DOCENT Interpretes vtriuſque ſcholæ, poſitiones & articulos in dubio eſſe admittendos, cum clauſula tamen *Saluo iure impertinentium, & non admittendorum: de cuius clauſulæ effectu ſuprà dixi obſeruat. 56. in hac 2. centur. Barto. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & Canon. in c. cùm contingat. de offic. deleg.* Sed hoc limitatur procedere, quando exceptio, quę opponitur, vt non admittantur, eſt dubia, & requirit altiorem indaginem: ſecus ſi eſt clara & pręiudicialis ad proceſſum, quia tūc ſuper ea ante omnia eſt pronunciandum, *ſecundum Hoſtiẽ. & Panor. in d. c. cùm contingat, Spec. titu. de poſit. §. 7. verſicu. & non, aliàs poterit appellari, Prædictis adde Ang. l. in ſpeciali. ff. de rei vendic.* vbi optimè teſtatum reliquit, quòd meliùs ageret iudex, ſi tali cautela non vteretur, ſed priùs ſuper impertinẽtibus, & antequàm teſtes examinarentur, diſceptaretur: quod certè partibus ipſis magis expedire, palàm eſt, ne tot immenſis ſumptibus, exantlatiſque laboribus vexentur, dum ſuper impertinentibus teſtes recipiuntur, & deinde (erogata tamen priùs pecunia) an articuli, & receptæ ſuper eis probationes reiici debeant, diſcutitur: *quod & Dec. in c. in nomine Domini. & Pariſi. conſi. 67. n. 41. li. 4. voluere. & ita memini obſeruatum fuiſſe in pluribus cauſis: idemque eleganter Nic. Anton. Grauat. in doctiſſimis ſuis ad Veſtrij lib. 5. c. 14. ſchol. num. 26. tradidit.*

OBSERVATIO XCI.

Citatio in quocunque actu regulariter neceſſaria, & quibus caſibus id non procedat. Gail. 1. obſ. ... nu. ...

PRo regula traditur in quolibet actu citationem requiri, etiam in Notoriis & coram Imperatore: Sempérque citandum eſſe eum, qui prætendit intereſſe, ſeu lædi poteſt ex aliquo actu, qui fieret in iudicio, *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. l. nam ſtadium de adopt. & l. ſi quando. ibi Bal. C. de teſtibus.* † Sunt tamen multi caſus, in quibus citatio non eſt neceſſaria, quos in ſtudioſorum vtilitatem paucis complecti lubet: vt putà ſi aduerſarius ſit aliàs præſens in iudicio, 1. Regula. 2. Fallit.

Digitized by Google

Alex.d.l.de Vnoquoque.& in rub. C. de in
1. *ius voc.* Vel conſtet nullam ipſi defenſio-
2. nem competere, *Card.c.cù n ſit Roma. de*
3. *appell.* Vel ſi doloſe latitet, *Innoc.c.ad pe-*
4. *titionem de accuſ.* Vel etſi pręſens eſſet,
non tamen poſſet actum impedire, *Alex.*
l.recuſare.in princ.ff.ad Trebel.Caſtr. conſi.
5. *34. libro 2.* Vel exigerétur tributa & colle-
ctę, ſeu functiones fiſcales: quia in iis pro-
ceditur de plano, nõ ſeruato iuris ordine,
Bald.conſi.434.licet.vol.3. Vel ſuſpectus
6. quis eſſet de fuga. *Fel.n.plenè in c. cùm non*
ab homine.verſic.limita. tertio. de iud. Aut
aliàs periculum ſit in mora, *Alexander &*
7. *Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum. ff. qui*
ſatiſd.cog. *Inno. c.ſignificauit.in fin.de te-*
8. *ſtib.* Item in cauſa criminali, ſi pro abſen-
te pronuncietur, *Bald. in l. ſi accuſatori-*
bus.colum.fin. de accu. Alexand. l. furioſo.
9. *de re iud.* Et in omnibus cauſis, in quibus
proceditur ſine figura iudicij. *Barto.in*
extrauag.ad reprimendam.verſicu. & figu-
10. *ra.* In omnibus itémque actibus, qui ex-
pediuntur per Iudicem ante citationem
partis in cauſa principali, *Bal.& Alexan.*
in l.ſed ſi hac.§.prætor ait.ff. de in ius vocat.
11. Sed & pactum de capiendo debitorem, vel
eius bona, operatur, vt captura fieri poſſit
ſine citatione pręuia, *Ange.Imol. & Ale-*
xan.in l.ſi ſic.de legat. 1. Afflict.in conſt.
12. *pacis cultum.col.6.* Idémq; impetrari valeat
familia à iudice etiam contra tertium
poſſeſſorem: *idem Afflict.deciſ.326. Ale-*
xan.conſi.131.libro 4. Bald.l.ſi aquam quaſt.
13. *10.C.de ſer.& aq.* Pręterea non requiritur
citatio in probatione, quę ſoli Iudici cõ-
14. cludit: Nec in actu expediendo ſecundum
conſcientiam: Baldus *l.certum. verſi. item*
opp.quod Imo.C.vnde leg. & l.ſi quæ per ca-
lumniam. verſic.ſed pone,quòd C. de Epiſc.
& cler.Roman.rub.de arbit. Alexan.d.l.de
15. *vnoquoque.* Nec in relatione agrimen-
ſoris miſſi per iudicem ad menſurandum:
Barto. l. Theopompus.ad fin. de do.præle.
16. Vel in ſententia calculatorum, *Barto.l.*
2.§.quod de frumentaria. & ibi gloſ.ff.de
17. *adm.re.ad ci.perti.* Nec in iuramento de-
ferendo ſuper taxatione, vel liquidatione
rerum vi ereptarum, *iuxta l.ſi quando. C.*
vnde vi.Rot.deciſ.299. licet in no. Iaſon in
rep.l.admonendi.in penu.& vlt. colum. ff. de
iur. vbi hoc ampliat, in omni iuramento,
quod defertur propter delictum, vel contuma-
ciam alicuius. Poſſunt etiam teſtes, de 18.
quorum morte, vel diuturna abſentia ti-
metur. Aut quorum dictis neceſſariò ſtan- 19.
dum eſt. Item mulier honeſta, in propria 20.
domo examinari, parte non citata: *In-*
no.c.Albericus.de teſtibus.Alexan.conſi.130.
libro 1.Bart.in l.ad perſonas. de iureiur. &
Abb.c.ſi qui teſtium.de teſtibus. Prodigo 21.
quoque adminiſtratio interdici poteſt à
iudice ſine alicuius citatione: *Bal.Ange.*
& Mod.in l.is,cui bonis.ff. de verborum obli- 22.
gat. Sed & quicunque actus, qui non prin-
cipaliter, ſed ſolùm in conſequentiam
præiudicium alicuius tangit, eo nõ citato
fieri poteſt. *Alexan.d.l.de vnoquoque. Iaſon*
l.nec quicquam. §. vbi decretum.de offic.
procõſ. & l.ſi quis nec cauſam,ſi cert. pet.
Ideóque nec fideiuſſoris citatio requiri- 23.
tur in ferenda ſententia aduerſus princi-
palem, cum de eius præiudicio principa-
liter non agatur. Sunt & alię pleræque
exceptiones ad ſupradictum dogma, quas
apud Commentatores in locis ſuprà cita-
tis reperire licet: nos potiores tantùm cõ-
geſſimus. *Prædictis adde Phil.Porci.li.1.com.*
opi.concl.43.vbi illam regulam, Quòd ſcil.cet
omnis actus iudiciarius exigat citationem,
ampliat.116.& limit.c.124.modis, vt ibidem
videri poteſt.

OBSERVATIO XCII.

Vxor ex bonis mariti acquiſiuiſſe quando præſumatur?

Maſchard. de probat conc. 30. Hart Hartma.ti.35. de dot. obſ 10. n.5 dicens. Et ideò ſi mulier reperitur habere aliquid vltra dotem, poteſt maritus illud vendicare, quia præſumitur acquiſitum de bonis ipſius niſi vxor contrariũ doceat A.Reyger.

1. *In dubio vxor omnia ex bonis mariti acquiſiuiſſe præſumitur.*
2. *Ideo bona illa marito eiuſque hæredibus cedunt.*
3. *Prædicta præſumptio in concubina non procedit.*
4. *Nec in vidua acquirente poſt annum luctus.*
5. *Nec reſpectu hæredis extranei, & n.6.*
7. *Nec in poſſeſſorio iudicio.*
8. *Per contrariam mulieris probationem hæc præſumptio eliditur, & numero 9.*

IN dubio præſumitur, quicquid acqui- 1.
ſiuit vxor conſtante matrimonio, id
eam

eam acquiſiuiſſe ex bonis mariti, vt mala
ſuſpicio turpis quæſtus euitetur, *l. Quintus*
ff. de don. inter vir. & vxor. l. etiam. C. eo.
& c. ſignificauit. extrà eod. Zaſ. pulchrè conſ.
2. *5. num. 21. lib. 1.* † Et ideò talia bona erunt
mariti, vel hæredum ipſius. Hoc tamen a-
1. xioma in vera vxore aiunt procedere, † nõ
3. etiam in concubina, *vt per Dec. conſil. 237.*
in caſu propoſito. & Alciat. tractat. de præ-
4. *ſumpt. in 3. reg. præſump. 26.* † Nec in vidua — Boer. deciſ. 61. nu. 1. & 2.
viuente poſt annum luctus: *Angel. conſil.*
141. ſuper primo Franc. Crem. ſing. 6. Ripa in
2. *l. fœmina. num. 40. C. de ſec. nup.* † Item
5. locum habet prædictum dogma quo ad
ipſum maritum, eiuſve hęredes, qui poſ-
ſunt obijcere vxori, bona eſſe quęſita ex
mariti bonis: ſecus eſt, quo ad extraneum,
iuxta Bald. in l. ſi vxorem. col. vlt. C. de
cond. inſer. per no. in l. ob maritorum, C. ne
vxor pro marit. ſequitur Alex. l. qui iure. ff.
de acquir. poſſ. & in conſil. 101. ſuper pri-
6. *mo dubio. lib. 7.* † Verum hæc opinio ni-
mium reſtringit text. *d. l. Quintus.* & ve-
rius videtur, quòd quilibet, cuius interſit,
poſſit opponere, cùm iſta prę̨ſumptio nõ
ſit inducta ita demum, ſi maritus velit, ſed
generaliter, vt euitetur mala ſuſpicio: quã
ſententiam Alciat. etiam probat *in tract.*
7. *Præſump. in 3. reg. præſump. 26.* † Sed nec
8. in poſſeſſorio iudicio hæc prę̨ſumptio lo-
cum habet: quia in eo mulier obtinere de-
bet, dummodo ipſa ſola poſſideat: *Bald.*
d. l. ſi vxorem. C. de cond. inſ. ſecus, ſi cum
marito, quia tunc præſumetur potiùs
poſſeſſio mariti, & ipſam poſſidere iure
familiaritatis, ſecundum Alexand. poſt
8. alios *in d. l. qui iure.* † Ceſſat item iſta prę-
4. ſumptio, ſi affirmet vxor & probet, quod
bona, quę acquiſiuit conſtante matrimo-
nio, habuerit ab amaſio: *Ang. in rep. l. ſti-*
pulandum. col. pen. de verb. oblig. vel donata ſi-
bi fuerint ab aliquo conſanguineo, *Fulg.*
9. *conſil. 198. in quæſtione propoſita.* † Idem
5. quoque eſt, quando conſtat mulierem a-
liunde habuiſſe, vnde honeſtè potuit ac-
quirere: vt quia multa bona dotalia ha-
bebat, vel erat negotiatrix, vel aliàs indu-
ſtrioſa. Nam cum iſto caſu ceſſet turpis
lucri ſuſpicio, meritò nec præſumptioni
locus eſt, ſed ex induſtria ſua quęſiuiſſe
præſumitur, *ſecundum Bald. in l. cùm opor-*
tet. C. de bon. quæ liber. & d. l. ſi vxorem. C. d.
condit. inſer. Angel. & Imol. *l. qui iure. ff. de*
acquir. poſſeſſ. Roma. conſil. 159. ſuper eo. Ale-
xand. conſil. 40. vol. 3. Atque ita obſeruatum
fuit in cauſa appellationis Bartoldi Halle, cõ-
tra ciuitatem Altem Stein: *item in cauſa*
Theodorici Iodoci de Landlavv, *contra Nico-*
laï de Ganderſen *nepotes, relata die 16. O-*
ctob. anno 1548. Prædictis etiam adde, quæ in
hanc rem collegit Iac. Phil. Porc. in Com. o-
pin. lib 1. concluſ. 14. per tot. & Gerar. de pet.
Sanct. ſing. 99.

OBSERVATIO XCIII.

Pater an teneatur conficere inuentarium de bonis filij?

1. *Speculator cenſet patrem teneri ad inuentarij confectionem.*
2. *Huic opponitur Baldi opinio.*
3. *Quæ in Camera approbatur.*
4. *Inuentarij confectio incumbit obnoxijs reddendæ rationi.*
5. *Pater filio ad rationem adminiſtrationis non tenetur.*
6. *Pater de prodigalitate ſuſpectus ad inuentarij confectionem cogendus.*
7. *Cautela præſenti caſui accommodata.*
8. *Deſcriptio bonorum quid operetur.*
9. *Lector remittitur.*

QVAMVIS Spec. *tit. de inſtrum. edit. §.* 1.
vlt. verſi. quid de patre, teneat quod — Inuentarium eſt ſcriptura continens omnia inuenta ſeu reperta in patrimonio defuncti. Hart. Hart. tit. 41. de hæred. obſ. 2. nu. 22. A. Reyger.
pater adminiſtrator bonorum filij, ſit ob-
noxius de illis conficere inuentarium, ta-
men contrarium docent, † Bald. *in l. cum*
oportet. §. ne autem. ibi nec ratiocinia & i-
bidem. Dd. C. de bon. quæ liber. & idem Bal.
in aut. cauſa quæ, in fin. C. de Epiſc. & cler.
de quo vide etiam Boer. *deciſio. 61. in 1. par-*
te. † Et hęc poſterior opinio, tanquam ve- 2.
rior, in Camera Imperiali approbata eſt, 3.
ídque tali ratione, † quia inuentarium re- 4.
ſpicit eos qui ſunt obnoxij ad redden-
dam rationem, & non alios, *argu. l. orpha-*
natrophi. & ibi Bald. in 7. notab. C. de E-
piſc. & cleric. † Sed pater ob reuerentiam 5.
paternam non tenetur ſuæ adminiſtratio-
nis rationem filio adhuc in ſua poteſta-
te conſtituto reddere, *l. ſi quis prioris.*
§. fin. C. de ſecun. nup. & per Bartol. in
l. vlt. §. vlt. C. de ſecun. nupt. Ergo nec ad

inuentarij conſcriptionem obligatur. *Atque ita obſeruatũ fuit in cauſa Ioãnis* Dreyes, *contra Balthaſarem* Schmidt. 13. *De-*
6. *cemb. anno* 1548. †Si tamen pater eſſet peruerſæ cõuerſationis, vel ſubeſſet periculũ de diſſimulatione & alienatione bonorum filij, poſſet cogi per Iudicem ad conficiendum inuentarium: quod etiam Specul. *in loco ſuprà citato* ſenſiſſe videtur.
7. † Tradunt etiam plerique pro cautela, vt tali caſu per Notarium in præſentia patris & filij, & duorum amicorum fieret deſcriptio bonorum filij, quæ non eſſet manifeſtanda: & hoc pro iuris & bonorum conſeruatione filij, *iuxta l.* 1. § *ſi ſeruus. ff. de*
8. *vent. in poſſ. mit.* †Nam per huiuſmodi deſcriptionem auferetur via malignandi patri, ſecundum Ioannem Beſſia. *in Conſuet.*
9. *Aruet. tit. de tut. c.* 11. *art.* 2. † De prædictis, idem an & quando pater legitimus adminiſtrator filij, teneatur ad reddendam rationem, vide Iaſiùs Corn. *conſil.* 105. *litera O. in 3. parte, & conſilio* 240. *præſuppoſitis. litera E. 4. parte. & conſil.* 1. *Pro deciſione, litera F. & conſi.* 27. *litera A. in* 2. *parte.*

OBSERVATIO XCIV.

Gail. lib. 2. obſ. 49. Vide inf. obſ. 84. cent. 4. Rauduenſ. de analog. lib. 1. c. 34. nu. 110.

Feudi renouatio an faciat ex antiquo nouum?

1. *Feudum antiquum in præiudicium alterius nouum fieri nequit.*
2. *Ampliatio prædictæ regulæ.*
3. *Feudum paternum renouatum manet paternum.*
4. *Limitatio.*
5. *Nouum feudum quodnam dicatur.*
6. *Et quodnam antiquum.*

Feudi antiqui renouatio quomodo fiat. vid. Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 7. nu. 4.

IN cauſa quadam feudali Nobilium de *Roden*, contra curatores iuniorum Marchionum Badenſium, inter cætera approbata fuit opinio Iacobi de Ardiz. *in Summa de feud. part.* 2. *ſecundæ partis prin. quæſt.* 1. *circa fin. aſſerentis.* † de feudo antiquo
1. non poſſe fieri nouum, in præiudicium alterius: & ſi factum ſit, tamen cenſeri antiquum, & antiqui feudi naturam retinere: quod etiam ſequitur Dec. *conſi.* 445. *nu.* 8. *allegando Bart. in l. quod dicitur circa fin. Verſi. hæc lex inducitur. ff. de imp. in re do. fac. & l. ſi mihi & Titio in fin. Verſi. ſed quid ſi Abbas. de verb. oblig. & Bald. in l.* 1. *quæſt.* 41. *ff. de rer. diuiſ. & l.* 1. *col. penult. Verſic. ſed quid ſi Dominus.* C. *quando non pet. par.* quibus ſubſcribit Alex. *conſil* 30. *lib.* 2. *& conſil.* 105. *lib.* 4. † Et hoc procedit 2.

Conſen. Sch. in tract. feudal. p. 9. princ. p. 2. ſect. 6. n. 25. A. Rugger.

etiamſi illa verba (CONFIRMAMVS, ET DE NOVO CONCEDIMVS) in renouatione reperiuntur: quia vtcunque And. de Iser. *in c.* 1 *Verſi. quid ſi diximus, & de nouo concedimus.* exiſtimet per huiuſmodi verba nouum feudum fieri: tamen veritas eſt, quod per huiuſmodi verba agnatis, qui ſecundùm formam primę inueſtiturę ius ſuccedendi habent, præiudicari nequeat, iuxta Ardiz. *loco ſuprà citato.* † Quorſum pertinet, quod Lud. Roma. ſcribit 3.
conſil. 315. feudum paternum, quamuis refutatum, ſi renouetur, tamen non deſinere eſſe paternum: *alleg. c.* 1. *Vaſal. decrep. ætat.* Quod ſigna tanquam ſingulare. † Prædicta tamen omnia intelligenda ſunt inter 4.
perſonas eiuſdem gentis, ſeu familiæ, ſed non diuerſæ: iuxta Laur. Kircho, *conſil.* 9. *num* 68. *in* 2. *to. conſil. Francof.* † Dicitur 5.
enim feudum nouum, quod de nouo acquiritur & non procedit à ſucceſſione; *c.* 1. §. *conſules tamen. qui teſt. nec. ſint. & not. Bald. l.* 4. *quæſt.* 4. *de re diuiſ. & in prælat. feud. in* 3. *quæſt.* † Antiquum verò eſt, quod 6.
ab anteceſſoribus acquiſitum fuit: *Ardiz. in loco præcitato, & Bald. conſil.* 49. *in primis Videndum. lib.* 2. *vbi* ait feudum antiquum dici, quod à ſtirpe procedit, *alleg. c.* 1. *de grad. ſuc. in feud. vide eundem Bald. in prælat. feud. in* 3. *diuiſ. & in c.* 1. §. *hoc quoque. circa fin. de ſuc. feud.* Card. *conſil.* 92. *fauendo pupillis. in prin. & Alex. conſil.* 30. *quoniam omne datum. lib.* 1. *& conſi.* 26. *ponderatubis. lib.* 5. *De prædictis vide etiam infrà. cent.* 4. *obſer.* 83. *&* 84. *Vbi annotaui, an feudum antiquum in nouum, vel contra feudum nouum in antiquum commutari poßit, &c.*

OBSERVATIO XCV.

Collaterales vſque ad quem gradum in feudo ſuccedant?

De hac quæſt. vide Hart. Piſt. quæſt. 19. lib. 2. par. poſter.

1. *Collaterales vſque ad ſeptimum gradum in feudo antiquo ſuccedunt.*

2. Alij

Gail. 2. obſer. 150. n. 3. & 154. Qui recipit nouum feudũ pro ſe & heredibus ſuis intelligitur recepiſſe pro ſe & hæred. ſuis maſculis, vnde collaterales & extranei heredes non admittuntur. Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 15. nu 6. Vid Curt. Iun. p. 3. num. 48. & 49. Inter quos eſt etiam Schrad. par. 7. c. 7. n 8. A. Reyger.

2. *Alii cenſent collaterales in infinitum admittendos.*
3. *Hę opiniones fœdere diſtinctionis conciliantur.*
4. *Quam diſtinctionem Camera ſequitur.*
5. *Doctorum auctoritatibus eadem ſententia confirmatur.*
6. *Bald. opinio de ſucceſſione collateralium.*
7. *Limitatio præcedentium.*

AN & quatenus ex tranſuerſo ſeu latere coniuncti in feudo ſuccedant, multum conflictantur Dd. † Nam alij in feudis antiquis eos vſque ad ſeptimũ gradum tantùm admittunt, *vt per text. in c. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feud. & Bald. in* 1. *auth. defuncti, C. ad SC. Turp. Moderni in l. certùm. C. vnde leg. vbi Iaſ. dicit hanc eſſe* 2. *communem.* † Alij cenſent, eos in infinitum ſuccedere, *per text. in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. ibi, ex latere* omnes per maſculos deſcendentes, vſq. in infinitum, ſi feudum ſit paternum, hoc eſt, ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationi communis, 3. *& c. 1. ſi vaſal. feud. pri.* † Alij denique diſtinguunt, an ex acquirente feudum ſit factus tranſitus immediatè in tranſuerſales, & tum ſuccedant tantùm in ſeptimũ gradum vſque: an verò illud venerit primò ad deſcendentes, & tunc ab ipſis ad tranſuerſales, volunt fieri tranſitum in infinitum, *per gloſſ. in d. c. 1. verſi. vſque ad ſeptimum de ucceſſ. feud. & gloſſ. c. 1. in verb. conſobrinus. de feud. Marc. vbi Bald. & Aluar. idem tradunt: quod etiam ſequitur Dec.* 4. *conſil. 85. num. 5.* † Et quidẽ in Camera Imperiali hæc poſterior ſententia, vt verior, recepta eſt, ſi agatur de illius ſucceſſione feudi, quod ab originario accipiẽte in deſcendentes eius propagatum fuerit, quod deſcendentibus de medio ſublatis eorundem agnati collaterales in infinitũ ſuccedant: quę & cõſuetudine Germaniæ approbata videtur. *Ita concluſum fuit in ſupra dicta cauſa No'il.um de* Roden, *contra curatores iuniorum Marchionum Badenſium, die* 5. *28. Martii, anno 1549.* † Et hanc ſententiam conſulendo tenuerunt vltra Deci. Lud. Gozad. *conſi. 26. nu. 27.* & Henning. God. *conſi. 16. nu. 13.* eandemque ſecuti ſunt docendo Curt. *de feud. 3. part. prin. 17. quæſt. prin. §. ſucceſſiuè expedito. nu. 84. Zaſ. in tract. de feud. ſucceſ. verſi. tertia cõcluſio. & verſi. noua concluſio, in feudo nouo. Couarr. in Reſol. lib. 2. c. 5. nu. 4. vbi hanc ſententiam communem dicit:* item Baro à Tautemberg. *in enarratione dicti §. hoc quoque. num. 2. de his, qui feud. dar. poſ. Bald. quoque.* 6. Si tota domus, ait, regia moreretur, & vnus de ſanguine antiquo ſupereſſet, etiam ſi milleſimo diſtaret gradu, tamen iure ſanguinis & perpetuę conſuetudinis ſuccederet in regno: ratio eſt, quia feudum cenſetur paternum. † Præmiſſa tamen in- 7. tellige, vt obtineãt, feudi poſſeſſore mortuo ſine legitimo hęrede: non autem propter delictum feudo priuato, *ſecundũ Bal. & Aluar. in c. 1. de feud. Marc. vel Comit. vel Ducat.*

OBSERVATIO XCVI.

An Iudex ob metum, ne partes ad arma perueniant, ex officio inhibitionem facere poſſit?

An Iudex ob metũ armorũ poſſit partibꝰ concordiã ex officio mandare. Vide Gail. li. 2. de pac. p. c. 18. n 8 9. 10. & 2. ſeq. Gail. 1. obſ. 5. 6. & 7. Vvurmſ. tit. 2. de Iudicib deleg. ob. 3. Dn. Dauth. in l dictantib. n 7. C. de teſt. fol 661. Quando iudex poſſit officiũ ſuũ impertiri non rogatus. vide Vvurmſ. tit. 1. de iudi. obſ. 1. A. Reyger.

1. *Iudex ob metum armorum ex officio partibus inhibere poteſt.*
2. *Fundamenta huius concluſionis ponuntur.*
3. *Iudex metuens ne partes ad arma veniãt poſſeſſionem ſequeſtrare poterit. Gail. lib. 1. obſ. 5. & 6.*
4. *Remiſſiuè de hoc caſu quædam traduntur.*

QVANDO propter litigioſam poſſeſſionem periculum ſubeſt, ne partes ad arma concurrant, neutra agere volente, 1. † tum Iudex poteſt inhibere partibus ex officio, vt poſſeſſione abſtineant. Poteſt item loco inhibitionis ſequeſtrare poſſeſſionem, & præcipere, vel eas citare ad dãdum articulos ſuper poſſeſſione aſſerta, & nominandum teſtes: quo facto examinantur teſtes, & decernitur iuxta Ordinationẽ Camerę, *anno 1548, Auguſtæ Vindel. corum erectam, tit. 21. §.* ob auch, *in 2. parte. Atque ita fuit obſeruatum in cauſa ciuitatis Spirenſis contra Epiſcopum Spirenſem.* Deſs Eiſsbruchzhalben auff dem Rhein, *& in cauſa eiuſdem ciuitatis cõtra Comitem Pa'atinum Rheni, Principem Electorem,* Die Gleits Irrung belanget, *anno 1549.* † Et fun- 2. datur hæc practica *in l. æquiſſimum. ff. de vſufruct. l. vlt. ff. de offic. procur. Caſa. l. ſi*

ſuper poſſeßione, C. de tranſ. l. congruit. & l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſi.
3. † Et concludunt communiter Dd. quòd tali caſu, quando inter duos pluréſve de poſſeſſione controuertatur, réſque ad arma ſpectare videatur, poſſit ſuperior tali caſu ex officio, vel ad alterutrius partis inſtantiam poſſeſſionem rei litigioſæ ſequeſtrare, & citare partes ad ſummariè deducendum iura ſua, &c.
4. † De quo vide etiam Spec. *pulchrè tit. de poſſeſſ. & petit. & §. Vlt. in fine, & tit. de libel. concept. §. nunc dicendum. Verſ. 22. & ibi in terminis* Ioan. *And. in addition. & elegantißimè Caſtrenſ. conſilio 3. lib. 2. Vbi explicat*, quale hoc ſit iudicium & qualis ſententia, & quomodo differat à poſſeſſorio: item in atteſtationes ſi receptæ, faciant deinde fidem in poſſeſſorio, & petitorio? *quibus adde etiam Innoc. in c. cùm veniſſet. de inſtit.* Carol. *Ruin. conſil. 28. lib. 4. Bal. in l. diffamari. C. de ingen. manu. Petrum Iacob. tit. de negatoria, §. item notandum, & Guid. Pap. deciſ. 578.*

ADDITIO.

Oportet Iudicem cuncta rimari, nec præcipitanda eſt ſententia *l. hac lege 2. C. de ſent. ex breu. reci. c. quaro 6. q. 1.* Et Iudicis boni officium eſt lites diminuere, *c. inregantium extr. de re iud.* Partes diſcordantes concordare §. 1. *lib. prætor. l. de ſatiſd. tut.* & ſemper niti vt res ad tranſactionẽ deferatur, *c. fin. ext. de tranſa.* Iudex enim debet eſſe medius inter partes diſcordes. *Arg. §. ſupereſt. l. de offi. iud. Bart. l. legat. ciuit. ff. de Vſufr. legat.* Et in diſcordijs adhibere concordiam *l. 1. & ib. Bart. in pr. C. de nupt.* Nec permittere debet partes ad arma vel rixas venire, quas poteſt ſua jurisdictione compeſcere, *l. ſi Vſufr. & l. §. 3. æquißimum, & ib. gloſſ. ff. de vſufr. & l. non eſt ſingulis. ff. de re. iuris.* A. Reyger.

OBSERVATIO XCVII.

Pacta dari, aut fieri, vt ſint valida, quæ requirantur?

PACTA, per quæ promittitur aliquid dari, aut fieri, vt ſint valida, vel obligatoria, tria requiruntur: ex quibus totalis actus promiſſionis validę integratur, videlicet perſona promittens, perſona cui promittitur, & iſtud quod promittitur: & vbi alterum horum defuerit, inutilis eſt promiſſio, nec obligat: *Ita eſt gloſſ. Valdè ſingularis in verbo, in idem. & ibidem Barto. in l. 1. §. 1. ff. de pact.* Oportet enim pactum promiſſionis validę inchoari à perſonis inter ſe paciſcentibus, ſi valere debeat, per regulam vulgatam quæ dicit, Quæcunq. gerimus, niſi à noſtris perſonis ſumant initium, inutilem actum facimus, *per text. in l. quæcunque gerimus. ibi gloſſ. & Bart. ff. de actio. & oblig. quod etiam Bald. not. & poſt ipſum Sals. & Caſt. in l. 1. multum. C. ſi quis alij, vel ſibi.* Vnde ſi paciſcamur ego & tu, dicendo, quòd tertius det tibi, vel mihi, inualidum eſt pactum: quia actus iſte non ſumit initium à perſonis noſtris, qui paciſcimur: *Ita notanter dicit gloſſ. in l. 1. §. 1. ff. de pact.* idque ibidem affirmant Alexand. & Caſtr. oſtendendo, ſi verba obligatiua, & executiua non conferantur in perſonas loquentium, ſed in tertium, non valere, quod ſic agitur, quia deficit forma pacti ſeu promiſſionis, quæ eſt, quòd promiſſio debeat ſumere initium & originem ab ipſis perſonis loquentium, & paciſcentium: alias eſt inanis, nec conualeſcit, licet partis poſteà inceperit intereſſe: quod nota:

OBSERVATIO XCVIII.

Actio iniuriarum ad palinodiam an ſit ciuilis? Gall lib. 1. obſer. 65. Hart. Hart. tit. 49. de iniur. obſ. 3. num. 6. VVeſenb. cõſ. 21. n. 18 Blar. in repet l. diffamari, in arg. n. 4. VVeſenb. in add. ad Schnei §. pœna. l. de iniur. Illi omnes tenent quòd nõ ſit criminalis. At ex conſtit. Electorali eſt criminalis. Moller. lib. 1. ſemeſt. c. 23. A. Reyger.

1. *Ob iniurias ad palinodiam frequentiſſimè agitur.*
2. *In criminali actione petitur pœnam fiſci applicari.*
3. *Appellatio criminalis iure communi admittitur.*
4. *Secus eſt de conſuetudine Germaniæ.*
5. *In pleriſque iudicijs appellationes in cauſis iniuriarum admittuntur.*
6. *In criminalibus procurator non admittitur.*
7. *In cauſis iniuriarum procurator vtrinque admittitur.*
8. *Criminalis accuſatio in Camera non admittitur.*
9. *Criminaliter conuentus an pendente iudicio*

dictio ad ciuilem actionem reſpondere teneatur?

10. *Iniuriatus præter palinodiam petere poteſt iniuriæ æſtimationem.*

11. *Actio ad palinodiam eſt ciuilis.*

12. *Contrariæ opinionis fundamentum refutatur.*

1. FORMVLA agendi de iniuriis admodum in frequenti apud nos eſt vſu, vt is qui paſſus eſt iniuriam, ad reuocationem iniurioſorum verborum & reſtitutionem famæ læſæ agat: *Daß der Geſchmechte auff einem Widerruff klage*, quam etiã Imperator Carolus V. in Auguſtana Imperialis Cameræ ordinatione cõprobauit: *de qua nos plura ſcripſimus in §. in ſumma. Inſtit. de iniur.* An autem talis actio, quæ ad reuocationem iniuriæ hoc modo inſtituitur, cẽſeatur criminalis, vel ciuilis eſſe, variatum eſt à Dominis Aſſeſſoribus, ſed tãdem eò crebriùs itum, quòd ciuilis eſſet, *Vt in cauſa Bernhardi* Oeler, *contra Sebaſtianum* Guldlingen, *item in cauſa* Horſt, *contra* Baman, *relata an.* 1549.

2. Primùm ideò: † quia etſi petatur reclamatio iniuriæ, tamen non poteſt dici, quòd ad aliquam pœnam agatur fiſco applicandam: quod in criminali eſt omnino neceſſarium, *gloſ. in l. præter. & ibi Bart. ff. de*
3. *ſepul. Viol.* † Deinde notum eſt, quòd etſi iure communi in criminalibus appellatio ſit permiſſa, *l. addictos. C. de Epiſcop. au-*
4. *dien. & authent. ſed hodiè, de appel.* † moribus tamen Germaniæ contrarium obſeruari, & in criminalibus appellationem
5. eſſe illicitam. † Iam ſi actio iniuriarũ ad reuocationem inſtituta inter criminales cenſenda eſſet, ſequeretur in ea appellari non poſſe, cuius tamen contrarium in iu-
6. diciis paſſim ſeruatur: † Tertiò in criminalibus iudiciis, vel ad crimen perſequẽdum, vel ad defendẽdum regulariter procurator interuenire prohibetur, *l. penult.*
7. *§. ult. & ibi Bar. ff. de pub. iudic.* † In controuerſiis tamẽ reclamatoriis iniuriarum diuerſum obſeruari, & procuratorem tàm agendo, quàm defendendo admitti con-
8. ſtat. † Prædictis accedit, quòd in Imperiali Camera nulla criminalis accuſatio admittitur: (excepta condictione ex cõſtitutione pacis publicæ) interim tamẽ videmus, hanc iniuriarum reclamatoriam in ea admitti. † Poſtremò expeditum eſt, crimina- 9.
lem eo priuilegio frui, vt ea pendente nulli ciuili quæſtioni ſit locus, *l. 2. §. ſed etſi agant. ff. de iudi.* Quòd ſi actio iniuriarum reuocatoria criminalis eſſet, ſequeretur eam cum ciuili, quâ ad æſtimationem iniuriæ agitur, cumulari non poſſe, † cuius 10.
tamen contrarium vſu frequẽtatur, valétque libellus, in quo actor cum reclamatione æſtimationem iniuriæ ſibi adplicãdam coniungit. † Ex prædictis omnibus 11.
ſatis apparet, actionem iniuriarum ad reuocationem inſtitutam potiùs ciuilẽ eſſe, quàm criminalem. † Neque obſtat, quòd 12.
nonnulli hanc ideo criminalem cenſent, quia infamet: nam & depoſiti, & mãdati, & de dolo, & aliæ quàm plurimæ actiones infamant, neque tamen eas propterea criminales eſſe rectè dixeris.

OBSERVATIO XCIX.

In quibus caſibus tempus ad probationes conceſſum non currat?

Vid. Gall. li. 1. obſ. 91. num. 4. 7. 9. & ſeq. Add. Kenig. c. 82. nu. 3. vbi etiam habes caſum, in proceſſ. Hartman. Hartma. tit. 12. de dilat. obſ. 4. num. 3. A. Reyger.

1. *Tempus probationis non currit, dum diſputatur ſuper admiſſionem articulorum, & nu. 2.*
3. *Inſtantia non currit dum diſceptatur de legitimatione perſonarum ad litem.*
4. *Tempore induciarum non labitur inſtantia.*
5. *Nec currit inſtantia impedito culpa aduerſæ partis.*

TEMPVS conceſſum ad probandum 1.
nõ currit, dum diſputatur & cognoſcitur, an articuli probatorij, vel poſitiones probare volentis admitti debeant: ſecundum Baldum in *l. quamdiu. per illum textum. ff. de acquirend. hæredit. gl. ſſ. & Gemineanum in c. cupientes. §. quòd ſi. in verbo videbitur, de electio. lib. 6.* † Idem quoque 2.
eſt in dilatione pendente ad reſpondendum poſitionibus, vel dicendum de impertinentia, *ſecundum gloſſ. in verbo poſt dilationem. in clem. ſæpè. de Verborum ſignification. Bald. in l. fin. ff. de ferijs, in l. 1. C. de iuram. calumn. Specul. in titulo, de dilatio. §. 1. Verſicu. ſed nunquid currit, &c.* † I- 3.
dem iuris eſt, ſi diſputetur ſuper legitimatione perſonæ ante litis conteſtationem: nam tunc etiam non perit inſtantia, licet decem annis de hoc litigaretur. *iuxta Bal.*

omne damnum à curatore negligente, vel latitante, *l.2. & l. vlt. C. ſi tut, vel cur.* Aut minor non habet curatorem: tunc refert, an poterat habere curatorem, & noluit, vel non fecit diligentiam, vt inueniret, & tunc proceditur ad venditionem, *iuxta l. ſi minor. ff. de bon. author. ind. poſſ.* quia eſt, quod ſibi imputetur. Aut non poteſt inuenire curatorem, nec aliquis eſt, qui eum defendat, ita quod ei nihil imputari poteſt: & tum non proceditur ad bonorum venditionem ſine delectu, ſed ſeruandus eſt ordo, *de quo in l. Fulcinius. §. adeò ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur.*

OBSERVATIO LXXXI.

Additionales articuli in cauſa purgationis admittuntur quidem ad probandum, ſed reus ad eos reſpondere non compellitur ſine noua citatione.

IN Ordinatione Cameræ inter cætera diſponitur, In cauſis purgationis, priuſquam citentur ſuſpecti de crimine violatæ pacis publicæ, offerendos iudici articulos ſuſpicionis, eoſdémque citationi inſerendos eſſe. Dubitatum fuit, an ſi poſteà in proceſſu is, qui citari fecit aliquem, producat additionales ad priores, illi ſint admittendi, cogendúſque reus eiſdem reſpódere? Et concludebatur in pleno ſenatu, admittendos quidem eſſe additionales ad probandum: ipſum verò reum ad reſpondendum deſuper ſine noua citatione compellendum non eſſe. *Ita deciſum olim fuit in cauſa Fiſcalis contra Sebaſt. de* Ebingen, *tanquam receptatorem nobilis de* Veningen, *bannitis, 17. die menſis Decemb. anno* 1530.

OBSERVATIO LXXXII.

An poſt purgationem obtentam quis denuò accuſari poſſit?

Gal. de pac. pub. c. 7. n. 11. Poſt contumaciam in purgando, omiſſum & de ignorante citato ſi non cõpareat vid. Gall. 1. de pac. pub. c. 8. A. Reyger.

AN poſt purgationem accuſator denuò admitti poſſit ad accuſandum ſuper eodem crimine, dubitatum fuiſſe memini per ea quæ tradit [illegible] *in c. ex tuarum. num. 5. de purg. Can.* Sed crebrius obtinuit accuſatorem, ſi velit probare, quòd iurans peierauit, admittendum eſſe, quia iuramentum purgationis eſt iudiciale, contra quod recipitur probatio, *iuxta notata Dd. in l. admonendi. ff. de iureiur. Hoſtien. in Sum. de purgat.* Can. *Verum an purgat. in fin. Et de hoc vide etiam per gloſſ. in c. Mannam. 2. qu. 4. & Archid. in c. habet hoc proprium. circa fi. 2. q. 4. vbi concludit quòd poſt purgationem non admittatur accuſator, niſi in certis caſibus, de quibus ibi per eum, & Inno. in c. peruenit. in gloſſ. verbo, inceſtus. de pur. Can.*

OBSERVATIO LXXXIII.

Pignorans ſi ius ſuum non deducat in termino citationis, ei id amplius facere non licet.

QVANDO emanârunt proceſſus ex conſtitutione pignorationis, & pignorans non deducit intra præfixum ſibi terminum cauſas factæ pignorationis, tunc ſolet ei præcludi via id denuò faciẽdi, ſaltem quò ad præſentem pignorationem, abſoluique is, qui obligatus erat ſe ſiſtere pignoranti, ſi probaſſet ius pignorationis. Et ſeruatur talis forma, quòd ipſi via deducendi ſuum prætẽſum ius pignorandi ſiue capiẽdi præcluſa eſſet, abſoluique debeat is, qui ſe pignoranti tenebatur ſiſtere, &c. *Daß jhme der VVeg ſeiner angemaßte Gerechtigkeit angezogener Hafftpfandung, vnd Gefengnis halb, weiters fürzubringen hiemit verſchloſſen vnd der Verſtrickte von ſeiner Verſprechung erlediget ſein ſoll, &c.*

OBSERVATIO LXXXIV.

Mandatum procuratoris quando morte principalis extinguatur?

Gall. ll. 1. obſ. 46. n. 3. Procuratoris mandatum quando finiatur morte mandatis. VVurm. de procur. tit. 5. obſ. 15.

REGVLARITER moriente principali ante litem conteſtatam, per eius mortem extinguitur mandatum procuratoris, tanquam re adhuc exiſtente integra, *l. nulla. C. de procurat. l. mandatum. ff. mandati.* Hoc tamen ceſſat, ſi dominus ſatiſdedit de iudicato ſoluendo procuratore con-

Digitized by Google

tore conſentiente: quia tunc mandatum morte mandantis non finitur, docente Barto'. *in l. ſi defunctus. ff. de procura. & dixit Bal. ibidem*, quòd mors domini procuratorem hodie ferè nunquam reuocari faciat, propter clauſulam ſatiſdationis, quæ inſtrumentis procuratoriis ſemper ſolet adiici: *per tex. in cle. 1 de procurat.* Atque ita obſeruatum fuit à Dominis Cameralibus *in cauſa Hadelmi de Ponte, contra Laurentium Mariſchalcum & conſortes, anno* 1548.

OBSERVATIO LXXXV.

Certificatio introductæ appellationis omiſſa ſi ſit, executio ſententiæ non reuocatur in viam attentati.

Appellans quamprimum fieri poterit, debet iudicis & aduerſario ſignificare appellationem proteſtando ſe illã proſecuturũ. Hart. Hart. ti. 19. de ap ob. 7. A. Reyger.

SI appellans prætermittat certificare Iudicem à quo, termino præfixo de introductione appellationis, quamuis ob id appellatio non cenſeatur deſerta, poterit tamen ipſe Iudex ſuam exequi ſententiam, nec retractabitur in viam attentati executio, ſed tum demum vt iniuſta reuocabitur, ſi appellans coram iudice appellationis obtineat: ita concluſum fuit meo tempore in Camera, per ea quæ notantur *in c. perſonas. & c. cùm, & c. irreprehenſibilis. de appellat. Idem tenent domini de Rota deciſ. 94. ſi iudex in nouis. & Butr. in c. ex inſinuatione. de appell. Card. cle. 1. q. 23. eod. titu. & Feder. de Sen. conſi. 27.*

OBSERVATIO LXXXVI.

Teſtis in diuerſis iudiciis contraria deponens an fidem mereatur?

De teſte extra iudicialiter affirmante, cõtrarium ei, quod iudicialiter depoſuit. Vide Gail. lib. 1 ob. 104. A. Reyger.

1. *Teſti in diuerſis iudicijs contraria deponenti in neutro creditur, & nume. 2. & 3.*
4. *Bartolus contrarium ſentit, quod ſcilicet primæ depoſitioni fides adhibenda.*
5. *Ratio huius ſententiæ adducitur.*
6. *Eadem in Camera eſt recepta.*
7. *Teſtificatio debilitatur ſi teſtis in alio iudicio contrarium deponat.*
8. *Teſtis contraria in eodem iudicio deponens reÿciendus.*

Regulariter teſtis, qui ſibi ipſi contradicit, dictum nihil valet. Vvurm. tit. 18. de teſt. ob. 24. A. Reyger.

QVANDO teſtis in vno iudicio inter aliquos habito depoſuit ſub iuriſiurandi religione vnum, & deinde in alio iudicio contrarium teſtificetur, mediante iuramento, dubitant Dd. cui dicto ſit ſtandum? † Nam Spec. *in t. t. de teſte, §.* 1
1. verſi. quid ſi teſtis ſecundò inductus. videtur tenere, neutri depoſitioni adhibendã eſſe fidem propter variationem. † Cuius 2
ſententiæ fuit etiam Fulgoſ. *in l. qui falſa. ff. de teſti.* aſſerendo primam depoſitionẽ, quæ fuit perfecta in ſe, annullari ex pòſt facto per reuocationem factã in alio examine: quia ex quo in hoc ſecundo apparet, teſtem falſum eſſe & periurũ, lex præſumit idem de prima examinatione, *arg. l. ſi hi qui, C. de adult.* † Et idem videntur 3
voluiſſe Butr. & Imol. *in c. cùm in tua. de teſtib.* itémque Ioan. Crotus *in tract. de t. ſtib. nu.* 344. vbi apertè dicit, contrariam opinionem non eſſe tenendam. † Sed Bar. 4
contrà exiſtimat, primæ depoſitioni credendum eſſe, *vt per eum in l. ſi poſtulauerit. §. pé. ff. ad leg. Iul. de adul. & per gloſſ. in Nouel. de teſtibus. §. illud tamen & gloſſ. ordi. in c. ſuper his gloſſ. 1. de pœnis.* Idem videtur ſentire Baldus *in l. Verba. verſi. & nota, quòd ſi teſtis, C. de adul. & in d. l. qui falſa in gloſſ. non ſolùm.* Idémque, tenent Innoc. Ioan. Andr. Imol. & Moder. *in c. prætereà. de teſtibus.* † Et ſuadetur optima ratione, 5
quia talis teſtis præſumitur ſubornatus à parte: ergo ſequitur, primum dictum præſumi verius, aliàs eſſet in poteſtate teſtis annullare dictum ſuum, & tollere ius iam quæſitũ parti. † Et hanc poſteriorẽ ſentẽ- 6
tiam, ceu veriorem, obſeruat Camera, quã etiam amplexi ſunt Gui. Pap. *deciſ.* 547. & nouiſſimè Alciat. *in tract. præſump. regula ſecunda, præſum. 29. Vbi hanc eſſe communem atteſtatur, allegando Felin. in dicto c. cùm in tua & Tyndarum in tractat. de teſt. Variantibus, in 2. libr. & Decium conſi.* 175. *& conſi.* 189. † Aduerte tamen, quia per 7
ſecundam teſtificationem debilitatur prima, adeò quòd ad eam roborandam non poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis parti, cùm talis teſtis non ſit omni exceptione maior: *de quo vide eundem Felin. in d. c. cum in tua. & d. c.*

Digitized by Google

*præterea,col.3. in gloſſ. fin. de teſtib. & Alexand.conſil.*10.*col.pen. lib.* 4. † Cæterùm ſi teſtis ſit ſibi contrarius in eadem depoſitione,clarum eſt neutri dicto ſtandum eſſe,ſed teſtem reijciendum in totum, tanquam falſum, *l. licet cauſam.de prob. l.eos.ff. de fal.& d.l.qui falſa,ibi Salic.Ful. & Floria. quæ eſt communis opinio. cum aliquibus declarationibus poſitu per Fel. in ſæpè dicto c.cùm in tua in* 1.*concluſ.*Quid autem,ſi teſtis vnum dicit extra iudicium, & poſtea in iudicio contrarium aſſerit? vid.*inf.cen.* 6.*obſ.*15.*vbi dicam.*

OBSERVATIO LXXXVII.

Gail.2.de pac. pub.c.7.n.11.& 12.Iuramentū ſuppletorium in cauſis criminalibus & arduis actori non defertur. VVurmſ.tit. 14.de iuram. obſ.12. A.Reyger.

Iuramentum purgationis in cauſa fractæ pacis reo ſine noua citatione defertur. Iuramentum ſuppletorium in criminalibus reo defertur,non accuſatori.

QVÆSITVM fuit, an ſi quis ſuſpectum de crimine fractæ pacis accuſet,& deficiat in probatione plena, poſsit reo deferri iuramentum purgationis?Et plerìſque Dominis videbatur non poſſe, niſi inſtituto nouo proceſſu, *iuxta* 2. *Art. tit.*10.*in* 2.*parte Ordinationis*.Alij dicebāt, de iure poſſe deferri tale iuramentum, *allegantes* Innoc. *& Hoſtien.in c.quoties. per text.ibi.de purg. Can.* Et horum ſententia præualuit,ſicque in cauſa Fiſcalis contra *die Pleſſe*,propter diffamationem, & alia iudicia in actis deducta ſine alia citatione & proceſſu, aliquibus ex reis impoſitū fuit iuramentum purgationis.2. *Iunij,anno* 1549. Idem velle videtur Hoſt. *in Summa de purg.Can.verſi.quando ſit indicenda, &c.* dicens,regulariter eſſe in arbitrio iudicis, vt actore in probatione deficiente, ſi reus grauatus ſit veriſimilibus coniecturis & præſumptionibus, quòd ad oſtendendam ſuam innocentiam iuramento onerari poſsit:*remittit ad ſua not.in tit. de iureiur. §.nunc redeundum.Verſi. quando ſit deferendum facit tex.in c. Vlt.§.fin.eodem titul. Vbi Hoſtienſ.& Butri.docent*, quod licet in criminalibus non deferatur iuramentum in in ſupplementum probationis, hoc verum eſſe in accuſatore: ſecus in reo, vbi de pecuniaria pœna agitur: quod etiam poſt Accurſ. Cyn. Bart.Bald. Alber. Angel. & alij *in l. bona fides. C.de iureiur.ſequuntur & dicit Alex. conſil.*66.*lib.*1.*hanc eſſe communem opinionem, de qua latè Dd.in l.admonendi.ff.de iureiu. Hippol.de Marſi.in tract.cri.§.poſtquàm,& latiùs in l.maritus. ff.de quæſtio.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

Gail. lib.2. de pac.pub.c.6. & 7. In iudicio Cam. Imp. in cauſis fractæ pacis articuli actoris in contumaciam Rei pro confeſſis non habentur, ſed ad purgandum admittuntur, Mynſin. inf. cent.3. obſ.52.

Bannitus in contumaciam non factæ purgationis an ad innocentiam docendam ampliùs admittatur?

1. *Pro conuicto habetur, quia ad purgandum ſe citatus,contumaciter abeſt.*
2. *Admittitur tamen ad probandam innocentiam ſuam,& n.*3.
4. *Contumacia eſt fictum ſeu præſumptum delictum.*
5. *Sententia ex fictis probationibus lata non tranſit in rem iudicatam.*
6. *Extraneus ad docendam innocentiam contumacis admittitur.*
7. *Conſtitutio quædam criminalis Caroli Quinti adducitur.*

1\. VVurmſ.in tit. 15.de poſit obſ. 4. addit. ibid. A.Reyger.

QVAMVIS in cauſis purgationis, ſu-
ſpectus de crimine propter contu-
maciam,habeatur pro confeſſo, & conui-
cto criminis cuius inſimulatur, † tamen 2.
non prohibetur probare poſteà ſuā inno-
centiam, iuxta Ordinationem Cameræ *in*
2.*part.tit.*10.§.1.*per text.in l.ſi ii, qui C.de ff.*
fac. poſ. quem ad hoc propoſitum notant Ang.
*Salic.Paul.*Alex.*& Iaſon.* † Et hoc ibi ex- 3.
tenditur, etiamſi talis pro confeſſo publi-
cè ſit bannitus, quia adhuc admitti debet
ad docendam ſuam innocentiam. †Con- 4.
tumacia enim eſt fictum ſiue (vt Latinius
dicam)præſumtum delictum & ficta, at-
que imaginaria probatio,quæ ex præſum-
tionibus reſultat, *Hippol. in pract.crim.*6.
*poſtquam.nu.*51. *cum ſeq.* † ſed ſententia ex 5.
fictis probationibus lata non tranſit in rē
iudicatam: ergo meritò audiendus eſt,
per text.in l.ſi qui adulterij. C.ad l.Iul.de a-
*dul.*Inno.*c.tua.nos. n.*5.*de coha.cleri. Hippol.*
in d. Pract.crim. §. *ordine. n.* 54. *& ſeq.* Et
prædicta quoque latè tenet Imo. *in l. vlt.*
§.*illud.de appel.* Secundò †extēditur,quod 6.
etiam extraneus poſsit innocētiā talis cō-
tumacis bāniti docere, *Vt latè per* Alex. *&*
Iaſ.in

Iaſ. in d. l. ſi is qui. Et ita practicatum eſt in Camera ante mea tempora *in cauſa N. de* Veils, *contra* VVetſchen, 13. *Octobris anno* 1536. *facit ad prædicta tex. in l. diuus. Verſi. ſed & diuus. & l. annus. de cuſt. reor. & ibi ubique Bart.* † Et quòd bannitus etiã poſſit hodie ſuam innocentiã purgare in carceribus, *docet Nouella Conſtitutio criminalis Caroli V. art. 155. vide Spec. ti. de accuſ. §. ſequitur videre de contumacia accuſ. nu. 20. Alber. in l. raptores, per illum tex. C. de Epiſc. & cleric. & l. 1. C. de rap. virg.*

OBSERVATIO LXXXIX.

Gail. 1. obſ. 152. per tot. Adde h. Konig. c. 131. nu. 3. & ib. nou. Expenſæ in cauſà appellationis, à quo tempore æſtimandæ vide Hart. Hartm. tit. 18. de app. obſ. 7. num. 7. Aſin. in praxi. § 32. c. 2. ampl. pr. 6. A. Reyger.

Condemnatio expenſarum in cauſa appellationis an & quando facienda?

DOGMA illud, Appellantem, etiamſi ſuccumbat in cauſa appellationis, nõ eſſe condemnãdum in expenſis, ſi in prima inſtantia obtinuit, ſententiamque pro ſe habuit, (*iuxta glo. & Dd. in d. l. generaliter. §. ſin autem. C. de rebus cred. & Bal. in l. pen. C. quan. prouoc. non eſt nec. colum. vlt. idem in addit. ad Spec. de inſtrum. edi. §. an in cauſa appellationis*) intelligitur procedere, ſi ex nouis probationibus & actitatis in cauſa appellationis ſuccumbat: ſecus, ſi ex iiſdem, ſeu prioribus actis, *iuxta gloſſ. in c. ignorantia. de reg. iur. libro 6. Imol. & Hoſtiens. in c. finem litibus. de dolo & contu. Bart. in d. §. ſin autem. Ang. l. negociorum, in prin. col. pen. de appe. Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. n. 24. C. de iud.* Atque ita quotidie obſeruat Camera, niſi ſecũdũ Salic. *in d. §. ſin autẽ. & Ang. in d. l. negociorũ.* Illæ nouæ probationes cõcernerent factum proprium ipſius ſuccũbentis, vel factæ fuiſſent de his, de quibus an eſſent vera, cõſtare poterat eidem etiã in primo iudicio: quia tali caſu non excuſatur à condemnatione expenſarum, cùm non habuerit tolerabilem ignorantiam, *vt dicit Salic. in loco ſuprà citato.*

OBSERVATIO XC.

Gail. 1. obſ. 81. n. 14. vid. Maſcard. de proba. vol. 1. conclu. 152. per to. A. Reyger.

Admiſſio articulorum in dubio licita eſt: ſecus, ſi exceptio contra articulos ſit clara.

DOCENT Interpretes vtriuſque ſcholæ, poſitiones & articulos in dubio eſſe admittendos, cum clauſula tamen *Saluo iure impertinentium, & non admittendorum: de cuius clauſulæ effectu ſuprà dixi obſeruat. 56. in hac 2. centur. Barto. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & Canon. in c. cùm contingat. de offic. deleg.* Sed hoc limitatur procedere, quando exceptio, quę opponitur, vt non admittantur, eſt dubia, & requirit altiorem indaginem: ſecus ſi eſt clara & prę iudicialis ad proceſſum, quia tũc ſuper ea ante omnia eſt pronunciandum, *ſecundum Hoſtiẽ. & Panor. in d. c. cùm contingat, Spec. titu. de poſit. §. 7. verſicu. & non, aliàs poterit appellari, Prædictis adde Ang. l. in ſpeciali. ff. de rei vendic.* vbi optimè teſtatum reliquit, quòd meliùs ageret iudex, ſi tali cautela non vteretur, ſed priùs ſuper impertinẽtibus, & antequàm teſtes examinarentur, diſceptaretur: quod certè partibus ipſis magis expedire, palàm eſt, ne tot immenſis ſumptibus, exantlatiſque laboribus vexentur, dum ſuper impertinentibus teſtes recipiuntur, & deinde (erogata tamen priùs pecunia) an articuli, & receptæ ſuper eis probationes reiici debeant, diſcutitur: *quod & Dec. in c. in nomine Domini. & Pariſi. conſi. 67. n. 41. li. 4. voluere. & ita memini obſeruatum fuiſſe in pluribus cauſis: idemque eleganter Nic. Anton. Grauat. in doctiſſimis ſuis ad Veſtrij lib. 5. c. 14. ſchol. num. 26. tradidit.*

OBSERVATIO XCI.

Citatio in quocunque actu regulariter neceſſaria, & quibus caſibus id non procedat. Gail. 2. obſ. 57. nu. 2.

PRO regula traditur in quolibet actu citationem requiri, etiam in Notoriis 1. Regula.
& coram Imperatore: Semperque citandum eſſe eum, qui prætendit intereſſe, ſeu lædi poteſt ex aliquo actu, qui fieret in iudicio, *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. l. nam ita diuus de adopt. & l. ſi quando. ibi Bal. C. de teſtibus.* † Sunt tamen 2.
multi caſus, in quibus citatio non eſt neceſſaria, Fallit.
quos in ſtudioſorum vtilitatem paucis complecti lubet: vt puta ſi aduerſarius ſit aliàs præſens in iudicio,

Alex.d.l.de vnoquoque.& in rub. C. de in
1. *ius voc.* Vel conſtet nullam ipſi defenſio-
2. nem competere, *Card.c.cù n ſit Roma. de*
3. *appell.* Vel ſi doloſe latitet, *Innoc.c.ad pe-*
4. *titionem de accuſ.* Vel etſi pręſens eſſet,
non tamen poſſet actum impedire, *Alex.*
l.recuſare.in princ.ff.ad Trebel.Caſtr. conſi.
5. *34. libro 2.* Vel exigerētur tributa & colle-
ctę, ſeu functiones fiſcales: quia in iis pro-
ceditur de plano, nō ſeruato iuris ordine,
6. *Bald.conſi.434.licet.vol.3.* Vel ſuſpectus
quis eſſet de fuga. *Fel.n.plenè in c. cùm non*
ab homine.verſic.limita. tertiò. de iud. Aut
aliàs periculum ſit in mora, *Alexander &*
7. *Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum. ff. qui*
ſatiſd.cog. Inno. c. ſignificauit.in fin.de te-
8. *ſtib.* Item in cauſa criminali, ſi pro abſen-
te pronuncietur, *Bald. in l. ſi accuſatori-*
bus.colum.fin. de accu. Alexand. l. furioſo.
9. *de re iud.* Et in omnibus cauſis, in quibus
proceditur ſine figura iudicij. *Barto.in*
extrauag.ad reprimendam.verſicu. & figu-
10. *ra.* In omnibus itémque actibus, qui ex-
pediuntur per Iudicem ante citationem
partis in cauſa principali, *Bal.& Alexan.*
in l.ſed ſi hac.§.prætor ait.ff. de in ius vocat.
11. Sed & pactum de capiendo debitorem, vel
eius bona, operatur, vt captura fieri poſſit
ſine citatione pręuia, *Ange.Imol. & Alexan.in l.ſi ſic.de legat. 1. Afflict.in conſt.*
12. *pacis cultum.col.6.* Idémq; impetrari valeat
familia à iudice etiam contra tertium
poſſeſſorem: *idem Afflict.deciſ.326. Alexan.conſi.131.libro 4. Bald.l.ſi aquam quaſt.*
13. *10.C.de ſer.& aq.* Pręterea non requiritur
citatio in probatione, quę ſoli Iudici cō-
14. cludit: Nec in actu expediendo ſecundum
conſcientiam: *Baldus l.certum. verſi. item*
opp.quod Imo.C.vnde leg. & l.ſi qua per ca-
lumniam. verſi.ſed pone, quòd C. de Epiſc.
& cler.Roman.rub.de arbit. Alexan.d.l.de
15. *vnoquoque.* Nec in relatione agrimen-
ſoris miſſi per iudicem ad menſurandum:
Barto. l. Theopompus. ad fin. de do.prale.
16. Vel in ſententia calculatorum, *Barto.l.*
2.§.quod de frumentaria. & ibi gloſſ.ff.de
17. *adm.re.ad ci.perti.* Nec in iuramento de-
ferendo ſuper taxatione, vel liquidatione
rerum vi ereptarum, *iuxta l.ſi quando. C.*
vnde vi. Rot.deciſ.299. licet in no. Iaſon in
rep.l.admonendi.in penu.& vlt. colum. ff. de
iur. vbi hoc ampliat, in omni iuramento,
quod defertur propter delictum, vel contuma-
ciam alicuius. Poſſunt etiam teſtes, de 18.
quorum morte, vel diuturna abſentia ti-
metur. Aut quorum dictis neceſſariò ſtan- 19.
dum eſt. Item mulier honeſta, in propria 20.
domo examinari, parte non citata: *In-*
no.c.Albericus.de teſtibus. Alexan.conſi.130.
libro 1. Bart.in l.ad perſonas. de iureiur. &
Abb.c.ſi quis teſtium.de teſtibus. Prodigo 21.
quoque adminiſtratio interdici poteſt à
iudice ſine alicuius citatione: *Bal.Ange.*
& Mod.in l.iuſ cui bonis.ff. de verborum obli-
gat. Sed & quicunque actus, qui non prin- 22.
cipaliter, ſed ſolùm in conſequentiam
præiudicium alicuius tangit, eo nō citato
fieri poteſt. *Alexan.d.l.de vnoquoque. Iaſon*
l.nec quicquam. §. vbi decretum.de offic.
procon. & l.ſi quis nec cauſam, ſi cert. pet.
Ideóque nec fideiuſſoris citatio requiri- 23.
tur in ferenda ſententia aduerſus princi-
palem, cum de eius præiudicio principa-
liter non agatur. Sunt & alię pleræque
exceptiones ad ſupradictum dogma, quas
apud Commentatores in locis ſuprà cita-
tis reperire licet: nos potiores tantùm cō-
geſſimus. *Prædictis adde Phil.Porcelis.1.com.*
opi.com.l.43. vbi illam regulam, Quòd ſcil.cet
omnis actus iudiciarius exigat citationem,
ampliat.116.& limit.n.124.modis, vt ibidem
videri poteſt.

OBSERVATIO XCII.

Vxor ex bonis mariti acquiſiuiſſe quando præſumatur?

Maſchard. de probat conc. 30. Hart. Hartma.ti.35. de dot. obſ 10. n.5 dicens. Et ideò ſi mulier reperitur habere aliquid vltra dotem, poteſt maritus illud vendicare, quia præſumitur acquiſitum de bonis ipſius niſi vxor contrariū doceat. A.Reygtr.

1. *In dubio vxor omnia ex bonis mariti acquiſiuiſſe præſumitur.*
2. *Ideo bona illa marito eiuſque hæredibus cedunt.*
3. *Prædicta præſumptio in concubina non procedit.*
4. *Nec in vidua acquirente poſt annum luctus.*
5. *Nec reſpectu hæredis extranei, & n.6.*
7. *Nec in poſſeſſorio iudicio.*
8. *Per contrariam mulieris probationem hæc præſumptio eliditur, & numero 9.*

IN dubio præſumitur, quicquid acqui- 1.
ſiuit vxor conſtante matrimonio, id
eam

eam acquiſiuiſſe ex bonis mariti, vt mala
ſuſpicio turpis quæſtus euitetur, *l. Quintus*
ff. de don. inter vir. & vxor. l. etiam. C. eo.
&c. ſignificauit. extrà eod. Zaſ. pulchrè conſ.
2. *5. num. 21. lib. 1.* † Et ideò talia bona erunt
mariti, vel hæredum ipſius. Hoc tamen a-
1. xioma in vera vxore aiunt procedere, † nõ
3. etiam in concubina, *vt per Dec. conſil. 237.*
in caſu propoſito. & Alciat. tractat. de præ-
4. *ſumpt. in 3. reg. præſump. 26.* † Nec in vidua
viuente poſt annum luctus: *Angel. conſil.* Boer. deciſ. 61. nu. 1. & 2.
141. ſuper primo Franc. Crem. ſing. 6. Ripa in
2. *l. fœmina. num. 40. C. de ſec. nup.* † Item
5. locum habet prædictum dogma quò ad
ipſum maritum, eiuſve hęredes, qui poſ-
ſunt obijcere vxori, bona eſſe quęſita ex
mariti bonis: ſecus eſt, quo ad extraneum,
iuxta Bald. in l. ſi vxorem. col. vlt. C. de
cond. inſer. per no. in l. ob maritorum, C. ne
vxor pro marit. ſequitur Alex. l. qui iure. ff.
de acquir. poſſ. & in conſil. 101. ſuper pri-
6. *mo dubio. lib. 7.* † Verùm hæc opinio ni-
mium reſtringit text. *d. l. Quintus.* & ve-
rius videtur, quod quilibet, cuius intereſt,
poſſit opponere, cùm iſta prę́ſumptio nõ
ſit inducta ita demum, ſi maritus velit, ſed
generaliter, vt euitetur mala ſuſpicio: quã
ſententiam Alciat. etiam probat *in tract.*
7. *Præſump. in 3. reg. præſump. 26.* † Sed nec
8. in poſſeſſorio iudicio hæc prę́ſumptio lo-
cum habet: quia in eo mulier obtinere de-
bet, dummodo ipſa ſola poſſideat: *Bald.*
d. l. ſi vxorem. C. de cond. inſ. ſecus, ſi cum
marito, quia tunc præſumetur potiùs
poſſeſſio mariti, & ipſam poſſidere iure
familiaritatis, ſecundum Alexand. poſt
8. alios *in d. l. qui iure.* † Ceſſat item iſta prę-
4. ſumptio, ſi affirmet vxor & probet, quod
bona, quę acquiſiuit conſtante matrimo-
nio, habuerit ab amaſio: *Ang. in rep. l. ſe-*
cundum. col. pen. de verb. oblig. vel donata ſi-
bi fuerint ab aliquo conſanguineo, *Fulg.*
9. *conſil. 198. in quæſtione propoſita.* † Idem
5. quoque eſt, quando conſtat mulierem a-
liunde habuiſſe, vnde honeſtè potuit ac-
quirere: vt quia multa bona dotalia ha-
bebat, vel erat negotiatrix, vel aliàs indu-
ſtrioſa. Nam cum iſto caſu ceſſet turpis
lucri ſuſpicio, meritò nec præſumptioni
locus eſt, ſed ex induſtria ſua quęſiuiſſe
præſumitur, *ſecundum Bald. in l. cùm opor-*
tet. C. de bon. quæ liber. & d. l. ſi vxorem. C. d.
condit. inſer. Angel. & Imol. l. qui iure. ff. de acquir. poſſeſſ. Roma. conſil. 159. ſuper eo. Alexand. conſil. 40. vol. 3. Atque ita obſeruatum fuit in cauſa appellationis Bartoldi Halle, *contra ciuitatem* Altem Stein: *item in cauſa Theodorici* Iodoci *de* Landavv, *contra Nicolas de* Ganderſen *nepotes, relata die 16. Octob. anno 1548. Prædictis etiam adde, quæ in hanc rem collegit* Iac. *Phil. Porc. in Com. opin. lib 1. concluſ. 14. per tot. & Gerar. de pet. Sanct. ſing. 99.*

OBSERVATIO XCIII.

Pater an teneatur conficere inuentarium de bonis filij?

1. *Speculator cenſet patrem teneri ad inuentarij confectionem.*
2. *Huic opponitur Baldi opinio.*
3. *Quæ in Camera approbatur.*
4. *Inuentarij confectio incumbit obnoxijs reddendæ rationi.*
5. *Pater filio ad rationem adminiſtrationis non tenetur.*
6. *Pater de prodigalitate ſuſpectus ad inuentarij confectionem cogendus.*
7. *Cautela præſenti caſui accommodata.*
8. *Deſcriptio bonorum quid operetur.*
9. *Lector remittitur.*

QVAMVIS Spec. *tit de inſtrum. edit. §.* 1.
vlt. verſi. quid de patre, teneat quod pater adminiſtrator bonorum filij, ſit obnoxius de illis conficere inuentarium, tamen contrarium docent, † Bald. *in l. cum oportet. §. ne autem. ibi nec ratiocinia & ibidem. Dd. C. de bon. quæ liber. & idem Bal. in aut. cauſa quæ, in fin. C. de Epiſc. & cler.* de quo vide etiam Boer. *deciſio. 61. in 1. parte.* 2. † Et hęc poſterior opinio, tanquam verior, in Camera Imperiali approbata eſt, 3. ídque tali ratione, † quia inuentarium re- 4. ſpicit eos qui ſunt obnoxij ad reddendam rationem, & non alios, *argu. l. orphanatrophi. & ibi Bald. in 7. notab. C. de Epiſc. & cleric.* † Sed pater ob reuerentiam 5. paternam non tenetur ſuæ adminiſtrationis rationem filio adhuc in ſua poteſtate conſtituto reddere, *l. ſi quis prioris. §. fin. C. de ſecun. nup. & per Bartol. in l. vlt. §. vlt. C. de ſecun. nupt.* Ergo nec ad

Inuentarium eſt ſcriptura continens omnia inuenta ſeu reperta in patrimonio defuncti. Hart. Hart. tit. 41. de hæred. obſ. 2. nu. 12. A. Reyger.

Digitized by Google

inuentarij conſcriptionem obligatur. *At-*
que ita obſeruatũ fuit in cauſa Ioãnis Drey-
es, *contra Balthaſarem* Schmidt. 13. *De-*
6. *cemb. anno* 1548. †Si tamen pater eſſet per-
uerſæ cõuerſationis, vel ſubeſſet periculũ
de diſſimulatione & alienatione bono-
rum filij, poſſet cogi per Iudicem ad con-
ficiendum inuentarium: quod etiam Spe-
cul. *in loco ſuprà citato* ſenſiſſe videtur.
7. † Tradunt etiam plerique pro cautela, vt
tali caſu per Notarium in præſentia patris
& filij, & duorum amicorum fieret deſcri
ptio bonorum filij, quæ non eſſet manife-
ſtanda: & hoc pro iuris & bonorum con-
ſeruatione filij, *iuxta l. 1. § ſi ſeruum. ff. de*
8. *vent. in poſſ. mit.* †Nam per huiuſmodi de-
ſcriptionem auferetur via malignandi pa-
9. tri, ſecundum Ioannem Beſſia. *in Conſuet.*
Aruet. tit. de tut. c. 11. art. 2. † De prędictis,
idem an & quando pater legitimus ad-
miniſtrator filij, teneatur ad reddendam
rationem, vide laliùs Corn. *conſil. 105. lite-*
ra O. in 3. parte, & conſilio 240. præſuppoſitis.
litera E. 4. parte. & conſil. 1. Pro deciſione, li-
tera F. & conſi. 27. litera A. in 2. parte.

OBSERVATIO XCIV.

Gall. lib. 2. obſ. 49. Vide inf. obſ. 84. cent. 4. Raudenſ. de analog. lib. 1. c. 34. nu. 110.

Feudi renouatio an faciat ex antiquo no-
uum?

1. *Feudum antiquum in præiudicium alte-*
rius nouum fieri nequit.
2. *Ampliatio prædictæ regulæ.*
3. *Feudum paternum renouatum manet pa-*
ternum.
4. *Limitatio.*
5. *Nouum feudum quodnam dicatur.*
6. *Et quodnam antiquum.*

Feudi antiqui renouatio quomodo fiat. vid. Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 7. nu. 4.

IN cauſa quadam feudali Nobilium de
Roden, contra curatores iuniorum Mar-
chionum Badenſium, inter cætera appro-
bata fuit opinio Iacobi de Ardiz. *in Sum-*
ma de feud. part. 2. ſecundæ partis prin. quæſt.
1. *1. circa fin. aſſerentis.* † de feudo antiquo
non poſſe fieri nouum, in præiudicium al-
terius: & ſi factum ſit, tamen cenſeri anti-
quum, & antiqui feudi naturam retinere:
quod etiam ſequitur Dec. *conſi. 445. nu. 8.*
allegando Bart. in l. quod dicitur circa fin.
Verſi. hæc lex inducitur. ff. de imp. in re do.
fac. & l. ſi mihi & Titio in fin. Verſi. ſed
quid ſi Abbas. de verb. oblig. & Bald. in l.
1. quæſt. 41. ff. de rer. diuiſ. & l. 1. col. penult.
Verſic. ſed quid ſi Dominus. C. quando non
pet. par. quibus ſubſcribit Alex. *conſil 30.*
lib. 2. & conſil. 105. lib. 4. † Et hoc procedit 2.
etiamſi illa verba (CONFIRMAMVS,
ET DE NOVO CONCEDIMVS) in renoua-
tione reperiuntur: quia vtcunque And. de
Iser. *in c. 1. Verſi. quid ſi diximus, & de nouo*
concedimus. exiſtimet per huiuſmodi ver-
ba nouum feudum fieri: tamen veritas eſt,
quod per huiuſmodi verba agnatis, qui
ſecundùm formam primę inueſtiturę ius
ſuccedendi habent, præiudicari nequeat,
iuxta Ardiz. *loco ſuprà citato.* † Quor- 3.
ſum pertinet, quod Lud. Roma. ſcribit
conſil. 315. feudum paternum, quamuis re-
futatum, ſi renouetur, tamen non deſinere
eſſe paternum: *alleg. c. 1. Vaſal. decrep. ætat.*
Quod ſigna tanquam ſingulare. † Prædi- 4.
cta tamen omnia intelligenda ſunt inter
perſonas eiuſdem gentis, ſeu familiæ, ſed
non diuerſæ: iuxta Laur. Kircho, *conſil. 9.*
num 68. in 2. to. conſil. Francof. † Dicitur 5.
enim feudum nouum, quod de nouo ac-
quiritur & non procedit à ſucceſſione, *c.*
1. §. conſules tamen. qui teſt. nec. ſint. & not.
Bald. l. 4. quæſt. 4. de re diuiſ. & in prælu.
feud. in 3. quæſt. † Antiquum verò eſt, quod 6.
ab anteceſſoribus acquiſitum fuit: *Ardiz.*
in loco præcitato, & Bald. conſil. 49. in pri-
mis Videndum. lib. 2. vbi ait feudum anti-
quum dici, quod à ſtirpe procedit, *alleg.*
c. 1. de grad. ſuc. in feud. vide eundem Bald.
in prælat. feud. in 3. diuiſ. & in c. 1. §. hoc
quoque. circa fin. de ſuc. feud. Card. conſil.
91. fauendo pupillis. in prin. & Alex. conſil.
30. quoniam omne datum. lib. 1. & conſi. 26.
ponderatubis. lib. 5. De prædictis Vide etiam
infrà. cent. 4. obſer. 83. & 84. Vbi annotaui,
an feudum antiquum in nouum, vel contra
feudum nouum in antiquum commutari poßit,
&c.

Conſen. Sch. in tract. feudal. p. 9. princ. p. 2. ſect. 6. n. 25. A Ryger.

OBSERVATIO XCV.

Collaterales vſque ad quem gradum in
feudo ſuccedant?

De hac quæſt. vide Hart. Piſt. quæſt. 19. lib. 2. par. poſter.

1. *Collaterales vſque ad ſeptimum gradum*
in feudis antiquis ſuccedunt.

2. Alij

Gail. 2. obſer. 150 n. 3. & 154. Qui recipit nouum feudũ pro ſe & heredibus ſuis intelligitur recepiſſe pro ſe & hæred. ſuis maſculis, vnde collaterales & extranei heredes non admittuntur. Hart. Hart. tit. 34. de feud. obſ. 13. nu 6. Vid Curt. Iun. p. 3. num. 48. & 49. Inter quos eſt etiam Schrad. par. 7. c. 7. n 8. A. Reyger.

2. *Alii cenſent collaterales in infinitum admittendos.*
3. *Hæ opiniones fœdere diſtinctionis conciliantur.*
4. *Quam diſtinctionem Camera ſequitur.*
5. *Doctorum auctoritatibus eadem ſententia confirmatur.*
6. *Bald. opinio de ſucceßione collateralium.*
7. *Limitatio præcedentium.*

AN & quatenus ex tranſuerſo ſeu latere coniuncti in feudo ſuccedant, multum conflictantur Dd. † Nam alij in feudis antiquis eos vſque ad ſeptimũ gradum tantùm admittunt, *vt per text. in c.*
1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feud. & Bald. in
1. *auth. defuncti, C. ad SC. Turp. Moderni in*
l. certum. C. Vnde leg. Vbi Iaſ. dicit hanc eſſe
2. *communem.* † Alij cenſent, eos in infinitum ſuccedere, *per text. in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. ibi, ex latere* omnes per maſculos deſcendentes, vſq. in infinitum, ſi feudum ſit paternum, hoc eſt, ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationi communis,
3. *& c. 1. ſi vaſal. feud. pri.* † Alij denique diſtinguunt, an ex acquirente feudum ſit factus tranſitus immediatè in tranſuerſales, & tum ſuccedant tantùm in ſeptimũ gradum vſque: an verò illud venerit primò ad deſcendentes, & tunc ab ipſis ad tranſuerſales, volunt fieri tranſitum in infinitum, *per gloſſ. in d. c. 1. verſi. vſque ad ſeptimum de ſucceſſ. feud. & gloſſ. c. 1. in verb. conſobrinus. de feud. Marc. vbi Bald. & Aluar. idem tradunt: quod etiam ſequitur Dec.*
4. *conſil. 85. num. 5.* † Et quidẽ in Camera Imperiali hæc poſterior ſententia, vt verior, recepta eſt, ſi agatur de illius ſucceſſione feudi, quod ab originario accipiẽte in deſcendentes eius propagatum fuerit, quod deſcendentibus de medio ſublatis eorundem agnati collaterales in infinitũ ſuccedant: quę & cõſuetudine Germaniæ approbata videtur. *Ita concluſum fuit in ſupra dicta cauſa Nobilium de* Roden, *contra curatores iuniorum Marchionum Badenſium, die*
5. *28. Martii, anno 1549.* † Et hanc ſententiam conſulendo tenuerunt vltra Deci. Lud. Gozad. *conſ. 26. nu. 27.* & Henning. God. *conſ. 16. nu. 13.* eandemque ſecuti ſunt docendo Curt. *de feud. 3. part. prin. 17. quæſt. prin. §. ſucceßiuè expedito. nu. 84. Zaſ. in tract. de feud. ſucceſ. verſi. tertia concluſio. & verſi. noua concluſio, in feudo nouo. Couarr. in Reſol. lib. 2. c. 5. nu. 4. vbi hanc ſententiam communem dicit:* item Baro à Tautemberg. *in enarratione dicti §. hoc quoque. num. 2. de his, qui feud. dar. poſ. Bald. quoque.* 6.
Si tota domus, ait, regia moreretur, & vnus de ſanguine antiquo ſupereſſet, etiam ſi milleſimo diſtaret gradu, tamen iure ſanguinis & perpetuę conſuetudinis ſuccederet in regno: ratio eſt, quia feudum cenſetur paternum. † Præmiſſa tamen in- 7.
tellige, vt obtineãt, feudi poſſeſſore mortuo ſine legitimo hęrede: non autem propter delictum feudo priuato, *ſecundũ Bal. & Aluar. in c. 1. de feud. Marc. vel Comit. vel Ducat.*

OBSERVATIO XCVI.

An Iudex ob metũ armorũ poſſit partibꝰ concordiã ex officio mandare. Vide Gail. li. 2. de pac. p. c. 18. n. 8. 9. 10. & 2. ſeq. Gail. 1. obſ. 5. 6. & 7. Vvurmſ. tit. 2. de iudicib deleg. ob. 3. Dn. Dauth. in l. dictantib. n 7. C. de teſt. fol 662. Quando iudex poſſit officiũ ſuũ impertiri non rogatus. vide Vvurmſ. tit. 1. de iudi. obſ. 1. A. Reyger.

An Iudex ob metum, ne partes ad arma perueniant, ex officio inhibitionem facere poßit?

1. *Iudex ob metum armorum ex officio partibus inhibere poteſt.*
2. *Fundamenta huius concluſionis ponuntur.*
3. *Iudex metuens ne partes ad arma veniãt poſſeßionem ſequeſtrare poterit. Gail. lib. 1. obſ. 5. & 6.*
4. *Remißiuè de hoc caſu quædam traduntur.*

QVANDO propter litigioſam poſſeſſionem periculum ſubeſt, ne partes ad arma concurrant, neutra agere volente, † tum Iudex poteſt inhibere partibus ex 1.
officio, vt poſſeſſione abſtineant. Poteſt item loco inhibitionis ſequeſtrare poſſeſſionem, & præcipere, vel eas citare ad dãdum articulos ſuper poſſeſſione aſſerta, & nominandum teſtes: quo facto examinantur teſtes, & decernitur iuxta Ordinationẽ Camerę, *anno 1548, Auguſtæ Vindelicorum erectam, tit. 21. §.* ob auch, *in 2. parte. Atque ita fuit obſeruatum in cauſa ciuitatis Spirenſis contra Epiſcopum Spirenſem.* Deſs Eiſsbruchzhalben auff dem Rhein, *& in cauſa eiuſdem ciuitatis cõtra Comitem Palatinum Rheni, Principem Electorem,* Die Gleits Irrung belanget, *anno 1549.* † Et fun- 2.
datur hæc practica *in l. æquißimum. ff. de vſufruct. l. vlt. ff. de offic. procur. Cæſa. l. ſi*

Digitized by Google

ſuper poſſeßione, C. de tranſ. l. congruit. & l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſi.
3. † Et concludunt communiter Dd. quòd
tali caſu, quando inter duos pluréſve de
poſſeſſione controuertatur, réſque ad ar-
ma ſpectare videatur, poſſit ſuperior tali
caſu ex officio, vel ad alterutrius partis in
ſtantiam poſſeſſionem rei litigioſæ ſeque
ſtrare, & citare partes ad ſummariè dedu-
4. cendum iura ſua, &c. † De quo vide etiam
Spec. *pulchrè tit. de poſſeſſ. & petit. & §. Vlt. in fine, & tit. de libel. concept. §. nunc dicendum. Verſ. 22. & ibi in terminis* Ioan. *And. in addition. & elegantiſſimè Caſtrenſ. conſilio 3. lib. 2. Vbi explicat,* quale hoc ſit iudicium & qualis ſententia, & quomodo differat à poſſeſſorio: item in atteſtationes ſi receptæ, faciant deinde fidem in poſſeſſorio, & petitorio? *quibus adde etiam Innoc. in c. cùm veniſſet. de inſtit.* Carol. *Ruin. conſil. 28. lib. 4. Bal. in l. diffamari. C. de ingen. manu. Petrum Iacob. tit. de negatoria, §. item notandum, & Guid. Pap. deciſ. 578.*

ADDITIO.

Oportet Iudicem cuncta rimari, nec præcipitanda eſt ſententia *l. hac lege 2. C. de ſent. ex breu. reci. c. quare 6. q. 1.* Et Iudicis boni officium eſt lites diminuere, *c. ſurgantium extr. de re iud.* Partes diſcordantes concordare §. 1. *lib. prætor. l. de ſatiſd. tut.* & ſemper niti vt res ad tranſactionẽ deferatur, *c. fin. ext. de tranſa.* Iudex enim debet eſſe medius inter partes diſcordes. *Arg. §. ſupereſt. l. de offi. iud. Bart. l. legat. ciuit. ff. de Vſufr. legat.* Et in diſcordijs adhibere concordiam *l. 1. & ib. Bart. in pr. C. de nupt.* Nec permittere debet partes ad arma vel rixas venire, quas poteſt ſua iuriſdictione compeſcere, *l. ſi Vſufr. & l. §. 2. æquiſſimum, & ib. gloſſ. ff. de vſufr. & l. non eſt ſingulis. ff. de re. iuris.* A. Reyger.

OBSERVATIO XCVII.

Pacta dari, aut fieri, vt ſint valida, quæ requirantur?

PACTA, per quæ promittitur aliquid dari, aut fieri, vt ſint valida, vel obligatoria, tria requiruntur: ex quibus totalis actus promiſſionis validę integratur, videlicet perſona promittens, perſona cui promittitur, & iſtud quod promittitur: & vbi alterum horum defuerit, inutilis eſt promiſſio, nec obligat: *Ita eſt gloſſ. Valdè ſingularis in verbo, in idem. & ibidem Barto. in l. 1. §. 1. ff. de pact.* Oportet enim pactum promiſſionis validę inchoari à perſonis inter ſe paciſcentibus, ſi valere debeat, per regulam vulgatam quæ dicit, Quæcunq. gerimus, niſi à noſtris perſonis ſumant initium, inutilem actum facimus, *per text. in l. quæcunque gerimus. ibi gloſſ. & Bart. ff. de actio. & oblig. quod etiam Bald. not. & poſt ipſum Salic. & Caſt. in l. 1. multum. C. ſi quis alij, vel ſibi.* Vnde ſi paciſcamur ego & tu, dicendo, quòd tertius det tibi, vel mihi, inualidum eſt pactum: quia actus iſte non ſumit initium à perſonis noſtris, qui paciſcimur: *Ita notanter dicit gloſſ. in l. 1. §. 1. ff. de pact.* idque ibidem affirmant Alexand. & Caſtr. oſtendendo, ſi verba obligatiua, & executiua non conferantur in perſonas loquentium, ſed in tertium, non valere, quod ſic agitur, quia deficit forma pacti ſeu promiſſionis, quæ eſt, quòd promiſſio debeat ſumere initium & originem ab ipſis perſonis loquentium, & paciſcentium: alias eſt inanis, nec conualeſcit, licet partis poſteà inceperit intereſſe: quod nota:

OBSERVATIO XCVIII.

Actio iniuriarum ad palinodiam an ſit ciuilis?

Gail lib. 1. obſer. 65. Hart. Hart. tit. 49. de iniur. obſ 3. num. 6. VVeſenb. cõſ. 22. n. 18 Blar. in repet l. diffamari, in arg. n. 4. VVeſenb. in add. ad Schnei §. pœna. l. de iniur. Illi omnes tenent quòd nõ ſit criminalis. At ex conſtit. Electorali eſt criminalis. Moller. lib. 1. ſemeſt. c. 23. A. Reyger.

1. *Ob iniurias ad palinodiam frequentiſſimè agitur.*
2. *In criminali actione petitur pœnam fiſco applicari.*
3. *Appellatio criminalis iure communi admittitur.*
4. *Secus eſt de conſuetudine Germaniæ.*
5. *In pleriſque iudicijs appellationes in cauſis iniuriarum admittuntur.*
6. *In criminalibus procurator non admittitur.*
7. *In cauſis iniuriarum procurator vtrinque admittitur.*
8. *Criminalis accuſatio in Camera non admittitur.*
9. *Criminaliter conuentus an pendente iudicio*

Digitized by Google

dicio ad ciuilem actionem reſpondere teneatur?

10. *Iniuriatus præter palinodiam petere poteſt iniuriæ æſtimationem.*

11. *Actio ad palinodiam eſt ciuilis.*

12. *Contrariæ opinionis fundamentum refutatur.*

1. FORMVLA agendi de iniuriis admodum in frequenti apud nos eſt vſu, vt is qui paſſus eſt iniuriam, ad reuocationem iniurioſorum verborum & reſtitutionem famæ læſæ agat: *Daß der Geſchmechte auffeinem Widerruff klage*, quam etiã Imperator Carolus V. in Auguſtana Imperialis Cameræ ordinatione cõprobauit: *de qua nos plura ſcripſimus in §. in ſumma. Inſtit. de iniur.* An autem talis actio, quæ ad reuocationem iniuriæ hoc modo inſtituitur, cẽſeatur criminalis, vel ciuilis eſſe, variatum eſt à Dominis Aſſeſſoribus, ſed tãdem eò crebrius itum, quòd ciuilis eſſet, *vt in cauſa Bernhardi* Oeler, *contra Sebaſtianum* Guldlingen, *item in cauſa* Horſt, *contra* Baman, *relata an.* 1549.
2. Primùm ideò: † quia etſi petatur reclamatio iniuriæ, tamen non poteſt dici, quòd ad aliquam pœnam agatur fiſco applicandam: quod in criminali eſt omnino neceſſarium, *gloſ. in l. præter. & ibi Bart. ff. de*
3. *ſepul. viol.* † Deinde notum eſt, quòd etſi iure communi in criminalibus appellatio ſit permiſſa, *l. addictos. C. de Epiſcop. au-*
4. *dien. & authent. ſed hodiè, de appel.* † moribus tamen Germaniæ contrarium obſeruari, & in criminalibus appellationem
5. eſſe illicitam. † Iam ſi actio iniuriarũ ad reuocationem inſtituta inter criminales cenſenda eſſet, ſequeretur in ea appellari non poſſe, cuius tamen contrarium in iu-
6. diciis paſſim ſeruatur: † Tertiò in criminalibus iudiciis, vel ad crimen perſequẽdum, vel ad defendẽdum regulariter procurator interuenire prohibetur, *l. penult.*
7. *§. vlt. & ibi Bart. ff. de pub. iudic.* † In controuerſiis tamẽ reclamatoriis iniuriarum diuerſum obſeruari, & procuratorem tàm agendo, quàm defendendo admitti con-
8. ſtat. † Prædictis accedit, quòd in Imperiali Camera nulla criminalis accuſatio admittitur: (excepta condictione ex cõſtitutione pacis publicæ) interim tamẽ videmus, hanc iniuriarum reclamatoriam in ea admitti. † Poſtremò expeditum eſt, crimina- 9.
lem eo priuilegio frui, vt ea pendente nulli ciuili quæſtioni ſit locus, *l. 2. §. ſed etſi agant. ff. de iudi.* Quòd ſi actio iniuriarum reuocatoria criminalis eſſet, ſequeretur eam cum ciuili, quã ad æſtimationem iniuriæ agitur, cumulari non poſſe, † cuius 10.
tamen contrarium vſu frequẽtatur, valẽtque libellus, in quo actor cum reclamatione æſtimationem iniuriæ ſibi adplicãdam coniungit. † Ex prædictis omnibus 11.
ſatis apparet, actionem iniuriarum ad reuocationem inſtitutam potiùs ciuilẽ eſſe, quàm criminalem. † Neque obſtat, quòd 12.
nonnulli hanc ideo criminalem cenſent, quia infamet: nam & depoſiti, & mãdati, & de dolo, & aliæ quàm plurimæ actiones infamant, neque tamen eas propterea criminales eſſe rectè dixeris.

OBSERVATIO XCIX.

In quibus caſibus tempus ad probationes conceſſum non currat?

Vid. Gall. lib. 1. obſ. 91. num. 4. 7. 9. & ſeq. Add. Kœnig. c. 81. nu. 3. vbi etiam habes caſum, in proceſſ. Hartman. Hartma. tit. 12. de dilat. obſ. 4. num. 3. A. Reyger.

1. *Tempus probationis non currit, dum diſputatur ſuper admiſſionem articulorum, & nu. 2.*

3. *Inſtantia non currit dum diſceptatur de legitimatione perſonarum ad litem.*

4. *Tempore induciarum non labitur inſtantia.*

5. *Nec currit inſtantia impedito culpa aduerſe partis.*

TEMPVS conceſſum ad probandum 1.
nõ currit, dum diſputatur & cognoſcitur, an articuli probatorij, vel poſitiones probare volentis admitti debeant: ſecundum Baldum in *l. quamdiu. per illum textum. ff. de acquirend. heredit. gl. ſſ. & Gemineanum in c. cupientes. §. quòd ſi. in verbo videbitur, de electio. lib. 6.* † Idem quoque 2.
eſt in dilatione pendente ad reſpondendum poſitionibus, vel dicendum de impertinentia, *ſecundum gloſſ. in verbo poſt dilationem. in clem. ſæpè. de verborum ſignification. Bald. in l. fin. ff. de ferijs, in l. 1. C. de iuram. calumn. Specul. in titulo, de dilatio. § 1. verſicu. ſed nunquid currit, &c.* † I- 3.
dem iuris eſt, ſi diſputetur ſuper legitimatione perſonæ ante litis conteſtationem: nam tunc etiam non perit inſtantia, licet decem annis de hoc litigaretur. *iuxta Bal.*

Digitized by Google

dum, quem ſequitur Alex. in l. properandum.
C. de iudic. in princ. & eundem Baldum in l.
4. & poſt edictum. ff. de iudic. † Idem quo-
que locum habet, quando tempus labitur
propter priuilegium, vel inducias rei l. 2.
§. pen. ff. de iudic. l. vlt. §. donec. C. de iure
delib. Idem deniq; generaliter locum ob-
5. tinet, † vbi tempus præfixum parti ad a-
liquid faciendum, labitur culpa, & per
malitiam & dilationes fruſtratorias par-
tis: per caſum cum Bartolo in ſecunda opi-
nione, in l. intra vtile ff. de minorib. iuncta l.
petenda. C. de temp. in integr. reſtitutio pe-
tenda.

OBSERVATIO C.

*Probationes plures imperfectæ an coniun-
ctim plenam faciant probationem?*

Hæc probationum cõiunctio in criminalibus non admittitur, Gail. l. 1. ob. 108. num. 13. Add. Gabr. li. 1. R. tit de prob. concl. 1. Dubia etiam probatio quandoque ſufficit ad cõdemnationẽ, quando lex ſuper illo dubio diſponit vel præſumit. Hartmã Hart. tit. 50. de Accuſat. obſ. 16. nu 4. A. Reyger.

1. *Probationes imperfectæ ſunt coniungendæ vt ex pluribus plena oriatur.*
2. *Probandi facultas minimè coarctanda.*
3. *Limitatio.*
4. *Probatio ex pluribus imperfectis proſiliens, à Baldo præſumpta dicitur.*
5. *Contrarium tenet Bartolus.*
6. *Probationes in diuerſum finem tendentes non probant, nec coniunguntur, & num. 7.*
8. *Ex ſententia Baldi prædicta limitantur.*

PRo generali regula tradunt Doctores:
† probationes imperfectas cõiungen-
das eſſe: vt faciant plenam probationem,
idque propter publicum fauorem, † ne
probandi facultas coarctetur, aut reſtrin-
1. gatur, l. curent. ff. de teſtib. & c. ſi quiete-
2. ſtium. vbi dixi, ext. de teſtibus. latè Felin. in c.
cùm cauſam. de probat. in 4. col. vbi multa al-
legat, & remittit præcipuè ad not. Bartol. in
l. 1. §. 1. verſi. item Cornelio. ff. de quæſtio. &
3. ad c. veniens. 1. de teſtibus. † Hoc dog-
ma Cam. Domini verum & limitandum
cenſuerunt, quando probationes tendunt
ad vnum eundémque finem: ſecus, ſi ad
diuerſum: vt in cauſa Epiſcopi Herbipolenſis
contra Abbatem Fuldenſem, den Saltsforſt
vnd Taberfeld belangend, relata menſe A-
prili, an. 1551. Nam quando probationes im-
perfectę tendunt ad eundem finem, &
eodem modò, bene reſultat plena proba-
tio, ſiue ſint eiuſdẽ generis, vt eſt in duo-
bus teſtibus, ſiue diuerſi, vt vnius teſtis cum
fama. † Et licet Bald. in c. 1. §. cùm autem. 4.
de contro. inueſt. dicat, talem probatio-
nem appellari præſumptiuam, † in con- 5.
trarium tamen tenet Bart. & meliùs, in l.
admonendi. ff. de iureiur. & facit text. in l. Ar-
riani. verb. ad vnam C. de hæred. & l. 1. ad fin.
ff. quemad. teſt. aper. ibi, nec diuerſitatem fa-
ctorum. & l. qui ſententiam. C. de pœnis, ibi, in
vnum conſpirantes concordantéſque rei finem.
Prædictis accedunt, quę allegat Bald. in d.
c. cum cauſam, dicens inter alia multa,
quod in probationibus ſurgit opinio ex
diuerſis coniecturis tendentibus ad ean-
dem concluſionem, & habentibus cauſas,
ſimilitudines & conſonantias, conteſtes
inuicem colligatos. † Et refert ibi Ol- 6.
dradum tradidiſſe vnam ſingularem & no
tabilem Theoricam per d. l. qui ſententiam.
quòd ſicut teſtes ſingulares non probant,
quia in diuerſum tendunt, ita diuerſę ſpe-
cies probationum, variantes in effectu, nõ 7.
probent. † Sed ſi vna inſufflet in alteram
aliquid fidei, & altera in alteram, ita quod
animus iudicis plenè informetur, tales
probationes nõ dici poſſe ſingulares, nec 8.
diſcrepantes. † Limitantur tamen iſta, ſe-
cundum Bald. in l. ſi quis ex argentariis, §.
1. ff. de eden. niſi tales probationes coniun-
gendæ, eſſent in ſua ſpecie imperfectæ,
putà ſi fama probatur per vnum teſtem, &
vnum aliud indicium, putà fuga, probetur
per alium teſtem, tunc non coniungũtur,
cùm quodlibet indiciũ requirat duos te-
ſtes. ſecundum Innoc. in c. ſicut. de ſimoni. gloſſ.
& Bart. in l. 2. C. famil. erciſ. & Bald. in c.
licet. col. 6. de probatio. dicitque Abb. in c.
tranſmiſſæ. qui fil. ſint legit. propter gloſſ. ibi-
dem, quòd probationes non coniungan-
tur, quando repugnant in modo, licet cõ-
ueniant in fine, per l. vbi repugnantia. ff. de
reg. iur. Et prædicta non contemne, tan-
quam memoratu digna.

SINGV.

Digitized by Google

SINGVLARIVM OBSERVATIONVM

Iudicij Imperialis Cameræ,

Centuria III.

OBSERVATIO I.

And. Gail. li. 1. obſ. 48. nu. 17. 18. & ſeq. A. Reyger.

Delegatus an teneatur mittere citato originalem commiſſionem?

SVMMARIA CENT. III.

1. *Originale commiſſionis citationi inſerendum videtur.*
2. *Eius ratio redditur.*
3. *Delegatus ex iure ſpeciali iuriſdictionem habet.*
4. *Sufficit tenorem commiſſionis in citatione poni.*
5. *Originale commiſſionis quando exhibendum.*
6. *Archidiaconi hac de re doctrina.*
7. *Et Panormitani diſtinctio.*
8. *Ordinarius cauſam iuriſdictionis in citatione non exprimit.*
9. *Pro iuriſdictione ordinarij præſumptio militat.*

DELEGATVS an teneatur citato mittere tenorem ſuæ commiſſionis in originali, variârunt In-
1. terpretes,† pleriſque volentibus delegatum ad id
teneri, *per text. in auth. qui ſemel, verbo aduerſario cognitis. C. quom. & quon. iud. in c. præterea in prin. de reſcript. & c. prudentiam.*
2. *de offic. deleg.* † Ratio eſt, quia non præſumitur pro iuriſdictione delegata, cùm ſit odioſa, *c. cùm iuriſperitus, ibi gloſſ. & Dd. de*
3. *offic. deleg.* † Cùm enim, delegatus non habeat iuriſdictionem naturalem, aut fundatam à iure communi, ſicut ordinarius *l. more. ff. de iuriſdict.* ſed ſolùm ex accidenti: ideò citatus non tenetur credere, niſi
ei fides de hoc fiat. † Verum communior 4.
eſt opinio, ſufficere, ſi tenor delegationis inſeratur citationi, *per text. in c. 2. ibi Dd. de dilat. & Dd. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ſer. & c. cùm in iure. ibi Innoc. numer. 4. Panorm. & Felin ſimiliter de offic. deleg. &*
Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ſer. † Et 5.
quòd nonnulli requirunt ipſius originalis exhibitionem, horum opinio vera eſt in procedẽdo, quòd ſcilicet reus comparens coram delegato, poſſit exigere reſcriptum originale, vt plenam fidem habeat de iuriſdictione delegati priuſquam reſpondeat: hócque eſt, quod Archidiaco-
nus † ſcribit *in c. ſi Epiſcopus. 3. q. 2.* tranſ- 6.
miſsionem copiæ ſufficere quò ad comparendum, ſed non quò ad reſpondendum: quæ opinio communiter approbatur, quam etiam ſecuti quandoque ſunt Domini *in cauſa appellationis Sabina* VVelſerin, *contra Leonhardum* Hirſchvo-
gel. Et † quamuis ſolus Panorm. *in d. c.* 7.
2. diſtinguat, an de grauiſsimo, vel graui, aut leui præiudicio agatur, tamen non loquitur de citatione, ſed quòd non ſit obnoxius reſpondere vocatus, niſi ſibi facta ſit plena fides de cõmiſſione & dato, ipſum etiam loqui de comparendo, tamen eſt vnicus, & communis opinio ab eo diſcedit, cui etiam conſuetudo (opti-
ma legum interpres) ſuffragatur. † Cæ- 8.

Et hæc communis opinio cotidiano vſu in Conſiſtoriis Germaniæ recepta eſt. A. Reyger.

verùm Ordinarius ad hoc non tenetur, ſed ſufficit, ſi mandet nuncio, vt aliquem citet ſolo verbo abſque literis *per text. in c. cum dilecti. ibi Viua Voce. de do. & cont. & Spec. in tit. de citat. §. ſequitur. Verſi. Vtrum.*

9. † Ratio eſt, quia pro Ordinaria Iuriſdictione ſemper præſumitur, ſecus pro delegata, *iuxta Pano. in d. c. cùm in iure, col. pen. de offic. deleg.*

OBSERVATIO II.

Principali perempto an & quando accesſorium perimatur?

ACcessorivm ſequitur regulariter naturam ſui principalis, ſiue tractetur de principali inducendo, ſiue tollendo, ſiue confirmando, niſi de vno ad aliud diuerſa ſit ratio, vel in acceſſorio reperiatur prouiſio, vel diſpoſitio ſpecialis derogans, *Vt per Dyn. in c. acceſſorium. de reg. iur. lib. 6.* Vnde pro regula traditur, quòd acceſſorium pereat principali perempto, *l. cùm principalis. ff. de reg. iur.* Hoc tamen multis caſibus non procedit, quos Doctores in prædictis locis recenſent, ad quos iuris ſtudioſum remitto: *quibus adde latè Iaſon. in l. 1. C. de iudic. & l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de legat. 1. & Hippol. de Marſ. ſing. 17. & ſing. 175. item* Bald. *conſil. 30. in princ. parte 2. & in l. his. §. mancipia. ff. ſol. matri. Lud. Bolog. poſt gloſſ. ibi. in l. Vlt. ff. de cond. indeb. eundem in l. vtique. ff. rei Vend. & Alexand. in addit. ad Bart. in l. non Vtique. & ibi Bolog. ff. de eo, quod certo loco, Lud. Roman. conſil. 330. & ſingul. 577. tu habes regulam. &c. Et quod notabiliter tradit Socin. conſil. 41. in præſenti conſultatione. col. 6. in 4. vol.* Inter cęteras verò exceptiones huius regulæ, & hæc vna & quidem pręcipua eſt, quòd non procedat in iuramento: quia etiamſi principale ſit ſublatum, non cenſetur caſſatum iuramentum, licet ſit acceſſorium, *de quo extat, gloſſ. fin. in c. cùm non deceat. de elect. lib. 6. & in cle. dudum, de ſepult. & Vide Mar. Ant. Baue. in tract. de virtu. iur. caſu 36.*

OBSERVATIO III.

Actio de dote ceſſa alteri an gaudeat priuilegij dotis?

Ipſa muliere vel eius liberis dotem repetentib. dotis priuilegia manent, donec dos ſit reſtituta. Hart. Hartman. titu. 3. de dot. obſ. 1. nu. 2. A. Reyger.

1. *Ceſsionarius non fruitur priuilegijs dotis.*
2. *Priuilegia vigenti duo dotis ordine ponuntur.*
3. *Plura eiuſdem priuilegia apud Campegium Videnda.*

QVando mulier ceſſit actionem de dote alteri (quo caſu eſt vtilis) & is eam intentet, ceſſionarius non habet ampliùs illa priuilegia, quæ mulier habuiſſet, † ſi intentata fuiſſet directò per ipſam: *ita eleganter notat Baldus in l. 1. col. 4. Verſic. quærunt Doctores. C. de priuil. dot. quem ſequitur Iaſon in l. cùm fundus. §. 1. verſi. & an ſit differentia. ff. ſi cert. petat.* 1.
† Sunt autem multa priuilegia actionis de dote, *quæ enumerantur in l. 1. & per tot. tit. ff. ſol. matri. per Dd.* Nos potiora tantùm, in fauorem mulierum, in vnum velut faſciculum colligemus, reliqua relinquẽtes cõmentarijs. Primum eſt, quod omnia bona mariti ſunt tacitè pro dote hypothecata, *l. aſſiduis, cum ibi notat C. qui pot. in pig. & c. ex literis. de pignor.* Alterum, quod mulier præfertur in dote omnibus prioribus creditoribus, perſonales actiones, vel tacitas hypothecas habentibus, *d. l. aſſiduis.* quod nonnulli, & ad expreſſam hypothecam habentes producunt, ſed ea ſententia non caret pugna. Tertium, dos nec propter mariti, nec ob patris maleficium perditur, *gloſſ. & Dd. d. c. ex literis. & l. quamuis in fin. C. ad l. Iul. maieſt.* Quartum, Eccleſia ſe interponere pro dote poteſt, non tantùm in fauorem viduarum, ſed etiam mariti petentis dotem promiſſam, *c. nuper. & c. per Veſtras. de do. inter vir. & Vxor.* Quintum, fundus dotalis non poteſt alienari, etiamſi conſentiat mulier, *l. Iulianus. ff. de fun. dot. authe. ſiue à me. C. ad Velleia. nec in hypothecam dari, l. 1. §. & cùm lex. C. de rei vxor. actio.* niſi iuramẽtum interuenit: quo caſu alienatio valeret, *cum contingat. de iureiur. & c. quamuis. de pac. lib. 6.* Sextum, vergente marito ad inopiam, iudice iubente poteſt dari pecunia dotalis mercatori cum pacto, vt ſit ſors capitalis ſalua deque lucro vir & vxor percipiant partem honeſtam, compenſato damno cum lucro, & contrà, & hoc ſine vſura, *dict. c. per noſtras.*

(Right-margin numbers beside the text: 2. at "Sunt autem multa priuilegia actionis"; 1. at "tes cõmentarijs. Primum eſt"; 2. at "Alterum"; 3. at "Tertium, dos"; 4. at "Quartum"; 5. at "Quintum"; 6. at "Sextum".)

Digitized by Google

ſtrat.cum ibi not.de don.inter Vir. & Vxor.
& ibi Ioan.Andr.& Fulg.in l.cùm duob. §.
7. item ſi in facto.ff.pro ſocio. Septimum,do-
tis cauſa dicitur ſummaria,in eaque iudex
poteſt dilationes ex officio abbreuiare:
not.in l.1.ff.ſol.matrim.& cle. diſpendioſam
8. de iudic.Octauum, dos etiam incerta cō-
mitti poteſt arbitrio patris,vel tertię per-
ſonæ,nec eius incertitudo vitiat ſtipula-
tionem , l.cùm poſt.§.gene.ff.de iur.dot.
9. Nonum,res pro dote,quę ſubiacent reſti-
tutioni, alienari poſſunt ante diei vel cō-
ditionis euentum , licet id regulariter ſit
prohibitum,authe.res quæ.C. commun.de
10. leg.Decimum, pater officio iudicis com-
pelli poteſt ad dotandam filiam ſecundū
ſui patrimonij vires,l.qui liberis.ff. de rit.
nup.& l.vlt.C.de dot.promiſ. Imò licitum
eſt iudici parente abſente filiam de rebus
paternis dotare,ne perdat tempus nuben-
di ſub expectatione paterna, l.profectitia.
11. ff.de iure dot. Vndecimum eſt,quòd ſub
obtentu rerum amotarum non poteſt
impediri dotis reſtitutio,l.1.§.taceat. C. de
12. rei vx. actio. Duodecimum , quòd filia e-
tiam in patris poteſtate conſtituta,in do-
te aduentitia ſine patris conſenſu iudicio
ſtare poteſt , licet in profectitia ſit ſecus:
aut.quod locum.C.de colla.gloſſ.& Dd.l.2.§.
13. quod ſi in patris.ff.ſol.matri. Decimumter-
tium , in dubio non præſumitur dos in
ſocijs bonorum communicata. l.actione.
14. §.fin.cùm l.ſeqq ff.pro ſocio.Decimumquar-
tum quamuis in luitione pignoris fructus
computentur in ſortem, tamen in pigno-
re dato propter dotem non computan-
15. tur:Panor.c.2.de pignor.Decimumquintū,
pactum legis commiſſorię priuilegio mu-
lieris valet in dote:Dd.c.ſignificante.de pi-
16. gnor.Decimumſextum, fauor dotis man-
datum morte mandatis non expirat, nec
hæres poteſt reuocare, niſi defunctus re-
uocauerit,l.ſi ego.ff.de iure dot.l.ſi pater.ff.
17. de mand.Vnd.Decimumſeptimum , poſ-
ſunt pro dote bona minorum obligari , l.
18. lex quæ.C.de admin.tut. Decimumocta-
uum credens ſe obligare pro dote non re-
petit,cùm tamen ob errorem regulariter
competat repetitio,Bartol.l.cùm his. l. do-
naturus.& l.qui ſe debere. ff. de cond.ob
19. cauſ. Decimumnonum, licet nudum pa-
ctum regulariter nō producat actionem,
tamen interpoſitum pro dote valet, & a-
ctionem parit,l.ad actionem.C.de dot. pro-
miſ. Vigeſimum,de dote mulieri pauperi 20.
legata non detrahitur Falcidia:Dd.in aut.
ſimiliter.C.ad l.Falc.Vigeſimumprimum, 21.
ſi quis nomine dotis aliquid facere vel
tradere promiſerit,ad id præciſe tenetur,
nec liberatur ſoluēdo intereſſe: Dd. in l.ſi.
C.ad Velle.Vigeſimumſecundum , poteſt 22.
vxor etiam ante executionem condem-
nationis mariti vendicare,à fiſco tāquam
domina ſuam dotem, l.ſi quis poſt hanc. C.
de bon.dam.& l.ſi marito.ff.ſol.matri.†Sunt 3.
& alia plura priuilegia,de quibus vide la-
tiſſime diſſerentem Campegium de Bon.
in tract.de priu.dot.& Ioan.Beſsia.in Con-
ſuet.Aruer.art.11.per totum.

OBSERVATIO IIII.

Reus obſtrictus comparēre perſonaliter in cauſa ciuili,non aliter tenetur, niſi actor idem faciat.

QVIDAM obtinuit ab Imperatore cō-
miſſionem ſpecialem,quòd in cauſa
ciuili reus deberet in iudicio perſonaliter
comparēre:reus obtulit ſeſe commiſſioni
paritturum,modò actor idem faceret , &
perſonaliter iudicio intereſſet,nō per pro
curatorem:actor id facere recuſauit:quę-
ſitum fuit,an excuſaretur , vel habendus
eſſet pro contumace ? Et videbatur,eum
excuſandum eſſe cùm natura cauſę perſo-
nalem comparitionem non requirat, nec
aliàs ad hoc per Imperatorem expreſsè ſit
arctatus,c.querelam.de procurat. Item,id
quod eſt conceſſum in fauorem, non de-
bet,ſibi læſionem adferre,c.quod fauore. de
reg.iur.libr.6. Sed contrarium fuit deter-
minatum à dominis , nempe quòd tene-
retur ſe ſiſtere perſonaliter , cum æquali-
tas in iudicijs ſit ſeruanda, c.nouit.de iu-
dic.ęquitaſque edicti,quòd quiſque iuris,
&c.id exigat,tot.tit.ff.quod quiſque iuris.&
c.cum omnes.de conſtit. & hoc expreſſè e-
tiam voluit Dom.de S.Gemin.in c.1. numer.
9:de dolo & contu.lib. 6. Facit,quod in ſi-
mili voluit gloſſ.cle.ſæpè.in fin.de verb. ſign.
vbi voluit,quòd ſi actor impetrarit ad ſui
inſtantiam,vt cauſa plenarie tractaretur
ſummariè,& de plano,& cauſa reconuen-

Digitized by Google

tionis pariter ſummario proceſſu expedire debeat. Vbicunque enim actor tollit per impetrationem reſcripti ordinatoria litis reum concernentia, eodem modo debent intelligi ſublata per ipſum actorem, vt inter ipſa ſit ęqua cōditio, *c. 2. de mut. petit.* Quod intellige verum, niſi reſcriptum conceſſum fuiſſet motu proprio, quia tūc ceſſaret retorſio, *Rom. conſi. 327.* Et notum eſt, hanc clauſulam tollere defectum ſubreptionis, *vt not. Ioan. And. in c. ſi motu proprio, in Nouel. de præben. in c. ſi Romanus de præb. lib. 6.*

ADDITIO.

Ob vnd Wie Weit das ius retortionis *ſtatt haben ſol, in denen Fallen, da man etWa die Erbſchafft,* legata, fideicommiſſa, *oder Vbergaben auff den Todtes Fall nicht ohn abzugk, oder keine Gerade oder HergeWette, aus einem ort in den andern folgen leſt, Vid. conſt. Elect. in art. 38. part. 3.* A. Reyger.

OBSERVATIO V.

Adultus habens curatorem, licet inter viuos non poſſit alienare, tamen hoc poteſt in teſtamento.

Vid. Gai. lib. 2. obſ. 96. nu. 7. & 8. Adde, adultus curatorē habens, teſtari poteſt, etiā ipſo curatore contradicente, ſicut & codicillari, & mortis cauſā donare. Nec requiritur iudicis decretū. Hart. Hart. tit. 18. de teſtā. obſe. 2. n. 40. & ſeqq. A. Reyger.

ADVLTVS habens curatorem, licet non poſſit in vita alienare res immobiles ſine auctoritate curatoris & decreto iudicis, *ſicut habetur in l. lex, quæ tutores. C. de admin. tut. & l. magis puto ff. de reb. eor. &c.* poteſt tamen in teſtamento dare executoribus ſuis facultatem alienādi res immobile: *ita concludit* Bal. *in l. prædium C. quan. decre. opus non eſt, & in l. 1. in prin. ff de reb. eor. &c. ſequitur. Iaſon in l. ſi frater, in fin. C. qui teſt. fac. poſſ. aſſerens, hoc Velut mirabile & ſingulare notandum eſſe.*

ADDITIO.

Cùm hodie tutores à tutelis ſe non excuſent, ſed plerunque eas affectent: idémque Curatores facere ſoleant, pręſertim ſi ſint pupilli vel minores diuites & opulenti. Ideò iuſte introductum eſt, vt adulti poſſint recuſare curatores, qui illis inuitis non dantur, *Paul. Montan. de iur. tutel. & curatel. c. 4. nu. 6. 7. & 8. vid. Andr. Knich in priuil. duc. Saxon. c. 5. Vid. VVeſemb. ad Schneid. tit. de nupt. I. requiſ. 4. nu. 40. Paul. Montan. d. tra. c. 18. n. 28. & 29.* A. Reyger.

OBSERVATIO VI.

Aduocatus fouens iuſtam cauſam, poteſt decipere aduerſarium ad obtinendam cauſam.

ADVOCATVS fouens iuſtam cauſam, poteſt etiā conuincere aduerſarium ſuum cum malitia, eúnque circumuenire, vt ſuccumbat, *per gloſſ. ſingularem. in c. dominus noſter. in gloſſ. 1. in fi. 23. q. 2. ar. 4. q. 4. c. 1. quam exclamat. Hippol. de Marſil. ſing. 177. malitijs hominum, & c. quorſum facit, quod not. Ant. de Butr. in c. 1. de mut. peti.* vbi voluit quòd ſi reuera mutuum reddiderim, poſſum etiam iuramento affirmare me nihil à te habuiſſe: *& not. Bal. in rub. C. de fid. inſt. col. 7. Verſi. incidenter etiam quæro. Vide etiam de hoc Anchar. in c. per tuas. in Vl. not qui fil. ſunt legit. ni, Iaſ. in l. cum perſonae. col. 2. C. de pac. Tiraq. in præf. tract. Retr. n. 70. & Dec. l. ea eſt natura. ff. de reg. iur.*

OBSERVATIO VII.

Salarium quando aduocatis ſoluendum? Gail. 1. obſe. 44. num. 11.

1. *Salarium aduocatis initio litis ſoluendum.*
2. *Contrarium communis eſt approbatum. & num. 4.*
3. *Medicis ſalarium quando ſoluendum?*
5. *Declaratio præcedentium.*
6. *De Salarijs remiſſiuè tractatur.*

AN & quando aduocato ſalarium debeatur, variarunt Doctores. Nā Spec. & Ioan. And. *tit. de ſalar. §. ſequitur. verſi. ſed quando ſoluetur.* exiſtimant, † ſalarium 1. à principio litis ſoluendum eſſe: quam opinionem, ceu veriorem amplectitur Alexand. *in l. diem functo. nu. 7. ff. de offic. aſſeſſ.* Alij † crebrius cenſuerunt, finita demum 2. cauſa illud deberi *ſecundum gl. in l. Venditor. §. ſi conſtet. verbo, ſalarium. ff. com. præ. & per Innoc.* Ioan. *And. Ant. de Butr. & communiter. Dd. in c. propter ſterilitatem. de locat. Guid. & Salic. in l. 1.* C. *de ſuffrag. item Iaſ. in d. l. diem functo, nu. 11. quibus adde, quod notat Bartol. in l: Archiatri. per illum text.*

3. *text.C.de profeſs.& med.lib.11.* † Quemadmodum enim medicis non debetur ſalarium, niſi infirmo ad ſanitatem reducto, ita & aduocat (a t Bart.*ibi*) non debent
4. habere ſalarium lite pendente.† Idẽ quoque in procuratore, & nuncio traditur, quòd nec illis ſalariũ debeatur, niſi finita cauſa: *Bal.poſt Cyn.in l.1.C.mand.* Et hæc poſterior ſententia in Camera frequentius
5. obtinuit.† Quamuis autem, vt iam dictũ eſt, aduocato non debeatur ſalarium ab initio litis; tamen pendente iam lite debetur ei ex officio iudicis, *iuxta Bart.in l. properandum.§.illo & t.not.C.de iudi.& ad prædicta vide etiam, quæ latiſsimè ſcribit Gui.Pap.deciſ.190.in honorariis.* Cæterùm in aliis perſonis, quando debeat eis ſolui ſalarium, ſeu præmium, *vide quæ habentur apud gloſ.Cyn.Bar.& omnes.in l.2.C.locat. Bar.l.1.§.diuus.ff.de var.& extra.cog. & in l.qui inſulam.§.qui ædem.ff.locat. Anth. & Imo.d.c.propter ſterilitatem.*

OBSERVATIO VIII.

Salarium aduocati tranſmittitur ad hæredes.

QVOD dicitur, aduocatum tranſmittere ſalarium ad hæredes *iuxta Bal. in l.1.colum.3.ver.ſed ego dico, quòd in ſal.C.de ſuffrag.& eundem in l.poſt duos. C.de aduoc.diuerſ.iud.& ibi not.* hoc intelligitur verum in ſalario illius anni, quo decedit, non aliorum annorum, *prout tenet idem Bal.in l.petitionem eod.tit.& Bar.in l.1.§. diuus.col.1.& 6.ver.ulterius quæro.ff.de var. & extraord.cog.idem docet Bar.in l. diem functo.col.3.ver.quid de aduocato.ff.de offic. aſſeſſo.& Spec.d.tit.de ſalar. §. ſequitur, ver.in ſumma.not.vbi vide latiùs.*

ADDITIO.

Quod non omni aduocato, qui aliquod obit onus ſiue munus debeatur ſalarium, *pulchrè Bennincaſ.de paupert.q.7.n.1. vſque ad nu.9 ſpecial.1.de re iud.* De ſalario aduocatorum & procuratorum.*vid.Gail.1. obſ.44.Sebaſt.Med.in tr.Mors omnia ſoluit. p.3.n.16.Suarez in Theſaur.lit.S.n.2.& lit. M.n.237.& lit.A.nu.102.*A.Reyger.

OBSERVATIO IX

Gail.1.de pac. pub.c.14.n.4. & 19. A.Reyger.

Affectus ſine effectu quando puniatur, vel non?

NOTVM eſt regulam illam, quòd effectus ſiue conatus ſine effectu non puniatur, nec conatus pro actu perfecto reputetur, in multis caſibus ceſſare: qui extant collecti apud Bart. Alexand. Angel. Caſtr. Iaſ.& Dd.*in l.1.§.hoc autem.ff. quod quiſque iuris.in l.ſi quis, non dicam rapere. C.de Epiſc.& cler.& l. genero. vbi etiam Bar.ff.de iis, qui not.infam.Canon. in c.vlt. ext.de ſponſ.& Felin.in tract.de conatu, vbi præ cæteris plures caſus poſuit. & Hippol. Marſil.in l.1.§.diuus.ff.ad l.Corn. de ſicar. & in rep.l.1.C.de rap.virg.* In illis autem caſibus in quibus lex punit affectum ſiue conatum, ac ſi delictum fuiſſet cõſummatum, poteſt iudex ex poteſtate ſibi à lege conceſſa mitigare pœnam, licet id facere non ſit obnoxius: ita refert Salic. dixiſſe Baldum viuâ voce *in l.is, qui cum telo.C. de ſicariis, per tex.ſing.& opt.in l.aut facta.§.euentus.ff.de pœn. & ſequitur Felin. in d. tractat.de conatu, ad fin.ad quod facit, quod ſuprà cent.2.obſer.30. de alteratione pœnæ annotauimus, quæ huc repeti poſſunt.*

OBSERVATIO X.

Alienatio aduentitiorum per filiumfamilias facta, an & quando valeat?

And. Gail. li. 2.obſ.65.n.8. An filiusfam. poſſit teſtari de bonis aduentiis in quibus patri non quæritur vſuſfructus, vid. Vvurm tit.39. de teſta. obſ. 16.num.4.& 5. A.Reyger.

1. *Alienare filius familias nec aduentitia poteſt inuito patre.*
2. *Ratio eius rei redditur.*
3. *Alienatio filiifamiliàs an per iuramentũ fiat valida? & n.4.& 6.*
5. *Iuramentum moribus bonis non repugnans ſeruandum.*
7. *Contractus prodigi iuramento non firmatur.*
8. *Diſtinctio Cameræ in præſenti quæſtione.& nu.9.*

ALIENATIONEM aduentitiorum, in quibus pater habet vſumfructum, factam per filiumfamil.† ſine voluntate pa- 1.
tris iure non ſubſiſtere, etiã quò ad proprietatem, conſtat *ex l.& hæredi.§.filiusfa. ff.de pac.& l.vlt.§.filius autem fam. C. de bo.quæ lib.& per Spec.tit.de actore, verſ. quid ſi ſuper hoc iurauit.* † Quòd ideò eſt, 2.
ſecundũ *Caſt.in d.§.filiusfa.*quia pater eſt legitimus adminiſtrator, ideóq; ſine ipſius cõſenſu impermiſſa eſt alienatio, ad inſtar

inuentarij conſcriptionem obligatur. *Atque ita obſeruatũ fuit in cauſa Ioannis* Dreyes, *contra Balthaſarem* Schmidt. 13. *Decemb. anno* 1548.
6. †Si tamen pater eſſet peruerſæ conuerſationis, vel ſubeſſet periculũ de diſſimulatione & alienatione bonorum filij, poſſet cogi per Iudicem ad conficiendum inuentarium: quod etiam Specul. *in loco ſuprà citato* ſenſiſſe videtur.
7. † Tradunt etiam plerique pro cautela, vt tali caſu per Notarium in præſentia patris & filij, & duorum amicorum fieret deſcriptio bonorum filij, quæ non eſſet manifeſtanda: & hoc pro iuris & bonorum conſeruatione filij, *iuxta l.* 1. §. *ſi ſeruus. ff. de*
8. *vent. in poſſ. mit.* †Nam per huiuſmodi deſcriptionem auferetur via malignandi patri, ſecundum Ioannem Beſſia. *in Conſuet.*
9. *Aruet. tit. de tut. c.* 11. *art.* 2. † De prędictis, idem an & quando pater legitimus administrator filij, teneatur ad reddendam rationem, vide Iaſiùs Corn. *conſil.* 105. *litera O. in 3. parte, & conſilio* 240. *præſuppoſitis. litera E. 4. parte. & conſil.* 1. *Pro deciſione, litera F. & conſi.* 27. *litera A. in* 2. *parte.*

OBSERVATIO XCIV.

Gail. lib. 1. obſ. 49. vide inf. obſ. 84. cent. 4. Raudenſ. de analog. lib. 2. c. 34. nu. 110.

Feudi renouatio an faciat ex antiquo nouum?

1. *Feudum antiquum in præiudicium alterius nouum fieri nequit.*
2. *Ampliatio prædictæ regulæ.*
3. *Feudum paternum renouatum manet paternum.*
4. *Limitatio.*
5. *Nouum feudum quodnam dicatur.*
6. *Et quodnam antiquum.*

Feudi antiqui renouatio quomodo fiat. vid. Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 7. nu. 4.

IN cauſa quadam feudali Nobilium de *Roden*, contra curatores iuniorum Marchionum Badenſium, inter cætera approbata fuit opinio Iacobi de Ardiz. *in Summa de feud. part. 2. ſecundæ partis prin. quæſt.*
1. 1. *circa fin. aſſerentis.* † de feudo antiquo non poſſe fieri nouum, in præiudicium alterius: & ſi factum ſit, tamen cenſeri antiquum, & antiqui feudi naturam retinere: quod etiam ſequitur Dec. *conſi.* 445. *nu.* 8. *allegando Bart. in l. quod dicitur circa fin. Verſi. hæc lex inducitur. ff. de imp. in re do. fac. & l. ſi mihi & Titio in fin. Verſi. ſed quid ſi Abbas. de verb. oblig. & Bald. in l.* 1. *quæſt.* 41. *ff. de rer. diuiſ. & l.* 1. *col. penult. Verſic. ſed quid ſi Dominus. C. quando non pet. par.* quibus ſubſcribit Alex. *conſil* 30. *lib.* 2. *& conſil.* 105. *lib.* 4. † Et hoc procedit 2.

Conſen. Sch. in tract. feudal. p. 9. princ. p. 2. ſect. 6. n. 25. A. Rcygcr.

etiamſi illa verba (CONFIRMAMVS, ET DE NOVO CONCEDIMVS) in renouatione reperiuntur: quia vtcunque And. de Iser. *in c.* 1. *Verſi. quid ſi diximus, & de nouo concedimus.* exiſtimet per huiuſmodi verba nouum feudum fieri: tamen veritas eſt, quod per huiuſmodi verba agnatis, qui ſecundùm formam primę inueſtiturę ius ſuccedendi habent, præiudicari nequeat, iuxta Ardiz. *loco ſuprà citato.* † Quorſum pertinet, quod Lud. Roma. ſcribit 3.
conſil. 315. feudum paternum, quamuis refutatum, ſi renouetur, tamen non deſinere eſſe paternum: *alleg. c.* 1. *Vaſal. decrep. ætat.* Quod ſigna tanquam ſingulare. † Prædicta tamen omnia intelligenda ſunt inter 4.
perſonas eiuſdem gentis, ſeu familiæ, ſed non diuerſæ: iuxta Laur. Kircho, *conſil.* 9. *num* 68. *in* 2. *to. conſil. Franc. f.* † Dicitur 5.
enim feudum nouum, quod de nouo acquiritur & non procedit à ſucceſſione, *c.* 1. §. *conſules tamen. qui teſt. nec. ſint. & not. Bald. l.* 4. *quæſt.* 4. *de re diuiſ. & in præla. feud. in* 3. *quæſt.* † Antiquum verò eſt, quod 6.
ab anteceſſoribus acquiſitum fuit: *Ardiz. in loco præcitato, & Bald. conſil.* 49. *in primis Videndum. lib.* 2. *vbi* ait feudum antiquum dici, quod à ſtirpe procedit, *alleg. c.* 1. *de grad. ſuc. in feud. vide eundem Bald. in prælat. feud. in* 3. *diuiſ. & in c.* 1. §. *hoc quoque. circa fin. de ſuc. feud. Card. conſil.* 92. *fauendo pupill s. in prin. & Alex. conſil.* 30. *quoniam omne datum. lib.* 1. *& conſi.* 26. *ponderatubis, lib.* 5. *De prædictis vide etiam infrà. cent.* 4. *obſer.* 83. *&* 84. *Vbi annotaui, an feudum antiquum in nouum, vel contra feudum nouum in antiquum commutari poſſit, &c.*

OBSERVATIO XCV.

De hac quæſt. vide Hart. Piſt. quæſt. 19. lib. 2. par. poſter.

Collaterales vſque ad quem gradum in feudo ſuccedant?

1. *Collaterales vſque ad ſeptimum gradum in feudis antiquis ſuccedant.*

2. *Alij*

Gail. 1. obſer. 150 n. 3. & 154. Qui recipit nouum feudſi pro ſe & heredibus ſuis intelligitur recepiſſe pro ſe & hæred. ſuis maſculis, vnde collaterales & extranei heredes non admittuntur. Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 15. nu 6. Vid Curt. Iun. p. 3. num 48. & 49. Inter quos eſt etiam Schrad. par. 7. c. 7. n 8. A. Reyger.

2. *Alii cenſent collaterales in infinitum admittendos.*
3. *Hæ opiniones fœdere diſtinctionis conciliantur.*
4. *Quam diſtinctionem Camera ſequitur.*
5. *Doctorum auctoritatibus eadem ſententia confirmatur.*
6. B*ald. opinio de ſucceßione collateralium.*
7. *Limitatio præcedentium.*

AN & quatenus ex tranſuerſo ſeu latere coniuncti in feudo ſuccedant,
multum conflictantur Dd. † Nam alij in
feudis antiquis eos vſque ad ſeptimũ gradum tantùm admittunt, *vt per text. in c.
1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feud. & Bald. in
1. auth. defuncti, C. ad SC. Turp. Moderni in
l. certùm. C. Vnde leg. Vbi Iaſ. dicit hanc eſſe
2. communem.* † Alij cenſent, eos in infinitum ſuccedere, *per text. in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. ibi, ex latere* omnes per maſculos deſcendentes, vſq. in infinitum, ſi feudum ſit paternum, hoc eſt, ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationi communis,
3. *& c. 1. ſi Vaſal. feud. pri.* † Alij denique diſtinguunt, an ex acquirente feudum ſit factus tranſitus immediatè in tranſuerſales, & tum ſuccedant tantùm in ſeptimũ gradum vſque: an verò illud venerit primò ad deſcendentes, & tunc ab ipſis ad tranſuerſales, volunt fieri tranſitum in infinitum, *per gloſſ. in d. c. 1. Verſi. Vſque ad ſeptimum de ucceſſ. feud. & gloſſ. c. 1. in verb. conſobrinus. de feud. Marc. vbi Bald. & Aluar. idem tradunt: quod etiam ſequitur Dec.
4. conſil. 85. num. 5.* † Et quidẽ in Camera Imperiali hæc poſterior ſententia, vt verior, recepta eſt, ſi agatur de illius ſucceſſione feudi, quod ab originario accipiẽte in deſcendentes eius propagatum fuerit, quod deſcendentibus de medio ſublatis eorundem agnati collaterales in infinitũ ſuccedant: quę & cõſuetudine Germaniæ approbata videtur. *Ita concluſum fuit in ſupra dicta cauſa Noſtlum de* Roden, *contra curatores iuniorum Marchionum Badenſium, die
5. 28. Martii, anno* 1549. † Et hanc ſententiam conſulendo tenuerunt vltra Deci. Lud. Gozad. *conſi. 26. nu. 27.* & Henning. God. *conſi. 16. nu. 13.* eandemque ſecuti ſunt docendo Curt. *de feud. 3. part. prin. 17. quæſt. prin. §. ſucceßiuè expedito. nu. 84. Zaſ. in tract. de feud. ſucceſ. Verſi. tertia cõcluſio. & verſi. noua concluſio, in feudo nouo. Couarr. in Reſol. lib. 2. c. 5. nu. 4. Vbi hanc ſententiam communem dicit:* item Baro à Tautemberg. *in enarratione dicti §. hoc quoque. num. 2. de his, qui feud. dar. poſ. Bald. quoque.* 6.
Si tota domus, ait, regia moreretur, & vnus de ſanguine antiquo ſupereſſet, etiam ſi milleſimo diſtaret gradu, tamen iure ſanguinis & perpetuę conſuetudinis ſuccederet in regno: ratio eſt, quia feudum cenſetur paternum. † Præmiſſa tamen in- 7.
tellige, vt obtineãt, feudi poſſeſſore mortuo ſine legitimo hęrede: non autem propter delictum feudo priuato, *ſecundũ Bal. & Aluar. in c. 1. de feud. Marc. vel Comit. vel Ducat.*

OBSERVATIO XCVI.

An Iu*dex ob metum, ne partes ad arma perueniant, ex officio inhibitionem facere poßit?*

An Iudex ob metũ armorũ poſsit partibꝰ concordiã ex officio mandare. Vide Gail. li. 2. de pac. p. c. 18. n. 8. 9. 10. & 2. ſeq. Gail. 1. obſ. 5. 6. & 7. Vvurmſ. tit. 2. de Iudicib deleg. ob. 3. Dn. Dauth. in l dictantib. n 7. C. de teſt. fol 661. Quando iudex poſſit officiũ ſuũ impertiri non rogatus. vide Vvurmſ. tit. 1. de iudi. obſ. 1. A. Reyger.

1. I*udex ob metum armorum ex officio partibus inhibere poteſt.*
2. *Fundamenta huius concluſionis ponuntur.*
3. *Iudex metuens ne partes ad arma veniãt poſſeßionem ſequeſtrare poterit. Gail. lib. 1. obſ. 5. & 6.*
4. *Remißiuè de hoc caſu quædam traduntur.*

QVANDO propter litigioſam poſſeſſionem periculum ſubeſt, ne partes ad arma concurrant, neutra agere volente,
† tum Iudex poteſt inhibere partibus ex 1.
officio, vt poſſeſſione abſtineant. Poteſt item loco inhibitionis ſequeſtrare poſſeſſionem, & præcipere, vel eas citare ad dãdum articulos ſuper poſſeſſione aſſerta, & nominandum teſtes: quo facto examinantur teſtes, & decernitur iuxta Ordinationẽ Camerę, *anno* 1548, *Auguſtæ Vindelicorum erectam, tit.* 21. §. ob auch, *in 2. parte. Atque ita fuit obſeruatum in cauſa ciuitatis Spirenſis contra Epiſcopum Spirenſem.* Deſs Eiſsbruchshalben auff dem Rhein, *& in cauſa eiuſdem ciuitatis cõtra Comitem Palatinum Rheni, Principem Electorem,* Die Gleits
Irrung belanget, *anno* 1549. † Et fun- 2.
datur hæc practica *in l. æquißimum. ff. de Vſufruct. l. Vlt. ff. de offic. procur. Caſa. l. ſi*

ditio ad ciuilem actionem reſponde-
re teneatur?
10. *Iniuriatus præter palinodiam petere*
poteſt iniuriæ æſtimationem.
11. *Actio ad palinodiam eſt ciuilis.*
12. *Contrariæ opinionis fundamentum refu-*
tatur.

1. FORMVLA agendi de iniuriis admo-
dum in frequenti apud nos eſt vſu, vt
is qui paſſus eſt iniuriam, ad reuocatio-
nem iniurioſorum verborum & reſtitu-
tionem famæ læſæ agat: *Daß der Geſch-*
mechte auff einem Widerruff klage, quam
etiã Imperator Carolus V. in Auguſtana
Imperialis Cameræ ordinatione cõpro-
bauit: *de qua nos plura ſcripſimus in §. in*
ſumma. Inſtit. de iniur. An autem talis a-
ctio, quæ ad reuocationem iniuriæ hoc
modo inſtituitur, cẽſeatur criminalis, vel
ciuilis eſſe, variatum eſt à Dominis Aſſeſ-
ſoribus, ſed tãdem eò crebriùs itum, quòd
ciuilis eſſet, *vt in cauſa Bernhardi* Oeler,
contra Sebaſtianum Guldlingen, *item in*
cauſa Horſt, *contra* Baman, *relata an. 1549.*
2. Primùm ideò: † quia etſi petatur reclama
tio iniuriæ, tamen non poteſt dici, quòd
ad aliquam pœnam agatur fiſco applican-
dam: quod in criminali eſt omnino neceſ-
ſarium, *gloſ. in l. præter. & ibi Bart. ff. de*
3. *ſepul. viol.* † Deinde notum eſt, quòd etſi
iure communi in criminalibus appellatio
ſit permiſſa, *l. addictos. C. de Epiſcop. au-*
4. *dien. & authent. ſed hodiè, de appel.* † mori-
bus tamen Germaniæ contrarium obſer-
uari, & in criminalibus appellationem
5. eſſe illicitam. † Iam ſi actio iniuriarũ ad
reuocationem inſtituta inter criminales
cenſenda eſſet, ſequeretur in ea appellari
non poſſe, cuius tamen contrarium in iu-
6. diciis paſſim ſeruatur: † Tertiò in crimi-
nalibus iudiciis, vel ad crimen perſequẽ-
dum, vel ad defendẽdum regulariter pro-
curator interuenire prohibetur, *l. penult.*
7. *§. vlt. & ibi Bar. ff. de pub. iudic.* † In con-
trouerſiis tamẽ reclamatoriis iniuriarum
diuerſum obſeruari, & procuratorem tàm
agendo, quàm defendendo admitti con-
8. ſtat. † Prædictis accedit, quòd in Imperiali
Camera nulla criminalis accuſatio admit
titur: (excepta condictione ex cõſtitutio-
ne pacis publicæ) interim tamẽ videmus,
hanc iniuriarum reclamatoriam in ea ad-
mitti. † Poſtremò expeditum eſt, crimina- 9.
lem eo priuilegio frui, vt ea pendente
nulli ciuili quæſtioni ſit locus, *l. 2. §. ſed etſi*
agant. ff. de iudi. Quòd ſi actio iniuriarum
reuocatoria criminalis eſſet, ſequeretur
eam cum ciuili, quã ad æſtimationem in-
iuriæ agitur, cumulari non poſſe, † cuius 10.
tamen contrarium vſu frequẽtatur, valẽt-
que libellus, in quo actor cum reclama-
tione æſtimationem iniuriæ ſibi adplicã-
dam coniungit. † Ex prædictis omnibus 11.
ſatis apparet, actionem iniuriarum ad re-
uocationem inſtitutam potiùs ciuilẽ eſſe,
quàm criminalem. † Neque obſtat, quòd 12.
nonnulli hanc ideo criminalem cenſent,
quia infamet: nam & depoſiti, & mãdati,
& de dolo, & aliæ quàm plurimæ actiones
infamant, neque tamen eas propterea
criminales eſſe rectè dixeris.

OBSERVATIO XCIX.

In quibus caſibus tempus ad probationes
conceſſum non currat?

Vid. Gall. li. 1. obſ. 91. num. 4. 7. 9. & ſeq. Add. Kenig. c. 82. nu. 3. vbi etiam habes caſum, in proceſſ. Hartman. Hartma. tit. 13. de dilat. obſ. 4. num. 3. A. Reyger.

1. *Tempus probationis non currit, dum di-*
ſputatur ſuper admiſſionem articulo-
rum, & nu. 2.
3. *Inſtantia non currit dum diſceptatur de*
legitimatione perſonarum ad litem.
4. *Tempore induciarum non labitur in-*
ſtantia.
5. *Nec currit inſtantia impedito culpa ad-*
uerſæ partis.

TEMPVS conceſſum ad probandum 1.
nõ currit, dum diſputatur & cogno-
ſcitur, an articuli probatorij, vel poſitio-
nes probare volentis admitti debeant: ſe-
cundum Baldum in *l. quamdiu. per illum*
textum. ff. de acquirend. heredit. gloſſ. & Ge-
minianum in c. cupientes. §. quòd ſi. in verbo
videbitur, de electio. lib. 6. † Idem quoque 2.
eſt in dilatione pendente ad reſponden-
dum poſitionibus, vel dicendum de im-
pertinentia, *ſecundum gloſſ. in verbo poſt*
dilationem. in clem. ſæpè. de verborum ſigni-
ficatiom. Bald. in l. fin. ff. de feriis, in l. 1. C.
de iuram. calumn. Specul. in titulo, de dila-
tio. § 1. verſicu. ſed nunquid currit, &c. † I- 3.
dem iuris eſt, ſi diſputetur ſuper legitima-
tione perſonæ ante litis conteſtationem:
nam tunc etiam non perit inſtantia, licet
decem annis de hoc litigaretur. *iuxta Bal.*

Digitized by Google

dum, quem ſequitur Alex. *in l. properandum.*
C. de iudic. in princ. & eundem Baldum in l.
4. *& poſt edictum. ff. de iudic.* † Idem quo-
que locum habet, quando tempus labitur
propter priuilegium, vel inducias rei *l. 2.*
§. pen. ff. de iudic. l. vlt. §. donec. C. de iure
delib. Idem deniq; generaliter locum ob-
5. tinet, † vbi tempus præfixum parti ad a-
liquid faciendum, labitur culpa, & per
malitiam & dilationes fruſtratorias par-
tis: *per caſum cum Bartolo in ſecunda opi-*
nione, in l. intra vtile. ff. de minorib. iuncta l.
petenda. C. *de temp. in integr. reſtitutio pe-*
tenda.

OBSERVATIO C.

Probationes plures imperfectæ an coniun-
ctim plenam faciant probationem?

Hæc probationum cōiūctio in criminalibus non admittitur, Gail. l. 1. ob. 108. num. 13. Add. Gabr. li 1. R. tit de prob. concl. 1. Dubia etiam probatio quandoque ſufficit ad cōdemnationē, quando lex ſuper illo dubio diſponit vel præſumit. Hartmā Hart. tit. 50. de Accuſat. obſ. 16. nu 4. A. Reyger.

1. *Probationes imperfectæ ſunt coniungendæ vt ex pluribus plena oriatur.*
2. *Probandi facultas minimè coarctanda.*
3. *Limitatio.*
4. *Probatio ex pluribus imperfectis proſiliens, à Baldo præſumpta dicitur.*
5. *Contrarium tenet Bartolus.*
6. *Probationes in diuerſum finem tendentes non probant, nec coniunguntur, & num. 7.*
8. *Ex ſententia Baldi prædicta limitantur.*

PRo generali regula tradunt Doctores:
† probationes imperfectas cōiungen-
das eſſe: vt faciant plenam probationem,
idque propter publicum fauorem, † ne
probandi facultas coarctetur, aut reſtrin-
1. gatur, *l. curent. ff. de teſtib. & c. ſi quis te-*
2. *ſtium. vbi dixi, ext. de teſtibus. latè Felin. in c.*
cùm cauſam. de probat. in 4. col. vbi multa al-
legat, & remittit præcipuè ad not. Bartol. in
l. 1. §. 1. verſi. item Cornelio. ff. de quæſtio. &
3. *ad c. veniens. 1. de teſtibus.* † Hoc dog-
ma Cam. Domini verum & limitandum
cenſuerunt, quando probationes tendunt
ad vnum eundémque finem: ſecus, ſi ad
diuerſum: *vt in cauſa Epiſcopi Herbipolenſis*
contra Abbatem Fuldenſem, den Saltsforſt
vnd Taberfeld belangend, *relata menſe A-*
prili, an. 1551. Nam quando probationes im-
perfectæ tendunt ad eundem finem, &
eodem modò, bene reſultat plena proba-
tio, ſiue ſint eiuſdē generis, vt eſt in duo-
bus teſtibus, ſiue diuerſi, vt vnius teſtis cum
fama. † Et licet Bald. *in c. 1. §. cùm autem.* 4.
de contro. inueſt. dicat, talem probatio-
nem appellari præſumptiuam, † in con- 5.
trarium tamen tenet Bart. & meliùs, *in l.*
admonendi. ff. de iureiur. & facit text. in l. Ar-
riani. verb. ad vnam C. de hæred. & l. 1. ad fin.
ff. quemad. teſt. aper. ibi, nec diuerſitatem fa-
ctorum. & l. qui ſententiam. C. de pœnis, ibi, in
vnum conſpirantes concordanteſque rei finem.
Prædictis accedunt, quæ allegat Bald. *in d.*
c. cum cauſam, dicens inter alia multa,
quod in probationibus ſurgit opinio ex
diuerſis coniecturis tendentibus ad ean-
dem concluſionem, & habentibus cauſas,
ſimilitudines & conſonantias, conteſtes
inuicem colligatos. † Et refert ibi Ol- 6.
dradum tradidiſſe vnam ſingularem & no-
tabilem Theoricam *per d. l. qui ſententiam.*
quòd ſicut teſtes ſingulares non probant,
quia in diuerſum tendunt, ita diuerſæ ſpe-
cies probationum, variantes in effectu, nō 7.
probent. † Sed ſi vna inſufflet in alteram
aliquid fidei, & altera in alteram, ita quod
animus iudicis plenè informetur, tales
probationes nō dici poſſe ſingulares, nec 8.
diſcrepantes. † Limitantur tamen iſta, *ſe-*
cundum Bald. in l. ſi quis ex argentariis, §.
1. ff. de eden. niſi tales probationes coniun-
gendæ, eſſent in ſua ſpecie imperfectæ,
putà ſi fama probatur per vnum teſtem, &
vnum aliud indicium, putà fuga, probetur
per alium teſtem, tunc non coniungūtur,
cùm quodlibet indiciū requirat duos te-
ſtes. *ſecundum Innoc. in c. ſicut. de ſimoni. gloſſ.*
& Bart. in l. 2. C. famil. ercif. & Bald. in c.
licet. col. 6. de probatio. dicitque Abb. in c.
tranſmiſſæ. qui fil. ſint legit. propter gloſſ. ibi-
dem, quòd probationes non coniungan-
tur, quando repugnant in modo, licet cō-
ueniant in fine, *per l. vbi repugnantia. ff. de*
reg. iur. Et prædicta non contemne, tan-
quam memoratu digna.

Digitized by Google

SINGVLARIVM OBSERVATIONVM

Iudicij Imperialis Cameræ,

Centuria III.

OBSERVATIO I.

Amd. Gail. l. 1. obſ. 48. nu. 17. 18. & ſeq. A. Reyger.

Delegatus an teneatur mittere citato originalem commiſſionem?

SVMMARIA CENT. III.

1. *Originale commiſſionis citationi inſerendum videtur.*
2. *Eius ratio redditur.*
3. *Delegatus ex iure ſpeciali iuriſdictionem habet.*
4. *Sufficit tenorem commiſſionis in citatione poni.*
5. *Originale commiſſionis quando exhibendum.*
6. *Archidiaconi hac de re doctrina.*
7. *Et Panormitani diſtinctio.*
8. *Ordinarius cauſam iuriſdictionis in citatione non exprimit.*
9. *Pro iuriſdictione ordinarij præſumptio militat.*

DELEGATVS an teneatur citato mittere tenorem ſuæ commiſſionis in originali, variârunt In-
1. terpretes, † pleriſque volentibus delegatum ad id teneri, *per text. in auth. qui ſemel, Verbo adverſario cognitis. C. quom. & quon. iud. in c. praetereà in prin. de reſcript. & c. prudentiam.*
2. *de offic. deleg.* † Ratio eſt, quia non præſumitur pro iuriſdictione delegata, cùm ſit odioſa, *c. cùm iuriſperitus, ibi gloſſ. & Dd. de*
3. *offic. deleg.* † Cùm enim, delegatus non habeat iuriſdictionem naturalem, aut fundatam à iure communi, ſicut ordinarius *l. more. ff. de iuriſdict.* ſed ſolùm ex accidenti: ideò citatus non tenetur credere, niſi
ei fides de hoc fiat. † Verum communior 4.
eſt opinio, ſufficere, ſi tenor delegationis inſeratur citationi, *per text. in c. 2. ibi Dd. de dilat. & Dd. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & c. cùm in iure. ibi Innoc. numer. 4. Panorm. & Felin ſimiliter de offic. deleg. &*

Et hæc communis opinio quotidiano vſu in Conſiſtoriis Germaniæ recepta eſt. A. Reyger.

Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. † Et 5.
quòd nonnulli requirunt ipſius originalis exhibitionem, horum opinio vera eſt in procedẽdo, quòd ſcilicet reus comparens coram delegato, poſſit exigere reſcriptum originale, vt plenam fidem habeat de iuriſdictione delegati priuſquam reſpondeat: hócque eſt, quod Archidiaco-
nus † ſcribit *in c. ſi Epiſcopus. 3. q. 2.* tranſ- 6.
miſsionem copiæ ſufficere quò ad comparendum, ſed non quò ad reſpondendum: quæ opinio communiter approbatur, quam etiam ſecuti quandoque ſunt Domini *in cauſa appellationis Sabinæ* VVelſerin, *contra Leonhardum* Hirſchvo-
gel. Et † quamuis ſolus Panorm. *in d. c.* 7.
2. diſtinguat, an de grauiſsimo, vel graui, aut leui præiudicio agatur, tamen non loquitur de citatione, ſed quòd non ſit obnoxius reſpondere vocatus, niſi ſibi facta ſit plena fides de cõmiſſione & dato, ipſum etiam loqui de comparendo, tamen eſt vnicus, & communis opinio ab eo diſcedit, cui etiam conſuetudo (optima legum interpres) ſuffragatur. † Cæ- 8.

verùm Ordinarius ad hoc non tenetur, ſed ſufficit, ſi mandet nuncio, vt aliquem citet ſolo verbo abſque literis *per text. in c. cum dilecti. ibi Viua Voce. de do. & cont. & Spec. in tit. de citat. §. ſequitur. Verſi. Vtrum.*

9. † Ratio eſt, quia pro Ordinaria Iuriſdictione ſemper præſumitur, ſecus pro delegata, *iuxta Pano. in d. c. cùm in iure, col. pen. de offic. deleg.*

OBSERVATIO II.

Principali perempto an & quando acceſſorium perimatur?

ACCESSORIVM ſequitur regulariter naturam ſui principalis, ſiue tractetur de principali inducendo, ſiue tollendo, ſiue confirmando, niſi de vno ad aliud diuerſa ſit ratio, vel in acceſſorio reperiatur prouiſio, vel diſpoſitio ſpecialis derogans, *Vt per Dyn. in c. acceſſorium. de reg. iur. lib. 6.* Vnde pro regula traditur, quòd acceſſorium pereat principali perempto, *l. cùm principalis. ff. de reg. iur.* Hoc tamen multis caſibus non procedit, quos Doctores in prædictis locis recenſent, ad quos iuris ſtudioſum remitto: *quibus adde latè Iaſon. in l. 1. C. de iudic. & l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de legat. 1. & Hippol. de Marſ. ſing. 17. & ſing. 175. item* Bald. *conſil. 30. in princ. parte 2. & in l. his. §. mancipia. ff. ſol. matri. Lud. Bolog. poſt gloſſ. ibi. in l. Vlt. ff. de cond. indeb. eundem in l. vtique. ff. rei Vend. & Alexand. in addit. ad Bart. in l. non Vtique. & ibi Bolog. ff. de eo, quod certo loco, Lud. Roman. conſil. 330. & ſingul. 577. tu habes regulam. &c. Et quod notabiliter tradit Socin. conſil. 41. in præſenti conſultatione. col. 6. in 4. vol.* Inter cęteras verò exceptiones huius regulæ, & hæc vna & quidem pręcipua eſt, quòd non procedat in iuramento: quia etiamſi principale ſit ſublatum, non cenſetur caſſatum iuramentum, licet ſit acceſſorium, *de quo extat, gloſſ. fin. in c. cùm non deceat. de elect. lib. 6. & in cle. dudum, de ſepult. & Vide Mar. Ant. Baue. in tract. de virtu. iur. caſu 36.*

OBSERVATIO III.

Actio de dote ceſſa alteri an gaudeat priuilegij dotis?

1. *Ceſſionarius non fruitur priuilegijs dotis.*
2. *Priuilegia vigenti duo dotis ordine ponuntur.*
3. *Plura eiuſdem priuilegia apud Campegium videnda.*

Ipſa muliere vel eius liberis dotem repetentib. dotis priuilegia manent, donec dos ſit reſtituta. Hart. Hartman. titu. 3. de dot. obſ. 1. nu. 2. A. Reyger.

QVANDO mulier ceſſit actionem de dote alteri (quo caſu eſt vtilis) & is eam intentet, ceſſionarius non habet ampliùs illa priuilegia, quæ mulier habuiſſet, † ſi intentata fuiſſet directò per ipſam: 1.
ita eleganter notat Baldus in l. 1. col. 4. Verſic. quærunt Doctores. C. de priuil. dot. quem ſequitur Iaſon in l. cùm fundus. §. 1. verſi. & an ſit differentia. ff. ſi cert. petat.
† Sunt autem multa priuilegia actionis 2.
de dote, *quæ enumerantur in l. 1. & per tot. tit. ff. ſol. matri. per Dd.* Nos potiora tantùm, in fauorem mulierum, in vnum velut faſciculum colligemus, reliqua relinquẽtes cõmentarijs. Primum eſt, quod omnia 1.
bona mariti ſunt tacitè pro dote hypothecata, *l. aſſiduis, cum ibi notat C. qui pot. in pig. & c. ex literis. de pignor.* Alterum, 2.
quod mulier præfertur in dote omnibus prioribus creditoribus, perſonales actiones, vel tacitas hypothecas habentibus, *d. l. aſſiduis.* quod nonnulli, & ad expreſſam hypothecam habentes producunt, ſed ea ſententia non caret pugna. Tertium, dos 3.
nec propter mariti, nec ob patris maleficium perditur, *gloſſ. & Dd. d. c. ex literis. & l. quamuis in fin. C. ad l. Iul. maieſt.* Quartum, 4.
Eccleſia ſe interponere pro dote poteſt, non tantùm in fauorem viduarum, ſed etiam mariti petentis dotem promiſſam, *c. nuper. & c. per Veſtras. de do. inter vir. & Vxor.* Quintum, fundus dota- 5.
lis non poteſt alienari, etiamſi conſentiat mulier, *l. Iulianus. ff. de fun. dot. authe. ſine à me. C. ad Velleia. nec in hypothecam dari, l. 1. §. & cùm lex. C. de rei vxor. actio.* niſi iuramẽtum interuenit: quo caſu alienatio valeret, *cum contingat. de iureiur. & c. quamuis. de pac. lib. 6.* Sextum, vergente 6.
marito ad inopiam, iudice iubente poteſt dari pecunia dotalis mercatori cum pacto, vt ſit ſors capitalis ſalua deque lucro vir & vxor percipiant partem honeſtam, compenſato damno cum lucro, & contrà, & hoc ſine vſura, *dict. c. per noſtras.*

Digitized by Google

ſtrat.cum ibi not.de don.inter vir. & vxor.
& ibi Ioan.Andr.& Fulg.in l.cùm duob. §.
7. *item ſi in facto.ff.pro ſocio.* Septimum,do-
tis cauſa dicitur ſummaria,in eaque iudex
poteſt dilationes ex officio abbreuiare:
not.in l.1.ff.ſol.matrim.& cle. diſpendioſam
8. *de iudic.*Octauum, dos etiam incerta cō-
mitti poteſt arbitrio patris,vel tertię per-
ſonæ,nec eius incertitudo vitiat ſtipula-
tionem , *l.cùm poſt.§.gene.ff.de iur.dot.*
9. Nonum,res pro dote,quę ſubiacent reſti-
tutioni, alienari poſſunt ante diei vel cō-
ditionis euentum , licet id regulariter ſit
prohibitum,*authe.res quæ.C. commun.de*
10. *leg.*Decimum, pater officio iudicis com-
pelli poteſt ad dotandam filiam ſecundū
ſui patrimonij vires,*l.qui liberis.ff. de rit.*
nup.& l.vlt.C.de dot.promiſ. Imò licitum
eſt iudici parente abſente filiam de rebus
paternis dotare,ne perdat tempus nuben-
di ſub expectatione paterna, *l.profectitia.*
11. *ff.de iure dot.* Vndecimum eſt,quòd ſub
obtentu rerum amotarum non poteſt
impediri dotis reſtitutio,*l.1.§.taceat.C.de*
12. *rei vx.actio.* Duodecimum , quòd filia e-
tiam in patris poteſtate conſtituta,in do-
te aduentitia ſine patris conſenſu iudicio
ſtare poteſt , licet in profectitia ſit ſecus:
aut.quod locum.C.de colla.gloſſ.& Dd.l.2.§.
13. *quòd ſi in patris.ff.ſol.matri.* Decimumter-
tium , in dubio non præſumitur dos in
ſocijs bonorum communicata. *l.actione.*
14. *§.fin.cum l.ſeqq.ff.pro ſocio.*Decimumquar-
tum quamuis in luitione pignoris fructus
computentur in ſortem, tamen in pigno-
re dato propter dotem non computan-
15. tur:*Panor.c.2.de pignor.*Decimumquintū,
pactum legis commiſſorię priuilegio mu-
lieris valet in dote:*Dd.c.ſignificante.de pi-*
16. *gnor.*Decimumſextum, fauor dotis man-
datum morte mandatis non expirat, nec
hæres poteſt reuocare, niſi defunctus re-
uocauerit,*l.ſi ego.ff.de iure dot.l.ſi pater.ff.*
17. *de mand.Vind.*Decimumſeptimum , poſ-
ſunt pro dote bona minorum obligari , *l.*
18. *lex quæ.C.de admin.tut.* Decimumocta-
uum credens ſe obligare pro dote non re-
petit,cùm tamen ob errorem regulariter
competat repetitio,*Bartol.l.cùm his. l. do-*
naturus.& l.qui ſe debere. ff. de cond.ob
19. *cauſ.* Decimumnonum, licet nudum pa-
ctum regulariter nō producat actionem,
tamen interpoſitum pro dote valet, & a-
ctionem parit,*l.ad actionem.C.de dot. pro-*
*miſ.*Vigeſimum,de dote mulieri pauperi 20.
legata non detrahitur Falcidia:*Dd.in aut.*
*ſimiliter.C.ad l.Falc.*Vigeſimumprimum, 21.
ſi quis nomine dotis aliquid facere vel
tradere promiſerit,ad id præciſe tenetur,
nec liberatur ſoluēdo intereſſe: *Dd. in l.ſi.*
*C.ad Velle.*Vigeſimumſecundum , poteſt 22.
vxor etiam ante executionem condem-
nationis mariti vendicare,à fiſco tāquam
domina ſuam dotem, *l.ſi quis poſt hanc. C.*
de bon.dam.& l.ſi marito.ff.ſol.matri.†Sunt 3.
& alia plura priuilegia,de quibus vide la-
tiſſime diſſerentem Campegium *de Bon.*
in tract.de priu.dot.& Ioan.Biſsia.in Con-
ſuet.Aruer.art.11.per totum.

OBSERVATIO IIII.

Reus obſtrictus comparêre perſonaliter in cauſa ciuili,non aliter tenetur, niſi actor idem faciat.

QVIDAM obtinuit ab Imperatore cō-miſſionem ſpecialem,quòd in cauſa ciuili reus deberet in iudicio perſonaliter comparére:reus obtulit ſeſe commiſſioni pariturum,modò actor idem faceret , & perſonaliter iudicio intereſſet,nō per procuratorem:actor id facere recuſauit:quęſitum fuit,an excuſaretur , vel habendus eſſet pro contumace ? Et videbatur,eum excuſandum eſſe cùm natura cauſę perſonalem comparitionem non requirat, nec alias ad hoc per Imperatorem expreſsè ſit arctatus,*c.querelam.de procurat.* Item,id quod eſt conceſſum in fauorem, non debet,ſibi læſionem adferre,*c.quod fauore. de reg.iur.libr.6.* Sed contrarium fuit determinatum à dominis , nempe quòd teneretur ſe ſiſtere perſonaliter , cùm æqualitas in iudicijs ſit ſeruanda, *c.nonit.de iudic.*ęquitaſque edicti,quòd quiſque iuris, &c.id exigat,*tot.tit.ff.quod quiſque iuris.& c.cum omnes.de conſtit. & hoc expreſsè etiam voluit Dom.de S.Gemin.in c.1. numer 9:de dolo & contu.lib. 6. Facit,quod in ſimili voluit gloſſ.cle.ſapè.in fin.de verb. ſign.* vbi voluit,quòd ſi actor impetrarit ad ſui inſtantiam,vt cauſa plenaria tractaretur ſummariè,& de plano,& cauſa reconuen-

Digitized by Google

tionis pariter ſummario proceſſu expedire debeat. Vbicunque enim actor tollit per impetrationem reſcripti ordinatoria litis reum concernentia, eodem modo debent intelligi ſublata per ipſum actorem, vt inter ipſa ſit ęqua cōditio, *c. 2. de mut. petit.* Quod intellige verum, niſi reſcriptum conceſſum fuiſſet motu proprio, quia tſic ceſſaret retorſio, *Rom. conſ. 327.* Et notum eſt, hanc clauſulam tollere defectum ſubreptionis, *vt not. Ioan. And. in c. ſi motu proprio, in Nouel. de praben. in c. ſi Romanus de prab. lib. 6.*

Additio.

Ob vnd Wie Weit das ius retortionis *ſtatt haben ſol, in denen Fallen, da man etwa die Erbſchafft*, legata, fideicommiſſa, *oder Vbergaben auff den Todtes Fall nicht ohn abzugk, oder keine Gerade oder Hergewette, aus einem ort in den andern folgen leſt, Vid. conſt. Elect. in art. 38. part. 3.* A. Reyger.

OBSERVATIO V.

vid. Gai. lib. 2. obſ. 96. nu. 7. & 8. Adde, adultus curatorē habens, teſtari poteſt, etiā ipſo curatore contradicente, ſicut & codicillari, & mortis cauſsā donare. Nec requiritur iudicis decretū. Hart. Hart. tit. 38. de teſtā. obſe. 2. n. 40. & ſeqq. A. Reyger.

Adultus habens curatorem, licet inter viuos non poßit alienare, tamen hoc poteſt in teſtamento.

ADVLTVS habens curatorem, licet non poſſit in vita alienare res immobiles ſine auctoritate curatoris & decreto iudicis, *ſicut habetur in l. lex, qua tutores. C. de admin. tut. & l. magis puto ff. de reb. eor. &c.* poteſt tamen in teſtamento dare executoribus ſuis facultatem alienādi res immobile: *ita concludit* Bal. *in l. pradium C. quan. decre. opus non eſt, & in l. 1. in prin. ff. de rebus eor. &c. ſequitur. Iaſon in l. ſi frater, in fin. C. qui teſt. fac. poſſ. aſſerens, hoc velut mirabile & ſingulare notandum eſſe.*

Additio.

Cùm hodie tutores à tutelis ſe non excuſent, ſed plerunque eas affectent: idémque Curatores facere ſoleant, pręſertim ſi ſint pupilli vel minores diuites & opulenti. Ideò iuſte introductum eſt, vt adulti poſſint recuſare curatores, qui illis inuitis non dantur, *Paul. Montan. de iur. tutel. & curatel. c. 4. nu. 6. 7. & 8. vid. Andr. Knich. in priuil. duc. Saxon. c. 5. vid. VVeſemb. ad Schneid. tit. de nupt. I. requiſ. 4. nū. 40. Paul. Montan. d. tra. c. 18. n. 28. & 29.* A. Reyger.

OBSERVATIO VI.

Aduocatus fouens iuſtam cauſam, poteſt decipere aduerſarium ad obtinendam cauſam.

ADVOCATVS fouens iuſtam cauſam, poteſt etiā conuincere aduerſarium ſuum cum malitia, eúnque circumuenire, vt ſuccumbat, *per gloſſ. ſingularem. in c. dominus noſter. in gloſſ. 1. in fi. 23. q. 2. ar. 4. q. 4. c. 1. quam exclamat. Hippol. de Marſil. ſing. 177. malitijs hominum, & c. quorſum facit, quod not. Ant. de Butr. in c. 1. de mut. peti.* vbi voluit quòd ſi reuera mutuum reddiderim, poſſum etiam iuramento affirmare me nihil à te habuiſſe: *& not. Bal. in rub. C. de fid. inſt. col. 7. verſi. incidenter etiam quaro. Vide etiam de hoc Anchar. in c. per tuas. in gl. not. qui fil. ſunt legit. in, Iaſ. in l. cum perſonas. col. 2. C. de pac. Tiraq. in praf. tract. Retr. n. 70. & Dec. l. ea eſt natura. ff. de reg. iur.*

OBSERVATIO VII.

Salarium quando aduocatis ſoluendum?

Gail. 1. obſe. 44. num. 11.

1. *Salarium aduocatis initio litis ſoluendum.*
2. *Contrarium communis eſt approbatum. & num. 4.*
3. *Medicis ſalarium quando ſoluendum?*
5. *Declaratio precedentium.*
6. *De Salarijs remiſſiuè tractatur.*

AN & quando aduocato ſalarium debeatur, variarunt Doctores. Nā Spec. & Ioan. And. *tit. de ſalar. §. ſequitur. verſi. ſed quando ſoluetur.* exiſtimant, † ſalarium 1.
à principio litis ſoluendum eſſe: quam opinionem, ceu veriorem amplectitur Alexand. *in l. diem functo. nu. 7. ff. de offic. aſſeſſ.* Alij † crebrius cenſuerunt, finita demum 2.
cauſa illud deberi *ſecundum gl. in l. venditor. §. ſi conſtet. verbo, ſalarium. ff. com. pra. & per Innoc.* Ioan. *And. Ant. de Butr. & communiter. Dd. in c. propter ſterilitatem. de locat. Guid. & Salic. in l. 1.* C. *de ſuffrag. item Iaſ. in d. l. diem functo, nu. 11. quibus adde, quod notat Bartol. in l. Archiatri. per illum text.*

3. *text.C.de profeſſ.& med.lib.11.* † Quemadmodum enim medicis non debetur ſalarium, niſi infirmo ad ſanitatem reducto, ita & aduocat (a i Bart.*ibi*) non debent
4. habere ſalarium lite pendente.† Idē quoque in procuratore, & nuncio traditur, quòd nec illis ſalariū debeatur, niſi finita cauſa: *Bal.poſt Cyn.in l.1.C.mand.* Et hæc poſterior ſententia in Camera frequentius
5. obtinuit.† Quamuis autem, vt iam dictū eſt, aduocato non debeatur ſalarium ab initio litis, tamen pendente iam lite debetur ei ex officio iudicis, *iuxta Bart.in l. properandum.§.illo & i.not.C.de iudi.& ad tradita & de etiam, qua latiſsimè ſcribit Gui.Pap.deciſ.190.in honorarijs.* Cæterùm in aliis perſonis, quando debeat eis ſolui ſalarium, ſeu præmium, *vide quæ habentur apud gloſ.Cyn.Bar.& omnes.in l.2.C.locat. Bar.l.1.§.diuus.ff.de var.& extra.cog. & in l.qui inſulam.§.qui adem.ff. locat. Anth. & Imo.d.c.propter ſterilitatem.*

OBSERVATIO VIII.

Salarium aduocati tranſmittitur ad hæredes.

QVod dicitur, aduocatum tranſmittere ſalarium ad hæredes *iuxta Bal. in l.1.colum.3.ver.ſed ego dico, quòd in ſal.C.de ſuffrag.& eundem in l.poſt duos. C.de aduoc.diuerſ.iud.& ibi not.* hoc intelligitur verum in ſalario illius anni, quo decedit, non aliorum annorum, *prout tenet idem Bal.in l.petitionem eod.tit.& Bar.in l.1.§. diuus.col.2.& 6.ver.vl erius quæro.ff.de var. & extraord.cog.idem docet Bar. in l. diem functo.col.3.ver.quid de aduocato.ff. de offic. aſſeſſo.& Spec.d.tit.de ſalar. §. ſequitur, ver.in ſumma.not.vbi vide latius.*

ADDITIO.

Quod non omni aduocato, qui aliquod obit onus ſiue munus debeatur ſalarium, *pulchrè Bennuncaſ.de paupert.q.7.n.1. vſque ad nu.9 ſpecial.1.de re iud.* De ſalario aduocatorum & procuratorum *vid. Gail.1. obſ.44.Sebaſt.Med.in tr.Mors omnia ſoluit. p.3.n.26.Suarez in Theſaur.lit.S.n.2.& lit. M.n.237.& lit.A.nu.102.*A.Reyger.

OBSERVATIO IX

Gail.1.de pac. pub.c.14.n.4. 16.19. A.Reyger.

Affectus ſiue effectu quando puniatur, vel non?

NOtum eſt regulam illam, quòd effectus ſiue conatus ſine effectu non puniatur, nec conatus pro actu perfecto reputetur, in multis caſibus ceſſare: qui extant collecti apud Bart. Alexand. Angel. Caſtr. Iaſ.& Dd.*in l.1.§.hoc autem.ff. quod quiſque iuris.in l.ſi quis, non dicam rapere. C.de Epiſc.& cler.& l. genero. vbi etiam Bar.ff.de iis, qui not.infam.Canon. in c.vlt. ext.de ſponſ & Felin.in tract.de conatu, vbi præ cæteris plures caſus poſuit. & Hippol. Marſil.in l.1.§.diuus.ff.ad l.Corn. de ſicar. & in rep.l.1.C.de rap.virg.* In illis autem caſibus in quibus lex punit affectum ſiue conatum, ac ſi delictum fuiſſet cōſummatum, poteſt iudex ex poteſtate ſibi à lege conceſſa mitigare pœnam, licet id facere non ſit obnoxius: ita refert Salic. dixiſſe Baldum viuá voce *in l.ii, qui cum telo.C. de ſicariis, per tex.ſing.& opt.in l.aut facta.§.euentus.ff.de pæn. & ſequitur Felin. in d. tractat.de conatu, ad fin. ad quod facit, quod ſuprà cent.2.obſer.30. de alteratione pœnæ annotauimus, quæ huc repeti poſſunt.*

OBSERVATIO X.

Alienatio aduentitiorum per filiumfamilias facta, an & quando valeat?

And. Gail. li. 2.obſ.65.n.8. An filiusfam. poſſit teſtari de bonis aduentitiis in quibus patri non quæritur vſuſfructus, vid. Vvurm tit.39. de teſta. obſ. 16.num.4.&5. A.Reyger.

1. *Alienare filiusfamilias nec aduentitia poteſt inuito patre.*
2. *Ratio eius rei redditur.*
3. *Alienatio filiifamiliàs an per iuramenti fiat valida? & n.4.& 6.*
5. *Iuramentum moribus bonis non repugnans ſeruandum.*
7. *Contractus prodigi iuramento non firmatur.*
8. *Diſtinctio Cameræ in præſenti quæſtione.& nu.9.*

ALIENATIONEM aduentitiorum, in quibus pater habet vſumfructum, factam per filiumfamil.† ſine voluntate patris iure non ſubſiſtere, etiā quò ad proprietatem, conſtat *ex l.& heredi. §.filiusfa. ff.de pac.& l.vlt.§.filius autem fam. C. de bo.quæ lib.& per Spec.tit.de actore, verſi. quid ſi ſuper hoc iurauit.* † Quòd ideò eſt, 1.
ſecundū *Caſt.in d.§.filiusfa.* quia pater eſt 2.
legitimus adminiſtrator, ideóq; ſine ipſius cōſenſu impermiſſa eſt alienatio, ad inſtar

minoris,vel pupilli, qui abſq; tutoris cu-
ratoríſve , aſſenſu alienare prohibetur.
3. †Sed,quid,ſi filiusfam.iurauit ſe non cõ-
trauenturum alienationi?Et videtur iura-
mento ſtandum eſſe, ſaltem iure Cano-
num,cùm ſeruari poſſit ſine interitu ſalu-
tis æternæ,*vt in c.cum contingat.de iure-
iur.* †Verùm Bald.& Angel.cenſent,nec
4. lege Pontificia huiuſmodi iuramentum
valere,adeò quòd etiam patre mortuo,fi-
lius non poſſit compelli per Epiſcopum
ad obſeruantiam talis inualidi iuraméti,
*tanquam præſtiti contra diſpoſitionem d.l.
vl.§.filius autem familiâs,quæ talem contra-
ctum fieri prohibet.* Sed hæc ratio parum
vrgere videtur , cùm aliàs conſtet,iura-
mentum,† niſi ſit contra bonos mores &
5. publicam vtilitatem,vel peccatum con-
tineat,ſeruandum eſſe etiamſi interpoſi-
tum fuerit ſuper contractu prohibitio à
lege ciuili,*c.ſi diligenti.de fo.comp.c.quan-
to.de iureiur.& Panor.conſi.95. Factum ſic
proponitur.vol.2.& Soci.Iun.con.143.nume.*
6. *36.vol.1.*†Quare aliam ipſi rationem aſſi-
gnant,quia prædicta lex inhibeat eis alie-
nationem tanquam prodigis:qui cùm nó
indigeant,per rationem ibi poſitam , vi-
deantur prodigi , & tendere ad diſſipatio-
nem bonorum,ſed communiter traditur
7. †contractum initum à prodigo, cui bo-
nis eſt interdictum,non firmari iuramen-
to,*vt per Bart.in l. is cui bonis,ff. de verb.
oblig.*Et ab hac Baldi , Angelíque ſenten-
tia non eſſe recedendum in conſulendo,
Caſtrenſis monet *in d.§.filius autem. pro
qua etiam ipſemet conſuluerit prout refert in*
8. *d.§.filiusfamiliâs, ad finem.* † Vtcunque
ſit , Domini Aſſeſſores cùm hæc quæſtio
incidiſſet,ſuprà dictum dogma,ſic mode-
randum aiebant,vt procedat,quò ad præ-
iudicium patris,& quandiu pater ſuper-
9. ſtes eſt.†Cæterùm patre mortuo, & poſt-
quam filius effectús fuerit ſui iuris,volue-
runt alienationem aduentitiorum ab ipſo
factam,& iuramento firmatam , vires ha-
bere in ipſius filij præiudiciũ per ea quæ
ſingulariter tradit Ioannes de Imol.*in di-
cto.c.cum contingat,in 3.memb.prin. verſi.i-
tem aduerte.quia dixit Bald.nume.43. text.
de iureiur.* ad quod allegat etiam id,quod
Innoc.in ſimili notat de voto facto per fi-
liumfamil. *in c.ſcripturæ , extrà de voto:*
vbi licet non obliget durante poteſtate patria,in eius præiudicium,tamen poſteà effectus ſui iuris, illud ſeruare obnoxius eſt,&c.

OBSERVATIO XI.

Decendium ad appellandum conceſſum, quando currat?

Gail.lib 1.ob. 139.n.5.6.& ſeq. Appellationis interponendæ dies decem quomodo currant, vide VVurm. de appel.24.obſ.1. & Harem. Hartm in tit. 29.de appella. obſ.1. à De quo vid.ſup. cent.1.ob 6. A.Reyger.

NON ſolùm iure communi , verùm etiã Ordinatione Cameræ diſponitur,non poſſe longius tempus concedi ad appellandum,quàm decendiũ,vt in Ordinatione Auguſtana *parte 2.tit.29.§.1.*quod currit nõ obſtante compromiſſo, aut pacto partium,*vt per Guid.Pap.deciſi.115. & eundem con.184.Abb.conſi.77. libr.2.* Item currit à tempore latæ ſententiæ.ſic hodie fit computatio de momento ad momentum,*auth.hodiè C.eodem.c.cùm dilecti.in fin. de elect.c.ſignificauerunt de teſtibus , &c. quò ad conſultationem de re iudic.* Et vniformiter hoc tempus decendij locum habet in omni appellatione,ſiue ab actu iudiciali ſiue extraiudiciali interpoſita ſit, *per tex.& ibi gloſſ.verbi dies.in d.c.ſignificauerunt,& in d.c.cum dilecti in fin. gloſſ. c.cum ceſſante. de appell & c.concertationi. de appell.in 6.de quo videcet am Angel.in l.1. §.biduum. & ibi Caſtr.ff.quan. appel. ſit , & Specu.de appell §.reſtat.ver.ſed nunquid dies.Bald. & Iaſ.in l.ſi ab arbitrio.ff. qui ſatiſd.cog.* Illud porrò ſciendum,licet cõſtet de appellatione interpoſita, tamen non præſumit factam intra decendium, niſi probetur , *c.Romana.§.ſi verò,& ibi Dd.de appellat.libr.6.*Et antequam de hoc fiat fides,iudex ad quem fuit appellatum. non poteſt procedere vel inhibere. Et in tantum procedit,appellationem intra decem dies fieri debere,quòd etſi poſt decimum diem ſit appellatum,nec de hoc oppoſitum,& ſententia feratur, illa non valeat,& ſit nulla,*per cle.ſi appellationem. de appel.Bal.in d.auth.hodie Caſtr.d.§.biduum.* Ætiologia eſt , quia deficit iuriſdictio propter deſertionem, prout alibi Auctor annotauit.

Et hoc æquè in cauſis feudalibus locũ habere, communiter Feudiſtæ tradunt in c.vlt. Quo temp.mil. & Curt.de feud. p.nu.33. A.Reyger.

OBSERVATIO XII.

Si alimenta vſque ad pubertatem cõceſſa ſint,de

ſint, de plena pubertate intelligitur: & quid veniat appellatione alimentorum?

ALIMENTA ſi relinquantur puero, vel puellæ, maſculus percipiet vſque ad plenam pubertatem, ſcilicet vſque ad annum 18. fœmina verò vſque ad 14. completum, idque fauore alimentorum, *per tex. in l. Mela. in prin. vbi Barto. multa priuilegia alimentorum refert, ff. de alimen. & cib. le. quem text. allegauit pro ſingulari Fran. Crem. not. 77. incip, relicta ſunt alimenta.* Alimentorum autem appellatione non cibaria tantùm, ſed etiam veſtitus & habitatio continentur, *toto tit. ff. de alim. & cib. leg. & gloſſ. in l. ſi quis à liberis. §. iudex. ff. de lib. agnoſ.* Item medicinæ. *Barto. & Alexa. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. ff. ſol. matr. & in l. legatis literis 2. in 1. quæſt. ff. de alim. & cib. leg.* Et veſtimenta *vt l. lega ff. iam dic. tit. & l. Verbo victus. ff. de Verb. ſig.* Itémque ſumptus in ſtudio pro diſciplina, *l. qui filium. ff. vbi pup. educ. deb. Bart. l. de bonis. §. non ſolùm. ff. ad Carbon. & Soci. conſi. 161. in fin.* Quod tamen verum intelligunt, ſi debeantur iure naturæ, ſecundum Bartol. Bald. & Ange. ibi. Omnia denique veniunt, quæ ad viuendum neceſſaria ſunt, *d. l. Verbo victus. ibi Dd. iuncta l. fin. ff. de alim. leg. De alimentis vide etiam Guid. Pap. deci. 439. vbi multa congeſſit. Quib. adde, quæ olim annotaui in §. Item ſi de dote. nu. 4. Inſtit. de actio. & quæ ſcribit Roland. à Val. conſi. 22. li. 1. & Iaſ. in l. cum hi. §. qui tranſigit. ff. tranſact.*

Sicuti parẽtes alimenta iure naturæ debẽt liberis Hart. 1 Hart tit 36. de alim. obſ 3. n. 14. & ſeqq. A. Reyger.

OBSERVATIO XIII.

Gail. li. 2. obſ. 71. n. 1. Gabriel Ro. li. 3. Reyg. concl. 1. vſque ad 8 Teſſau. deciſ. 174. A. Reyger.

De præſcriptione contra annuam præſtationem.

AN & qualiter contra annuam præſtationem præſcriptio currat, Dd. mirificè variant, *vt per eos in l. ſi Stichum. §. ſi ſtipulatio. ff. de Verb. oblig. & in l. ſi prime. ff. de aqua. plu. arcen. & l. cùm notiſſimi. §. in ijs etiam, post gloſſ ibi Verb. cuiuſque anni. C. de præſcript. triginta ann. Boer. eandem quæſtionem prolixè tractat, tres diuerſas opiniones referendo, deciſ. 336. & Hier.* Schurff, *conſi. 10. centu. 1.* Sed in Camera aliquot vicibus comprobata eſt poſt multã diſputationem eorum opinio, qui in huiuſmodi penſionibus vniuſcuiuſque anni propriam eſſe præſcriptionẽ, & quot ſunt anni, tot eſſe præſcriptiones, cenſuerunt, quódque huiuſmodi præſcriptiones ad futuros annos, & futuras penſiones ſe non extendant. Et hanc opinionem, quæ originaliter Martini gloſſ. fuit, tenuerunt poſt gloſ. Salic. & Fulg. *in d. §. in ijs etiam. Raph. Fulg. con. 174. & Cyn. in l. plures apochis. C. de fid. inſtrum. Capel. Tholo. deciſ. 342. Guid. Pap. deciſ. 406. 407. 408.* vbi multa pulchra cognitúque neceſſaria accumulat, & inter cætera ſcribit & affirmat, hanc eſſe communem, ideóque ſequendam in iudicãdo, quemadmodũ pro hac etiã iudicatũ fuit per Dominos, *in cauſa domini Iodoci Nicolai Comitis de* Zollern, *contra Magdalenam de* Nevvneck, 10. *Maij, an.* 1549. *& nõ nullis alijs cauſis, iuxta. l. ſciri oportet. §. illud. cum §. ſequ. ff. de excuſ. tut. cum ſimil.* Ex prædictis colligitur, etiam quòd creditori recipienti ſolutionem in minori valore, quàm fuit tempore contractus, nõ poſſit obiici exceptio præſcriptionis longiſſ. temporis, quòd videlicet tanto tẽpore in tali valore ſolutio ipſi ſit facta, ſed debitor nõ attẽta præſcriptionis obiectione in poſterum ad eum valorẽ, qui tempore contractus fuit, ſoluere obnoxius eſt, *per ſuprà allegata: quod diligenter nota.*

ADDITIO.

Et ad prædicta vide etiã quæ Didac. Couarr. latè cumulauit in pract. quæſt. *in tract. Veterum numiſm. c. 7.* vbi de mutatione monetæ quò ad pondus & valorem, pulchra tradit. A. Reyger.

OBSERVATIO XIV.

Compromittens an, ſi ſuccumbat, redire poſſit ad appellationem?

CVM in quadam cauſa allegaretur, appellantem, ſi compromittat & ſuccũbat per laudum, non prohibere, quò minus redeat ad iudicẽ appellationis, ſi pœnam compromiſſi ſoluat, *iuxta gloſſ. ſingularem in clem. quamdiu, Verb. compromiſſum. de appel. & in c. ſignificantibus, Verb. compromiſſi. de offic. deleg.* limitabant Do-

Appellationis proſequendæ tempus pendente cõpromiſſo nõ currit Vvurm. tit. 24. de appell. obſ. 2. A. Reyger.

mini Aſſeſſores, hoc verum eſſe, niſi adie-
cta ſit clauſula, Toties pœna cōmittatur,
quoties fuerit contra factum, *ſecundum*
Lap. & Card. ibidem. Item verum, niſi ſit
emologatum, vel approbatum laudum,
tacite vel expreſſe, *iuxta Bal. in auth. ſi ta-*
men. Verſicul. ſed quid ſi arbiter. C. de appel.
recip. Denique quòd hoc procedat in ar-
bitro: ſecus eſſe in arbitratore, *per Bal. in l.*
eos. §. apoſtolos. col. Vlt. Ver. ſed modò dubita-
tur. C. de appel. & Phil. Fran. in c. ex ratio-
ne. q. vl. de appel. vbi omninò Vide.

OBSERVATIO XV.

*Appellationi proſequendæ præſcribitur à iure annus, & ex cauſsâ biēniū vel triennium. Quod tempus Iudex à quo abbreuiare poteſt, quoad proſequendum, non quoad finiendū, Hart. Hart. tit. 19. de appel. obſer. 10. per tot. A. Reyger.

Appellans quid probare teneatur?

1. *Appellans quatuor probare tenetur, & num. 14.*
2. *Appellatio quomodo interponenda? & num. 3.*
4. *In appellatione à definitiua cauſa grauaminis non exprimenda.*
5. *Secus eſt, ſi ab interlocutoria appelletur, & num. 6.*
7. *Appellationem intra Decendium interpoſitam probandum eſt.*
8. *Item appellationis proſecutionem intra tempus legitimum factam.*
9. *Ad proſecutionem appellationis quantum temporis iure ciuili ſit conceſſum. & n. 10.**
11. *Quantum ex ordinatione Cameræ Imperialis?*
12. *Impedito quando tempus proſequendæ appellationis prorogetur?*
13. *Terminum proſequendæ appellationis Iudex à quo coarctare poteſt.*
15. *Appellatio in ſcriptis quando dicatur facta?*

CIRCA cauſarū appellationes ſolent
1. quatuor præcipuè conſiderari, quæ
probanda ſunt per appellantes: Primùm,
1. quòd fuerit appellatum: idq; vel viua vo-
ce, vel in ſcriptis: nam ſi in cōtinēti à diſ-
2. finitiua appelletur, † poteſt appellari viua
voce: & ſufficit, quòd grauatus dicat *Ap-*
pello, idque ſcribi curet per Notarium ad
acta: ſi verò appelletur ex interuallo poſt
latam ſententiam, ſemper in ſcriptis ap-
pellandum eſt, aliàs appellatio non valet,
l. in fin. cum l. ſequen. de appel. l. litigatori-
bus. & ibi glo. Bart. & Bald. C. de appell. I-
démque notat Specul. tit. de appell. §. qualiter.
in prin. & Corn. conſi. 95. & ſeq. vol. 4. † Cæ- 3.
terùm ſi ab interlocutoria appelletur,
ſemper id in ſcriptis fieri debet ſiue ſta-
tim ſiue ex interuallo, niſi interlocuto-
ria habeat vim diffinitiuæ, *per text. in cap.*
cordi. de appell. libro 6. Specul. d. §. qualiter.
poſt princ. Bart. in l. eius. ff. de appel. recip.
Philip. Fran. c. Vt debitus. col. 7. Ver. ſecundò
quæro. de appell. Vbi dicit hoc communiter obti-
nere tàm ciuili, quàm Canonico iure. Alterū 2.
eſt, quòd appellatio fuerit facta ex iuſta
cauſa, quam etiam in proceſſu probare
oportet. † Circa quod obſeruandum eſt 4.
ſi appelletur à diffinitiua, regulariter ſatis
eſſe, quòd appellans in genere dicat, ſe
grauatum, & ſententiam iniuſtam eſſe, ſi-
ne expreſſione alicuius cauſæ, *per text. in l.*
2. ff. de appel. & not. gloſſ. Abb. & Fran. c. cùm
in Eccleſia. de appel. Bart. l. 1. §. fin. ff. eo. Fal-
lit tamen hoc in quatuor caſibus, *quos*
Phil. Franc. refert. in d. c. Vt debitus. col. 10.
q. 14. vbi Vide. † Sin verò ab interlocuto- 5.
ria appelletur, appellatio non valet aliter,
niſi nominatim & in ſpecie exprimantur
omnes cauſæ grauaminis in ipſa appel-
latione: *text. & ibi Gem. c. cordi. de appel. lib.*
6. Dd. communiter in d. cap. Vt debitus. nec
ſufficit relationem facere ad acta, *ſecun-*
dùm Phil. Franc. in c. conſuluit. de appel. per
text. cle. appellanti. eod. titul. & ibi Card. in
4. not. q. 3. & 4. † Si tamen cauſa grauami- 6.
nis in mero iure conſiſteret, adeò quòd
nullam facti probationem requireret, vel
vim diffinitiuæ haberet, valēret appella-
tio ab interlocutoria etiam ſine cauſæ
expreſſione, *Bald. in l. minoribus. C. de his*
qui. Vt indig. & l. per hanc. col. pen. in fin. C.
de temp. app. & Gemi. d. c. cordi. & Phil. d. c.
Vt debitus, q. 11. & 14. † Porrò tertium eſt, 7.
quòd intra decem dies appellatio fuerit 3.
interpoſita, *auth. hodiè, C. de appel. c. cùm*
dilecti. in fin. de elect. c. ſignificauerunt, de
teſt. c. quod ad conſultationem, de re iud. &
per Ioann. And. in c. Romæ. §. ſi Verò, de
app. lib. 6. & dixi, ſuprà hac ipſa centu. obſ.
11. Quartum denique eſt, † quòd intra 4.
tempus legitimum, vel à Iudice præ- 8.
ſcriptum, appellationis facta ſit proſecu-
tio, *c. cùm ſuper, de re iud.* † Habet autem 9.
appellās iure communi annum vnum ad
proſe-

Digitized by Google

proſequendum coram iudice appellatio-
10. nis, quod appellant primum fatale. † Et ſi
eſt impeditus, habet ex cauſa ſecundum
fatale, *per auth. ei, qui appellat. C. de temp.*
app. c. ex ratione. de app. & clem. ſicut. eo. tit.
11. † Ex Ordinatione vero Cameræ Imperia-
Vid. ib. notat. lis datur ſolum ſemeſtre tempus, *de quo*
12. *dicam infrà cent. 5. obſer. 57* † Quòd ſi quis
impeditus ſit eo tempore, non côceditur
aliud, niſi per viam reſtitutionis in inte-
grum: licet de iure communi primus & ſe-
cundus annus dentur ipſo iure à lege: & ſi
quis doceat ſe iuſte impeditum, datur etiã
tertius annus, non tamen integer, ſed tan-
tum temporis quanto durauit impedimẽ-
tum, idque per viam reſtitutionis, *vt per*
Abb. d. c. ex ratione. col. 4. ibi Inno. & alios
Dd. poſt Bart. in dict. auth. ei, qui appellat.
13. † Dixi, vel à iudice præſcriptum: quia po-
teſt Iudex à quo ſiue inferior, breuiorem
terminum ad proſequendam appellatio-
nem præfigere, intra quem ſi nõ fiat pro-
ſecutio, remanet appellatio deſerta, po-
teſtque ſententiæ fieri executio, *c. cùm ſit*
Roma. & c. perſonas, ibi poſt Dd. Phil. de ap-
14. *pel.* † Cæterum ſi vnum ex ſupradictis qua-
tuor requiſitis deficiat, appellatio ſemper
cenſetur deſerta eſſe: *de quo vide latiùs in*
locis iam antea citatis, & in l. eos, l. litigato-
15. *ribus, & l. his, qui. C. de appel.* † Et quia ſu-
prà diximus, interdum in ſcriptis appel-
landum eſſe: non eſt ignorandum, quòd
tunc dicatur appellatio in ſcriptis fieri,
quando porrigitur libellus appellatorius
ſcriptus: aliàs, ſi viua voce, dictaret quis ap-
pellationem, & Notarius illam deinde in
ſcripturam redigeret, nõ diceretur appel-
latio facta eſſe in ſcriptis, & elapſo decẽ-
dio ad appellandum conceſſo, ſententia
tranſiret in rem iudicatam, non obſtante
tali appellatione inualida: *ita in terminis*
tenet Philip. Franc. dicto c. vt debitus, col. 7.
ver. 3. quæritur. Quod eſt notatu dignum.

OBSERVATIO XVI.

Vid. Gail. li. 1. obſ. 100. n. 18. & ob. 102. n. 9. Add. Gabriel. & ibi. not. li. 1. R. tit. de Teſtib. conc. 9. A. Reyger.

Teſtes minus idonei quando admittantur?

1. *In defectum probationum teſtes minus idonei admittuntur.*
2. *Hæc Procardica declaratur, & num. 3.*
4. *Producens teſtes minus idoneos quid probare teneatur, & n. 5.*
6. *Excipiens de caſu ſingulari ſingularitatem probare debet.*

GENERALE dogma eſt & multum
ſingulare, quando veritas aliter habe-
ri non poteſt, † admittendos eſſe teſtes e- 1.
tiam inhabiles & minus idoneos, *de quo*
per Salic. in l. ea quidem, col. 27. ver. ad quintã
quæſtionẽ. C. de accu. & Alexan. con. 64. libr.
1. vbi multa dicta accumulat. ad compro-
bationem huius regulæ, & per Hippoll. de
Marſi. in l. diuus. & l. de minore. nume. 24. ff.
de quæſt. & in fin. C. ad legem Corne. de ſi-
car. vbi plura congerit ad hunc locum illu-
ſtrandum pertinentia. † Præfatum tamen 2.
dogma (ne impingas) ſic intelligendum
eſt, & procedit quando ex natura facti, de-
licti, ſeu negotij veriſimiliter habita, & a-
ctus alij interuenire non potuerunt: aliàs
ſecus. † Quamuis enim ex accidenti quan- 3.
doque contingat, quod alij teſtes non ad-
fuerunt, tamen in potentia veriſimiliter
plures adhiberi potuiſſent, tali ſpecie nõ
dicetur per alios veritatem ſciri non poſ-
ſe, quia imò ex natura negocij per alios
potuit veritas in potentia haberi, licet a-
liter acciderit: ita ſingulariter & valdè e-
leganter intelligit prædictam doctrinam,
ac declarat Ant. Butr. *in c. tertio loco, ne pro-*
bat. & con. 24. quæſtio hæc dubia. refert & ſe-
quitur Alexand. d. conſi. 64. pro quo allegat
text. & ibi gloſſ. in c. fin. de teſt. cog. & idem
Alexan. latiſſimè conſi. 152. viſo proc. ver. non
obſtat, etſi dicatur. num. 11. lib. 5. Iaſ. in l. 1.
C. de ſum. trin. in lectu colum. fin. & in rep.
col. 11. num. 50. ver. ex iſtis omnibus fac. regu-
lam, idem Iaſ. in l. fin. C. de his quibus vt in-
dig. & Dec. conſi. 133. viſo proceſſu & ſen-
tentia. col. vlt. & con. 310. viſis. & con. 342. in
cauſa partim ſuppoſiti. in quib. in locis multas
allegat concord. itemque Felin. de cætero. de te-
ſtib. † Ex qua declaratione cõficitur, quòd 4.
is, qui inhabiles & minùs idoneos teſtes
producit, aſſerendo alios non reperiri, nec
aliter veritatem cognoſci poſſe, illud pro-
bare teneatur. † Habet enim aduerſarius 5.
intentionem ſuam fundatam à iure com-
muni, nempe teſtes inhabiles à teſtifican-
do arcendos eſſe, niſi ex diuerſo, & ſic per
producentẽ doceatur, veritatẽ aliter ſciri

6. non poſſe.† Nam ex quo incerto caſu ex-
cipit, tenetur exceptionem ſuam probare,
prout iſtud, in ſimili explicat Hiero. Schurff,
*conſ. 50. nu. 14. & 15. centu. 1. vbi multas con-
cord. allegat*: alioquin ſemper quis valeret
producere teſtes inhabiles, dicendo, ſeſe
alios habere non poſſe: *ita Alex. in d. conſ.
64. ad conc. per Hippol. conſi. 31. bonorum verſi.
prætereà da hoc teſtes. item con. 41. diuini &
conſi. 80. qui cuncta. Quod velut ſingulare, vſu
ſic exigente, diligenter obſerues.*

OBSERVATIO XVII.

Vid. Gail. lib. 1. obſ. 107 n. 1. & per tot. Conclusio eſt in cauſâ ordinarij iudicij. Hart. Hartm. tit 17. de conclu. obſ. 1. n. 5. A. Reyger.

*Concluſio cauſæ omiſſa an vitiet ſenten-
tiam?*

1. *Cauſæ concluſio omiſſa ſententiam non vitiat. & nu. 3.*
2. *Concluſio cauſa non eſt de ſubſtantia iudicij.*
4. *Baldi hac de re opinio.*
5. *Et Cameræ Stylus.*
6. *Poſt concluſionem cauſæ acta noua non producuntur. ſ. Abr. n. 10. 11. 12.*
7. *Iuris tamen allegationes recipiuntur.*
8. *Reſtitutio in integrum poſt concluſionem à certis perſonis peti poteſt.*
9. *Iuramentum quoque ſuppletorium differri poteſt.*
13. *In criminalibus per concluſionem reo non præſcinduntur nouæ defenſiones.*
14. *Iudex cauſam pro concluſa inuitis partibus acceptare poteſt.*

IN cauſa appellationis Friderici *Sturm-
feder* & communitatis in *Stoßack*, con-
tra Sculterum communitatẽ in *Ilßfelde*,
relata Menſe Decembri, anno 1548. inter
cætera dubitatum memini, an omiſſio cõ-
cluſionis in cauſa, vitiaret ſententiam?
1. † Et concluſum tùm fuit, nõ vitiare iure
ciuili, *per ea quæ ſcribit Abb. in c. paſtora-
lis, de cauſ. poſſeſſ. & prop. colum. 3. Bal. l. nec
cauſas, C. de appell. & Felin. c. cùm dilectus,
verſi. quartò ſcias. num. 33. de fid. inſtr.* Et
2. rectè: † Eſt enim concluſio in cauſa, magis
de cõſuetudine, quàm ſubſtantia iudicij,
etiam in cauſis ordinariis, *vt pulchrè per
Gard. in clem. ſæpè. §. & quia. quæſt. 19. de
verb. ſig. & Abb. Sicul. in c. cùm* I. *& A. de
re iudic.* † vnde etſi omittatur, proceſſus 3.
valet: tanto magis in cauſis ſummariis in
quibus de neceſſitate non requiritur, *per
tex. in clem. ſæpè. §. & quia. idem tenet Ioan.
Andr. in addit. ad Spec. tit. de renun. & con-
clu. in prin.* Baldus † tamen in Margarita 4.
ſuo, verbo, renunciatio & concluſio, dicit,
concluſionem eſſe de ordine ſubſtantiali,
eiuſque omiſſionem vitiare ſententiam,
per auth. iubemus, C. de iudi. † Sane in Ca- 5.
mera Imp. nulla ſolet ſententia publicari,
ne interlocutoria quidem, niſi in cauſa le-
gitime concluſum ſit. Aduerte tamen, † li-
cet per concluſionem imponatur finis pro-
ductioni actorum, adeò quod ea facta ni-
hil amplius produci poſſit in cauſa, neq;
expectetur aliud, quàm ſententia: (eſt e-
nim cõcluſio in effectu nihil aliud, quàm
renũciatio omnibus probationibus & de-
fenſionibus producendis *iuxta gloſſ. in c.
cùm dilectus. de fid. inſtrum.*) † poteſt ta-
men allegari in iure poſt concluſionem,
*ſecundùm Bald. in auth. iubemus. C. de iu-
dic.* † item reſtitutio in integrum peti
per minores, mulieres & Eccleſias: *Dd. in c.
auditus. de in integ. reſtitut.* & deferri † iu- 6.
ramentum ſuppletorium, ſi modò ante 7.
concluſionem petitum fuerit *per Iaſ. in* 8.
rep. l. admonendi, col. 154. ff. de iuriur. vbi & 9.
alii Dd. † Admittitur item poſt concluſio- 10.
nem probatio per cõfeſſionem partis ad-
uerſæ, *Bald. in rub. C. de probat. ver. ego a-
liter. & ibi etiam Caſtr.* † reique euiden- 11.
tiam & aſpectum loci: quoniam iſta pro-
batio omne probandi genus ſuperat, *iux-
ta Bald. in l. contra negantem, in fin. C. ad l.
Aquil. & in l. ſi quis teſtu. in fin. C. de teſtib.*
† Interogatio quoque poſt concluſionem 12.
fieri poteſt ad partis inſtantiam, præſer-
tim in cauſis ſummariis: *gloſſ. verb. inter-
rogabit. cle. ſæpè, de verb. ſig. Abb. & Felin. c.
cùm legationes. de fid. inſtrum.* † Deni- 13.
que omnis probatio ad defenſionem rei
admittitur in criminalibus concluſione
facta in cauſa, *iuxta Bart. in l. diui fratres,
ff. de pœn. & in l. 1. §. fin. ff. de quæſt.* † Nota 14.
etiam, quòd iudex inuitis partibus, vel al-
tera earum, ſi datæ ſint ſufficientes dilatio
nes, poſſit cauſam pro cõcluſa acceptare,
*iuxta Panorm. in c. paſtoralis, de cauſ.
poſſeſſ. & prop. text. in auth. iubemus, C. de
iud.*

Gail. d. obſ. n. 2. tradit in Camera eſſe de ſubſtãtia. Pro regula traditur, poſt concluſionem in cauſâ, probationes factas, item Inſtrumẽta, produci nõ poſſe nec producta admitti debere. Gail. d. obſer. 107. n. 4 Vid. Chil. Konig in proceſſ. c. 100. nu. 1. ib. addit. A. Reyger.

Digitized by Google

ind. & *glo. in Clem. ſæpè ad fin. de verb. ſig.* idque in Camera iudiciali Imperij quotidie obſeruatur.

OBSERVATIO XVIII.

An in conſtitutione ſyndici vniuerſitatis, nomina ſingulorum debeant exprimi?

Syndicus collegij vel ciuitatis quomodo conſtituatur, vide VVurml. tit. 4. obſ. 2. n. 1. A. Reyger.

AN in conſtitutione ſyndici, vel in alijs geſtis per vniuerſitatem, ciuitatem, vel collegium aliquod, debeant exprimi nomina ſingulorum in inſtrumento, quod ſuper re geſta cõficitur? varij varia opinãtur. Sed in Camera Oldradi ſententia comprobata eſt, *quam tradidit ipſe con. 109.* eamque refert etiam Ioan. And. (licet ſuppreſſo Oldradi nomine) *in addi. ad Spec. tit. de ſyndico. §. ver. quòd nomina monachorum.* Nam ſi tales conſtitutiones procuratoriæ ſonent in nomina collectiua certam iuris determinationem habentia (qualia ſunt, capitulum, vniuerſitas, ciuitas, collegiũ, conuentus, & ſimilia) tunc non eſt neceſſe nomina Canonicorũ, vel ſingulorum de vniuerſitate, ciuitate aut collegio exprimere. Sin autem fiunt per nomina ſingularia corpora deſignãtia, vt quia dicatur, Canonici talis Eccleſiæ, ciues talis municipij, tũc exprimenda ſunt nomina ſingulorum, ea ratione: quia talis ſermo poſſet verificari de duobus tantùm, *l. inter illam, §. vlt. de verb. ſign.* Si tamen facta ſit conſtitutio per tale nomen ſingulare, quod æquipolleat nomini collectiuo: vt ſi dicatur, omnes Canonici talis Eccleſiæ, omnes ciues talis oppidi, tunc pariter ſubſiſtit abſque ſpeciali nominũ expreſſione, *iuxta Bald. in addit. ad Spec. d. titu. de ſyndico*, vbi, Si inſtrumentum, inquit, ſyndicatus ſonat, Omnes interfuerũt, omnes conſtituerunt, hoc ſufficit ſine nominum expreſſione. Atque ita ſaluatum eſt mandatum ſyndicatus Vlmenſis in quadam cauſa, vbi erant talia verba: *VVir Burgermeiſter, Rath vnd alle Burger gemeinlich der Stad Vlm, 2. die Iunij, anno* 1551.

OBSERVATIO XIX.

Conſtitutio de pignorationibus non tàm in ipſis pignoribus quàm etiam in eo quod pro redemptione pignorum datum eſt, locum habet.

CIRCA conſtitutionem in Ordinatione de pignorationibus, *quæ in 2. part. tit. 22. extat.* inter cætera dubitatum fuit, ſi cui ſint pignorata aliqua animalia, putà vaccę, vel oues, iſque ea pro vitando interitu precio ſuo redemerit, an mandatum de reſtituendo precio ex cõſtitutione pignorationis decerni poſſit? Et cõcluſum fuit quòd ſic, ob id certè, quia precium loco rei ſuccedit, etiam in perſonalibus, quando aliquis conuenitur ratione doli: *per text. in l. qui à debitore. & ibi Bart. ff. quæ in frau. cred.* Sed pignorantem in dolo eſſe quò ad pignora ablata ſaltem pręſumptio ex eo liquet, quia facit rẽ illicitam, & tam iure communi, quàm cõſtitutione imperij prohibitam: Vnde eò ipſo cenſetur eſſe in dolo etiam manifeſto, *l. 2. §. doli mentio ff. de vi bo. rap. c. 1. §. ſi quis hominem. & ibi Afflict. in 2. notab. num. 3. de pace tenen.* Ergo meritò in ſubſidiũ preciũ loco rei ſuccedit, & conſequenter preciũ via Mandati ex Conſtitu. de pignorat. repeti poteſt: *atque ita meo tempore, decreti ſunt proceſſus Nobilibus de* VValborn, *contra Archiepiſcopum Colonienſem, in cauſa* Der abſgeſpendeten 125. Thaler, *& in quibuſdam alijs cauſis.*

OBSERVATIO XX.

Pignorationis conſtitutio ſeruatur etiam in caſu, quo pignoratus eſt ſubditus mihi cum alijs communis.

Gail. de pignorat. ob. 19. A. Reyger.

SI ſupplicans mihi narret pignoratum ſubditũ in loco, in quo iuriſdictionẽ communem habeat ſupplicans cum alijs, deciſum fuit, prædictæ conſtitutioni de pignorationibus pariter locum eſſe, ea potiſsimum ratione, quia pignorationis cõſtitutio ad interdictũ vti poſsidetis pertinet, cùm pignoratio nihil aliud ſit quàm poſſeſſionis turbatio: ſed interdictum vti poſſidetis etiam ei cõceditur, qui pro indiuiſo id poſſidet, *l. 1. §. pen. ff. vti poſſ det.* & ideò turbatus in loco communi meritò huius conſtitutionis beneficio vti poteſt. *Sicque meo tempore decreti ſunt proceſſus Comitibus de* Spanheim, *contra Archie-*

piſcopum Treuerenſem binis vicibus. anno 1550. & anno 1553.

OBSERVATIO XXI.

Gail. de pignorat. ob. 18. num. 1. A. Reyger.

Pignorata res ſi perempta ſit: ſeu deteriorata an locus ſit cõſtitutioni de pignorationibus?

QVID autem pignore perẽpto, vel deteriorato, vt nõ poſſit fieri reſtitutio,
vel non poſſit integre, nũquid poterit iuxta proceſſũ dictę cõſtitutionis incidẽter &
principaliter ſuper damnis in Camera agi,
& pignorãs aliás Camerę nõ ſubiectus, ea
de re ibidẽ conueniri? Et reſpõſũ fuit non
poſſe: quia tenetur pignorãs integre reſtituere rẽ captã, ſeu pignoratã in eo ſtatu &
bonitate, quo eã occupauit, aut rei preciũ
juxta mãdatũ emiſsũ: quod ſi non facit, actori permittitur ſuper pœnis mãdati procedere & arctiùs mãdatũ petere ob nõ factã paritionem. Et hic eſt legitimus huius
cõſtitutionis proceſſus, quo & dãna cõſequetur, ſuper quibus actionẽ inſtituere in
Camera nõ poteſt pẽdẽte quęſtione reſtitutionis, & obtẽperationis factę, vel nõ, tã
quã præiudiciali, ſed remittitur ad Iudicẽ
ordinariũ pignorantis. *Atque ita ſeruatum fuit in cauſa Nobilis de* VValborn, *contra Alexium de* Than, *& Burchardum de* Hertinghauſen, *19. Auguſti, anno 1550.*

OBSERVATIO XXII.

Gail. 1. obſer. 137. & ſeqq. An à ſententia deſertæ appellationis appelletur, vid. Vvurmſ. ti. 24. obſ. 17. A. Reyger.

Quando & ex quib. cauſis appellatio cenſeatur deſerta?

QVONIAM in Camera Imperiali frequẽter cauſæ appellationes nõ acceptãtur ob deſertionẽ, ideò vtile fuerit velut in parato habere, quandò, & ex quibus
cauſis appellatio dicatur deſerta. Et ſciẽdũ eſt, quòd Iudex in dubio quãdo nõ certò cõſtat de appellationis deſertione, pnũciare debeat, appellationẽ non eſſe deſertã. quia oportet ipſum eligere viã mitiorẽ, per quã nõ perimatur ius litiganti, *ſecundum Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis caut. & Dec. in l. quoties nihil. ff. de reg. iur. & Fel. in c. ſignificauerunt, de teſtib.* Vbi autẽ euidenter cõſtat, appellationẽ deſertã
eſſe, tũc iudex ſuper deſertione pronuntiare obnoxius eſt, etiãſi de ea ab aduerſario
nihil fuerit obiectũ, *iuxta Phil. Franc. c. ex ratione, col. 20. Ver. quò ad ſecundum. d. de appel. Bal. in add. ad Spec. tit. de appel. Ver. iudex ex officio*, & perinde habetur, ac ſi appellatum non fuiſſet, *per gl. ſing. in verb. executioni l. 2. C. de temp. app. & Card. in cle. ſi appellationem. in 1. q. de appe.* adeo quòd ſi iudex
in principali pronũciet, ſententia ſit iure
nulla, idq. propter defectũ iuriſdictionis,
& quia deſerta appellatione iuriſdictio
ſtatim, & quidẽ ipſo iure ad iudicẽ à quo,
ſiue inferiorẽ reuertitur, *c. le. ſi appellationẽ, & ibi Cano. communiter, de appel. l. tempora. l. per hanc & ibi Dd. C. de temp. appe. Bal. in §. fi. tit. quo temp. mi. inueſt. pet. deb. Gui. Pap.*
dec. 437. q. 9. n. 16. Sunt autẽ hi pręcipui ca- 1.
ſus, in quib. appellatio efficitur deſerta: vi
delicet ſi nõ ſit appellatũ intra decẽ dies,
qui ad appellãdũ datur: Vel appellans nõ 2.
fuerit proſecutus apellationẽ intra tẽpora
legitima, id eſt, intra annũ, vel biẽniũ, ſecũdũ formã *auth. ei, qui. C. de tẽp. appel. & c. cũ ſit Roma. & c. ex ratione, Vbi plene Dd. de*
appell. Vel hodie intra ſemeſtre tempus ex 3.
Ordinatione Camerali Imperij, *par. 2. tit.*
30. Idem eſt, ſi iudex à quo, breuiorẽ terminũ ad proſequẽdũ pręſtituit: quod poteſt facere, *per text. in c. perſonas. c. cũ ſit Roman. c. oblata. c. reprehenſibilis & c. ſæpè, & ibi. Dd. de appell.* nam ſi intra pręſcriptum terminum nõ fiat proſecutio appellationis,
habetur pro deſerta, *vt tenet gl. in l. præſide. C. de appel. & ibi Alex. & Gui. Pap. deciſ.*
335. idẽq. in Camerali iudicio ſeruatur, Itẽ 4.
ſi appellãs intra triginta dies neglexit petere apoſtolos, *cle. quamuis, de appel. c. ab eo, de appell. lib. 6. & l. iudi. ibus, C. eo.* vel non
cõparuit in die per iudicẽ ad recipiendos
apoſtolos præfixo, etiãſi iudex nõ venerit
ad locum, *Card. d. cle. quãuis, §. fi. in 1. q.* Verũ hodie illud ceſſat, cùm ex Ordinatione
Camerali *d. tit. 30.* apoſtolorũ petitio non
ſit neceſſaria, *vt infrà cent. 4. ob. 36. annotauimus.* Itẽ appellatio ab interlocutoria ef-
ficitur deſerta, eo ipſo, quòd nõ eſt admiſ- 5.
ſa, & appellãs non appellàrit iterũ ab iſta
non admiſſione. Itẽ ſi appellans pendente 6.
appellatione innouet aliquid in præiudiciũ aduerſarij, vt quia ipſum ſpoliet, cẽſetur appellationẽ deſerere: *& iſtos duos caſus ſuprà cent. 2. obſ. 49. & 50. quoque annotauimus.* Sed etſi appellãs poſt interpoſitã
appellationem petat dilationem ad ſoluendum, id, ad quod erat per ſententiam
condem-

inf. obſ. 89. cent. 4.

igitized by Google

condemnatus : *caſus eſt in l. ad ſolutionem & ibi Bal. C. de re iudic. & Ludouic. & in. con 9. in fin.* vel aliàs actum facit incompatibilem, & contrariũ appellationi, vt quia adhuc litiget coram inferiori iudice, per hoc appellationẽ deſerere cenſetur, huicque renuntiare, *c. ſollicitudinem, de appel. & notat. Abb. in c. gratum. de offic. deleg.* Secus tamen eſſet, ſi coram ipſo actũm faceret aliquem tendentẽ ad maiorem corroborationem ſuæ appellationis, vt quia poſtularet, ne velit progredi ad executionem: quia tunc non videretur recedere ab appellatione, *prout deciſum eſt per Dominos Rota deciſ. 475. ſi ille, qui à ſententia. in no. idem tenet Abb. in cap. quæſtioni. de appel & Fran. dict. c. ſollicitudinem. col 4. &* 5. Et generaliter, quando appellans adit iudicem à quo, ſuper innouatis & attentatis, non videtur renũciare appellationi, *ſecundum Abb. in c. cùm teneamur: in 2. not. de appellat.*

OBSERVATIO XXIII.

Adde Gabr. lib. 4. R titul. de ſucceſſ. ab inteſt. conclu. 2. Hieron. Schurff conſil. 1. cent. 2. Dan. Moller. lib. 1. ſemeſt. c. 40. A. Reyger.

An filius primogeniti præferatur patruo ſuo ex iure primigeniorum?

1. *Statutum, vt primigenius reliquos excludat, valet.*
2. *Quæſtio principalis ponitur.*
3. *Quidam doctores patruum primogeniti filio præferunt.*
4. *Plures verò Doctores nepotem præferũt, & Author noſter n. 6 & n. 10.*
5. *Baldi & Iaſonis dubitatio in caſu præſenti.*
7. *Pater & filius eadem perſona & n. 9.*
8. *Pater legationem commiſſam per filium expedire poteſt.*
11. *Nepotem præferendum ex iure diuino probatur.*
12. *Quod eſt ceſſibile, tranſmittitur ad hæredes.*
13. *Diſtinctione Doctorum contradictio in præſenti caſu tolli poteſt.*

EXTRA controuerſiã eſt, ius, ſeu conſuetudinem valere, quòd primigenius
ſiue (vt vulgò loquuntur) primogenitus
1. †excluſis fratribus in regno, vel ducatu &
comitatu, aliiſve Dominijs & iuriſdictionibus ſolus ſuccedat, *de quo per Alberi. de Roſ. in præ. ff. Bar. Bal. Iaſ. in l. cunctos populos, C. de ſum. trin. Felin. c. quæ in Eccleſiarum, de conſt. Ang. con. 287. & eundem Bal. in l. cùm antiquioribus, C. de lib. vbi hanc conſuetudinem in Hiſpania, Anglia, Gallia, & alijs mundi regnis atque dominijs vigere ſcribunt.*
† An autem ſi primogenitus reli- 2.
cto filio patre viuente moriatur, tranſmittat ius ſuum primogenituræ, ſiue primigeniorum (vt rectè & latiniùs dici And. Tiraq. aſſerit in *præf. t. De iure primigen. in princ.*) in ſuum filiũ, ita vt is præferatur patruo, id eſt fratri primogeniti defuncti, in ſucceſſione regni aliarúmve dignitatũ?
perpetuò conflictantur Doctores: †nõnul- 3.
lis exiſtimantib. patruũ nepoti præponendum eſſe: *in qua ſententia fuerunt Cyn. in l. ſi viua matre, Bart. in auth. poſt fratres,* C. *de leg. hæred. & ibi Alex. in add. idem Alexan. con. 54. lib. 3.* vbi dicit, ſe ſemper ſecutum eſſe illam opinionem pro patruo, velut melioribus rationibus probatã, & magis communem *dicit Oldrad. con. 93. Ioan. Fab. §. cæterum, de legit. ag. ſuc. Immol. & Gemin. in c. grandi. de ſup. negl. prælat. & Luc. de Pen. in l. vlt. C. de tyroni. lib. 12.* † A- 4.
lijs contrà, nepotem patruo anteferendũ tradentibus, *vt per Ioan. And. ad Spec. in rub. de feud. ver. redeundo ad indiuiduum. Oldra. con. 224.* vbi hoc probat de iure diuino, naturali & poſitiuo: *Bal. in l. ex hoc iure. ver. 6. quæritur, ff. de iuſt. & iur. l. liberti, C. de oper. liber. & l. 3. vbi etiam Caſtr.* C. *de ſuis & leg. Salic. l. Imperialis,* C. *de nupt. eundem Caſtr. in l. maximum vitium, C. de lib. præter. & latiſſimè conſi. 165. in nouis, Capel. Thol. dec. 433. Card. Alex. in c. 1. in pr. verſ. ſupereſt, vt de notab. arti. de feud. Mar. vbi arguit pro vtraque parte per multas columnas Fab. §. cum filius, ver. ſed quid dices, Inſtit. de hæred. quæ ab int. def. Franc. de Aret. con. 164. diligenter & maturè diſcuſſis, & Iac. de S. Georg. in tract. feud. col. 2. col. 3. ver. ſed pone: deceſſit rex.* Quid dicendũ? † nã 5.
Baldus *in d. l. cum antiquioribus.* poſt multa argumẽta hinc inde relata dicit, Soluat Apollo : & Iaſ. *in d. l. maximum vitium,* hãc quæſtionem ſemper ſe putaſſe dubiã,
ait, nec illam alio modo reſoluit. † Ego in 6.
hac varietate nepotis cauſam iure & æquitate potiorem eſſe exiſtimo, cùm † natura 7.
pater & filius eadem eſſe perſona penè

intelligantur, *l. vlt. C. de impub. & al. ſubſtit.* imò, vt Canon dicit, vna caro probetur eſſe pater, & filius, *c. contradicimus*, §. *hac authoritate. 35. quæſt. 3.* & vna perſona reputentur, *ſecundum gloſſ. 1. in c. ſuper eo. de teſtibus, & Felin. c. 1. col. 2. de magis, vbi citat. Lud. Rom. in l. 1. ff. in ius voc. vt cant,*
8. dicentem, quòd pater, † cui commiſſa eſt
legatio, poſſit ſubſtituere filium, *l. ſecundum, §. legati. ff. de legatio.* quaſi perſona filij ſit perſona patris: & vox patris tanquã
9. vox filij eſt. §. *et qui. Inſt. de inut. ſtip.* † & filius perſonã patris præſentat, *l. 1. §. aut ſi vnum. verſi. ſi ſit filius, de coniung. cum eman. lib.* Et nepos ſuccedit in locum filij, *l. ſi ne-*
10 *potes, ff. de collat. bo.* † Quare filius primogeniti mortui vna quodammodo perſona cum patre exiſtens, ius primogenitæ, quod legis & conſuetudinis beneficio pater eius, ſi non actu, at habitu & potentia conſecutus fuerat, obtinebit, quemadmodum querelam inofficioſi teſtamenti licet non præparatam, ſed ſpe habitam à moriente
11. patre in filium conſtat tranſmitti, *per l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſt.* † Huic ſententiæ adſtipulatur quoque ius diuinum & canonicum, permittens primogenito, vt etiam viuente adhuc patre ius primogenię & vendere, & cedere poſſit, *Geneſ. 25. & 27. & c. quàm periculoſum, 7. quæſt. 1. & c. vlt. §. item opponitur. 22. quæſt. 1.* Si itaque ius primogenitæ cedi poterit viuente patre, etiam ad hæredem tranſmitti poterit,
12. per regulam, qua dicitur. † Quod eſt ceſſibile, eſt etiam ad hæredes tranſmiſſibile, *arg. l. ex pluribus, ff. de admin. tut. cum ſim.*
13. † Plerique tamen diſtinctionis fœdere has diſſidentes opiniones circa ſupradictam quæſtionem conciliare conantur, *ſicut apud Alexand. & Iaſ. videre eſt in l. ſi poteſt. ff. de acquir. hæred. item latiſſimè apud Mar. Lauden. de primogenit. quæſt. 38. & Ant. Corſet. de poteſt. reg. quæſt. 102. vbi latius videri poteſt.*

OBSERVATIO XXIV.

Nominatio ſeu laudatio auctoris in actione reali, quid operetur?

Emptor quo caſu venditori denunciare debeat litem motam Vvurmſc. tit. 32.

NOTVM eſt quòd ſi quis conueniatur actioni reali ad aliquam rem, poſſit conuentus laudare & nominare ſuum auctorem, & ſibi litem denunciare ad effectum, vt poſſit contra eum habere recurſum de euictione, *per l. emptor, C. de euictio. de qua materia plenè tractat. And. de Iſer. in c. 1. ſi de feud. vaſ. ab alis. inter ſuc. & Alexand. in l. non ſolum, §. morte. de no. oper. nunciat. & l. 2. §. voluntate. ff. ſol. matrim.* in quibus locis cumulat multos caſus, in quib. abſque denunciatione habetur recurſus de euictione contra auctorem. Auctor enim is intelligitur, à quo quis cauſam habet, *l. Pomponius, §. cum quis. ff. de acquir. poſſ. & l. an vitium, ff. de diuerſ. & tem. præſcript. & l. auctore, C. de euictio.* Sed an debeat ſuperſederi in cauſa durante termino dato reo ad denunciandum auctori, dubitatum fuit, & deciſum, quòd ſi quidem auctor laudatus, ſit præſens in loco iudicij, non ſuſpendatur cauſa, ſed procedi debeat: ſin verò ſit abſens, ſuperſedendum eſſe durante termino ad denunciandum. Et hoc habetur etiam in Conſtitut. Reg. Sicil. *incip. dubitationem cuius meminit Maranta in ſuo Spec. iudic. parte 6. tit. de laudatio. fol. (mihi) 182. numer. 4.* Porrò Nominationis materiam quæ frequens ac perutilis eſt, luculenter à me explicatam habes *in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. verſicu. quod ſi ſuper rebus, ex. vt lit. non conteſta. &c. vbi videre potes.*

de Euict. obſ. 1 num. 6. A. Reyger.

OBSERVATIO XXV.

Cauſa teſtati & inteſtati non cumulatur.

CAVSAM teſtati & cauſam inteſtati non poſſe cumulari per hęredes, validè defendit Boer. *deciſio. 33. 1. parte, per text. clarum. in l. vlt. de codic. & ibi Bart. Bal. Alber. Paul. de Caſtr. Salic. Phil. Corn. Alex. & Iaſ. poſt Cyn. & in l. ex ſextante. in princ. ff. de execut. rei iud.* ſiue ex eodem teſtamento eodem tempore, vel diuerſis temporib., ſiue ex diuerſis ſcripturis quis agat: niſi probabilem & iuſtam ignorantię cauſam habeat codicillorum poſteà factorũ, vel alterius vltimæ voluntatis, *l. Claudius & l. illud ff. de acquir. hæred. & l. nec ei, §. heres, eo. tit.* qui ignorantia iuris, vel facti

ſupina

Digitized by Google

ſupina non iuuat: *ad idem vide Lud. Rom. conſi. 125. mater & ſoror. & Alexan. conſi. 121. vol. 1.* Eãdem opinionem amplexi ſunt etiam Domini Aſſeſſores *in cauſa Georgij* K'e n, *contra Lucretia* Marſcholchin *haeredes, relata 14. Ianuar. anno 1555.*

OBSERVATIO XXVI.

De ſtatuto excludente fœminas. vide Gail. lib. 2. pract. obſ. obſeruat. 140. Et an legitimatio in præiudiciũ Naturalium & legitimorũ fieri poſſit. vide eund. lib. 2. obſ. 142. Eod. lib. obſ. 41. contrariũ tenet.

Fœminæ excluſæ extantibus maſculis, an per maſculos legitimatos excludantur?

1. *Statutum, vt extantibus maſculis fœminæ excludantur, valet.*
2. *Eſtque fauorabile non odioſum.*
3. *Fœminæ excluduntur etiamſi vnicus ſuperſit maſculus.*
4. *A filio quoque Clerico fœminæ excluduntur.*
5. *Declaratio prædictorum.*
6. *Legitimati filij an fœminas excludant? num. 7. 8. 11.*
9. *Reſcripto principis legitimati ex iure ſpeciali legitimi ſunt.*
10. *Legitimat. per ſubſequens matrimonium iure communi ſunt legitimi.*
12. *Fœminæ non excluduntur per maſculos vtcunque etiam legitimatos.*
13. *Quam opinionem communem teſtatur Iaſon.*
14. *Filiæ indotatæ per maſculos non excluduntur.*

Petr. Gregor. Tholoſan. in Syntagmat. li. 45 c. 11. n. 10. & ſeqq. Capyc. deciſ. 193. Gabriel Rom. lib. 6. tit. de legit. concl. 1. n. 15. A. Reyger.

STATVTA, per quæ fœminæ excluduntur à ſucceſſione paterna, † extantibus
maſculis, valere notum eſt: maximè ſi dotibus prouideantur, *vt latè per Dd. in l. cunctos populos, C. de ſum. trin. & fid. cat c. 1. de*
1. *conſtit. Auth. in vep. c. canonum ſtatuta eo. tit. Alber. Bru. in ſuo eleg. tract. de ſtat. exclud. fœmin. & fuſiſſimè per Bened. in rep. c. Raynucius. verbo, anas habens filias. nu. 126. & multis ſeqq. de teſtam. vbi multis probat,*
2. † huiuſmodi ſtatuta fauorabilia eſſe, nõ
odioſa, velut tendentia ad conſeruationẽ
nominis & familiæ. Vt tamen tale ſtatutum excluſiuum fœminarum locum habeat, duo ſunt neceſſaria: primò, quòd filij ſuperſint maſculi, qui filias excludãt:
3. † ſufficit tamen vnum ſupereſſe maſculum, *iuxta Bald. in l. 1. C. de con. inſer. & Bart. in l. 1. §. omnem, ff. Si bonor. raptor.* ſiue is laicus ſit, ſiue clericus, quia vterq.
filiam excludit. † Quamuis enim in cle- 4.
rico ceſſare videatur ratio ſtatuti, quę eſt familię conſeruatio, quæ per clericos, qui matrimonium contrahere prohibentur, conſeruari non poſſet, tamen cùm hoc ſit impedimentum accidentale, non naturale, non eſt attendendum, *ſecundùm Panorm. in c. conſtitutus, 3. de in integ. reſt. & cap. Eccleſia S. Mariæ. vbi etiam Felin. quaeſt.*
7. de conſtitut. † Prædicta tamen intelli- 5.
genda ſunt de filio legitimo & naturali. nam naturalis tantum, vel ſpurius filiam non excludit: ſicut nec filius legitimus tãtùm, id eſt, adoptiuus, *per ea, quae no. Cyn. & Angel. in l. generaliter, §. cùm autem, C. de inſtitut. & ſubſtit. ſub cond. fac. & Bened. loco ſuprà citato, n. 149* † Cæterùm 6.
de legitimatis, an & hi filias excludant, grauiſſimè diſputant Dd. *in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap. & Alb. Bru. in d. tract. 12. art. quaeſt.* 4. nonnullis opinantibus in legitimatis ſtatutum illud ceſſare: cùm hi non dicantur propriè filij, ſed impropriè & fictè, *l. filium, ff. de his, qui ſui vel al. iur.*
† Alijs contrà cenſentibus, legitimatum 7.
excludere filiam, vt per Bald. *in l. cùm acutiſſimi, C. de fideicom.* cum tales filij legitimati dicantur naturales legitimi, ſcilicet natura & lege cooperantibus, & ſint verè & non fictè legitimi, *argument. l. 2. C. de iure. aureor. annul.* vbi libertus reſtitutus natalibus dicitur, vere ingenuus, cùm legitimare aliud nihil ſit, quàm maculam abſtergere illegitimatis, quæ iuri naturæ non inhęret, ſed erat iure gentium obfuſcata ex defectu matrimonij, *ſecundum gloſſ. in l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur.*
† Alijs denique prædictas opiniones 8.
fœdere diſtinctionis conciliantibus, quòd prior obtineat in legitimato per reſcriptum principis, qui ſtatuto non comprehendetur, mentionem facientes de legitimis, aut filijs ſimpliciter: altera vero in legitimato per ſubſequens matrimoniũ, vel alios modos legales, de quibus *in cap. per tuas, qui fil. ſint leg.* is enim ſecundum eos) appellatione legitimorum continebitur. Et ratio differentię eſt quia dato, legitimatum per reſcriptum vere eſſe le-
gitimum, † tamen non eſt legitimus iu- 9.
re communi, ſed tantùm iure ſpeciali, de quo ſtatutum non prȩſumitur cogitaſſe,

Digitized by Google

maximè in præiudicium filiarum, ſed ſolũ diſpoſuiſſe & ſenſiſſe de legitimis iure
10. communi, † quales ſunt per ſubſequens matrimonium legitimati, *iuxta §. vltim. Inſtitut. de nupt. ita tradit B. ned. in d. rep. c. Raynucius. verbo, duas habens filias. nu. 148. ex doctrina Ant. de Butr. in c. cum venerabilem, qui fil. ſint leg. cui adde Caſtr. Bal. & Salic. in l. vlt. C. qui ven. ætat. imp.*

> Gail. lib. 1. ob. 141. ſi teſtator aliquẽ vocet legitimum & naturalem atque ex legitimo matrimonio natum, tunc excluditur per hoc legitimatus per ſubſequẽs matrimonium. Sebaſt. Med. p. 1. reg. 3. nu. 67. A. Reyger.

† Et hanc tertiam opinionem ſecuti ſunt Ant. de Butr. *in d. c. per venerabilem. col. 17. verſic. ſed poteſt eſſe dubium qui fil. ſint legit.* Paul. *de Caſtr. conſi. 180. col. fin. vol. 1. Deci. conſi. 155. idem in c. cum in cunctis, de elect. Georg. Nat. in c. quamuis, col. 43. de pac. lib. 6. & Pariſ. conſi. 12. & 15 volum. 3.*

11.

12. † Verùm vtcunque ſit in Camera eorum ſententia comprobata eſt, qui aſſerũt, ſtatutum illud in legitimatis prorſus ceſſare: quia valde abſurdum eſſet, quòd ſpurij legitimati, vt aduenę, introducerentur ad excluſionem prolis legitimæ & naturalis
* *per text. in §. tribus, l. fin. Nouel. qui. mo.*
13. *nat. effi. ſui.* † Et hanc magis communem, nec ab ea in iudicando vel conſulendo recedendum eſſe, *Iaſ. teſtatur in d. l. ſi is, qui. pro emptore. num. 286. & nouiſſimè Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 8. gl. 1. nu. 50. idemque addit. ad Alex. conſi. 2. verſi. legitimato. lib. 1. Vbi ad nauſeam hanc quæſtionem in vtramque partem diſputant.*
14. † Porrò ſecundum principale requiſitum eſt, vt tale ſtatutum vires habeat, quòd filia, de cuius excluſione quæritur, ſit dotata, vt quia elocata fuerit nuptui, dóſque illi tradita, vel ei aſſignata per patrem in teſtamento, vel aliter, ſecundum Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero, ff. de cond. & demon. & l. qui pupillum. ff. de adul. & Bal. in l. non ſine. C. de bon. quæ lib. de quo vide latiùs Bened. loco ſuprà citato, num. 157. & aliquot ſeqq. Et prædicta velut memorata digna non contemne.*

OBSERVATIO XXVII.

Perditio omnium, vel maioris partis bonorum, iuſtum cauſat metum.

CLARI iuris eſt, Quòd perditio omnium, vel maioris partis bonorum inferat iuſtum metum, *per c. 2. quod vi, met. cauſ. & quæ ibi Panorm. & alij tradunt.* Vnde voluit Alex. *conſ. 143. vol. 1.* quod habens litem mecum de maiore parte bonorum, præſumatur inimicus, ideóque teſtificari non poſſit: *de quo vide latiùs Rom. con. 379. de Butr. & Panor. c. 1. de iud. Bart. Alexand. & alios communiter, in l. 3. in prin. ff. de teſtibus.*

OBSERVATIO XXVIII.

Præſcriptio non obiecta, ex actis tamen apparens, an à Iudice attendenda ſit in pronunciando?

MVLTVM conflictantur DD. ſi exceptio præſcriptionis non ſit obiecta à parte, & Iudex ex actis eam euidenter deprehendat, an poſſit ſupplere? Nam quod Iudex non poſſit ex officio repellere agentem, contra quem eſt præſcriptum, decidit Guid. Pap. *deciſ. 221.* vbi adducit plures caſus, in quibus iudicium non valet, ſi per partem non opponitur: *pro quo facit gl. ff. in l. ſicut, verb. facultatem. & ibi Bald. & Salic. C. de præſcript. triginta annorum,* qui tenet, quod præſcriptio non tollat actionem ipſo iure, ſed tantùm ope exceptionis. Et in hanc partem multa congerit Boer. *deciſ. 344. in 2. parte. num. 1. 2. & 3.* In cõtrarium videtur, iudicem poſſe ex officio ſine partis allegatione repellere agentem, cui obſtat præſcriptio, *vt tenet And. de Butr. & Abb. Sicul. in cap. ad aures. de præſcript. per illum text. & l. 1. §. 1. C. de annal. except. & Luc. de Penna in l. fin. col. pen. C. de cenſibus, lib. 11. & de hac opinionum varietate vide pulchrè Fel. d. c. ad aures. circa fin. & Ioan. Fran. Bal. in tracta. Præſcriptio. in 2. parte, quæſt. 8.* vbi videtur inclinare in* priorem partem, nempe quòd opus ſit allegatione partis, aliàs præſcriptio tollat actionem ipſo iure: *quam ſententiam Boer. in d. deciſ. 344. poſt num. 8. dicit communem eſſe*, addendo tamen, iudicem ex ſe & proprio motu hoc facere poſſe, non tamen ad hoc aſtringi. Quicquid ſit in Camera deciſum memini, præſcriptionem etiam non opponente parte in ferenda ſententia attendendam eſſe, ſi manifeſtè appareat probata.

> Conſtit. Elector. 25. p. 1. Doberein. in Repertor. ver. præſcriptio 404. in fin. A. Reyger.

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIO XXIX.

Si commiſſarius ſuſpectus poſt recuſationem pergat examinare teſtes, poteſt ab eo appellari: & talis appellatio in Camera recipitur.

Iudex delegatus qui recuſatur, an poſſit à recuſante exigere iuramentum calumniæ. Hart. Hartm tit 5. obſ. 12. Gail. 1. obſ 33. n. 6. A. Reyger.

QVANDO decernitur commiſſio ad examinandum teſtes ad perpetuam rei memoriam, & pars diuerſa ad emiſſam à commiſſario citationem coram eo cōparet, ipſiúſq; perſonā, velut ſuſpectam, ex certis quibuſdam cauſis recuſat: tūc, ſi commiſſarius nihilominus cum examine procedat, pars autem citata appellet ad committentem, ſolet in Camera recipi talis appellatio, & decerni citatio ad proſequendam appellationem: *ita factum in cauſa Epiſcopi Aichſtetenſis, contra tutores liberorum quondam Chriſtophori de Schenckenſtein, relata die 8. Martij, anno* 1555.

OBSERVATIO XXX.

Bannitus non poteſt proſequi actionem inſtitutam ante bannum.

Gail. lib. 2. de pac pub. c 12. A. Reyger.

IN cauſa purgationis Goſslarienſiū tūc bannitorū cōtra Hēricū Ducē Brunſuicenſem & conſortes, *relata 19. Martij, anno* 1541. in pleno conſilio communibus ſuffragiis (vno dempto) concluſum fuit, quòd bannitus in Camera accuſationem etiam ante bannum inſtitutam, & adhuc pendentem proſequi non poſſit, & quòd Iudex ex officio ipſum non admittere, ſed repellere debeat, idq; propter Ordinationem Imperij, expreſſe reſiſtentem, omneſque actiones & obligationes bannitis tollentem. Doctores tamen in huius quęſtionis deciſione, an bannitus actionem ante banni declarationem inchoatā proſequi poſsit: varie loquūtur. *Nam Bart. in l. Vranius, num. 12. ff. de fideiuſſor. concludit affirmatiuè per text. in l. is qui reus, §. vlt. ff. de pub. iudi. Nellus verò in eleganti ſuo tract. Bannito. in 1. par. ſecundi temp. quæſt. 59. num. 150. & in 3. par ſecundi temp. quæſt. 1. diſtinguendo variè hanc quæſtionem explicat*: Verùm cùm certam illius habeamus diffinitionem imperij, plura velut inutilia referre prætermittimus.

OBSERVATIO XXXI.

Reſponſio ad libellum cum proteſtatione non conteſtandi litem, quid operetur?

Vid. inf. obſ. 74. ead. Cent. ibi habetur de euentuali litis conteſtatione cū proteſtatione. Vvurmſ. ti. 14. de lit. conteſt. obſ. 5. per tot. A. Reyger.

SI quis reſpondeat libello cum proteſtatione, quòd id nō animo litem conteſtandi facit, aiunt Doctores, talem proteſtationem operari, quòd lis non ſit cōteſtata. Sed hoc verū intelligitur, niſi Iudex prius iuſſiſſet litem conteſtari: nam tunc, cùm ſimus in caſu neceſſario, proteſtatio nihil releuat. *l. alimenta. C. de neg. geſt. Iaſon in §. fuerat. num. 190. Inſtit. de actio. ita tenet Fran. de Aret. in l. qui in aliena, §. fin col. pen. de acq. hared. Alexand. con. 42. Vol. 3. Abb. in c. 1. col. 8. & ibid. Felin. col. 1. de lit. conteſt. Bart. & Bald. l. 1. C. eo. tit.*

OBSERVATIO XXXII.

Appellatio à pronunciatione de exequendo vel ab executione, in ſcriptis fieri debet.

De appellatione ab executione vide Vvurmſ. ti. 24. de appell. obſ. 10. Gail. 1. obſ. 150. A. Reyger.

LICET tàm conſuetudine, quàm lege municipali induci poſsit, quòd ab interlocutoria viua voce in cōtinenti interpoſitæ appellationes valeant, *vt expreſſè tenet Ferra. in for. appellat. ab interloc. in verb. cauſis. num. 4. in fin. & Ang. con. 267. n. 1. conſtitutio. & refert pro ſingulari Philip. Fran. in c. vt debitus, n. 17. de appe. per rationem ibi relatam*, & ita ſeruetur in Camera, prout etiam huiuſmodi appellationes ex nouiter deducendis iuſtificari poſſunt de iure communi, & Ordinatione Imperij: tamen quando appellatur à pronunciatione de exequendo, vel ab executione, in caſibus de iure permiſſis (*qui notantur per gloſſ. & Dd. in l. ab executione. C. quor. appel. non recip.*) ſemper debet appellatio huiuſmodi interponi in ſcriptis cum cauſæ expreſſione, *prout notat Bar. in l. ab executore. ff. de app. & Bald. in d. l. ab executore.* quòd ſi appellatū fuit viua voce, tanquam nulliter facta pronunciatur: *ita olim iudicatum fuit in cauſa appellationis contra Radingerum. anno* 1541.

OBSERVATIO XXXIII

Attentatorum iudicium an ſuſpendat cauſam principalem: & an ſine cauſ-

And. Gall. lib 1 obſ. 146. vid. auctor. ſup. Cent. 1. obſ. 26. nu. 2.

Digitized by Google

Attētata quomodo reuocētur. vid. Hart. Hart. tit. 19. de appellat. obſ. 20. Et de præſenti quæſtione VVurm. tit. 24. de appellat. obſ. 19. nu. 2. concludit, licet appellans poſſit appellationem ſuam, & ſic cauſam principalem & iudicium attētatorum ſimul proſequi: illum tamen adhuc nō eſſe arctatum. A. Reyger.

principali expediri valeat?

ETſi Iaſon & Aretinus *in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.* exiſtiment, quòd iudicium attentatorum ſuſpendat cauſam principalem: attamen contrarium affirmant Bar. & Alexand. *ibidem*, quòd vnum non ſuſpendat aliud, ſed vtrunque iudicium ſimul tractari poſſit, idque videtur defendi poſſe *per l. ſi conſtiterit. C. fin. regund. & extat de hoc determinatio Neapolitana apud Matth. de Afflict. deciſ. 131.* Et hanc poſteriorem ſententiam amplexa eſt ordinatio Cameræ *in 3. parte, tit. 31. §.* Vnd dievveil biſsher, *&c. fol. 152.* Quid autem, ſi in principali ſit concluſum, ſed cauſa attentatorum necdum ad finem perducta, an in principali nihilominus pronūciari poſsit? Quod videtur, iuxta Ordinationem Cameræ *in præfata par. 3. t. 31. §.* Vnd dievveil *ibi*, vnd keine durch die andere verhindert, oder auffgehalten vverden ſol. Sed contrariū eſt verius: quia ordinatio loquitur ſolùm, quò ad proceſſum vtriuſque cauſæ, & ne vna impediat alterā, permittit quòd ſimul tractari poſſint per controuertentes: quò autem ad pronunciationem iudicis diffinitiuā, nihil diſponit. Itaque cùm hæc quæſtio ex facto in Camera incidiſſet (*nempè in cauſa Iacobi* Knobeloch, *aduerſus Senatum oppidi Haganva*) cenſebam tātiſper in principali non eſſe iudicandum, donec attentatorum iudicium etiam ad finem deduceretur, quo facto, primum in cauſa attentatorum, deinde in cauſa principali pronunciandum eſſe: *per ea quæ ſcribunt Ioan. And. in c. non ſolum. de appel. & maximè Guid. Pap. deciſ. 426. Et hanc ſententiam in prædicta cauſa cæteri Domini crebriùs ſecuti ſunt.*

OBSERVATIO XXXIV.

Gail. lib. 1. ob. 21. nu. 18. & 19. Collectæ onus imponitur principaliter perſonæ propter rem, & tenetur ad illas poſſeſſor rei. Hart. Hart. tit. 31. de cenſib. ob. 5. n. 1. & ſeqq. A. Reyger.

Territorio diminuto an minuantur exactiones?

1. *Super hac quæſtione aliquoties in Camera dubitatum.*
2. *Collectæ minuuntur pro rata deminuti patrimonij.*
3. *In receſſu imperij quid hac de re prouiſum?*
4. *An collecta à captiuo durante captiuitate exigantur?*
5. *De moderatione collectarum coram quibus iudicibus tractetur?*
6. *Qua actione collecta petantur?*

ALIQVOTIES in Camerali iudicio 1.
circa collectas, ſiue exactiones Imperij colligendas dubitatum fuit, vtrùm imminutiones territoriorū iure leuamen & diminutionem exactionum mereantur? (*VVenn eine Herren oder Standt ſeine Lādſchafft vverd geringert, ob die Anlagen deſſelben Herren oder Stands derhalben auch geringert vverden ſol.*) † Et ex Bart. & Ang. 2.
ſententia *in l. ab omnibus. §. ſi Titium. ff. de lega. 1. itemque Spec. in tit. de cenſi. quid ſi aliqua vniuerſitas*, decidebatur, quod ſic non obſtare, culpa rei deminutionē contigiſſe: propterea quòd culpa perſonalis ſit; collectæ autem nō perſonis, ſed rebus imponi ſoleant, *l. indictiones. C. de annon. & trib. lib. 10.* & ideò reum non eſſe cōueniendum vltra modum rerum, quas poſſidet. † Hincque eſt, quòd in publicis Im- 3.
perij comitiis VVormatiæ habitis prouiſum fuerit, quod Status intra tempus ad hoc præſtitutum ſuas querelas ratione deminutionis collectarum coram cōmiſſariis, ſpeciatim ad hoc deſtinatis proponere atque probare, ac cognitionem deſuper iudiciariam expectare deberent, &c.
† An autem etiam captiuis poſſit durante 4.
captiuitate conueniri ad ſoluēdas collectas, vel earum ſolutio eouſque, donec liber efficiatur, differenda ſit, pariter cōtrouerſum memini. Et ex doctrina Bartol. *in l. liber homo. ff. de cap. & poſtlim. reuerſ. poſt gloſſ. ibidem* reſponſum fuit, differendam eſſe: *atque ita iudicatum fuiſſet in cauſa fiſcalis contra Landgrauium Haſſiæ: niſi obſtitiſſent præiudicia non admiſſorum grauaminum.* † Moderationum enim cauſæ non 5.
pertinent ad forū Imperialis Cameræ, ſed ſuos peculiares iudices ſiue moderatores habent, *vt ſuprà diximus*, nominatim ad hoc datos, vt coram ipſis Status ſua grauamina ratione exactionum moderandarū vigore receſſus VVormatiēſis proponāt.
† Cæterùm ad conſequendas huiuſmodi 6.
actiones ſiue collectas agi ſolet cōdictione certi ex conuentione publica *per ea quæ habentur in l. conuentionum. ff. de pact.*

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIO XXXV.

Gail. li.1.obſ. 130.n.1.9.&10. Appellari poteſt à ſententia, qua quis pronunciat, ſe eſſe Iudicem competentem vel non eſſe. Hart.Hartma. tit.19. de app. obſ.23. per to. A.Reyger.

Sententia ſuper competentia eſt appellabilis & in Camera recipitur.

APPELLATIO, quæ fit à ſententia lata ſuper competentia, id eſt, in qua Iudex ſe competentem, vel non competentem pronunciat, in Camera recipitur, & rectè. Eſt enim talis ſententia appellabilis etiam iure ciuili, quia adfert grauamen, quod per appellationem à diffinitiua reparari non poteſt. *c.ſignificante, de reſcript. gloſſ. ab omnibus adprobata in auth. habita. in ver. ſina. C. ne fil. pro pat.* & *Bald. in l.2. C. de Epiſc. aud.* Cùm autem talis ſit ſentẽtia interlocutoria, appellabilis tamen ſecundum Salic. *in l. poſt ſententiam. C. de ſententia & interlocut.* ideò ab ea appellandum eſt in ſcriptis, (neque etiam viua voce ab interlocutoria appellare licet, *Corn. conſi. 98. lib. 4. & Bart. in l. litigatoribus. de appe.*) & cauſa inſerenda in appellatione: alias cenſeretur appellatio eſſe deſerta, *c. cordi. de appel. lib. 6. de quo vide Guid. Pap. deciſi. 10. c. ſignificantibus. de offic. deleg. Abb. in c. ſuper eo. 2. in 1. not. de appell. & Salic. in l. pen. C. quor. appel. nõ recip. item Iaſ. in l. quod iuſſ. 1. nu. 25. & 26. de re iudic. vbi hanc communem eſſe opinionem ait.*

OBSERVATIO XXXVI.

Gail. lib.1. obſ. 128. A.Reyger.

Sententia ſuper deſertione appellationis an ſit interlocutoria, vel diffinitiua?

SENTENTIA per quam pronunciatur, appellationem eſſe deſertam, ſeu fatalia eſſe elapſa, dicitur interlocutoria, *vt docent Bald. & Salic. in l. ſi præſes. C. quo. & quan. iud. idem Bal. in l. 2. colum. pen. in fin. C. de Epiſc. & cler.* Hoc tamen ita intelligitur verum, ſi pronuncietur ſuper deſertione appellationis interpoſitæ à ſententia interlocutoria: quia talis pronunciatio non imponit finem negotio principali: & hoc caſu appellari debet in ſcriptis, *per c. cordi. de appel. libr. 6.* & cauſa legitima inſeri, *c. dilecto de appellat.* Secus eſt, ſi pronuncietur ſuper deſertione appellationis interpoſitæ à ſententia diffinitiua: quia cùm ex tali deſertione imponatur finis cauſæ principali, ipſa pronũciatio ſuper deſertione meritò cenſeri debet ſentẽtia diffinitiua: cũ nihil ſuperſit amplius quàm vt ſentẽtia à qua, mãdetur executioni. *per tex. in d. l. præſes. C. quo. & quand. iud. & gloſſ. & ibi ſing. in verbo adiutore: hiac & que Bald. num.* 3. ſubdens illam gloſſ. eſſe vnicam in iure, quod ſententia deſertionis dicatur confirmatoria primæ. ideóque ſufficit ab ea appellari viua voce, ſicut à qualibet diffinitiua, *vt latius tradit Guid. Pap. deciſ. 11. & 12. nu. 4.* Et quamuis Domini de Rota *deciſ. 427. fuit dubitatum in nouis.* cenſuerint, vtrobique cum expreſſione cauſę grauaminis in ſcriptis eſſe appellandum, hoc tamen in Camera meo tempore non fuit obſeruatum.

OBSERVATIO XXXVII.

Citatio mariti executa in vxorem, an ſufficiat, vt aduerſus maritum prodi poſſit?

1. *Pro affirmatiua parte infertur.*
2. *Negatiua ex ſententia Iacob. de Aret. ponitur. & nu. 5. & 7.*
3. *Argumentum à correlatiuis quando valeat? & num. 6.*
4. *Mulieres ad forenſia negocia minus idonea.*
8. *Declaratio præcedentis doctrinæ.*
9. *Maritus præſumitur habitare apud vxorem.*
10. *Sufficit citare maritum ad domum vbi vxor habitat, & nu. 11.*

QVAESITVM fuit, an citatio facta in perſonam vxoris, valeat, vt cõtra maritum, velut contumacem poſſit procedi in iudicio? †Et videbatur valere, 1
argumento tex. in l. aut qui aliter. §. ſed & Seruius rectè ait. ff. quod vi, aut clàm, quo cauetur, abſente fœmina ſatis eſſe viro eius aliquid deuunciari: quaſi idem ſit è diuerſo, cùm aliquid denunciandum ſit

marito, quod ſufficiat vxori pro marito denunciare:& ſic diſpoſitum in viro, debeat quoque in vxore diſpoſitum cenſeri, *per l. vlt. & ibi latè Bart. Bald. Angel. &*
2. *Moder.C.de indic.Vid.tol.* † Sed Iac.de Aret.tenet contrarium, quia ex hoc poſſet ſequi incõueniens, ſi fortè vxor odio proſequeretur virum, vel econtrà, & ſic non notificaret vnus alteri: item quia ſcientia patris non nocet filio, *l.4.ff. quis or.in bon.*
3. *poſſ. ſer.* † Nec etiam valet argumentum à reciprocis in viro & vxore, vbi eſt diuerſa vtriuſque ratio, *l. curatorem C. de interd. mat. & l.Vlt. cum gloſſ.Vlt.C.de reſcin. vendit. Doctores communiter in l. multum intereſt. ff. de Verb. oblig. Iaſon poſt al os in*
4. *d.Vlt. C. de indic.Vid. tol.* † Et notum eſt, mulieribus minus peculiare ac proprium eſſe, vt cauſas & negotia forenſia & extranea curent, adque adminiſtrent, *propter l. 2.ff.de reg.iur.* proindéque & ipſe vir vxorem ſuam defendat, non vxor virum, *l.1.§.*
5. *vlt.& l.ſeq.ff.de iniur.* † Qua ratione motus ipſe Accur. *in d.§.ſed & Seruius.* expreſſim tradit, non ſatis eſſe vxori denunciare quod viro eſt denunciandum: licet econ-
6. trà fieri poſſet, per illum textum. † Et aliàs videmus, quod diſpoſitum eſt in vno correlatiuorum, non habere locum in altero, quando eſt diuerſa ratio, *Vt præter Bal. voluerunt Bartol. Angel. Flor. Nellus à S. Gemin.& alij recentiores. in dicta l. vlt. C. de*
7. *indic.Vid.tol.* † Ex quibus infertur, non valere citationem mariti in perſonam vxoris, vt aduerſus eum, tanquam contumacem, procedi valeat, *Vt poſt Iac. Aret. Guido. Pap. cenſuit deciſio. 445. in pr. &*
8. *conſil.121.indubitanter in §.d.b.o.* † Quod tamen intelligit ipſe, niſi ea citatio fieret in perſonam vxoris in domo habitationis viri per quædam iura, quę ad id allegat, pręſertim ſi ea detur copia, ſiue exemplũ citationis, *per gloſſ. quam dicit notab. in l. licet.C.de repud.* ſubditque ſic in curia Parlamenti Delphinatus obſeruari, maximè vbi non agitur de magno præiudicio, & veriſimile ſit, citationem ad notitiam ma-
9. riti perueniſſe. † Prędictis & illud addendum eſt, maritum cenſeri habere domicilium in ea domo, in qua vxor & familia ipſius habitat, *l. 1. §. domum. ibi, Vbi larem matrimonio collocauerint. ff. de li. agnoſ.* ideóque † ſufficit eum citare ad eam domum habitationis vxoris, *Vt apertè voluit* 10.
Innoc. in c. vlt. & ibi Hoſt. & Ioan. And. *de eo, qui mit. in poſſ. idem Innoc. in c. ex parte B. poſt prin. de for. comp. Bar. l. 1. §. permittitur. ff. de lib agnoſ. Bened. Capra conſ. 142. punctus quidam. Bart. in 2. dub. & Gui. Pap. in tr præſump. col. 9. verſ præſumitur clericus. & Alciat. in eo. tra. reg. 1. præſum. 35. & fac. text. in l. 2. C. vbi ſenat. Vel clariſ.* † Sed 11.
cogita, an id procederet, etiam ſi vir & vxor ſeorſim habitarent, honorem tamen matrimonij inuicem habentes, *l. cùm hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. de donat. inter & virum & Vxorem.*

OBSERVATIO XXXVIII.

Feudi poſſeſſio an continuetur in filium ipſo iure?

Gail. lib. 2. obs. 119 & 152. Adde Vveſenbec. de feud. c. 9. fol. 51. Cõſen. Schrad. p. 7. c. 7. n. 11. Vvurmſer plenè tit. 44. de poſſ. obſ. 2. per tot. A. Reyger.

AN poſſeſſio feudi, quam defunctus habuit, in filium hæredem ipſo iure intelligatur continuari, grauiter fuit diſputatum in cauſa feudali *Gent*, contra *Bochen, relata 18. Maii. anno 1555.* quam quæſtionem etiam Doctores diuerſimode reſoluunt. Nam gloſſ. *in c. 1. ad fin. de feud. cogn.* videtur velle; quòd ſic, ſaltem in in feudis antiquis: quam gloſſam Feudiſtę ibidem probant, & dicit ibi Præpoſ. quòd in feudo antiquo & paterno non ſit opus filios in poſſeſſionem mitti, quàm priùs habeant, idemque Baldus tenet *in l. cum antiquioribus. quæſt. 10. C. de iure delib. & in c. 1. verſ. quaro, ſi poſſeſſio. de contro. in maſcul. & fœm. & Iaſ. in l. quot es. nu. 32. C. de rei Vendic. quos etiam ſequitur H ero.* Schurpff, *conſil. 32. nu. 1. cent. 2.* Aliqui verò contrà cẽſent, ſicut in alaudialibus bonis, ſic etiam in feudalibus poſſeſſionem non continuari ipſo iure, ſed actuali apprehenſione opus eſſe, *per gloſſ. in l. cùm miles. ff. ex quib. cauſ. maior. l. cùm heredes, & ibi Bart. de acquir. poſſ. Bald. & Alexand. in l. ſuiſ ff. de liber. & poſt.* Et hanc poſteriorem ſententiam amplexi ſunt Domini in pręfata cauſa, maxime per ea, quæ congeſſit præceptor meus Zaſius, *conſi. 10. nu. 8. & aliquot ſequent. huis lib. 1.* vbi etiam argumenta in contrarium facientia abunde diluit. Non etiam contemnenda videtur Oldendorpij hac de re tradita diſſolutio, in

Digitized by Google

-tio, in actionibus beneficia. Nam ſi habitũ ſpectemus, certiſſimum eſt, tàm dominium, quàm poſſeſſionem, in liberis continuari in mortuo parente: ſiquidẽ in ſuis hęredibus non eſt neceſſaria aditio, cùm ſtatim ipſo iure hæredes exiſtant, *vt dixi in §. ſui, Inſtit. de hæred. qual. & diffe.* Si verò effectum rei & actum poſſidendi corporalem reſpiciamus, impoſſibile eſt illũ cõtinuari in liberos, quia cũ facti ſit, per mortẽ parentis eſſe deſijt: igitur opus eſt noua apprehẽſione. *Vide etiã, quæ in hãc rẽ, pereleganter ſcripſit And. Tiraq. in tract. l. mort ſaiſit, & in quarta parte præfat. fol.* 118. & *Inſ. decl. 5. parte, fol.* 195. *in maiori impreſ. & hanc tenet etiam* Ioan. *Coraſ. libro ſexto Miſcel. capite* 12.

OBSERVATIO XXXIX.

Vid. Gail. li. 2. obſ. 130 n. 6. A. Reyger.

Apprehenſione vnius rei hæreditariæ, an totius hæreditatis poſſeſſio apprehẽſa dicatur? Et, an conſuetudo valeat, quod poſſeſſio rerum hæreditar. ipſo iure in hæredem proximum tranſeat?

ILLVD quoque controuerſum fuit, an apprehenſione vnius rei hæreditariæ, totius hęreditatis poſſeſſio apprehenſa dicatur? quod videbatur *per l. poſt prin. & ibi Bart. ff. de acquir. poſſeſ. Vbi dicit per introitum partis totum acquiri*: quòd certè in hęreditatibus præcipue habere locum videtur, *l. reſtituta ff. ad Treb.* vbi re aliqua hæreditaria particulari reſtituta, tota hęreditas reſtituta intelligitur: & facit, quod voluit Bart. *in d. l. 3.* empto caſtro, per vnũ actum iuriſdictionis quaſi poſſeſſionẽ totius acquiri: faciunt etiam, quæ in hanc ſententiam ſcribit *Aluar. in c. primo verſ. quæro ab extrà quod ſit inue. item quæ traduntur per Ioan. Andr. in c. in literis, de reſt. ſpol. quem allegat Anch. in c. 1. de reg. iur. lib. 6.* qui tenuit, quod ſi quis induceretur in poſſeſſionem domus, vel fundi ad beneficiũ pertinentis, is omnium aliarum rerum ad beneficium pertinentiũ poſſeſſionem acquirat: *atque Anchar. ibidem. in 10. q. quòd apprehenſa poſſeſſione Eccleſia bonorum poſſeſſio apprehenſa dicatur.* Sed contrarium eſt verius magiſque receptum, nempe quòd in pluribus fundis poſſeſſione vnius apprehenſa, aliorũ fundorũ poſſeſſio apprehenſa non dicatur: quódq; ex aliquarũ rerũ hæreditariarum apprehenſione, aliæ res, quæ non eſſent apprehẽſę, poſſideri non cenſeantur, etiam concurrente animo acquirere volentis, *iuxta glo. & Do. poſt ſiml Iaſ. in d. l. 3. per l. 1. §. veteres. & l. prædia. de acq. poſſ. vbi etiam allegat. Bald. in l. 2. verſ. ſuper 3. col. 10. C. de ſer. & aq. & Angel. in l. licet. C. de acqui. poſſeſſ.* ſubiungens prædicta procedere non ſolùm, quando plures res diſtinctæ & ſeparatę eſſent, ſed etiam, ſi plures ſub vniuerſitate iuris, putà hæreditatis, continerentur: nam & eo quoq; caſu per apprehenſionem poſſeſſionis vnius rei hęreditarię, aliarũ rerũ poſſeſſionem nõ cõprehendi. Et hanc ſententiam, tanquam veriorẽ & receptiorem, ſecutus quoq; eſt Zaſ. *conſi. 10. lib. 1. num. 6. circa fin.* Hoc quoque cõtrouerſum aliquãdo fuit, an cõſuetudine induci poſſit, vt trãſferatur poſſeſſio ſine naturali apprehenſione? *Nam Bald. in l. 1. in prin. C. de vſucap. & Bart. in l. ſi is, qui, col. 4. ff. eod.* voluerunt non poſſe: quoniam actus apprehenſionis ſit actus naturę, quẽ poſitiua lex inducere nequit, *l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. &c.* Alij tamen frequentiùs contrà cenſuêre, valere conſuetudinem ſiue ſtatutũ, quòd poſſeſſio rerum hæreditariarũ tranſeat ipſo iure in hæredẽ proximũ ſine apprehẽſione, ita vt hæres ſtatim poſt mortem defuncti ſuccedat in dominio & poſſeſſione rerum omnium hęreditario iure obuenientium, *contra l. gerit, cum ſimil. ff. de a. quir. hæred.* Et horum ſententię ſicut receptior, ita & verior eſt, *vt quæ perſpicuè probetur in c. ex literis. de conſuet.* quam etiam Coraſ. probat lib. 6. Miſcel. c. 13. E de hac conſuetudine vide etiam quæ latè ſcribit Pyrrhus Angel. in Conſuet. Aurel. *tit. de teſta. c. 6. Vbi dicit, talem conſuetudinem per totam ferè Galliam obtinere. quod certè eſt mirabile, & notatu dignum.*

Idem Gail. ibid. n. 10.

And. Gail. lib. 2 ob 152 nu. 18. A. Reyger.

OBSERVATIO XL.

Vid. Gall. lib. 1. obſ. 91. Teſtium receptio an & cui com mitti poſſit. vid. Hart. Har. tit. de teſtib. obſ 17. per to. A. Reyger.

Commiſſio receptionis teſtium, ſicut in ciuilibus, ita etiam in criminalib. cauſis locum habet.

SINE pugna eſt, quod teſtium receptio in cauſis ciuilibus poſſit alij per Iudicem committi, præſertim ſi teſtes multũ diſtantes ſint à loco iudicij, vel in alterius iudicis territorio degant, idque locum habet, ſiue teſtes ab actore, vel reo ad probationem poſitionalium vel defenſionalium, aut alicuius inſtrumenti probationẽ producantur, *per text. in l. iudices, & ibi Bald. in prin. C. de fid. inſtru. & text. in Nouel. de teſtibus. §. & quoniam ſcimus.* Et ideò ex ſtylo aliquorum locorum fiunt literæ ad Magiſtratus locorum, vbi teſtes degunt, *iuxta l. 3. §. Vlt. ff. de teſtibus. & l. ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemad. teſt. ape.* quas vulgò literas mutui compaſſus ſiue requiſitoriales dicunt. Licet Ioan. And. *in c. præſentium in gloſſ. 1. de teſtib.* contrariũ voluerit, ſcilicet hoc in arbitrio iudicis eſſe: attamen contrarium verius eſſe Decius cenſet, *in c. quoniam 3. not. de teſtib. vbi etiam Abb.* Poſſet tamen Ioan. And. opinio procedere, quandò actor aut reus hoc peteret, quia eorum intereſſet, & iuſtam cauſam allegarent, ob quam deberent teſtes ad iudicem venire, deponeréntque pecuniam pro expenſis teſtium. Sed an commiſſio receptionis teſtium ſicut in ciuilibus, ita quoque in criminalibus iudiciis obtineat, variårunt Interpretes: vt per eos, præſertim Cyn. Bart. & Bal. *in auth. apud eloquentiſſimum. C. de fid. inſtr. & Roman. ſing. 397.* Verùm ſtylus Cameræ Imperialis obſeruat, quòd etiam in criminalibus, putà in cauſis fractæ pacis vbi agitur ad pœnã banni, ex cauſa poſſit fieri in alio loco commiſſio pro recipiẽdis teſtibus. Quam ſententiam pluribus defendit Bald. *in d. auth. apud eloquentiſſimum & Salic. ibidem in eam quoque partem inclinat: de quo vide etiam Franciſ. Curt. in tract. de teſtibus, conclu. 29.*

OBSERVATIO XLI.

Commiſſarius ſubdelegare poteſt ad examen teſtium ſi partes conſentiant.

And. Gall. li. 1. obſ. 97. Teſtis examinatio ſi de conſenſu partiũ alicui cõmittatur, valet eius dictũ, etiam ſtante ſtatuto, Teſtes in

SI is, cui commiſſa eſt teſtium receptio, ſubdeleget alium ad examinandos teſtes, parte reclamante, tunc examen eſt nullum *per ea quæ ſcribit Panor. in c. cùm Bartol. de ſenten. excom.* Fallit tamen hoc, ſi partes conſentirent expreſsè, vel etiam tacitè: vel ſi duo, aut plures dati ſint commiſſarij cõiunctim & diuiſim (prout cõmuniter in iudicio Cameræ fieri ſolet) & vnus ita ſubdeleget: quia ſaluatur examen vtcunque pars contradixerit, & diſſimulatur hæc nullitas: quod ideò eſt, ne vtile per inutile vitietur, valuiſſet enim examen aliàs etiam ſine eo qui alium ſubdelegauit. *Ita deciſum in cauſa Henrici de* Bulovv, *contra ſenatum & communitatem oppidi* Guſtravv, *quod ſubeſt Ducibus Megapolitanis, relata die 23. Octobris anno* 1555.

præſentia iudicis examinãdos. Hart. Hart. ti. 15. de teſtib. obſ 17. n. 1. 2. A. Reyger.

OBSERVATIO XLII.

Suſpenſio effectus banni.

Bannitus an poſſit offendi appellatione pendente, Hart. Hartm. tit. 19 de app. obſ. 18 num. 2. A. Reyger.

SÆPE determinatum eſt in Camera, declarationem banni non poſſe fieri in euentum: interim tamen verum eſt, quod interdum quis declaretur in bannum, & tamen effectus banni ex cauſa ſuſpendatur ad certum tempus. Ita factum fuiſſe legi in Camera in cauſa fiſcalis contra dominum Ericum ducẽ Brunſuicenſem, *Die drey ſerige Vverhaltung belangend*: ibi fuerunt ſeptem correi ſimpliciter banniti & denunciati: contra rel quos tres effectus banni ad quatuor hebdomadas, ex officio fuit ſuſpenſus. Eandem practicam ſecuti ſunt Domini meo tempore in cauſa Neitharti contra Dominum Ioachimum electorem Marchionem Brandeburgenſem, *anno* 1551. partes deinde amicabiliter tranſegerunt.

Hart. Hart. ti. 19 de app. obſ. 22. per tot. A. Reyger.

OBSERVATIO XLIII.

Appellatio à mulcta iure permittitur.

QVOD etiam poſſit à mulcta appellari, crebriori calculo obtinuit in cauſa ſenatus ciuitatis Coloniæ Agrippinæ, contra *Siegen*, primæ appellationis, *relata 8. Aprilis anno* 1552. cùm ſit de genere permiſſorum, *l. & in maioribus. C. de appel. Nam nec Socin. in ſuis fallentijs, regul. 24. ponit illum, nec* Spec.

Digitized by Google

Spec.tit.de appel.§.2. in prin. Vbi recenſet omnes caſus, in quibus appellatio impermiſſa eſt: ergo manet ſub regula, argumento ducto à ſufficienti partium enumeratione, quod in iure eſt validum, docente Baldo *in l.conuenticula.C.de Epiſ.& cler.& tex.in l.patre furioſo,ibi. communiter Dd. ff. de his qui ſunt ſui,vel alie.Nic. Euerhar. latiſſimè in ſuis Topi.loco 51. hoc argumentum examinat: vide etiam Philip.Franc.in rub.de appell.& l.& à ſ. ulc.in.C.de appel.*

ADDITIO.

Huic obſeruat. contradicit Petr. Frider. Mindan. *in ſuo tractat.de proceſſib.&c.c.9. num.9.li.1.S.* Sed meo iudicio ille Mindanus Dn. Mynſing. iniuſte & friuole notauit, Quia ſenſus huius obſeruat. eſt: Quòd appellationes à Mulctis, modò non ſuccedant in locum pœnę corporalis, ſint permiſſæ: cuius rei præiudicia & quidem recentia in Camera ſunt in promptu. Si verò mulctæ ſurrogentur pœnæ corporali, quòd appellationes deſuper interpoſitæ, non ſint admittendæ. Vnde liquet Mynſingerum nō tradidiſſe, quòd à mulctis etiam criminalibus ad Cameram appelletur. Quod igitur ille Mindanus diſtinctionem ſubiicit, & Dn. Mynſingerum, quaſi generaliter loqueretur, perſtringit, quo loco habendum ſit, ambigo, cùm ipſe Dn. Mynſinger. *cent.4. obſ.41.* eandem diſtinctionem, quam Mindanus ſibi ſumit, totidem ferè verbis proponat, atque ita hominem hunc confundat. A. Reyger.

OBSERVATIO XLIIII.

Quomodo instantia cauſſæ ciuilis finiatur triennio, vide pleniſſimè Harr. Hattm. ſub tit. Miſcell.ex iur. ciuil.c.1.obſ. 16.per tot. A. Reyger.

Inſtantia quando pereat in criminalibus & ciuilibus?

1. *Inſtantia cauſa ciuilis durat trienniū, criminalis biennium, ampliatur n.5. & 6.*
2. *Hoc tempus nec iurata partium conuentione prorogatur.*
3. *Felini opinio.*
4. *An de iure canonico inſtantia ſimiliter pereat?*
7. *An coram delegato ſimiliter pereat?*
8. *An coram arbitrio.*
9. *In Camera inſtantia nunquam perit.*

PRo regula traditur, quòd in omnibus
cauſis tàm ciuilibus quàm criminali-
bus, pereat inſtantia, † durétque in ciuili- 1.
bus per triennium, in criminalibus verò
per biennium, *l.properandum,ibi Dd. C. de
iudic.* quæ conſtitutio rationem præci-
puam habet ab vtilitate publica; ne lites
fiant immortales, *c.finem litibus. de dol. &
contu.* † Idcirco Bartol. cenſet, non poſſe 2.
iuramento confirmari pactionem, quę in-
ter litigantes facta ſit ſuper prorogatione
inſtantiæ, vt ea duret vltra tempus legiti-
mum *in d.l.properandam. in prin. & ibi
Iaſ.nu.21.qui text.hoc manifeſtè probat, &
à Dd.communiter receptum eſt, licet Felin.
† in c.pen.num.13.de iud.* repugnet ea ra- 3.
tione, quòd iſta conuentio iurata non ſit
contraria iuri Canonico, *in d.c.penul.quo
probatur, iure pontificio non perire inſtan-
tiam lapſu triennij, per tex.in d.c.pen. & in
c.vltim.de probat.& c.cùm olim. verſi.iudi-
ces de priuil.* iuramentum obligatoriū eſt,
& conuentio valet, ſecundùm Felinum:
de quo tamen ego dubito, pręſertim cùm
plerique velint etiam † iure Pontificio in- 4.
ſtantiam triennio finiri, *Fulg. & Iaſ. in d.
l.properandum.in prin.col.fi. & Roma. conſi.
220.& Didac.in Reſol.titu.de ſponſ.& ma-
trim.par.2.§.1.num.4.vbi vide.* † Habet
autem ſupra dicta regula, quòd inſtan- 5.
tia triennio pereat, locum non ſolùm in
cauſis, in quibus per viam actionis, vel
accuſationis proceditur, ſed etiam vbi
proceditur per inquiſitionem, *iuxta Bal.
ibidem*, vel ex nobili iudicis officio, *Abb.
c.venerabilis.de iudic.* † item in executi- 6.
uis & inſtrumentalibus, in quibus eſt exe-
cutio parata, *Lud. Rom.conſi.174. ampliſſ.
Doctor.Socin.conſi.95.vol.1. & Alexand.
conſi.50.vol.2.* Quin imò † hanc regulam 7.
volunt interpretes nō tantùm coram Iu-
dice ordinario, ſed etiam delegato locum
habere, *propter verba d.l.properandum. ibi,
ſed omnes iudices,&c.* Hinc eſt, quòd con-
trouertant Doctores, † an inſtantia 8.
pereat triēnio etiam coram arbitrio, ſicut
coram Iudice? & frequentius obtinuit, e-
tiam coram arbitrio perimi inſtantiam

Digitized by Google

triennio, quando nullum tempus fuit per partes compromiſſo appoſitum, cùm arbitria ſint redacta ad ſimilitudinem iudiciorum, *l. 1. ff. de recep. arbit.* quod Spec. quoque voluit *in tit. de arbit.* §. *differt. col. Vlt. Verſ. item Vt infra triennium. & Abb. in d. c. Venerabilis. col. pen. idémque probat Iaſon. in d. l. properandum in prin. in 7. notab.* Secus tamen eſt coram arbitratore: quia nulla inſtantia coram ipſo currit, cùm nec vllum ſit coram eo iudicium, ſecundum Spec. & Abb. *in locis iam citatis.*

9. † Verùm prędicta in iudicio Camerę non habent locum: ibi enim, *ut ſuprà cen. 2. obſer. 48. annotaui* inſtantia nunquam perit.

Gail. ll. 1. obſ. 141. nu. 7.

OBSERVATIO XLV.

Inſtantia an pereat moriente litigatore dum lis pendet?

Gail. ll. 1. obſ. 37. nu. 8. & 9. A. Reyger.

QVOD autem traditur inſtantiam non interire, ſi moriatur litigator pendẽte lite, ſed eam durare vſque ad triẽnium, continuaríque in hæredem, *l. heres abſens. l. ſi petitur. l. ſi is, qui Romæ. ff. de iud. & l. ſi cùm hominem. ibi Bartol & Ioan. de Imo. ff. de fideiuſſor. & c. quia G. ibi Panor. Fel. & Socin. de iudic.* hoc ſingulariter limitãtur non procedere, quando inſtantia fuit cœpta cùm defuncto laico, cui ſucceſſit hæres clericus, quia non continuatur in ſucceſſorem hæredem clericum, ſed perit inſtantia, ratione priuilegij, debetque de nouo inchoari coram iudice Eccleſiaſtico. Et quanquam multi doctores contrarium teneant, tamen hæc opinio eſt magis communis, & melioribus rationibus fundata, prout multis argumentis eam defendunt & probant Abb. & Felin. *in d. c. quia G. vbi Videas latius.* Si tamen lis coram laico iudice fuiſſet conteſtata, prior ſententia videtur ęquior, cùm tunc in iudicio quaſi contractum ſit cum defuncto, iudiciúmque cœptum, & ideo ibidem terminandum, *l. Vbi cœptum. ff. de iudic.* Ideóque certum eſt, inſtantiam ad hæredes tranſire, *per iura paulo antè allegata. quibus adde, quæ Maran. ſcribit in Spec. par. 5. nu. 12. cum ſeq.*

OBSERVATIO XLVI.

Inſtantiæ abbreuiatio per ſtatutum, vel ſcriptum, eſt licita & valet.

Inſtantia triennalis an cõſenſu partium ſtatuto vel cõſuetudine prorogari & abbreuiari poſſit: vide Hart. Hartman. in tit. Miſcell. ex iure ciui. c. 1. obſ. 16. n. 6. & ſeqq.

TRADVNT Doctores, *præſertim Bald. & Alexand. in d. l. properandum. C. de iudi. & Panor. ac Felin. in c. Venerabilis. ext. eod. tit.* Inſtantiam non ſolum per ſtatutum, ſed etiam per reſcriptum principis abbreuiari poſſe: vt quia princeps reſcribat officiali, vel delegato, quod cauſam intrà ſemeſtre tempus expediant: nam tum finito tali tempore interibit inſtantia. Et quòd poſſit per ſtatutum breuiari, comprobat Alexand. *conſil. 42 vol. 3. & Bald. in l. ſi cum ipſo ff. de excuſ. tut.* Quòd item per reſcriptum, *ex text. in c. ſuper eo. ibi Philip. Franc. & Abb. de appel. idem Abb. in c. de cauſis. de offic. deleg.* Verùm in hoc eſt differentia, quòd ſi ſit breuiata per ſtatutum, incipiat currere à die litis conteſtationis, ſicut inſtantia iuris communis: *Alexan. d. conſi. 42. Bald. auth. clericus qui, Verſic. deinde quæritur. C. de Epiſcop. & cler.* Sed quando fit per reſcriptum Principis, incipit à die præſentationis reſcripti, *per text. & ibi Philip. Franc. in 4. notab. & ſeq. d. c. ſuper eo. de appellat. Vbi plus dicit, quòd ante præſentationem reſcripti delegatorij non acquirat delegatus iuriſdictionem.* Obſerua tamen, vtcunque inſtantia taliter breuiata ſit, ſi petatur dilatio vltra metas inſtantię, ad examinãdum teſtes in longinquis partibus morantes, poſſit poſt illam peremptam ſententia ferri: quia iſta iuſta cauſa excuſat: *iuxta Bald. in d. l. ſi cum ipſo Abb. d. c. Venerabilis. de iudic. & Alexand. conſil. 72. Vol. 3.*

OBSERVATIO XLVII.

Inſtantiæ abbreuiatio conſenſu partium fieri poteſt.

Inſtantiæ tempus licet prorogari partiũ conſenſu nequeat, poteſt tamen abbreuiari. Hartm. Hartm. d. titu. de Miſcel. c. 1. ob. 16. n. 10. A. Reyger.

SI tempus inſtantiæ, nempe triennium in cauſis ciuilibus, & biennium in criminalibus, ſit breuiatum communi partium conſenſu, tunc perit ante triennium, vel biennium, prout partibus placuerit.

euerit. Ætiologia eſt, quia talis abbreuiatio tendit in fauorem publicum, ſcilicet vt lites citiùs finiantur: *ita tenet elegáter Ludou Roman. in l.2.ff.de re iud. & Alex.in d.l.properandum.in prin.col.pen.& ibi etiam Iaſon poſt nu.23. verſi.quartò limita.*

OBSERVATIO XLVIII.

Inſtantiæ prorogatio an conſenſu partium fieri poſsit?

Vid.Gail.li 1. obſ.141. nu.6. A.Reyger.

SED an econtrà tempus inſtantiæ poſſit conſenſu partium prorogari? *Et ſuprà cent.2.obſer.68.* diximus, poſſe prorogari quò ad proſequendam appellationē: Cæterùm quò ad tempus primę inſtātię, puta triennij. *Accurſius in l.2.§.ſed ſi iudex.ff.de iudic.cenſet non poſſe.quem Bartol. Alexand.& Iaſ.in d.l.properandum ſequuntur, addentes*: non valere talem prorogationem, etiamſi pœna apponeretur, vel interueniret iuramentum: *idem Purpu.& Alexa.in d.l.Seius & Augerius ff.ad leg.Falcid. Panor.& Feli.in d.c.venerabilis. Alexand.conſi.138.vol.2.* adeò quòd nec per compromiſſum prorogari valeat, & ſic nec tacite, nec expreſſe: *Ludou.Roma.conſi. 174. Spec.tit.de iudic.deleg.§.reſtat. verſic. ſed nunquid de tempore.& ibi Ioan. Andr. in addit* Et ratio differentiæ eſt: quia finita prima inſtantia lapſu triennij ſaluū manet ius agendi de integro: item concernit vtilitatem publicā, ſed extincta cauſa appellationis totum ius appellantis interit, & ſententia tranſit in rem iudicatam, vnde meritò curſus iſtorum fataliū conſenſu partium propter irrecuperabile pręiudicium prorogari vetatur, *ita Phil. Franc. in c.ex ratione.nu.19.de appell.* Prædicta tamen limitātur procedere in tempore inſtantiæ de iure communi: ſecus in inſtantia breuiori inducta per ſtatutū, vel principem: ea enim poteſt prorogari cōſenſu partium vſque ad triennium, ſed non vltrà, *iuxta Salic. Alexan. & Iaſ.in ſæpe dict. l.properandum.tex.& Dd.in c.1.de cauſis, de offic.deleg.*

OBSERVATIO XLIX.

Inſtantiæ prorogatio in cauſa appellationis iure permittitur.

Vid.Gail.li 1. ob.141. nu. 6.

QVOD ſuprà dictum eſt, Tempus inſtantię nec tacite nec expreſſe partium conſenſu prorogari poſſe, hoc intelligi debet de inſtantia primæ cauſæ: nā in inſtantia appellationis eſt ſecus: poteſtque tempus exercendæ appellationis per partes prorogari, *clem.quamdiu.de appella.* non modò tacite per compromiſſum, ſed etiam expreſſe *vtcunque Bar.in auth.ſi tamē.C.de tem.appe.§.nunc breuiter.ver.licet autem, in addit.magna, circa finem, &* Abb. *c.ex ratione.de appellat.& etiam Rom. in d. l.2.de re iudi.contrarium tenuerint: de quo vide latiùs Maran.in Spec.iudic.parte vlt.§. appellatio.3.quæſt.princ.verſic.ſecundò limita. nu.225.fol.(mihi)276.vbi argumentis contrarijs abundè reſpondet.* Quamuis autem non poteſt prorogari inſtantia partium conſenſu, vt dictum eſt, perempta tamen inſtantia reſtaurari poteſt, ſi partes communi conſenſu repetant omnia acta vno cōtextu, *vt per Bar. &* Alex. *in d.l.properandū. & eandem Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Falcid.Fel.d.c.venerabilis.& Socin. conſi. 31.lib.1.*

Limitationes quādā quando inſtantia prorogari poſſit.vid.apud Iaſonem in l. properādum in prin. C.de iudic. A.Reyger.

OBSERVATIO L.

Inſtantia etſi perempta ſit, non tamē perit cauſa ciuilis: ſecus in cauſa criminali

Perempta inſtantia iudex benè poteſt ferre ſententiā abſolutoriam ab obſeruatione iudicij. Hart.Hart. in d.ei de Miſcel. c.1.ob.16.n.13. A.Reyger.

COMMVNE dogma eſt perempta inſtantia non perire cauſam, ſed duntaxat ius partis, & poſſe actorem de nouo cauſam incipere: *vt d.l.properandum.§. vlt. ibi gloſſ.verbo vigorem & Dd. ibidem communiter.* Hoc tamen procedit in cauſa ciuili: ſecus in criminali, quia elapſo biennio non auditur vlteriùs accuſator volens iterare ſuam accuſationem: *ita tenent Alex.& Salic.in d.§.vlt.&* B*al.l.abolitionem. C.ad leg.Iul.de adul.* etiamſi offerat ſoluere expenſas ad inchoandum nouum iudicium. *ſecundum Salic.in l.1.C.vt in re.temp. per ea quæ habentur in l.ſi ii.& vltim. C. ad Turpilia.*

OBSERVATIO LI.

De iure congrui ſeu prothomiſeos.

And.Gail.li.2. obſ.19.n.1.& num.14. A.Reyger.

1. *Statutum, vt res alienanda primùm cognato offeratur, valet.*
2. *Intra quod tempus cognatus rem alienatam retrahere poßit, & num. 3. 7. & 8.*
4. *Agnatus proximior feudum alienatum intra annum repetit. & nume. 5.*
6. *Ius Prothomiſeos ex iure diuino ortum habet.*

1. SI lege municipali cautum ſit, vel aliàs
longa conſuetudine receptum, (nam
tale ſtatutum ſiue conſuetudinem, valere,
probant Bald. *in l. dudum. C. de contrah.
empt.* Bartol. *in l. 2. C. de debi. ciui. libr.* 11. Innoc. *in c. conſtitutus de reſt. in inte.* Alexan.
conſi. 52. viſo themate libro 1. & Alber. de
Roſ. *in 1. par. ſtatu. quæſt. 93.* ſicque in multis Germaniæ locis obſeruatur) ne coniunctus, vel vicinus alienare poſſit, niſi
priùs interpellet coniunctum, vel vicinum (quod appellant ius prothomiſeos,
ſiue ius congrui) & facta ſit alienatio ſine
interpellatione prędicta, variarunt Inter-
2. pretes, † intra quod tempus poſſit ipſe
coniunctus, aut vicinus precium offerre
emptori, & petere dictam rem, ſi per conſuetudinem vel ſtatutum certum tempus
non ſit præſtitutum, *vt per eos in d. l. du-*
3. *dum. C. de contrah. empt.* † Sed in Camera
Imperiali cùm hæc quęſtio incidiſſet, (Baldi ſententia in Camera ad probata.)
Baldi ſententia obtinuit, exiſtimantis,
coniunctum ſeu vicinum habere ad hoc
ſpacium vnius anni tantùm, quo elapſo
non poſſit amplius dictam rem vẽdicare,
ſiue retrahere contractum etiam oblato
precio, *vt per eum & Card. Alexand. in c.*
4. *1. § ſi Titius per illum tex.* † vbi proximiori agnato ad retrahendum feudum
datur tempus anni, qui à tempore ſciẽtiæ
currere incipit, *ſi de feud. fue. contro. inter
domi. & agna. in vſibus feud.* vbi dicunt,
hoc eſſe mente tenendum: quia niſi ipſi
coniuncti, vel conſortes intra annum conſequantur rem alienatam, contractus factus cum extraneo confirmatur. Quod
5. † dictum refert & ſequitur Iaſon poſt Alexand. *in l. 2. col. 8. C. de iure emphyt. &
in l. prætor ait, § ſi aliquando. ff. de no. ope.
nunc. Dec. conſi. 276. & conſi. 328.* Andr.
*Barba. in c. plerúnque col. 5. de reſcrip. vbi
refert ſe ita conſuluiſſe Senis. & idem tenet Hipp. de Marſil. ſing. 64. in multis partibus Bart. Socin. conſi. 64. verſi. ſed his non
obſtantibus, lib. 1. Caſtr. conſ. 350. præfata reformatio & conſil. 429. circa primum Boer.
in Conſue. Bitur. tit. du retraict lignagier.
§. 1. vbi multa allegat.* hancque conſuetu-
dinem † ex iure diuino originem traxiſſe 6.
aſſerit, quo licitum nõ erat poſſeſſionem
tranſire de tribu & de familia, nullique alij poterat venundari, niſi ei, quem propinquitas ſanguinis expectabat, *vt habetur
Leuit. c. 25. & Hier. c. 32. & ibid. Hier. pro
qua etiam eſt text. in c. 1. §. ſed & res & ibi
Bal. & Car. Al. per quos fiat inueſt. & in d. c.
1. §. porro qual. ol. feud. alie. po. fa. et in text.
in l. ſi in emptionem. ibi. vbi quod maiorum
eius fuiſſet. & ibi* Dd. *ff. de minor. idé quo
tenet* Ioan. *Fab. in l. cunctos populos. §. quid
ergo. C. de ſum. trinit. & fid. catho. quibus adde Hier.* Schurpff, *conſi. 69. cent. 1. vbi d. §. ſi
Titius pulchrè explicat.* † Et hęc eſt cõmunis 7.
opinio, quam multis authoritatibus confirmat etiam Tiraq. *de retract. verbo, intra
annum, in l. 1. ſuper gloſſ. 10. num. 3.* licet poſtea contra communem probare nitatur,
ius retractus proximiori ad 30. annos cõpetere, *ibid. num. 10. verſ. ex quibus conſtat.*
† Sed prior in iudicando ſequenda eſt, 8.
potiſſimùm vt emptor certus de dominio
ſuo fiat: & tale ſtatutum ſiue conſuetudo,
cùm ſit contra ius commune, quo quis
regulariter, cui velit, rem ſuam vendere
poteſt, reſtringi debeat: *denique pro eadem
facit etiam text. expreſſus in c. conſtitutus.
de in integ. reſtitut.*

OBSERVATIO LII.

Quanquam in cauſis fractæ pacis publicæ articuli in contumaciam pro confeſſis non recipiantur, ſecùs tamen eſt in cauſis purgationis.

(Gall. 1. obſ. 80. & 1. de pac. pub. c. 5. Vvurm 16 de confeſſ. in iur. obſ 1. n. 1. A. Reyger.)

AN in cauſis fractæ pacis publicæ, articuli in contumaciam non reſpondentis pro confeſſis acceptari debeant? ſæpiſſime in Camera controuerſum fuit: *ſed poſteà 4. die Octobris, anno 1554. in pleno ſenatu* decisum eſt per Dominos cre-

brioribus

brioribus calculis, in talibus cauſis articulos nō poſſe pro cōfeſſis recipi, etiāſi aduerſarius conuentus in non reſpondendo ſit contumax: ſed opus eſſe liquidis & legitimis probationibus ad conuincendum abſentem de crimine violatæ pacis publicæ. Ætiologia eſt, quia iudicium, quod ex conſtitutione pacis publicæ inſtituitur non ſolùm criminale eſt, ſed etiā capitale. Cùm enim pœna banni eximat aliquem à ciuitate, id eſt, à iure ciuili, & cū ponat extra protectionem iuris cōmunis, & totius Imperij, *prout latè declarauı in conſil o à me cōſcripto in cauſa Epiſcop. Bambergenſis cōtra Marchionem Albertum, &c. allegando præter cæteros Hippol. de Marſil. conſil. 99.* conſequitur banni Imperialis pœnam capitalem, & iudicium ipſum, in quo ad illam ordinariam legis pœnam agitur, pariter capitale eſſe. *Plures rationes vide in meıs Reſpon. iuris. decad. 2. reſp. 20. vbi latè hanc rem tractaui.* Cæterum in cauſis purgationis (vbi tamen etiam ad pœnam banni agitur) ex Ordinatione ipſa Cameræ permittitur, articulos in contumaciam non reſpondentis pro confeſſis recipere: Cùm tamen in cauſis, vbi ad pœnam violatæ pacis directò agitur, vt iam dictum eſt, ſit ſecus: ſed quæ eſt diuerſitatis ratio? Reſpondeo, magnam eſſe in vtroque caſu diſſimilitudinem, in cauſis enim purgationis tùm demùm quis pro reo criminis habetur, quando multa indicia & coniecturæ præcedunt, ex quibus veriſimiliter colligi poſſit, aliquem ſontem eſſe allegati criminis: & ſic quaſi ſemiplena probatio præcedit, & à Iudice legitima cognitio ſuper ipſis indiciis habetur num ſint ſufficiētia, priuſquam abſens pro confeſſo criminis habeatur. In cauſis verò fractæ pacis ſoli narrationi & ſimplici aſſertioni agere volentis ſtatur ad decernendos proceſſus, ſufficit ſimpliciter qualitates narrare in ſupplicatione, ad obtinendos proceſſus, quæ concludāt, nec alia habetur cognitio: & ſic facile fieri poſſet, ſi mox ob cōtumaciam accuſati poſitiones accuſantis pro confeſſis reciperētur, quòd innocens condemnaretur: cùm tamen melius ſit nocentem impunitum relinquere, quàm innocētem punire. Poteſt & alia diuerſitatis ratio conſiderari, *de qua vide in d. meo reſp. 20. num. 15. & ſeq.*

OBSERVATIO LIII.

Maritus agens pro vxore, an ſpeciali mandato opus habeat?

Gail. lib. 1. obſer. 133. An maritus poſſit dari curator vxoris ad litem? Hartma. Hartman. tit. 5. de act. obſ. 4. n. 1. A. Reyger.

1. *Præſens quæſtio apud Doctores in l. maritus. de procur. videnda.*
2. *Cameræ Imperialis deciſiones diuerſæ adducuntur.*
3. *Maritus in bonis dotalibus agit ſine mandato.*
4. *Idem eſt in bonis Paraphernalibus ad maritum allatis.*
5. *In receptitijs verò bonis maritus opus habet mandato.*
6. *An proceſſus reddatur nullus, ſi maritus agat vt procurator ſine mandato?*

SI maritus agat, vel proſequatur litē aliquam nomine ſuę vxoris, an opus ha
beat ſpeciali mandato ab ipſa vxore? quęritur: † *de qua quæſtione tractant Dd. in l.* 1.
maritus. C. de procur. † *Et in cauſa Chriſto-* 2.
phori de Arnheim *contra ducem Megapolitanum,* per Dominos Aſſeſſores fuit determinatum, maritum non indigere ſpeciali mādato, *als ein Ehevogt,* &c. Attamen poſtea in alia quadam cauſa, *nempe in cauſa Ioannis Burcharti contra Maboriam, Bartoli ſententiam in d. l. maritus, amplexi ſunt, eámque ſequendam decreuerunt.* Diſtinguit autem ibi Bart. inter bona dotalia, paraphernalia & receptitia, quę marito non ſunt tradita. † Nam in bonis do- 3.
talibus maritus admittitur ad agendum pro vxore ſine mandato, *vt iam dictum eſt, per l. doce ancillam. C. de rei vend. l. quot. C. de iure dot.* Si tamen mandatum recipiat ab vxore, amplius non poteſt agere ſine mandato, *iuxta Iaſ. in d. l. maritus n. 8.*
† in bonis quoque paraphernis, quæ vl- 4.
tra doté vxor attulit, poteſt maritus eſſe procurator, etiamſi nō caueat de rato, *per l. vltı. C. de pac. conuent.* † in receptitiis 5.
verò bonis non traditis marito, opus habet maritus ſpeciali mādato, ſi efficaciter velit agere: *& eo caſu loquitur d. l. maritus.*

Digitized by Google

Interim tamen verum eſt, pro quacunque re mulier tradidiſſet marito inſtrumenta, ex illa traditione ſatis probari mandatũ, 6. *per d. l. Vlt.* † Illud quoque memoratu non eſt indignum, ſi maritus agat velut procurator vxoris, cum reuera non haberet mandatum, quòd proceſſus non reddatur nullus, dato quòd potuiſſet agere, vt maritus, & legitimus adminiſtrator: nec ſaluatur illa via, quia maritus: & imputatur ei, quare talem viam elegit agendo vt procurator: *ita ſingulariter Lud. Rom. conſi. 446. Vbi Vide.*

OBSERVATIO LIV.

Gail. lib. 1. obſ. 140. nu. 5. & 6. A. Reyger.

Appellationis fatalia quæ ſint iuxta Ordinationem Cameræ? Declaratur etiam tit. 30. in 2. part. Ordinat.

EX Ordinatione Cameræ Imperij neceſſe eſt, intra ſemeſtre tempus interpoſitas appellationes proſequi, *prout habetur in 2. Part. Ordinat. Cameræ. tit. 30. in princ.* & ſic derogatur iuri ciuili, quo annus integer ad introducendas appellationes conceditur. Et adeò ſtricte hoc ſeruatur, vt non ſufficiat parti tantùm inſinuare per primam ſcripturam appellantis, ſed opus quoque ſit iudicialiter intra pręfatũ tempus introduci appellationem in Camera. *Atque ita deciſum eſt in cauſa Commendatoris* Mergenthen, *& Nobilium de* Stetten, *contra comitem de* Hohenloe, 27. *die Aug. anno* 1550. Et idem iuris eſt in appellatione extraiudiciali, quod in iudiciali, ſcilicet quod à tempore interpoſitæ appellationis currant fatalia: *clem. ſicut. de appel. & c. quandiu. & c. concertationi. eod. tit. li. 6.* Quòd autem in prędicta Ordinatione adiicitur, interdum propter diſtantiam loci ſemeſtre tempus ad proſequendam appellationem prorogari poſſe, hoc ita accipiẽdum eſt, dummodo iſta prorogatio petatur intra ſex menſes & ſic intra fatalia: quia poſt lapſum fatalium, nempè ſex menſium, nõ poteſt fieri prorogatio, ſed opus eſt via reſtitutionis, vt ſic extraordinaria, quæ non facile cõceditur, cùm partes habeant viam ordinariam prorogationis, vt iam dictum eſt: niſi impediti ſint iuſtis ex cauſis etiam ea vti. Solet autem ita decerni, *Send die fatalia, aus furgebrachten Vrſachen auff N. Monat hiemit erſtreckt.* Aliàs verò tempus fataliũ debet præcise obſeruari, *per not. in l. eos. C. de appel.* quia elapſo vltimo die, ſtatim parti aduerſæ eſt ius quæſitum, *l. 1. ibi glo. de appell. cle. ſicut. ext. eod. tit. Caſtr. in l. 1. ff. ſi quis cautio. vbi tamen ſubdit*, in dubio ſemper inclinandum eſſe, vt appellatio non habeatur pro deſerta.

OBSERVATIO LV.

De appellationibus à denegatione proceſſuum Iudicum inferiorum, à quibus appellatum fuit.

ETIAMSI Iudex appellationis, vel immediatus recipere appellationem ad partis appellantis petitionem, & proceſſus ſeu citationem decernere aduerſus appellatum recuſet, vel deneget, & appellans deinde ab huiuſmodi denegatione pronocet ad Cameram, proceſſúſque cõtra partem appellatam ſibi decerni poſtulet: tamen denegantũr ſibi. Verũtamen ſi in defectum iuſtitiæ proceſſus à Camera petantur contra appellatum, decernuntur illi perinde, ac ſi peteret mandatum ſuper adminiſtranda iuſtitia contra Iudicem immediatum. *Et ita decretum fuit in conſilio. 26. Aprilis, anno* 1542.

OBSERVATIO LVI.

Conſuetudo & ſtatutum quòd appellantes iurent de non temerè appellando, valet, potéſtque tale iuramentum etiam ab hærede præſtari. Gail. obſ. 119. num. 1 & ſeq. A. Reyger.

IN multis locis Germaniæ obſeruatur, quòd appellationes ad ſuperius tribunal non admittantur, niſi appellantes iurent, ſe nõ temerè, aut ad differendum calumniosè negociũ appellare: & tales conſuetudines iure valere, ac laudabiles eſſe extra pugnam eſt. Præterea huiuſmodi iuramenta à lege, vel ſtatuto requiſita etiam per hæredem præſtari poſſunt, licet aliud ſit in iudiciali vel neceſſario iuramento:

de quo

de quo vide Bal. in l. ſi per alium, §. vlt. ff. ne quis eum, &c. poſt gloſſ. ibi, & Roman. in l. ait prætor. §. iurari. ff. de iureiuran. Sufficit etiam, quòd appellantes aſſerant, ſe talibus ſtatutis ſeu priuilegiis in petitione apoſtolorum ſatisfacturos, etſi per eos nõ ſtet, quò minus fiat. Nam ſi Iudex à quo, non recipiat, nihil obeſt appellãti, ſed ipſe admittitur in Camera ad ſatisfactionẽ ſeu præſtationem illorum requiſitorum. Sed etſi quandoque appellantes non poſſint fideiuſſoribus vel pignorib. cauere in Camera ad iuratoriam cautionem admittuntur. *Ita enim factum memini in cauſa* Leueñ, *contra Ioannem* Mattheſſen, *vigeſimo octauo Auguſti anno* 1551.

OBSERVATIO LVII.

Gail. 1. obſ. 31. *Denegatio, vel dilatio Iuſtitiæ requirit documentum, & quæ diſtinctio in ea ſeruetur ex ſtylo Cameræ.*

AD hoc, vt cauſa aliqua per viam denegatæ vel dilatæ Iuſtitiæ ad Cameram Imperialem deuoluatur, neceſſe eſt, hoc eſſe notorium, aut vt legitimũ ſuper hoc documẽtum producatur. Et circa hoc conſueta eſt ſeruari talis diſtinctio: nam aut dilata eſt iuſtitia per negligentiam Magiſtratus, ſiue in cognoſcendo ſiue in exequendo aduerſus ſuos ſubditos: & tũc ſolent in Camera, vt plurimùm decerni promotoriales ad talem negligentem Magiſtratum: quas etiã ſufficit inſinuari abſque vlteriori requiſitione. Aut penitus denegata eſt Iuſtitia: eo caſu decernuntur proceſſus, & citationes contra ſubditos. quia Iudex per tertiam denegationem perdit iuriſdictionem, *auth. ſtatuimus. ibi Dd. C. de Epiſc. & cler.* Et hoc caſu poteſt appellari: aliàs autem à neglecta vel dilata iuſtitia non appellatur, quia habet quis remedium adeundi Iudicem ſuperiorem, vt cogat inferiorem ad iuſtitiam miniſtrandã, *Nouel. vt differ. iud. in princ. & c. 2. de except. lib. 6. Bartol. & eius Apoſtil. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de no. oper. nunc. vbi etiam Alex. ponens multas remiſſiones, idem Bart. in l. vlt. de appel. recip. & l. 1. C. quo. & quan. iud.* Bald. *l. vlt. C. de ſenten. & interloc. & l. vlt. §. illud.* C. *de temp. appel. & l. 2. C. vt lit. pend. Paris de Put. in tract. de ſynd. ver. ſyndicatum. & ſeq. Vide etiam, quæ ſuprà cent. 2. obſer. 24. annotata ſunt.*

OBSERVATIO LVIII.

Iuramento probari poteſt, quòd quis non ſperet ſe conſecuturum iuſtitiam. Fallit tamen id in eo, qui ſemel peierauit.

ILLVD etiam quæſitum fuit, an quis iuramento probare poſſit, quòd non ſperet ſeſe Iuſtitiam apud talem Iudicem conſecuturum? Et ex Felini autoritate concluſum fuit poſſe, *in c. accedens. 2. vt lit. non conteſt. n. 13. vbi allegat deciſ. Rotæ de reſcript. 55. & de probat. 20. in antiq.* Quod tamen intelligitur verum, quando ille, qui vult iurare, nõ antea peierârit, nec ſit periurus: nam qui ſemel periurus fuit etiam in cauſa, vel negotio diuerſo, vtcunq. pœnitentiam egerit, ad iurandum amplius admitti non debet, *per text. in c. nullus, 22. q. 15. c. non poteſt. 2. quæſt. 7. c. quicunque, 23. q. 1. & c. paruuli 22. quæſt. 5.* quia talis amiſit omnem facultatem probandi per iuramentum, *vt per Dd. in l. admonendi, ff. de iureiur. præſertim Roman. & Iaſ. ibi nu. 117. verſ. 2 ſpecies. Rip. n. 56. verſi. retenta.* Vnde etiamſi ſtatutum dictet, de damno dato ſtandum eſſe ſacramento damnum paſſi, tamen ſi damnum datum ſit alicui, qui aliàs iurauit falſum, & ſic periuro, eius iuramento non ſtabitur, ſed neceſſe habet aliter probare damnum, non obſtante prędicto ſtatuto: *prout ſing. docet Ioan. And. in add. ad Spe. tit. de teſte, §. 1. & Barb. c. per tuas. per gloſſ. ibi, de ſimon. de quo vide Hippol. de Marſil. ſing. 74. tu habes regulam, & ſing. 273. notiſſimum, & ſing. 458. libet eundem latiſſimè in rub. de fideiuſſ. nu. 167. vſque ad nu. 179 & in conſ. 78 ſalus omnium. quibus adde Alciat. de præſump. in 2. reg. præſũp. 10. & Ioan. Bapt. Plot. in rep. l. ſi quando nu. 794. vbi plura congerit, C. vnde vi.*

OBSERVATIO LIX.

Impedito quando ſeruetur ius ſaluum ſine proteſtatione. — De impedimẽti probatione vid Hartman. Hart. tit. 12. de dilat. obſ. 4. n. 25. A. Reyger.

COMMVNIS eſt doctrina, & generaliter traditur, Ad hoc vt impedito ſaluum ſit ſuum ius, proteſtationem eſſe neceſſariam: ſed ſciendum eſt, hoc dogma in tribus præcipuis caſibus non procedere
1. Primus eſt, vbi non ſumus extra lapſum temporis, ſed intra tempus, intra quod allegatur excuſatio: quia ſufficit impedimẽtum interueniſſe, licet non ſit facta proteſtatio. *Vt per Inno. in c. plerumque de ſcript.*
2. Secundus caſus, vbi non requiritur proteſtatio, eſt, quando tempus eſt vtile: quia non currit impedito: & iura loquentia de proteſtatione impediti, intelliguntur, vbi tempus eſt continuum: ſecus, ſi eſt vtile, *vt per Car. conſil.* 128. *incip. in quæſtione, quæ vertitur inter And.* In dubio tamen omne tempus cenſetur continuum, *clem. 1 verbo, continuum. ibique Canoniſtæ, de reſt. t. in inte-*
3. *reg.* Tertius caſus eſt, quando impedimentum ſurgit ex perſona impediti: tum enim licet vtile ſit proteſtari, non tamen eſt neceſſarium, *vt per Innoc. in c. Vlt. de appel. & Phil. Franc. in c. ratione, eo. tit. idem Fel. tenet in c. venerabilis. num. 7. de iudicijs. Nouel. de hæred. & Falci. tenuerunt, vt tibi refert & ſequitur* Ioan. *And. in addit. ad Spec. tit. de inſtrum. edit. verbo fecerit. Angel. in §. ſin verò expreſſim. Nouel. de hæred. & Falcid. & in d. auth. ſed cum teſtator. & ibi etiam Bart. idem conſ. 2. incip. domino Ioannis.* vbi affirmat ita ſeruari communiter, *& in d. l. Marcellus in princ. quæſt. Vlt. & ibi Alexan. idem* Alex. *conſi.* 29. *perſpectus lib. 5. Vbi expreſſe aſſerit*, hanc eſſe veriorem & communiorem. Et præcipuum huius opinionis fundamẽtum eſt, quod à iure conceditur Trebellianica, quæ non reperitur expreſsè prohibita omiſſo inuentario, *vt inquit Bald. in d. conſ.* 99. Noſtrum ergo non eſt extendere, minus corrigere, *l. ſi vero, §. de viro ff. ſol. matri. cum ſimil.* præſertim in pœnalibus. *l. interpretatio. de pœnis, c. odia. de regul. iur. lib. 6.* Et poſtea reperi hanc eandem ſentẽtiam approbaſſe Caſſan. *deciſio. 3. titul. de teſtibus*, vbi etiam argumentis contrariam opinionem ſuadentibus abunde reſpondet. *prout ibi iuris ſtudioſus reperire poterit. Adde quoque conſ. Aym. Crauet.* 17. *vbi hanc quæſtionem abundè & clarè explicatam reperies.*

OBSERVATIO LX.

Hæres non conficiens inuentarium, an perdat Trebellianicam?

Gall. 1. obſ. 18. & ob. 138. lib. 2. An autem hæres faciens inuentarium ſed debitas ſolennitates in eius confectione non obſeruans in totum inuentarij beneficio priuetur? Hart. Hart. tit. 41. de hered. obſ. 2. num. 15. A. Reyger.

CVM in conſiſtorio Imperiali hęc quęſtio incidiſſet, An hæres ob non confectum inuentarium rerum hæreditariarum, perdidiſſet commodum Trebellianicæ? in vtranque partem diſputatum eſt à Dominis. Nam pro affirmatiua allegabantur Iac. de Aret. Cyn. Bald. & Salyc. *in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. item Bald. conſ. 99. ſuper primo quæſito 4. part. l. cùm tale. §. 1. ff. de cond. & dem. Oldrad. conſi.* 134. *& Corſ. in tract. de poteſt. reg. ac ma. Trebel. quæſt. 73. vbi aſſerit* hanc opinionem videri magis communem: eandem ſecuti ſunt etiam Ang. *§. pẽ. Inſtit. de hæred. qual. & differ.* Flori. Imol. & Socin. *in l. Marcellus, §. quod autem, ff. ad Treb.* per rationes ab eis vbertim relatas. Attamen pro negatiua tanquam veriore & magis recepta, fuit tandem concluſum per Dominos. *quam Rofre. tit. de Trebell. &* Iac. *de Belui. in §. hinc nobis.*

OBSERVATIO LXI.

Princeps reuocans, quod ſeruatum oportuit præſumitur deceptus: ideoque ſecunda conceſſio non valet, ſed prima.

And. Gail. li. 1. obſ. 45. Affli. dec. 314. vid. inf. obſer. 97. cent. 5. A. Reyger.

QVANDO Princeps reuocat quod ſeruatũ oportuit, pręſumitur circũuentus ex obliuione, vel ex facto impetrantis, etiãſi id faciat MOTV PROPRIO, *per text. ſingul. in l. prædia. C. de loca. præd. ciui. lib.* 11. *& hæc latè deducit Deci. conſ.* 286. *n.* 4. *&* 7. *&* 8. *Alex. conſ.* 122. *nu.* 26. *lib.* 4. *Vbi iura ad nauſeã.* Vnde ſi veniat contra factum ſuũ & contrariam priori faciat conceſſionẽ, prior valebit, non poſterior, *prout pluribus argumentis conuincit Ludi. Rom. conſ.* 298. *circa præmiſſa. Vbi inter alia inducit bonum tex. in c. cum olim de re iud. & idem in ſimili caſ. tradit Pan. de Caſt. conſ.* 156. *viſo & examinato puncto. idemque ex facto conſultus reſpondit. Alex. conſ. 3. ex his qui in themate narrãtur. vol. 5. & conſ. 23. ver. nec ad hoc obſtat. eo. Vol.*

Adde Socin. Iun. conſ. 94. lib. 2. Alciat. conſil. 163. nu. 16 Carol. Ruin. conſ. 37. vol. 4. nu. 14. Fulgoſ in l. 4. C. de legib. vbi contrariũ in Rota Romana deciſum probant. A. Reyger.

Imò

Imò adeò cenſetur deceptus fuiſſe Princeps, quando reuocat, quòd ſeruare tenebatur, vt contrarium probari non poſsit, *teſtante Bald. conſil. 279. pridie enim conſului, col. 10. lib. 3. vbi allegat text. ad hoc in dic. l. predia. C. de loca. præd. ciui. li. 11.* Quod velut ſingulare non contemne, cum ſæpe id in aulis principum vſuuenire ſoleat. *Nec obſtat prædictæ deciſioni l. quoties.* C. de *rei Vendi.* quá moti plerique contrarium tenuére: quia illa non habeat locum in Principe, in quo ſingulariter receptum eſt, quod donatæ rei dominium ſtatim in donatarium ſine vlla traditione transſeat, *Vt per Iaſ. ibi num. 5. & 10. Curt. Iun. conſil. 1. num. 1. & Boſſ. in tract. crimin. titu. de principe nu. 67.*

OBSERVATIO LXII.

Hart. Hart tit. 21. de pact. ob. 4. nu. 10 A. Reyger.

Contractus ex modicitate precij & pacto retrouenditionis, præſumitur fœneratitius.

VALDE diſceptant Interpretes, vtrum contractus ex tenuitate ſeu modicitate (vt loquuntur) precij, & pacto de retrouendendo præſumi debeat fœneraticius, etiamſi emptor non ſit ſolitus fœnerari? Et Iaco. de Are. Cyn. & Salic. *in l. 2. C. de pac. int. emp. & Vend. & l. ab emptione. C. plus Valer. quod agitur, &c.* tenent, quòd non, ſed tria neceſſariò coniungi oportere, vt contractus præſumatur vſurarius, nempe pactionem iſtam retrouendēdi, modicum precium, & quòd ipſe emptor ſolitus ſit exercere artem vſurariam: *quos ſequitur* Bald. *in c. 1. de feud. dat. in Vic. l. g. commiſſ. & Alexand. conſil. 109. vol. 4.* quia contrarium non appareat iure cautum: *de quo Vide etiam Archid. in c. plerisque 14. quæſt. 3. Cardi. cle. 1. §. vlt. quæſt. 18. de Vſur. & Henr. Boich. in c. ad noſtram. de emp. & Vend. Capol. de ſimul. con. col. 1. ſexti caſus. Coraſ. lib. 3. Miſcell. c. 9. Tiraq. lib. 2. de retract. in præfat. nu. 5. & Deci. conſi. 167. vbi plures enumerat, qui eiuſdem ſunt opinionis.* Contrariam tamen ſententiam, vtcunque minus receptam, quod imo ſufficiat modicitas precij concurrente de pacto retrouendendo, tradidit gloſſ. *& ibi Abb. nu. 9. & 10. in d. c. ad noſtram. c. conqueſtus. circa fin. de Vſur. cui Inno. Hoſt.* Ioan. *And. Imo. Butr. & Pano. ſubſcribunt. ſed &* Alexand. *ſibi contrarius idem cenſuit conſil. 120. eod. Vol. & conſi. 46. Vol. 3.* vbi aſſerit iſtam ſententiam videri magis communem: quod etiam fatetur Decius *loc. ſuprà citato, adducēs Vltra Alber. de Roſ. in d. l. in emptione, plures conſulentes in hanc partem.* Et hanc quoque Domini Aſſeſſores crebrius ſecuti ſunt, velut ſecuriorem & communiorem, maxime quò ad Canoniſtas, quibus magis in huiuſmodi materia peccati eſt credendum, *per not. c. nouit. de iudic. c. 1. & 2. de no. ope. nunc. & quæ ſcribit Caſſa. deciſ. 1. tit. de Vſuris, vbi multa in hanc ſententiam congerit: vide etiam Cacher. deci. 42. & Did. Couar. Vari. reſol. lib. 3. c. 8. num. 4. Vbi tamen Videtur priorem opin. approbare:* ſed ad ſedandum hunc opinionum conflictum, opinatur hanc controuerſiam, & eius definitionem committendam eſſe arbitrio boni viri, ac Iudicis diſcreti, qui ex variis coniecturis arbitretur, contractum vel iniquum eſſe, vel iuſta ratione tolerādum: *quod & Corneo Viſum eſt conſ. 4. li. 1.*

ADDITIO.

Et pro hac poſteriori opinione vid. etiā Franc. Viu. *in com. opin. litera V. §. contractus emptionis,* Vbi dicit iſtam eſſe veriſſimam, canonicam, & magis communem, ac obſeruandam in practica. A. Reyger.

OBSERVATIO LXIII.

De recuſatione Iudicis ſuſpecti.

Recuſationis Iudicis libellus offerendus eſt ipſi Iudici recuſato. VVurmſer. ti. 1. de iudi. obſ. 16. nu. 1.

1. *De iure Canonico cauſa ſuſpicionis coram ipſo ſuſpecto Iudice proponenda.*
2. *An idem in iure ciuili obtineat. & n. 5.*
3. *Baldi hac de re doctrina adducitur, & declaratur. n. 4.*
6. *Cauſa ad recuſandum iudicem ſufficientes remiſſiuè traduntur.*
7. *Recuſatio ſuſpecti Iudicis ex iure naturæ oritur.*
8. *Princeps an poſſit cauſam delegare recuſatione remota, & n. 9. & 10.*

QVANQVAM lege Pontificia cauſa ſuſpicionis proponi ac exprimi coram Iudice recuſato debeat, ac deinde 1.

Gal. 1. obſ. 33. Dobberc. in Repertor. tit.

de Iudicib. verſ. de recuſatione autem iudicis. A. Reyger.

coram Arbitris elegendis probari, *c. inter monaſterium. de re iud. c. cum ſpeciali & c. ſecundò requiris. de appellat.* tradunt tamen Interpretes *in l. apertiſſimi. C. de iudi.*
2. † quòd iure ciuili non ſit neceſſe, cauſam
recuſationis exprimere, ſed ſufficiat dicere, ſe habere Iudicem ſuſpectum, licet iurare teneatur recuſans, ſe non calumniandi animo recuſare. † Et dicit Bal. quòd ſi-
3. cut eo iure cauſa non eſt inſerenda, *vt per gloſſ. ibi,* ita nec probanda, niſi per recuſatoris iuramentum: quia ſtatim arbitri procedent ad merita cauſæ, omiſſo ſuſpicionis articulo principali, *prout etiam tenet Angel. in d. l. apertiſſimi. & idem Bald.*
4. *in l. 1. §. 1. ff. à quibus appel. non lic.* † Hoc verum eſt in Iudice delegato: ſecus in ordinario, quia tum cauſa ſuſpicionis exprimi debet, *vt per Salic. ibi,* licet non ſit probanda coram ipſo, quanquam autem hæc ſit communis opinio, *tamen Ioan. Fab. &*
5. *Iaco. de Are. in d. l. apertiſſimi.* † ſubſcribunt Canoniſtis, nempe cauſam ſuſpicionis etiam coram ordinario exprimendam eſſe, & arbitri vtroque caſu de cauſa ſuſpicionis cognoſcent, non autem de principali: & ita, quò ad expreſſionem cauſæ, ſeruat conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, *l. ſi de interpretatione. ff. de legibus,* *Vide etiam Steph. in. Auſ. de recuſ. in*
6. *princ. num. 3 vbi recenſet cauſas.* † *ob quas poteſt iudex velut ſuſpectus recuſari, eaſdem refert etiam Rob. Maran. in Specul. iudic. part. 6 tit. de appellat. à num. 26. vſque ad nu. 77. de hac etiam materia iudicis ſuſpecti, & eius recuſationis, planè tractatur per Lanfr. in c. quoniam contra. ver. recuſationes. vbi ego pariter dixi de prob. & per Dd. in c. ſuſpicionis, de off. del. c. poſtremò, & c. ſecundo requiris, & d. c. cùm ſpeciali, de appellat. & in d. l. apertiſſimi. vbi præ cæteris Iaſon more ſuo*
7. *multa congerit.* † Obſerua etiam, quòd cùm recuſatio iudicis ſuſpecti videatur eſſe de iure naturali, *iuxta c. qui ſuſpecti. 3. q. 5.* non poſſit princeps cauſam committere,
8. recuſatione remota: † quia ſic tolleret defenſionem, quæ eſt iuris naturæ, *ſecundum Abb. in c. ad hæc. de reſcript. vbi etiam eſt gloſſ. ſing. & in c. cum inter. de except. & Gemi. c. iudex ad apoſt. de offic. deleg. lib. 6. Spec. tamen tit. de recuſ. §. 1. verſi. quid ſi ſit cauſa, & Bald. in l. ſi. C. de ſent. Ang. & Imol. in l. 1. §. interdum. ff. à qui. app. non lic. & Inn. c. ex tranſmiſſa, de for. comp.* contrà tenent, Principem poſſe ſicut appellationem, ita & recuſationem tollere, *per d. §. interdum, & c. paſtoralis. de appellat.* † Veritas eſt, et- 9.
iamſi Princeps ex certa ſcientia cauſam deleget notoriè ſuſpecto, licet valeat cōmiſſio, per hoc tamen non intelligitur tollere exceptionem recuſationis, *vt per Hippo. de Marſ. ſing. 292.* Quod ſi etiam
exprimat ſe cauſam delegare, † recuſatio- 10.
ne remota, tamen id accipi debet de friuola, non autem graui & iuſta ſuſpicione, *vt ibi per eum latius, cui adde Neuizan. conſ. 36. num. 2. & Phil. Franc. c. poſtremò. de app. Cætera huc pertinentia vide infrà eod. obſer. 96. & cent. 4. obſ. 59.*

OBSERVATIO LXIIII.

And. Gall. lib. 1. obſer. 104. Et VVurmſ. tit. 18. de teſtib. obſ. 6. n. 3. vbi vide cautelam Bartoli qua prudens teſtis hoc caſu vtetur. A. Reyger.

Teſtis ſecundariò examinatus, referens ſe ad primum dictum, an probet?

BARTOLVS *in l. eos. ff. ad leg. Cornel. de fal.* tradit iudicantis arbitrio relinquendum eſſe, ſi primum dictum teſtis non valuit, forte propter ſolennitatis defectum: & ad illud in ſecundaria examinatione per teſtem fiat relatio, num velit admittere dictam depoſitionem, vel minùs: *quem ſequuntur etiam Angel. & Alexand. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. per illum textum.* Nam quemadmodum legatum inutile per receptionem vtile redditur: ſic & dictum teſtis ob iuramentum vel alterius ſolennitatis defectum inutile, per repetitionem robur adipiſcitur. Et hoc in Camera Imperiali aliquoties vidi obſeruari: *ad cuius dogmatis confirmationem allegatur etiam Bald. in l. geſta. col. 3. de re iud. Petrus de Anchar. in clem. fin. de teſtibus. ext. de teſtib. Ant. de Butr. c. cum in vna. ad fin. de teſtib. & Salic. in l. iuriſiurandi. C. eod. ti. & Flo. extrà de teſtib. & Nicol. Boer. deciſ. 108. part. 1. vbi multa in hanc rem ab ipſo cumulantur.*

OBSERVATIO LXV.

Gall. 2. obſ. 31. n. 7. vſ.

Emphyteuta canonem non ſoluens an ipſo iure.

Digitized by Google

Infra Cent. 6. obſ. 77. Emphyteutã per triennium canonem non ſoluentem à Domino propria auctoritate expelli poſſe, decidit VVurm. ti. 34. de Emph. obſ. 8. n. 1. vbi vide quid ſit ſtatuẽdum, ſi Emphyteuta in caſum non ſoluti canonis pœnam promiſerit, &c. Contrarium D. Ioh. Borc. explicauit in tract. feud. c. 3. nu. 14 & 1. A. Reyger. Vid. Gabr. lib. 9. R. tit. de maleſic. cõcl. 11. A. Reyger.

ſo iure Emphyteuſin amittat?

1. *Ob Canonem non ſolutum Emphyteuta iure ſuo priuatur.*
2. *Requiratur tamen ad hanc priuationem ſententia declaratoria, & n. 3.*
4. *Dominus Emphyteutam ob canonem non ſolutum propria autoritate expellere poteſt.*
5. *Inter contractum Emphyteuticum cenſiticum diſtinguitur.*
6. *Contractus in dubio præſumitur cenſiticus.*
7. *Contrarium aſſerit Baldus.*
8. *Hæ opiniones fœdere diſtinctionis conciliantur.*

EXPLORATI iuris eſt, † quòd ob nõ ſolutum canonẽ ſpatio triennij in emphyteuſi priuati, vel biennij in emphyteuſi Eccleſiæ, Emphyteuta cadat à iure
1. ſuo, rẽſque emphyteutica in commiſſum
2. cadat, *l. 2. C. de iure emphyteut.* † Non tamen ipſo iure hoc exiſtit, ſed ita demùm, ſi dominus voluerit rem ob ceſſationem ſolutionis canonis ad ſe reuerti, & voluntatem ſuàm expreſſim declarauerit, *iuxta Bart. in d. l. 2. per illum text. in Verſic. ſi modò Voluerit. & gloſſ. parua in l. 2. ff. ſi ager vectig. Abb. in c. potuit, de locato. Spe. eo. tit. §. nunc aliqua. Verſi. 43. Iaſon. d. l. 2. nu. 6. C. de iure emphyt. vbi plura allegat.*
3. † Facitq. pro hoc generalis doctrina Bald. *in l. fi. c. de reuoc. donat.* qua traditur, vbicunque dicimus, quòd res ipſo iure reuertatur ad dominum propter aliquod maleficium, ſemper intelligi, ſi dominus voluerit, & hoc poſtulet, *per d. l. 2. ff. ſi ag. vectig. quod etiam ſequitur Alexan. conſi.* 315. *Viſo themate & ſcripturis ad finem Vol. 2. &*
4. *Abb. conſi. 174. in Vlt. col.* † Iterim tamen verum eſt, quòd dominus propria autoritate poſſit rem emphyteuticam occupare, ſi Emphyteuta ceſſarit à ſolutione per biennium, vel triennium, quòd ſi reſiſtat, valeat etiam manu militari eijci: ſicut poſt prolixam diſputationem relatis multis opinionibus concludit Iaſ. *in l. in emphyteuticarijs num.* 10. *& multis ſeqq. C. de iu. emphyt, Vide etiam Deci. conſi. 146. n. 7. & Corn. conſil. 271. Vol. 3.* vbi hanc opinionem com-
5. muniter obtinere tradunt. † Prędicta tamen procedunt in vera emphyteuſi, in qua dominium directum penes dominum remanet: ſecus eſt in contractu cenſuali, in quo tam directum, quàm vtile dominium in accipientem transfertur: & ideò cenſualis non ſoluens cenſitum, etiam intra 10. annos, non priuatur bonis cenſitis, ſed ſolùm cogitur reſtituere cenſus reſiduos, *per gloſſ. ſing. & ibi Panor. in c. conſtitutus, Verbo, iuxta ratum. ibi, ſed reuera hic non fuit contractus emphyt. ext. de relig. domibus, & habetur per Soci. conſi. 167. incip. Dominus labia mea aperiat. Vol. 2.* Sed in tali caſu priuationis ſæpe dubitari ſolet, † qualis contractus in dubio ſit præſumẽ- 6.
dus, an cenſiticus, vel emphyteuticus? *Et Soci. d. conſi. 167. Poſt Alber. & Iaſ. in d. l. 2. num. 41. cum ſeq.* exiſtimat, pręſumendum eſſe cenſiticum. Contrariam verò opinionem, † quòd in dubio pręſumatur emphy- 7.
teuticus, *Voluit Bald. in l. libertis. C. de oper. lib. quam poſt longam diſputationem ſequitur etiam Afflict. deciſ. 129. num. 8. & pro ea conſuluit Hier.* Schurff, *conſil. 56. cent.* 1. Plerique, vt Bart. † & Ang. has opiniones 8.
diſtinctionis fœdere conciliant, vt prior obtineat in emphyteuta priuati, quod ſcilicet in dubio non præſumatur emphyteuſis, quia in odioſis & priuatiuis non debet fieri, præſertim in caſu priuationis, extenſio: altera verò in emphyteuta Eccleſiæ locum habeat, vt tunc in fauorem eius fiat extenſio, & præſumatur contractus emphyteuticus.

OBSERVATIO LXVI.

Patre non ſoluente canonem, an pręiudicetur filijs? Item, ſi ex pluribus hæredibus vnus non ſoluat, an cęteris præiudicetur?

SED quid, ſi pater, qui accipit emphyteuſin pro ſe & filijs, ac nepotibus, vel ſuis hæredibus, non ſoluat canonem ſpacio triennij, vel biennij, an filius etiã perdat ius ſuum emphyteuticum? & ſic, an ceſſatio ſolutionis facta per patrem, præiudicet filijs? & ſic deinceps. Et Spec. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. Verſi.* 44. ſimpliciter tenet, quòd nõ, *per l. emancipatum. §. ſi quis. ff. de ſenat. & quod ibi gloſſ. dicit de feudo. & l. adoptiuum. §. Vlt. cum gloſſ. & ibi*

Bald. & Moderni. ff. de in lus Voc. & ita ſimpliciter videtur etiam ibi tranſire Ioan. Andre. in addit. Verùm hæc quæſtio cùm in quadam cauſa incidiſſet, concluſum fuit crebrioribus ſententiis, referre, an pater rem ſin emphyteuſin receperit pro filijs, VT HAEREDIBVS, & tunc ceſſando ſoluere, ipſis præiudicet: an vero pro filijs, VT FILIIS, & tunc nihil præiudicetur filijs, etſi pater ceſſet ſoluere: *idque autoritate Iaſonis in d.l.2. num. 191. C. de iure emphyt. Vbi hæc ſententia latius tractatur, & ſolidis argumentis firmatur, quæ huc referri poſſunt.* Quid item, ſi ex pluribus hæredibus non ſoluat vnus penſionarium canonem, amittūt ne alij totam emphyteuſin? Et Dd. communiter definiunt, quod amittant: ſed ea opinio ſummi iuris eſt, cui æquitas repugnat, quam tutiùs plerique ſequuntur, & propterea in iudicando etiam videtur præferenda, *ſecundum Oldendorp. in Claſſ. act. emphyt. Vbi amplius videre poteſt.*

OBSERVATIO LXVII.

Gail. 1. obſer. 149. & obſer. 154. vide etiā Dn. Schrader. in elegāti tracta. ſuo feuda. part. 7. c. 7 nu. 32. vſque ad fin. Schneidevvin. par. 4. n. 40. 41. & 42. in tra. feud. nouiſſimè D. Vulte. c. 9. nu 115. lib. 1. in tra. feud. Schneid. etiā part. 2. n. 35. dicit, Agnati licet non teneā tur ſoluere æs alienum defuncti ex feudo, niſi adeūt hæreditatem: tamen de fructib. à morte vaſalli relictis, creditoribus ſatisfacere tenentur. Adde ſuperioribus Burſatū con. 49. n. 49. & Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſt. 1. poſt

Filius quando creditoribus patris ex bonis feudalibus teneatur ſatisfacere?

1. *Diſtinguitur inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto & prouidentia.*
2. *Ad feudum hæreditarium petitione hæreditatis agi poteſt.*
3. *In feudo hæreditario filius repudians hæreditatem non ſuccedit. & n. 4.*
5. *In feudo ex pacto & prouidentia filius repudiata hæreditate ſuccedit.*
6. *Nam in tali feudo filius ſuccedit ex contractu.*
7. *Filius hæreditate repudiata contractui patris ſtare poteſt.*
8. *Filius quando creditoribus patris de feudo ſatisfacere non teneatur? & nu. 9. & 10.*
11. *Filius fidem paternam ſaluare debet.*

CVM incideret quæſtio, an filius teneretur etiam ex fructibus bonorum feudalium debita patris exſoluere, ſi allodialia non ſufficerent? † reſpondebatur communiori ſententia, multum referre, in quo feudo loquamur, an in hæreditario, puta recepto à vaſallo pro ſe & hæredibus, an verò in eo, quod ex facto ſeu 1.
prouidentia concedentis profectum ſit, vt quia vaſallus receperit pro ſe, & liberis, vel filijs. † Nam hæreditarium feudum venit etiam in petitione hæreditatis: 2.
ſicut pulchrè docet And. de Iſernia in c. 1. an agn. vel fil. per gloſſ. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de pet. hæred. † Et ideò 3.
ſucceſſor patris non poteſt amplecti huiuſmodi feudum hæreditarium, niſi ſit hæres, & ipſius hæreditatem amplectatur, *d. c. 1. an agn. vel fil. & c. 1. §. 1. de c. qui cur. vend. Alexand. conſ. 19. lib. 5. Franc. Aret. conſ. 14. num. 14. Matth. de Afflict. deciſ. 112. num. 3. Matheſil. ſing. 182. & 188. & Lud. Roman. conſ. 105. Car. Ruin. conſ. 108. num. 5. lib. 2. Iaſ. in l. ſi non ſortem. § libertus. Verſi. iſtud facit ſecundum Bart. ff. de cond. indeb. Vbi dicit Iaſ.* † ſi feudum ſit 4.
acquiſitum PRO SE ET HAEREDIBVS, nunquam tale feudum tranſit ad agnatos, niſi ſint hæredes acquirentis: *allegat. Iac. de Beluiſ. & Aluar. in c. 1. de eo, qui ſibi aut hæred. ſuis maſc. Andr. de Iſer. in c. 1. §. ſed hoc quoque. de ſucceſſ. feud. & d. c. 1. an agna. vel fil. & Alexand. conſ. 335. Vol. 4.* † Aliud eſt in feudo ſimpliciter con- 5.
ceſſo PRO SE ET FILIIS: quia tunc poteſt filius repudiare hæreditatē patris, & amplecti feudum, *per And. de Iſer. in d. c. 1. an agnat. & Alexand. dicto conſ. 19. idem voluit Alexand. in addit. ad Bald. in l. qui ſe patris, C. vnde lib.* dicens, filium poſſe renunciare patris hæreditati, & acceptare feudū acquiſitum pro ſe & filijs: † quia filius illud habet iure contractus, 6.
iuxta Alexan. in l. quod dicitur, ff. de verbo. oblig. & Bald. ad Specul. tit. de ſentent. verſic. filius poſt. † Eſt enim liberum filio, 7.
repudiare hæreditatem: & ſtare contractui patris: *idem Bald. in auth. Vnde ſi parens, C. de inoffic. teſt. & l. filio, quem pater. ff. de leg. 1.* † Et tali caſu, quando filius tale feu- 8.
dum amplectitur repudiata hæreditate, non tenetur ad debita patris ex fructibus feudalibus. † Si autem hæreditatem a- 9.
diuit patris, tunc ſiquidem id fecit cum beneficio inuentarij, non tenetur reſpondere creditoribus de bonis feudalibus, ſed

nu. 73. in 1. par. & q. 14. poſt nu. 34. & ſeq. A. Reyger.

Digitized by Google

ſolùm quatenus vires bonorũ allodialiũ ſe extendunt, *per tex. in d. cap. 1. an agn. vel fin. iuncta l. fin. C. de iure delib.* Secus, ſi ſine beneficio inuentarij, quia tunc tenetur. †Et hæc diſtinctio duntaxat locum habet in feudo ex pacto ſeu prouidentia concedentis obtento: aliud eſt in feudo hæreditario. *Vt per Andr. de Iſernia in d. c. 1. & Alexan. dicto conſ. 19.* Ob honorem tamen patris limitari ſolet ſupradictum dogma, vt ſi bona allodialia relicta à patre, non ſufficiant, quod ſaltem in ſubſidiũ, non quò ad ipſum feudum, & eius vtile dominium, ſed quò ad eius fructus, filius debeat ſatisfacere: atqui ita ſeruat in multis locis conſuetudo, cui ſtandum eſt. *Ad prædicta vide etiam quæ infrà cent. 4. obſer. 2. à me ſunt annotata.*

OBSERVATIO LXVIII.

Gail. lib. 1. obſ. 115. nu. 2. lib. 2. obſ. 130. nu. 14. Sententia Iudicis in ſubditos ſuos ius dicentis ratione rei ſub alterius Iudicis iuriſdictione ſita, quomodo executioni mãdari poſſit, vid. pulchrè Hart. Hartma. tit. 1. de iudic. obſ. 6. n. 2. & ſeqq. vbi habebis, quomodo per literas mutui compaſſus, hæc executio fiat. A. Reyger.

Sententia quæ tranſit in rem iudicatam, exequenda eſt ab eo, qui eam tulit. Item, Sententiam vnius Iudicis an alius poſſit exequi?

NOTVM eſt, quod omnis ſententia poſſit executioni demãdari, poſtquã tranſiit in rem iudicatam, & quidem ab eodem Iudice, qui eam tulit, *c. quod ad conſultationem. de re iu. l. cùm quadam puella, ff. de iuriſdict.* Nam ſententia habet executionem paratam, *l. minor. 25. annis cum fideicom. ff. de minor.* An autem ſi ab aliquo iudice lata ſit ſententia, eius ſententiæ executio etiã ab alio Iudice (putà originis, aut domicilij) peti poſſit ſine requiſitione Iudicis, qui eam tulit? Et crebrius placuit non poſſe, niſi per literas prius fuerit requiſitus ab eo Iudice, qui ſententiam pronunciauit, *iuxta Bar. & Dd. præſertim Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam, ff. de re iu. allegantem ad hoc textum in l. 1. ff. de offic. conſu. l. properandum, §. ſin autem reus, C. de iudi. c. Romana. §. contrahentes, de for. com. libr. 6. quod etiam tenet glo. in d. l. cùm quadam. in prin. verb. generaliter*, vbi dicit Bald. poſt Cynum ita fuiſſe de facto obtẽtum Florentiæ, quòd executio ſententiæ fuerit nulla, quia facta erat per Iudicem alterius territorij, ſeu iuriſdictionis, non habentem literas imploratorias (ceu vocant) primi Iudicis, neque hoc caret ratione: cùm de alieno proceſſu non poſſit quis ſe intromittere, niſi requiſitus: quo caſu bene poteſt, quia tunc refert imaginẽ Iudicis, qui ſententiam protulit, *iuxta Bal. in l. fin. C. de edict. diui. Adria. tol.* Quod tamen verum exiſtimârint, niſi vel ſtatuto, vel præſcripta conſuetudine diuerſum fuerit introductum, & ſeruatum.

OBSERVATIO LXIX.

Iudex cui mandatur executio, an poſſit etiam cognoſcere ſuper obiectis contra executionem?

And. Gail. li. 1. obſ. 113. numer. 8. & ſeq. Iudex requiſitus pro exequenda ſentẽtia, non poteſt de cauſa iam finita cognoſcere. Hartm. Hart. t. 1. de Iudic. ob. 6. nu. 10.

INSIGNIS quæſtio eſt, an Iudici, cui mandatur executio in ſubſidiũ iuriſdictionis, competat etiam cognitio, ſuper exceptionibus cõtra executionẽ obiectis? Multa enim obiici poſſunt, quę eam impediant. Ea quæſtio cùm diſputata fuiſſet in Camera variantibus ſententiis, tandem hac diſtinctione fuit reſoluta. Nam aut talis cognitio verſatur circa res, in quibus executio facienda eſt, & de iſtis executor cognoſcendi facultatem habet, *iuxta l. à diuo Pio. §. in venditione, & §. ſi ſuper rebus, cum §. ſeq. ff. de re iud.* Aut verſatur circa exceptiones, quæ opponuntur poſt ſententiam: & tunc refert, an tales exceptiones reſpiciãt merita cauſæ principalis, & non poteſt cognoſcere, vel eas diſcutere, ſed remittere debet ad priorem Iudicem, *l. pen. ff. de confeſſ.* An ſolùm tangant executionẽ, nec impugnent ſententiam: vt ſi is, contra quem debet fieri executio, obiiciet exceptionem incompetẽtię, vel fideiuſſori opponat exceptionẽ epiſtolę diui Adriani: tales exceptiones executor audire, & de ipſis cognoſcere, pronũciareq́; poteſt. An verò tales ſint exceptiones, quę directè ſententiã impugnent, vt eſt exceptio nullitatis, falſorum inſtrumentorum, & ſimiles: has audire quidem & admittere Executor poteſt, nõ tamen ſuper eis pronunciare: ſed ſi cognouerit eas eſſe veras, vt quia nullitas euidenter appareat, tunc remittere cauſam debet ad priorem Iudicem, *iuxta c. de cætero. de re iud. & l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud.* Sin eas falſas re-

peterit, hiſ non attentis, exequi poteſt ſẽtentiam primi Iudicis, *per text. in l. ſatis. C. ad l. Corn. de falſ.* Et hanc diſtinxionem, velut ſingularem, obſerua.

OBSERVATIO LXX.

Vid. Maranc. in Spec. part. 4. diſt. 9. nu. 8. & ſeqq. A. Reyger.

Clauſulæ, Summariè, Simpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, quis ſit effectus?

IS, cui cõmittitur cauſa, vt in ea ſummariè, vel ſimpliciter & de plano, item ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedat, poteſt neglecto iuris ordine procedere, ita vt ſtatim deueniatur ad teſtiũ examen, & diffinitiuã, lite non conteſtata: *ita docet Landfran. in cle. ſæpè. verb. de plano. num. 7. de verb. ſign. alleg ins ad hoc Imol. in c. olim. de accuſ. quod etiam tenet & ſequitur Marian. Socin. in c. quoniam frequenter. nu. 26. verſi. 18. fallit in cauſis ſummarijs. Vt lite non conteſtata, & Hippol. de Marſi. ſing. 102. vbi allegat, ita tenere Ioan. Monach. in c. fin. Verb. figura. lib. 6.* dicentem, quòd vigore illius ſolius verbi (procedat Iudex ſine figura iudicij) poſſit Iudex incipere ab articulis, iiſque probatis ſtatim progredi ad ſententiam. *quod dogma refert etiam, & probat Lud. Roman. con. 512. in cauſa propoſite, in fin. vbi allegat idem voluiſſe Dominos de Rota in decisionibus ſuis allegatis ibi per eum.* Amplius ait Caſſa. *tit. de reſcriptis, deciſ. 8. in prin.* quando prima commiſſio cauſæ habet clauſulam (procedatur ſummariè) ſufficere iſtam, prout in beneficialibus, & totum proceſſum eſſe ſummarium, nõ ſolùm in prima inſtantia, ſed etiam in ſecũda & tertia, & vſque ad finem cauſæ: ſicut res ſemel effecta alienabilis, durat perpetuò alienabilis. *l. pater. § ſi. de leg. 3.* Ætiologia prædictorum eſt, quia per tales clauſulas cenſentur ſublatæ omnes ſolennitates iuris ciuilis, ſiue poſitiui iuxta *Alexand. conſi 6. colum 2. in princ. vol. 3.* adeò quòd ſolùm decidi poſſit cauſa ſecundùm verum ius gentium: *Bart. in extrauag. ad reprimẽdam Ver. videbitur. Lud. Roman. conſi. 20. Corn. conſil. 243. lib. 4. & Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi nummos. col. 7. ff. ſi cert. pet.* & quidem eodem ordine, quo Princeps poteſt: conſtat autem Principem ſolam veritatem ſequi poſſe, omiſſo iuris ciuilis ordine. *Bal. in c. 1. §. inueſtitura. col. fi. de no. for. fid. & Bart. in l. Æmilius. circ. fin. ff. de minor.* Ergo eodem modo iudex poterit, propter prædictam clauſulam ex permiſſu Principis: *vide omnino Maran. in Specul. part. 4. in 9. diſtinct. n. 8. & ſeqq.*

OBSERVATIO LXXI.

An & quando ſententia lata ſine citatione præuia valeat?

Gail. 1. obſ. 109. Ad ſentẽtiam proferẽdam an ſit opus noua citatione? Vide VVurmſ. tit. 6. de citat. obſ. 16. nu. 1. Gail. lib. 1. obſ. 75. n. 11. tenet contrarium. A. Reyger.

TRADITVM eſt, ſententiam ſine præuia citatione latam, iure nullam eſſe, *c. 1. extrà de cauſ. poſſ. & propriet. & l. de vnoquoque ff. de re iud.* vſque adeò, vt etiam ſententia Principis ſine citatione præcedente non ſubſiſtat, *iuxta Abb. in c. Venerabilem. 3. col. de elect. & eſt textus in clem. paſtoralis. de re iu. cum ſimilib.* Et dicit Imo. *in c. aduerſarius. de eo, qui mit. in poſſ. & citatione* perſonalem requiri ad quaſcunq; diffinitiuas: aiúntque Paul. & Zaba. *in cle. ſæpe. de verb. ſig. nu. 15. 16. & 17. not.* hoc etiam locum habere in ſummarijs iudicijs, vt partes controuertentes maximè reus, ad audiendam ſententiam citentur, nec ſufficere generalem citationem, ſed exprimendum eſſe vt compareat ad audiendam ſententiam. Verùm contrarium in Imperiali Conſiſtorio tàm in ſummarijs, quàm ordinarijs iudicijs obſeruatur. Sufficit enim, ſi præcedat prima citatio generalis ad totam cauſam, quæ ſi facta legitime & peremptorie in ipſius rei perſonam, virtute cuius, poſtquam non fecit ſui præſentiam, progreſſus fieri ſolet ad omnes actus iudiciarios, etiam ad ſententiam diffinitiuam incluſiue ſine alia citatione. Si verò generalis illa citatio facta eſſet per edictum, tunc non ſolet pronuntiari diffinitiue in Camera, niſi præmiſſa ſpeciali citatione ad audiendam ſententiam, *prout notant etiam Dd. poſt Inn. in c. conſulit. de off. deleg. c. auditis. de proc. & c. finem litib. de dol. & contu.* Notat etiam *Bart. in extrauag. ad reprimendum. &c. Abbas plenè in c. fi. de dilatio. Verbo, ſupra dicto termino. & probatur in l. conſentaneum, C. quo. & quan. iud. idem tenent Ferrar. in ſua pract. in forma ſent. diffi. in gl. nos Bernhardinus,*

Digitized by Google

dinus, verſi. item eſt nulla. ſi pars non fuerit legitimè, &c. & Bartol. in l. ſtatu liberus, §. Stichus omnia, ff. de ſtatu lib.

OBSERVATIO LXXII.

Vid. Gall. li. 1. ob. 77. n. 5. & 6. Quomodo nullitate omiſſa Iudex appellationis de principali cognoſcere poſſit, vide Vvurm. ti. 2 4. de appe. obſ. 33. n. 1. & 2. A. Reyger.

Si ſententia prior ſit nulla, an iudex ad quem, ſuper ea teneatur pronunciare?

IN cauſa appellationis Sabinę *VVelſerin* cõtra Leonhardũ *Hirſu ogel*, cùm deprehendiſſent Domini Aſſeſſores nullitate ſententię à prioribus inſtantiæ iudicib. latæ, ita quòd meritò pronunciandũ fuiſſet, à prioribus Iudicibus nulliter eſſe iudicatum, ſuperflue appellatum: tamen eorundem Iudicum honori parcere volẽtes, ſuper iniquitate ſententiæ pronũciârunt, ſcilicet in priori inſtãtia malè iudicatum fuiſſe, & benè appellatum. Ex quo conſtat, quòd etſi Iudex appellationis videat ſententiam nullam, poſſit tamen ſuper iniquitate eius pronunciare, etiamſi nullitas ſola fuiſſet propoſita, & à cõtrouertentibus diſputata, *per ea quæ tradit Petrus de Ferrar. in ſua Pract. in for. lib. appel. à ſent. diff. in gl. & in quantum ſit aliqua.* quòd non contemnendum eſt, ad reſeruandum honorem Iudicum, qui fortè nulliter vel proceſſerunt, vel iudicarunt.

OBSERVATIO LXXIII.

Gail 2. ob. 70. n. 15. 16. cum ſeqq. Add. VVeſembec. in con. 100. n. 11. part. 2. Tertius ad cauſã per alium cœptam poteſt interuenire ad triplicem finẽ, 1. Vt cauſã ab alio in iudiciũ deductã agat & defendat. 2. Vt ei aſſiſtat. 3. Vt impediat ſententiæ executionem, Hartm. Hart. ti. 5. de act. obſ. 10 per tot. & nu. 5. A. Reyger.

Tertius interueniens quando executionem impediat?

1. *In re vacante Tertius contradictor impedit executionem.*
2. *Fallit in duobus caſibus, & n. 3.*
4. *Executio in re non vacante per contradictionem Tertij non impeditur.*
5. *Cautio tamen Tertio contradictori à victore eſt præſtanda.*
6. *Ratio differentiæ inter rem vacantem & non vacantem.*
7. *Plures ponuntur caſus, in quibus Tertius contradictor executionem impediat & n. 8. & 9.*

IN eadem cauſa, cùm quidam tertius ad impediendam latæ ſententię executionem comparuiſſet, aſſerendo ſe, velut Tertium contradictorem, admittendum eſſe ad impediendam executionem, *iuxta l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ff. de re iud.* diſtinguebãtur communiori ſententia tres caſus.† Aut enim fit executio in re vacante, 1.
id eſt, à nemine poſſeſſa, & tertius cõtradictor impedit eam, déq; ipſius iuribus cognoſcitur, *per l. fi. C. de edict. d. Adrian. tol. & in c. veniens, 12. ibi* Inno. *extra, de teſtibus.*† Fallit tamen hoc, ſi contra tertium 2.
præſumtio eſſet calumnię, quia tunc ſufficit cautio de indemnitate, nec ſuſpẽdetur executio: *iuxta c. ſuſcitata: & ibi Abb. de reſtit. in inte.* niſi offerat, ſe in continenti probaturum de ſuo iure, ſic enim purgabit præſumtionem malitiæ.† Deinde fal- 3.
lit, ſi tertius ſciuiſſet talẽ cauſam agi, ſententiamq; in ea latam eſſe, nec pro ſuo intereſſe comparuiſſet, quia tunc nõ audiretur executionem volens impedire, *(ſicut tradidi in c. venies, 2. n. 9. de teſtib. vbi latius vide.*† Aut fit executio in re per alium 4.
poſſeſſa: & tunc ſi petitur executio in re petita, non obſtante cõtradictione tertij, poterit fieri executio, *per tex. in l. Sticho, ff. de rei vendi. l. pen. de pet. hered.*† Si tamen 5.
victor cautionem præſtat de reſtituendo, ſi Tertium contradictorem contingat obtinere, *l. ii. à quo fundus, & ſeqq. ff. de rei vendi. Abb. con. 82. col. 4 in fin. lib. 1. Boer. deciſ. 79. nu. 2. & per Imo. in c. cùm ſuper. extrà, de re iud. Ba. &* Dd. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de dam. inf.* † Ratio autem 6.
differentię inter rem vacantem & poſſeſſam ſiue non vacantem eſt illa: nam ſi res non vacet, non fit præiudicium tertio, etiamſi poſſeſſio tranſeat in alium, quia perinde eam auocare poterit ab vno, ſicut ab alio: ſed quãdo res vacat, ſecus eſt: faciliùs enim obtinebit bona vacantia, quàm ſi ſint à tertio occupata, *l. vlt. C. de edic. D. Adr. tollen.*† Ceſſat tamen prædictum do- 7.
gma (tertium in re poſſeſſa non impedire executionẽ) in duob. caſibus: Primus eſt, ſi petens executionem ratione victoriæ, prætenderet, ſe habiturum duriorem aduerſarium, *arg. c. Piſanis, de reſt. ſpol.*† Secũ- 8.
dus, ſi executio fit in rebus adiudicatis, præcedente actione perſonali, quæ bona non fuerant petita, tunc quilibet prætendens ſuum intereſſe, vel de iure ſuo in re petita, in qua fit executio eam impedit, Aut denique † eſt facta condemnatio in 9.
vna re, & fit executio in alia, tunc ter-

Digitized by Google

tius contradictor impedit executionem, *Imol.d.c.Veniens,de hac tamen materia vide qua Zaſ.latè ſcribit poſt Bar.in d.§.ſi ſuper rebus, & Ferrar.in ſua Pract. in for. exec.ſentent.diff.nu.6.item Did.Couar.in lib.Pract.quaſt.16.n.2.ver.quo fit.& pleniſſ. per aliquot concluſiones,Fel.in d.c.Veniens.2. n.5.de teſtib.vbi auctor pariter annotauit.*

OBSERVATIO LXXIV.

De omiſſa litis conteſtatione.

Gail.1.obſ.75. Actio omnis requirit contradictorem & omne Iudicium litis conteſtationem. Hart.Hart.tit. 1.de Iudi.obſ. 7.nu.10.&11. Nec ſufficit litis côteſtatio inualida vel obſcura. Vvurmſ ti.13. de lit.conteſt. obſ.1 per tot. A.Reyger.

1. *Omiſſa litis conteſtatio iudicium reddit nullum.*
2. *Nec de conſenſu partium litis conteſtatio omitti poteſt.*
3. *Litis conteſtatio de ſubſtantialibus iudicijs.*
4. Ad *proceſſum nullum redditur ſententia nulla.*
5. Cau*ſa ſummaria ob omiſſam litis conteſtationem non Vitiantur.*
6. *Proteſtatio de lite in euentum conteſtanda quid operetur? & nu.9.*
7. *Proteſtatio de lite per reſponſionem non conteſtanda Valet.*
8. *Ad litis conteſtationem animus requiritur.*
10. *Proteſtatio facto contrario nihil operatur.*
11. *Quæ theorica pulchrè declaratur,& n.12.*

1. NOTVM eſt, † quòd ob omiſſam litis conteſtationem iudiciũ reddatur nullum, *c.1.de lit.conteſt.l.prolatam.C.de ſent.& inter hoc.& per Afflict.deciſ.23. n.*
2. *4.*nec poſſint partes illã † vel expreſſim, vel tacite prætermittere, ſecundùm cômunem doctrinam Iuriſconſultorum,*per l.ſi non ſecundùm,ff.de don.inter vir. & vxor.& dictam.l.prolatam. Rota deciſio.88.*
3. *num.1.in nouis:*quòd ideò eſt, † quia ſit de ordine ſubſtantiali iudicij & litis principium,*l.2.C.de iuretur an.prop.cal.c.ex parte.de Ver.ſig.* vnde finis ſine ea tanquam ſine ſuo principio,ſubſiſtere non poteſt,*l. 2.de orig.iu.Dec.in c.de cauſis de offic.deleg. Socin.d.c.1.nume.8.de lit.conteſt.* † Cùm
4. igitur proceſſus ex cauſa defectus litis côteſtationis reddatur nullus, côſequitur etiam ſententiam inde ſecutã eſſe nullã, *per d.l.prolatam,*& hanc opinionem velut communiter approbandam,refert Socin. Senior *conſ.95.ver.ſecundò proceſſus redditur.num.2.lib.1.& conſi.47.num.1.2.& 3. lib.4.*†Hæc tamen deciſio limitatur non 5.
obtinere,vbi ex forma ſtatuti proceditur ſimpliciter & de plano,ſine forma & ſtrepitu iudicij,*iuxta Rolan.à Val.conſi.71.nu. 35.tom.1.* ſicut in cauſis ſummarijs fieri ſolet , *iuxta not.in cle.diſpendioſam, de iud. & cle.ſæpè,de verb.ſignif.Hipp.ſing.102.& Maran.de ordi.iud.in 6.part. de litis conteſt. 10.mem.in d.nume.1.in fin.* Quid autem,
† ſi pars conuenta conteſtetur litem in euẽtum,nempe cum illa proteſtatione, Si, 6. (Gail lib.1.ob. 75.n.5.& 6.)
& in quantum exceptiones ab eo obiectę, reiiciantur per interlocutionem iudicis, non aliâs:an hoc ſufficiat?Et cũ hęc quęſtio in Côſiſtorio Imperiali fuiſſet mota, atque in vtramque partem diſputata,tandem concluſum fuit,quando reſpondens proteſtatur,ſe non animo litem conteſtã- 7.
di reſpondere,†quòd talis proteſtatio iuuet proteſtantem,impediátque litis côteſtationem,*per glo.in d.l.1.C.de lit. conteſt. Verbo,cùm iudex,& in d.c.1. & vtrobique* D*d.Spec.eo.tit.§.1.Verſi.illud.* † Et ratio 8.
eſt,quoniam ad litis conteſtationem requiritur animus,*gloſſ.in d.c.1. cùm ſit quaſi contractum,§.1.Verſi.illud , Nouel. de exhib. reis.& l.3.§.idem ſcribit.de pec.*Sed ex proteſtatione declaratur animus,&c.†Et ideo 9.
domini Aſſeſſores conſueuerũt huiuſmodi litis conteſtationes in euentum , quòd obiectæ exceptiones reiicerentur , factas, pro puris acceptare,& partes ad progreſſum vlteriorem admittere.Sed nônę prędictis obſtat.†quod aliàs dicitur,proteſta- 10.
tionem facta repugnantem non iuuare proteſtantem ? *c.cùm M.Ferrarienſis, de conſtit.& ibi Felin.* Reſpondeo,illud verum eſſe, † quando ordinatur ad tollen- 11.
dum factum : facta enim non poſſunt pro infectis haberi : vnde ſi proteſtor, quòd nô reſpôdeo,me reſpondente , nihil agit proteſtatio , *l.in bello.§.facta.de capt.& 12.
poſtlim.reuer.* † Sed ſi proteſtatio ordinetur ad tollendam mentẽ facto , tunc bene operatur,*ſecundum* Iac. *Butrig.per l.Labeo. ff.de ſupel.leg.ſed meliùs facit l.obligationum ſubſtantia.§.Vlt.ff.de act. & oblig.Innoc.c. 1.de lit.conteſt.Specul.eod.titu.§.1.ver.illud.*

& Socin.

Digitized by Google

& *Socin.in d.cap.1.nu.8. Et ita iudicatum eſt in cauſa Ioan. & Henrici fratrum* der Boyten, *contra Martinum* Olpen, *relata menſe Ianuario, anno 1549. atque ita Socin. explicat in loco ſuprà allegato, per iura ibi allegata, & Spec.d.tit.de litr. conteſt. §.1. Verſi.illud.*

OBSERVATIO LXXV.

Teſtes inſtruere licet de facti veritate.

LICET teſtis inſtructus fuerit producente de veritate facti, vt melius recordetur, & ipſe teſtis dicat ſe ſic inſtructũ, non tamen per hoc vitiatur ipſius teſtimonium, dummodo à veritate non recedat: *eſt elegans dogma Baldi.in l. Vlt.ff.de ſeruis, qui refert idem notare Rofred. in ſuis libellis, in tit.de ſenatuſcon.Liben.ſecundum Bart.in d.l.Vlt.*

ADDITIO.

Vide omninò plenius de hac quæſtione. Hartman. Hart.tit.15. de teſtib. obſ.16. per tot. & num 33. Vbi concludit, licitum eſſe producenti quærere ante iudicium à teſte, quid nam ſciat de illa re: inſtruere autem teſtem producenti non cõceditur.

OBSERVATIO LXXVI.

Teſtes ſingulares an & quando probent?

Añd.Gall.li.2. ob.56.n.10.11. & 12.Ad. Gab. & ib.not lib. R.ti.de teſtib. concl.2. Cautela autem traditur, vt is qui metuit teſtes ſuos fore ſingulares, producat ſaltem vnũ, & in ſupplementum probationis petat iuramẽtũ ſibi deferri. Vvurm tit.14. de iurament. ob.10.nu.1. & A. Reyger.

1. *Teſtes ſingulares nihil probant.*
2. *Ampliatur idem.*
3. *Limitatur ex ſententia Innocentij, & num.4.*
5. *Teſtibus in ſpecie deponentibus plus creditur, quàm in genere deponentibus.*
6. *Teſtis ſingularis ſpectatæ fidei probat.*

EXPLORATI iuris eſt, teſtes ſingulares de aliquo facto deponentes, non probare, *l.ob carmen in fin.ff.de teſtib.c. licet ex quadam, Vbi ego de hoc latè dixi à numer. 7. Vſque ad finem c.quæ huc referri poſſunt, ext.de teſtibus, c. licet cauſam de probat. & c.bone.de electION.cum ſimilibus, l. ob carmen.§.Vltim.ff.de teſtib. & habetur per Spec.tit.de teſte §.1.Ver.item quòd teſtes ſunt varij. & latè Hipp.de Marſ.in rep.l.vlt.* C. *de probat.* † Quinimò etiamſi eſſent mille 1.
teſtes ſingulares, nullam tamen facerent 2.
fidem: quia tantum probant mille teſtes ſingulares, quantum vnus, *inquit Bal.in l. iuriſiurandi.C.de teſtib. & c. tam literis. ext.eod.*. † Prædictũ tamen dogma intelli- 3.
gitur verũ, quando tractatur de probando actũ in ſpecie particularẽ: cęterum ad probandũ in genere aliquid, ſcilicet aliquem eſſe infante, furioſum, hęreticũ, teſtes ſingulares probare, fidémq; facere, Innocẽt. tradidit (quem Dd. ſequuntur) *in c.qualiter & quando.2. & c. cùm oporteat. de accuſat. Alex.con.92.Vol 5.* Sed contrariũ tenet Ioa. And. *in c.Vt officium.§.1.verbo, teſtium de hæret.lib.6. & Ant. de Butr. in d. c.qualiter.* Hanc Doctorũ repugnantiã ſic reconciliatã à Dominis Aſſeſſoribus fuiſſe memini. † quod prior opinio locũ ha- 4.
beat, quando teſtes inducuntur ad probãdam hęreſim, aut furorem in genere: ſed quando in ſpecie, tunc procedat opinio Ioannis. And. & ita intelligit etiam Felin. *in d.c.licet ex quadam fallent.2. & Alexand. cõ.147.vo.7. & Alber.de Roſ.in l.turpia.ff de leg.1.* vbi tamen addit, † plus credi duo- 5.
bus teſtibus in ſpecie, quàm mille in genere deponentibus. † Prædictis adde, quod 6.
ſingulariter Paul.de Caſt. voluit *in l.admonendi.ff.de iureiur. & in l.Lucius.ff. de his, qui not.infam.* ſi teſtes ſint nobiles & ſpectatę fidei, probitatis, & integritatis, vt iudicem adducant ad indubitatam fidẽ, iudex non debet curare illam ſingularitatem, ſed iuxta eorum teſtimonia iudicare: *quod dictum Valdè commendat Hippol. de Marſi.ſing.114. idémque refert & ſequitur Caccialup.in rep.dicta l. admonendi. char. 7.faciúntque not.Bal. & Bart.d.l.in textu. & Alexa.con.236 perſpectis.lib.6.con.2. libr. 7. & Fel.in c.quia Veriſimile. de præſumpt. Vbi vide ad nauſeam : Vide etiam & adde prædicta, quæ habet Franc. Marcus in deciſ. Delphi. q.426.par.1.* Vide etiam de hac ſingularitatis teſtium materia, plura notatu non indigna, *quæ ad.d.c.licet ex quadam, à me congeſta ſunt.*

OBSERVATIO LXXVII.

Furoris probatio cui incumbat?

Vide ſupra Centur. 2. obſ. 41. A. Reyger.

MEMINI in quadam cauſa & hanc quęſtionẽ fuiſſe controuerſam, quis

teneretur furorem, aut ſanam mentem hominis probare? De qua quęſtione tractatur per Dd. *in l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ. & c. cùm dilectus. de ſucceſſ. ab. inteſt.* & tùm Speculatoris opinio cæteris pręferebatur, *qui in tit. de probat. §. 1. Verſi. pone, quidam erat furioſus*, concludit, quòd illi, qui fundat intentionem ſuam in furore, vel ſana mente, incũbat probatio alterutrius iſtarum qualitatum: vt ſi vellem infringere actum alicuius, qui tunc temporis erat demens, mihi incumbet probatio: vel ſi hæres inſtitutus petat ex teſtamento hæreditatem tanquam à ſano, & non furioſo condito, tunc incumbet ſibi probatio, *per l. eum, qui dicit ff. de probat. & Lapum alleg. 26 incip. diſputat primò, an prodigus. & de hac quæſtione vide latiùs Boerium deciſ. 23. in 1. parte.*

OBSERVATIO LXXVIII.

Gail. 1. obſ. 10. num. 3. Agere an quis cogatur inuitus, vide Hart. Hart. tit. 5. de act. ob. 2. per tot. A. Reyger.

Quandoque quis inuitus agit: & de intellectu l. diffamari. C. de ingen. man.

1. *Regula, quod inuitus agere nemo cogitur, multas recipit limitationes.*
2. *Nec locum habet in caſu diffamationis.*
3. *Diffamatori terminus ad agendum quomodo præfigatur? & n 4.*
5. *Libellus in caſu l. diffamari, quando formandus remiſſiue?*

REGVLA, quòd quis non poſſit cogi ad agendum, (*de qua in rubro & nigro, C. vt nemo inuit. &c.*) multas habet ex-
1. ceptiones. † Sunt enim plurimi caſus, in quibus quis etiam inuitus, agere compellitur, *recenſiti partim per gloſſ. & Dd. ordinariè in l. 1. C. d. tit. vt ne. inuit. & per Hoſtienſ. & Ioan. And. in gloſſ. c. 1. §. ſolet autem. in verb. æſtimamus. de reſt. ſp. l. lib. 6. & copioſè per Georg. Nattam. in rep. clem. ſæ-*
2. *pè. in prin. 32. col. cum ſeq. de verb. ſig.* † Inter cęteros tamen caſus & hic pręcipuus eſt, quando quis alium diffamat de aliquo delicto, aut pretexendo, ſe habere ius in fũdo & bonis alterius, & quòd debito loco & tempore intendat agere: nam tali caſu poteſt diffamatus petere à Iudice, vt ſtatuat terminum diffamanti, intra quem agat, vel accuſet, quo caſu intra terminũ à Iudice illi conſtitutum agere vel accuſare cogitur, niſi in totum iuri ſuo renunciaſſe videri velit, *per l. diffamari. C. de ing. & mann. & ibi Alberic. Salic. Fulgo. & Bald. num. 16. & Ang. Inſtit. de except. in prin. nu. 23. quæ l. etiam locum habet in diffamatione ciuili, iuxta Innoc. in c. conquerente. in gl. 2. de officio ordin. & ibidem Fel. & Boer. latè deciſ. 255. n. 7. vbi concord.* Nec hoc ſolùm in actionibus perſonalibus locum obtinet, ſed etiam in realibus: & non tantùm in petitore, ſed etiam in poſſeſſore, vt per Boerium in loco ſuprà citato. Debet autẽ

Gail. 1. obſ. 10. num. 7.

prædicta termini præfixio † ad agendum, 3.
fieri cum quadã cauſę cognitione, vt ſcilicet prius ſummariè Iudici cõſtet de diffamatione: *ſicut tenent Hoſtienſ. in Summa tit. de lib. oblat. §. vtrùm poſſit actor, & Ioannes Fab. in d. l. diffamari. ver. caue. Ang. de maleſic. in gl. nec non querelam Titij. ver. quæro, an iudex poſſit, & Bart. in l. mancipiorum. ver. quæro, vtrum iſtud officium, ff. de opt. leg. & in l. Titia. ad finem, ff. de verb. oblig. alias (ſecundùm eum) poteſt à tali præfixione termini appellari.* † Interdum tamen 4.
hoc iudicium tractatur, omiſſa hac diffamationis cognitione ex eo, quod futurus actor ſimpliciter citatus, actionem quã habet, in iudicium deducit, eáque examinatur principaliter vtrinq. & ideò tunc nihil ad rem attinet ſummaria de diffama-
tione cognitio. † Cęterùm de forma peti- 5.
tionis, ſeu cõcluſionis libelli, vide Ioannẽ Fabr. & Bal. *in d. l. diffamari. & Boer. loco ſuprà citato, n. 14. vbi plura de hac materia congeſſit, vide etiam in eandem l. diffamari repetitionem quam Bar. Blaverus*, Iuriſconſultus noſtri temporis non poſtremus, nuper edidit, *in qua ampliſſimum & verum eius legis vſum dilucidè oſtendit. Quæ hic deſunt, require infrà cent. 5. obſer. 81. & cent. 6. obſ. 90. vbi plura ad d. l. diffamari intellectum atque vſum pertinentia annotaui.*

OBSERVATIO LXXIX.

Cauſa principalis nũ poſſit tractari, priuſquam cognoſcatur de appellatione ab interlocutoria?

Appellatio ſuſpendit, non autem extinguit cauſſam principalem ſicut Iudicis etiam inſectio

CVM quidam qui appellauerat ab interlocutoria, ſeu grauamine, impetraſſet literas Cæſareas, vel porrexiſſet ſuppli-

Ac iuriſdictionem ſuſpendit nō extinguit, Hart. Hartm. tit.19 de app. obſ.12.nu 3. A. Reyger.

ſupplicationem ad appellationem annullandam, & cognitione cauſæ principalis retinendam, dubitatum fuit, an id fieri poſſet, antequam ſuper appellatione pronunciaretur? Et cenſuerunt Domini, primò pronunciandum eſſe ſuper appellatione, vel eius annullatione, priuſquam ſuper negotio principali, aut prætenſo grauamine procederetur, *per gl. in c. Vt debitum. Verbo aliequi: & ibi Ioan. de Imo. & Abb. Sicul. Card. Alexand. col.12. Verſ. habes etiam ex gloſſ. ibidemque Phil. Fran. nu. 40. & 43 de appell. Et ita factum eſt in cauſa Ducis Lotharingiæ contra Comitem de Naſſavv.* Quinimò non poſſet ex prorogatione partium cognoſci de cauſa principali priuſquam pronuncietur bene appellatum fuiſſe ſecundum *Ant. de But. in c. pen. col. 12. de offi. deleg. Bar. in l. eius queſt. Vlt. ff. de appell. recip. Ioan. de Imo. in repert. l. iudex poſtquam. ibi Moder. ff. de re iud. Lud. Rom. conſi. 362. poſt princ. & Rot. deciſi. 237. ordinauerunt. & voluerunt in nouis.*

OBSERVATIO LXXX.

Gall. 1. obſ. 101. nu. 1. 3. 4. 5. Teſti non iurato parte cōtradicente nūquam reditur. VVur. ti. 19. de teſtib. obſ. 19. nu. 2. Add. Konig & ib. no. e. 76. nu. 1. A. Reyger.

Teſtes non iurati an, & quando probant?

1. *Teſtes iniurati non probant.*
2. *Iuramentum teſtium ante depoſitionem præſtandum, & nu. 7.*
3. *Ampliantur prædicta. & n. 4.*
5. *Papa diſpenſatio vt teſti iniurato credatur non valet.*
6. *Iuramentum expreſſo partium conſenſu teſtibus remitti poteſt.*
8. *Tortura ſine præcedentibus indicijs nemini inferenda.*

SI teſtes deponant, priuſquam iurârint,
1. † etiamſi poſtea iurent, non valet eorū
2. teſtimonium: *c. de teſtib. tex. de teſtib.* † quia de natura & ordine iudiciorum eſt, vt teſtes primò iurent, & poſtea teſtimonium dicant, *l. ſi quando. cum auth. ſeruilis conditionis. C. de teſtib. ita Cyn. tradit in l. iuriſiurandi. C. eod. tit. & dixit latè de hoc in d. c. de teſtibus. & c. tuis queſtionib. de teſt.*
3. † idque tam in plenariis, quàm ſummariis iudiciis obtinet: *Imol. in cle. ſæpè. col. 36. de*
4. *Verb. ſign.* † idque non ſolum procedit in teſte producto ab vna parte, ſed habet etiam locum in eo, cuius dicto ſtandū eſt, de voluntate vtriuſque partis, vel vigore alicuius ſtatuti, ſeu alterius diſpoſitionis, *ſecundum Ang. in rep. l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. libr. 10. & Hipp. de Marſil. ſing. 214. vbi amplius dicit,* † nec Papam diſpenſare 5.
poſſe, quod teſti in iudicio credatur ſine iuramento: quod tamen poſtea limitat, non habere locum in Arbitro, ſeu Iudice, cui data eſt poteſtas procedendi de facto, ſed ſententiādi de iure: nam tali caſu vigore talis arbitrij poterit (ſecundū eū) Arbiter, vel Iudex fidem habere teſtibus non iuratis. *Vt per eum ſing. 434. vbi allegat Bald. in c. conſanguinei. ad fin. de re iudi. idemque refert tanquam ſingulare, & ſequitur Iaſ. in repet. l. admonendi. colum. 84. ff. de iureiur.* † Si tamen iuramentum ex- 6.
preſſim remitteretur teſtibus ab vtraque parte, valeret etiam non iuratorum teſtificatio, *ſecundum Ioan. And. & Panor. in d. c. tuis. & eſt gloſſ. de hoc memorabilis in d. l. iuriſiurandi C. de teſtib. de quo etiam aliqua dixi in d. c. tuis. & nonnullos caſus ſpeciales annotaui, in quibus dictum teſtis non iurati recipitur, quos ibi vide.* † Et quod ſuprà 7.
ab initio dixi, teſtium non iuratorum dicta non confirmari, etiamſi poſteà iuramenta præſtēt, hoc ex eo quoque cōprobari videtur, quod etiam captura non iuſtificatur per ſuperuenientem probationem legitimam, *vt Roman. reſpondit conſi. 241.* quemadmodum & iudicia ſequentia non confirmant torturam præcedentem, nec confeſſionem ex ea extortam, etiamſi in ea pluries quis perſeuerauerit: *Bald. in l. fin. C. de accuſat.* † Et eſt ratio, ſecundùm 8.
eum, quia fuit ordo peruerſus, cùm indicia præcedere debeant ipſam torturam & quæſtionem, *vt dicit ibi gloſſ. per tex. in l. 1. C. de quæſt. & l. 1. in prin. ff. eo. de quo vide etiam Boer. deciſ. 269. par. 1. & Guid. Pap. deciſ. 59.*

OBSERVATIO LXXXI.

De confeſſione delicti ſpontanea.

Gail. 2. de pace publ. obſ. 15. num. 8.

1. *Confeſſio ſpontanea ad condemnandum non ſufficit, & n. 4.*
2. *Pœna Iudicis, qui de delicto incertus, confitentem ad mortem condemnat, & nu. 3.*

ſin.qq.55.verſ. circa ſecundũ fol.157.nu.10.

5. *Iudex de delicto commiſſo certus ſit.*
6. *De minore delictum confitente Angeli opinio.*

Atque regula, quòd cõfeſſus habeatur pro cõdemnato in criminalibus locum non habet, Hartm. Hart. tit. 22. de pact. & tranſa. obſ. 1. nu. 16. A. Reyger.

SPONTANEA delicti confeſſio non ſufficit † ad condemnandum aliquem pœna capitali, niſi etiam conſtet, delictum fuiſſe commiſſum, *per l. 1. §. item illud. & l. neceſſarios. §. non aliàs. ibi Bartol. Alber. & Roman. ff. ad* Syllein. *Bald. Paul. Caſtr. & Moder. in auth. ſed nouo iure.* C.
1. *de ſer. fug.* † Imò Iudex qui confitẽtem
2. ad mortem damnauit, abſque probatione alia delicti, pariter mortis pœna plecti debet, ſi occiſus nemo fuit, *per tex. ſing. in l. qui ſeruum. in prin. & ibi Bald.* & Iacob. *de S. Georg. ff. de inter. act. & Iaſon l. error. C. de iur. & fac. ig. Alexand. tamen conſi. 19. lib. 7. putat.* † talem ſpontaneam
3. confeſſionem delicti, licet de eo aliàs non appareat, excuſare Iudicem à mortis condemnatione, & ne teneatur in ſyndicatu, *vt ibi latè per eum: pro quo facit, quod ſcribit* Ioan. *And. ad Spec. tit. de accuſ. §. vltim. verſicul. ſed pone, adfuit aduocatus,*
4. † quòd licet primum ſit de iure verius, tamen, ſecundùm eum, ſeruatur ita de facto, quòd ex ſola confeſſione ſpontanea, quamuis non conſtet de crimine, poſſit quis condemnari. Verùm hæc reprobat Hippol. de Marſil. *in l. penult. numer. 31. de quæſt.* & recte: † quia debet verè & plenè
5. de delicto conſtare, nec auditur perire volens, *l. non tantùm ff. de appel. & leg. 1. §. ſi quis vltrò. ff. de quæſt. prout latius hoc probat & proſequitur Boer. deciſio. 164. & deciſi. 259. par. 1. idem in Conſue.* Bitur. *titu. de iuriſd. omn. iud. §. 20. vbi multa pulchra, & notatu digna in hanc rem congeſ-*
6. *ſit.* † Huc quoque pertinet, quòd Angel. ſcribit *in l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſſ.* quòd ſi minor confiteatur ſe delictum aliquod commiſiſſe, de quo tamen aliter non conſtet, niſi per ſuam confeſſionem, is tanquam læſus reſtitui debeat in integrum, aduerſus hanc confeſſionem: *allegãs ad hoc Ioan. And. in c. 2. de in integ. reſt. libr. 6. quod velut memorabile & quotidianum refert & ſequitur Hippol. de Marſi. ſing. 445.*

OBSERVATIO LXXXII.

Sententia

Reuocatio ſententiæ an requirat citationem Iudicis, qui eam tulit?

latæ per Iudicẽ ipſi Iudici nõ nocet. Quia ratione publici & neceſſarij officij cogitur ſententiã ferre: Vnde cum ipſi Iudici nõ præiudicet, nec Iudex citandus erit ad eius reuocationem Vid. Vvur. ſeru. tit. 22. de ſentent. obſ. 14. n. 1. & 2. A. Reyger.

VARIANT Doctores, an ſit de reuocatione ſententiæ alicuius Iudicis agatur, is qui aſſeritur malè iudicaſſe, ſit citandus ad defendendum honorem ſuum, vel non? *vt per eos in c. ſacro. poſt gloſſ. ibi, verbo, conſtiterit. de ſent. excomm. & per Salic. in l. vlt. C. ſi reus, vel accuſ. mor. fue. & Bar. l. 1. §. vlt. ad Turpil.* Communiori tamen ſententia obtinuit, hac in quæſtione ſic diſtinguendum eſſe, vt ſi quidem tractetur de reuocatione ſimplici ſententiæ Iudicis, eum non eſſe citandũ: ſin verò agatur de pœna ipſi infligenda, vel de intereſſe, & expenſis parti ſoluendis, tunc debeat citari, ad defendendam ſententiã per ſe latam, *c. hoc etiam. 2. quæſt. 7. ibi, ſi conuinci non potuerit. per not. Ioan. And. in c. delictum. de reſcrip. & per Boer. deciſ. 259. ad fin. par. 1.* vbi tamen hoc verum affirmat, ſi ex officio ſine parte proceſſit, vt ibi per eum.

OBSERVATIO LXXXIII.

Mater tutrix, tutelam amittens ob ſecundas nuptias, eam non reaſſumit mortuo ſecundo marito.

Quod ſi mater tutrix liberorum eſſe velit, quib. renunciare debeat Vvurm. ſer. ti. 38. de tutel. & cura. obſ. 3. nu. 1. & 2. A. Reyger.

MATER quædam, cùm poſt mariti mortem facta eſſet tutrix ſuorum liberorum, eique tutela per Iudicem conceſſa, *iuxta auth. matri & auiæ. C. quand. mu. tut. offic. fun. po.* eadem tutelam hanc, ad ſecundas poſteà conuolando nuptias amiſit: mortuo deinde ſecũdo marito vult recuperare priorem tutelam: quærebatur, an poſſet? Et quamuis Spec. *tit. de tutor. §. nunc videndum verſi. quid ſi mater.* in illa quæſtione an mater binuba reaſſumere tutelam poſſit, arguendo in vtramque partem, tandem ita diſtinguat: aut res eſt integra, quoniam liberi nullum habent tutorem, nec habere poſſunt, tunc mater admittitur: ſed ſi alium habent tutorẽ legitimũ, vel habere poſſunt, eo caſu non admittitur: *quam diſtinctionem ſequuntur etiam Ang. in d. auth. matri & auiæ. Ioan. Fab. auth. ſacramentum, C. eod. tit. & Alexand. Bartol. in l. ſcient. C. ad Tertyl.*

Tertyll. attamẽ aliter eſt deciſum per Dominos, quòd ſcilicet mater, quę per tranſitum ad ſecunda vota perdidit tutelam, etiamſi in teſtamẽto fuiſſet data tutrix, illam poſt mortem ſecundi mariti reaſſumere vetetur indiſtinctè: *& hoc autoritate Cyni, in d. auth. matri & auia. 8. & vltim. quaſt. Hippol. de Marſil. in l. etiamſi reditibus. num. 6 ff. de quaſt. Bal. §. nos autem. col. 10. & 12. Inſtit. de Attil. tut.* amplius etiam voluit idem Bald. *in d. auth. ſacramentum*, quòd ſi mater depoſuerit tutelam, quia ſit nuptura, nec tamen nubat, adhuc non poſſit tutelam hoc prætextu amiſſam recuperare. Hoc tamen vltimum reprobat Salic. cuius opinio, velut æquior, eſt ſequenda.

OBSERVATIO LXXXIV.

De reſtitutione minoris contra tres ſententias conformes.

1. *Reſtitutio minoris contra tres conformes ſententias, ante executionem non conceditur.*
2. *Contrarium defendit Salicetus.*
3. *Sed prior opinio approbatur ab Alex.*
4. *Et in Camera recipitur, cum diſtinctione adiecta. n. 5.*

FVIT quandoque controuerſum inter Dominos, an reſtitutio concedenda ſit minori, vel Eccleſię, contra tres cõformes ſententias? & ſi concedatur, an executionem impediat? Et Bald. *in l. 1. C. ne lic. ter prouoc. & Alexand. in l. 4. §. condem-*
1. *natum. col. vlt. ff. de re iud. tenent,* † quòd nõ niſi facta plenaria executione, *cle. vt ca-*
2. *lumnijs, verb. plenariè. de re iud.* Salic. † verò contrà ſentit, ex quo reſtitutio datur, etiam vbi appellatio denegatur, *gloſſ. in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. fuer. app. & d. cle. vt calumnijs.* loquitur, quando nullitas proponitur, non quando quis vult iuuari ratione
3. ætatis, vel beneficio ſpeciali. † Alex. *l. 4. §. condemnatum. ad fin. ff. de re iud.* putat opinionem Baldi ſuſtineri poſſe, ex cauſis ibi per eum relatis, quæ & mihi magis arridet, propter præſumtam à iure calumniam, præſumptione admodùm vrgenti, quæ in hac ſpecie ſufficit, *c. ſuſcitata. de in integ. reſtit.* Mylis tamen *in ſuo Reper.* dicit *in verb. executio trium ſententiarum.* contra Bald. ſentire Lauden. *vt refert Card. in d. cle. vt calumniis, & ipſe proſequitur.* In Camera meo tempore Domini non ſemel in reſtitutione ſecuti ſunt opinionẽ † Bald. & Alex. etiam eo non attento, vt 4.
aliquando litium eſſet finis, & ne tot ſententiæ cum tanto diſpendio, labore obtentæ ludibrio ſint. † Interdum tamen et- 5.
iam Salic. opinionem amplexa eſt Camera, quando iuxta caſuum varietatem pręſumptio malitię ceſſabat, & tum frequentiùs concluſum fuit, Saliceti opinionem intrepidè ſeruandam eſſe, quando ex nouis aut antiquis aliquid appareat, quod præſumptionem calumniæ faciat ſilere. *Ad quod videatur Mylis in dicto loco, & in verb. reſtitutio in integ. ad app. & Caſſa. deciſ. 1. tit. de teſt. in integ. item Dd. in d. c. ſuſcitata. & in d. §. condemnatum. præſertim Iaſ. & Ripa. Capel. Tholo. & ibi Aufre. quaſt. 54. Corſ. in ſing. verb. in integ. reſt. & Capy. deciſ. 53.*

OBSERVATIO LXXXV.

De intellectu c. reintegranda. 3. q. 1.

1. *Bartoli intellectus ad c. reintegranda.*
2. *In pari cauſa melior conditio poſsidentis.*
3. *Beneficium c. redintegranda. datur aduerſus titulo poſsidentem, & nu. 4.*
5. *Autoritatibus & textibus prædicta confirmantur, & nu. 6. & 7.*
8. *Ad contraria opinionis fundamenta reſpondetur.*
9. *Remedium c. redintegranda quamdiu duret.*

Spoliatus quomodo agendo & defendẽdo ſpolij in iudiciũ deducere poſsit. vide Hart. Hart. tit. 45 de poſſeſſ. obſ. 7. per tot. vbi tamẽ præſentem non attingit quæſtionem, ſed eam tractat Vvurmſer in Miſcel. obſ. 2. num. 4. Adde Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ 59. A. Reygerſ

TAMETSI Bartol. & ſui ſequaces *in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. & in l. colonis. C. de agri. & cenſ. lib. 11.* itemque Ang. *conſi. 116.* exiſtiment, remediũ Cano. redintegranda. 3. quæ. 1. † non dari aduer- 1.
ſus ſingularem ſucceſſorem poſsidentem cũ titulo, & bona fide, id eſt, ad quẽ ignoranter peruenit res violenta, ſeu vitio aliquo affecta: cùm in pari cauſa † melior ſit 2.
conditio poſsidentis, *l. in pari. ff. de reg. iur. & l. ſine autem. §. ſi duobus. ff. de Publicia.* item neceſſe eſſe, quòd poſſidens habuerit cauſam à vitioſo autore, & ſic res ſit vitioſa, *per text. in d. c. redintegranda. ibi, ſpoliatus vel eiectus Epiſcopus. item, per quaſ-*

cunque iniuſtas cauſas: quam opinionem et á.
Alexand. ſecutus eſt conſil. 118. in prin. vol. 2.
eandémque communem aſſerit Gozadi. conſil.
28. & Pari. conſil. 1. lib. 1. & conſil. 28. lib. 2.
3. † Attamen frequétius vtriuſque ſcholę in
terpretes cenſuerunt contra Bartol. quòd
imò beneficium d. c. redintegranda, com-
petat aduerſus titulo poſſidentem, etiam-
4. ſi res ad eum ſine vitio peruenerit, † nec
ſolum pro recuperanda poſſeſſione rerum
mobilium, ſed etiam immobilium, *vt pro-*
bat. Iaſ. in d. l. rem quæ nobis. nu. 19. vbi alle-
gat ita ibidem communiter Dd. tenere & Ca-
no. omnes in c. cum ad ſedē. & c. ſæpe. de reſti.
ſpo. item Lapus alleg. 52. & Caſtr. in l. &
5. *ideo. ff. de cond. fur.* † atque Alexand.
in d. l. rem quæ no is, quòd ſecundùm hanc
ſententiam in iudiciis ſępenumero iudica-
ri viderit: *quemadmodum & ipſe aliquoties*
ex facto conſultus ita reſpondit, puta conſil.
117. viſo proceſſu in cauſa & lite, & conſi.
199 viſo & diſcuſſo proceſſu lib. 2. Item
conſil. 6. circa proceſſum cauſæ & conſil. 78.
clariſſ. doctor & illuſtriſſ. Dominus lib. 4.
& quibuſdam alijs conſilijs: eandem quoque
ſententiam ſecutus eſt Bart. Soc. conſ. 89. col.
fin. & conſi. 276. col. 5. verſ. 5. videndum eſt
& conſil. ſeq. vbi late de intellectu d. c. re-
dintegranda pertractat. Item Rui. conſil. 44.
n. 1. lib. 4. Afflict. decis. 239. Caſſa. deciſ. 7. de
reſti. ſpol. & Ploc. in rep. l. ſi quando. n. 65.
C. vnde vi, & Maran. in ſuo Spec. 4. part. 7.
diſtinct. nu. 50. & *nou. ſſ. Ripa in d. l. rem.*
quæ nobis. nu. 27. & Cora. in l. naturaliter. §.
nihil commune. nu. 66. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi
hanc eſſe veritatem & magis communem
6. fatentur. † Et pro iſta communi opinione
(quam in iudicando Cameræ Aſſeſſores
aliquot vicibus meo tempore obſeruá-
runt) *vt mè facit text. in d. c. redintegranda.*
in verb. per quaſcù que iniuſtas cauſas: qui
textus concedit generale remedium a-
mittentibus poſſeſſionem ex cauſa iniu-
ſta: & ex parte perſonarum paſſiue, contra
quas indulgetur, loquitur imperſonaliter.
7. † Ad idem facit text. *in c. cum Eccleſia 3.*
quæſt. 2. qui ſimiliter in genere concedit
hoc remedium, aduerſus quoſcunque
poſſidentes res, contra voluntatem ſpo-
liati. Cùm ergò generaliter loquatur, ge-
neraliter debet intelligi, vt maximè ali-
quid inducat, & non loquatur in caſu a-
liâs per multa iura prouiſo, *l. quod Labeo.*
ff. de Carb. edi. l. Domitius. ff. de teſt. & c. cum
in iure. de offi. deleg. † Nec aduerſatur huic 8.
ſententię textus *in d. l. ſiue autem. §. ſi duo-*
bus. in quo Bart. vbique ſe fundat: quia is
in poſſeſſorio loquitur, quando actor ſim-
pliciter ſe fundat in poſſeſſione, quam ſe
dicit prius habuiſſe, ab eaque ſine cauſa
cecidiſſe: tunc debet obtinere in poſſeſſo-
rio, in quo petit ſe reſtitui, cùm ſpoliatus
ante omnia ſit reſtituendus, nec ſibi obſtat
exceptio tituli ſeu dominij *l. ſi quis ad ſe*
fundum. C. ad l. Iul. de vi. & ſic tunc non
debet eſſe potior conditio poſſidentis,
propter antiquiorem poſſeſſionem agen-
tis, qui ſine cauſa ab ea cecidit, ideoque
ante omnia redintegrari debet. *Ita elegan-*
ter post Alex. reſpondet Iaſon *in loco ſupra*
citato: ad quam reſponſionem benefaciunt
verba Bart. in l. vlt. col. 14. C. de edi. di-
ui. Adr. *tol. quæ Alex. in d. l. rem quæ nobis*
ad verbum refert. quib. adde Bal. in l. quo-
ties. C. de rei ven. & Io. And. in Add. ad
Spec. t. t. de cauſa poſſ. & propr. §. nunc vi-
dendum, in vlt. col. quæ omnia velut ſingula-
ria commendata habeas. † Illud etiam valde 9.
controuertitur à Dd. vtrum prędictum
remediũ canonis redintegranda. 3. quęſt.
1. duret ſolùm ad annos triginta, vel e-
tiam vltrà perpetuò detur? *vt per eos in d.*
l. rem quæ nobis & ibi. Soci. quæſt. 8. & in
c. ſollicitè de reſtit. ſpoliat. vbi gloſſ. dicit,
non excedere triginta annos: atque Bald. in
tract. de præſcrip. in 4. parte, quæſt. 24.
hanc eſſe communem. Alij verò putant,
quòd perpetuò duret, etiam vltra tempus
prædictum, ſine præfinitione tali. *Verùm*
de hoc latius vidēdi ſunt interpretes in loc. ſu-
pra allegatis: & præſertim Caſſa. deciſ. 6. ti-
tul. de reſt. ſpoliat. fol. (mihi) 131.

OBSERVATIO LXXXVI.

Citatio vnica in l. diffamari, in iudicio an ſufficiat?

1. *Vnica citatio in caſu diffamari videtur ſufficere.*
2. *Contrariam opinionem æquiorem Camera recepit.*
3. *In caſu l. diffamari de pleno præiudicio tractatur.*
4. *In cauſis magni præiudicij vnica citatio non ſufficit, & num. 5.*

In quibus caſibus non poſſit omitti citatio vna pro omnib. vide Vvormſ tit. 6. de citat. obſ. 2. num. 5.

Magna

Gail. 1. obſer. 86. nu. 4. Couarr. var. reſolu. lib. 1. c. 18. n. 2. lim. vt Ioſeph. Lud. deciſ. 32. nu. 6. Raudenſ. de Analog. c. 33. num. 186. A. Reyger.

MAGNA eſt inter Dd. concertatio, an ad hoc vt in iudicio l. diffamari, C. de ing. manu. ad ſententiam procedi poſſit à Iudice, ſemel tantum diffamâtem citatum, eique terminum aſſignatum fuiſſe ſufficiat, an verò ſecũdaria citatione opus ſit? † nam vnicam ſufficere docet gloſſ. *aperte in Nouel. de hæred. & Falcid. §. ſi quis*
1. *autem non implens, in verbo, admonitus. quam opinionem multis firmat Roman. in l. quamdiu. nu. 12. ff. de acquir. hæred. quem ibidem ſequitur Aret. col. 6. communem hanc aſſerens: ſicut idem etiam voluit* Alexan. *in l. fin. ff. de ſer. cum alijs, quos ib. in 3. col. Iaſon. refert, & in hoc rationes Roman. comprobat, Felin. in c. ex literis. col. 5. de conſti. & eandem &* Dec. *ſequi videtur in l. fin. col. 17. C. de edi. diui* Adrian. *tol. & Hieron. Cag. in d. l. diffamari. ſicut & eam in praxi ſeruari finaliter contendit Hier.* Schurff, *con-*
2. *ſil. 75. quæ prædicta. cent. 1.* † Alij contra vnicam monitionem non ſufficere, ſed vlteriorem neceſſariò requiri autumant, quam ſententiam, velut æquiorem, rationique magis conſonam, Imperialis iudicij Aſſeſſores non ſemel comprobârunt.
3. † Cum enim in dictæ l. diffamari iudicio, de priuatione iuris ſui, & ſic de pleno ac magno præiudicio agatur, vt videlicet quis excludatur ab agẽdo, vel accuſãdo, & citato non cõparenti perpetuum per Iudicem imponatur ſilentium, diffamatuſque, vt reus, ab obſeruatione iudicij in poſterum penitus abſoluatur: meritò ſecũdaria citatione opus eſt, *arg. l. properandum. C. de iudi. & per gl. in §. ſi quis non implens. verbo admonitus in Nouel. de trien. & ſemiſ. Alex. con. 108. vol. 1. & gl. in cle. ſæpe. ac verb. ſignif. Imm. in c. ad petitionem de accuſ. & c. conſuluit, vbi etiam Abb. in 4. de offi. deleg. Bal. in d. l. diffamari. circa fi. verſ. & nota hanc interloc. Myles in ſuo reper. verbo, actor agens.*

Hæc ratio à Domino Gallio citat. loco quoque eſt appoſita cui & hæc commode addi poteſt: nimirum quòd vbi quis debet priuari iure vel re ſua, bina monitio Iudicis ſemper præcedere debet. Capyc. deciſ. 105. per tot. Raud. n. 186. A. Reyger.

4. † Et hanc ſententiam, quod quoties de pleno agitur præiudicio, Iudex nõ poſſit perpetuum ſilentium imponere, nec quẽquam iure ſuo priuare, niſi præcedente bina monitione, comprobârunt etiam Bart. *in l. Titia. n. 7. de verb. oblig.* Franc. de Aret. poſt Rom. *in l. quamdiu. ff. de acqu. hæred. Ang. de Peruſ. in dicto §. ſi quis autem non implens: quem refert & ſequitur Ang. in rub. Inſtit. de except. in 9. qu. ver. vnum tamen tene mente. & in tract. maleſ. in gl. verbi, nec non ad querelam Titij. col. 4. verſ. vnum tamen ſingulariter. Felin. c. pen. col. 4. ver. ſecundo not. de iud. & latius in d. c. ex literis. ver. fallit 9. de conſt. Card. Alexand. c. cum in tua. qui matri. accuſ. poſ. Cep. caut. 110. quando aliquis. Iaſ. d. l. rem quæ nobis. ad fi. de acq. hæred. item in l. 2. vbi etiam Fran. Purp. num. 53. Aquen. col. 2. Curt. col. 3. & Ripa col. 5. C. de eden. & c. fin. in 3. not. 4. limit. vbi in hanc ſententiam plures enumerat. ff. de ſer.* † *Et ſe-* 5.
cundum hanc eandem ſententiam deciſum quoque iudicatúmque fuiſſe per concil. Neapol. aſſerit Matth. de Afflict. deciſ. 264. nu. 3. & quem in hoc refert & approbat Boer. deci. 255. num. 9. 10. & 11. Itemque Hier. Schurff, *con. 34. cent. 1. quam etiam à Dd. crebriùs approbatam eſſe in d. l. 2. C. de eden. Oldr. in explicatione. d. l. diffamari, ab omnibus inferioribus iudicijs atteſtatur: vt merito in iudicando ſequenda ſit.*

OBSERVATIO LXXXVII.

Inhibitio an & quando permiſſa ſit, & quid in hoc obſeruet Imp. Cameræ?

Gail. 1. obſer. 144. Appellationis Iudex quid faciet, antequam appellationem recipiat, & inhibitionem emittat. Hart. Hart. tit. 19. de appella. obſer. 17. n. 1. 8. 9. 10. A. Reyger.

1. *Iudex ante inhibitionem de veritate appellationis cognoſcit.*
2. *Cognitio, an ſit Iudex, omne iuriſdictionis exercitium præcedit.*
3. *Iudex certus de iuriſdictione inhibitionem ſuſpendit.*
4. *Ad ſimulam appellationem inhibitio non decernenda.*
5. *Inhibitio parte citata decernitur.*
6. *Inhibitio illegitima nihil operatur.*
7. *Stylus Cameræ in decernendis inhibitionibus.*

QVANDO Iudex, ad quem eſt appellatum, poſſit inhibere, ſiue à diffinitiua ſiue ab interlocutoria appellatum ſit, *tractatur in cap. non ſolum. & cap. Romana. §. ſi verò. cum §. ſeq. de appellat. libro 6.* nempè cum de deuolutione conſtat: item in interlocutorijs, † cũ iudex recepta appel- 1.
latione ex cauſa ſaltem probabili de veritate eius incipit cognoſcere, id eſt, iam deuoluta & accepta cauſa appellationis, *vt pulchrè per Fran. de Aret. conſ. 20. c. l. 3. & conſil. 33.* vbi dicit, ante citationem appellati, & receptionem appellationis non

eſſe inhibendum,quia cognitio,an ſit Iu-
dex, † debet præcedere omne exercitium
2. iuriſdictionis:*c.ſuper literis, extra de reſcri.*
Vnde quando in puncto competentiæ
obiicitur dubietas, quòd iuriſdictio red-
3. ditur dubia,† interim non eſt inhibẽdum,
donec cognoſcatur de iuriſdictionis ve-
ritate,*prout factum fuit in cauſa Philippi de*
Hamal, *contra relictam viduam N.*Struels,
iuxta Innoc. in cap.dilectus. de præſcrip. vbi
generaliter refert, quòd Iudex appella-
tionis pendente cognitione,an appellatio
ſit recipienda,nunquam inhibere debeat.
4. † Similiter quando eſt appellatum in ca-
ſu,in quo appellatio prohibetur, vel quia
cauſa eſt iniuſta, vel appellatio friuola &
fruſtratoria: non debet Iudex ad quem,
inhibere,niſi prius adhibeat cauſæ cogni-
tionem,ſuper iuſtitia appellationis, aliàs
inhibitio non valet:*Spec.tit.de appell.§.de
officio. ver.ſed quæritur. & Feli. c.dilectus.
2.col.pen.de reſcrip.per text.in d. c. Rom. §.*
5. *ſi verò.& §.ſi autem. & ib Gemi.* † Item
ſemper debet fieri inhibitio parte citata,
aliàs non valet, *vt per Alex.con.91.col.pen.
lib.2.& eundem in l.Titia.in fin. ff. ſol. ma-
trim.* vbi dicit hanc eſſe communem opi-
nionem,*item in l.4. §. condemnatum. col.4.
ff.de re iudic.& Iaſ.in l.ſi opus,ff.de no.oper.
nunc.* Vnde dicit ſingulariter Abb. *in c.
cùm veniſſent.in 4. not.de reſtitut.in integr.*
6. †quòd inhibitio Iudicis, contra ius facta,
non inducat nullitatem actus poſteà ge-
ſti.*Et de prædictis vide etiã Hier.* Schurpff,
*con. 60. ver. 3. deciſio.cent.*1. † Verùm in
7. Camera quoties de iuriſdictione ſaltem
ex narratione appellantis cõſtat, inhiberi
ſolet,ſiue à definitiua, ſiue ab interlocu-
toria(modo appellabili) prouocatum ſit:
& quãdo poſt inhibitionem procedit Iu-
dex à quo, illa tanquam attentata reuo-
cantur.*Vide latè de hoc Spec.tit.de appell.§.
officium iudicis ad quem, & §.ſeq. vbi mate-
riam attentatorum vbertim tractat, licet ſa-
tis confusè.Et quando attentata debeant re-
uocari,& in libello peti,vide Bar.in l.chyro-
graphis. §. adeò. ff. de admin. tut.& Guid.
Pap.con.4.& conſi.66.num.6.& 7.*

ADDITIO.

Adde caſum extraiudicialis appellatio-
nis, vbi inhibitio decernitur, *ehe vnd
zuuor die* Iuriſdiction *vnd* appellation
gnugſam fundirt *vnd* iuſtificirt *vor der
Kriegsbeſeſtigung, oder zum wenigſten ehe
der Gegentheil darüber gehört,* prout nouiſ-
ſimâ conſtitutione Imperij Anno 94.Ra-
tisbonæ ſancitum eſt. *A.Reyger.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

*De interlocutoriarum differentijs, &
quando dicantur habere vim diffini-
tiuæ, vel non?*

Gall. 1. obſer. 130 num. 6.& obſ. 129. vide Mart.Hart tit. 19.de appella. obſ.23. num.5. A.Reyger.

1. *Ordinationes Cameræ diſtinguunt inter
ſententias interlocutorias.*
2. *Ad Fel.Mar.& Specul.lector remitti-
tur.*
3. *Quanam interlocutoria vim definitiuæ?
& num.4.*
5. *Sententia deſertionis, & abſolutionis ab
inſtantia,an ſint meræ interlocutoriæ?*

HAVD rarò in Ordinatione Cameræ 1.
reperias diſtingui, inter interlocuto
rias continentes irreparabile grauamen
per appellationem à definitiua,& interlo-
cutorias habentes vim definitiuæ, *vt tit.
29.§.3.& 4.in ſecund.part.& tit.31.§.11.&
§.12.in tertia parte: ad quod pulchrè facit,
quod ſcribit Franc. Aret. conſi.20. incip.in
quæſtione & cauſa Barnabas.* † Vt ergo 2.
ſcias,quę ſint iſtæ interlocutorię habẽtes
vim definitiuę,quomodo cognoſcãtur,ac
eorũ plura exẽpla, adeundũ conſulo Feli.
*in rubr.de re iud. & nouiſſ. Rob. Maran. in
Spec.iudi.in tertia parte 6.partis princ.num.
42.& aliquo. ſeqq.fol.(mihi) 236.vbi aliquot
concluſionibus id pereleganter declarat.* † Tu 3.
dic,quòd omnis interlocutoria, quę non
ſperat aliam ſententiam poſt ſe, vel per
quam finitur officiũ Iudicis, aut quę diſ-
finit vnum articulum ſubſtantialem cauſę
principalis, dicitur habere vim diffiniti-
uę: tales ſunt ſẽtẽtiæ abſolutionis ab in-
ſtantia,vel obſeruatione iudicij,appella-
tionem eſſe deſertam,de præcepto ſoluẽ-
do,de ſecundo decreto, item competen-
tiæ,reuocationis attentatorum,de proce-
dendo,vel non procedendo in cauſa:item
exceptionem peremptoriam obſtare, vel
non,probatum eſſe, vel non,& ſi quę ſunt
prædictis ſimiles. † Licet enim ſequatur 4.
& ſperetur aliquando alia definitiua,
tamen

tamen hæ feruntur ſuper eo, in quo pendet victoria cauſæ. Afferunt enim, vel parant præiudicium ſuper toto negocio, vel ſuper aliquo fundamento principali, & ſubſtantiali ipſius negotij: Et hoc etiam importat nomen ipſum, quòd ita præiudicet, ſicut definitiua. *ita eleganter Bald. in l.1.C.quand. prouoc. non eſt nec. Bart. in l. Titia. ff. de verb. obl. Fran. Aret. dicto conſi.*
5. 20.† vbi tamen in ſententia deſertionis & abſolutionis ab inſtantia, contrariũ tenet, ſcilicet quòd ſint meræ interlocutoriç. *de cuius dicti veritate vide etiam Guid. Pap. deciſ. 11. & 220.* vbi diſtinguit, an fuerit appellatum ab interlocutoria, vel diffinitiua, quaſi priori caſu deſertionis ſententia dicatur interlocutoria, cùm ex tali deſertione appellationis non imponatur finis negotio principali: altero verò fit definitiua, cùm negocium principale prorſus diffiniat & perimat. *Ad prædicta vide etiam, quæ habentur apud Philip. Fran. poſt cæteros in c. cum ceſſante. de appell. Bart. Alexand. & alios in l. quod iuſſit. ff. de re iudi. Alexand. in rubr. ff. eod. titul. vbi hæc latiùs examinantur.*

OBSERVATIO LXXXIX.

Appellationem in Camera non recipi, niſi ſumma excedat 50. aureos, quomodo ſit intelligendum.

Gail. 1. obſer. 135. Inf. obſer. 40. centu. 4. & obſ. 85. cent. 5. Deuolutio cauſſæ per appellationẽ ad Iudicem ſuperiorem impeditur multis modis, quorũ quinque recenſet Hart. Hart. tit. 39. de appell. obſ. 17. nu. 1. & ſeqq. Vbi tamẽ cauſſæ illius, quæ hic ab auctore affertur, mentionem nullam facit. A. Reyger. Supra obſ. 21. hac ipſa centuria.

CONTINETVR inter cætera in Ordinatione, cauſas inter ſummam quinquaginta florenorum per appellationem non deuolui ad Cameram, *vt habetur tit. 28. §. 4. in 2. part.* Hodie tamen hæc ſumma in Comitiis Imperij, *anno* 1570. Spiræ habitis ad centum & quinquaginta florenos extenſa eſt, *ſicut ex receſſu Comit. conſtat, pagi. mihi.* 19. nec amplius in Camera appellationes recipiuntur, niſi hanc ſummam 150. aureorum cauſæ excedant, vel certè compleant. Et hoc adeò verum eſt, quòd etſi pars appellata de hoc nihil oppoſuerit, Iudex tamen, ſi intelligat cauſam non excedere prędictam ſummam, eam nihilo magis acceptare poſsit. Sed pone aduerſarium nihil de hoc oppoſuiſſe ante litis conteſtationem, ſed litem conteſtatam fuiſſe, an nihilominus poſteà opponere queat? Et id eum poſſe, fuit iudicatum *in cauſa Ioannis VVolffgangi de* Haſperg, *contra Eccardum* Rauſchen, & rectè, cum tali caſu iuriſdictio Cameræ deficiat. quemadmodum idem in deſertione appellationis obſeruari alibi diximus, ſi ea ex actis appareat: quia enim poſt litem cõteſtatam, & vlteriorem proceſſum non pronunciatur in principali, ſed tantùm quòd ſit deſerta propter defectum iuriſdictionis: *prout obſeruarunt Domini meo tempore in cauſa* Dobeneck, *contra* Schotten, *& in cauſa Ioſephi* Hornling, *contra* Hoya die Becker, *quinto Martij, anno* 1550.

OBSERVATIO XC.

De citatione illegitimè executa.

Gail. 1. obſ. 54. & obſ. 58. Citatio non fit ad alium finem, niſi vt citatus compareat. Vnde illegitima per comparitionem citati conualidatur. Vvurm. tit. 6. de citat. obſer. 14. A. Reyger.

1. *Comparens ad citationem illegitimè executam, termini circumductionem fruſtra petit.*
2. *Citatio inualida per comparitionem citati conualeſcit.*
3. *Aduerſus actorem non comparentem proclama conceditur.*
4. *An idem proclama contra reum concedatur? & num. 5.*

ALIBI dictum eſt obiter, ſi citatio ſit illegitimè executa, & nihilominus cõpareat citatus, licèt ſe nolit intromittere, ſed excipiat de illegitima citatione, † petátque terminum pro circumducto haberi: quòd nõ attenta illa exceptione, acceptari ſoleat in Camera comparitio, & citans admitti ad proſecutionem cauſæ, ſi formaliter in cauſa procedat: *ita decretum in cauſa Matthia* Cackler, *contra ciuitatem Haganoenſem.* Et videtur ratio: quia non eſt opus alia executione, vel citatione, ſi aduerſarius fateatur ſe citatũ, licet illegitime, † quia citatio inualida conualidatur per ſubſecutam cõparitionem, *vt ſupra cent. 2. obſer.* 18. *annotauimus*: & citatio etiam illegitima, quæ ad notitiam partis peruenit, perinde arctat, ſicut legitima, *per text. in clem. cauſam. in fin. de elect. & Roma. conſil. 410. faciunt not. in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iud.*

Et infra cent. 4. obſ. 94.

(margin numbers: 1. beside "ne, † petátque terminum"; 2. beside "tatũ, licet illegitime, † quia")

Canoniſta in c. ſuper literis. de ſcript. & in c. cùm in iure. de offic. deleg. Alexan. in l. 4. §.
3. *meminiſſe. ff. de no. ope. nunc.* † Obſerua etiã circa hoc, quòd ſi illegitima executio, vel inſinuatio citationis facta eſt, & citatus nihilominus compareat, citans verò non: tunc citatus petere poſſit proclama contra citantem non comparentem:
4. † licet ipſi actori, qui citationem obtinuit, denegaretur aduerſus citatum emanentem, ſi defectus appareat commiſſus in citatione.
5. † Sed cur tam variè? quia diuerſa ratio eſt illegitimæ executionis inter citãtem & citatum: citãs enim, qui ſcilicet culpoſus eſt in citando, ſi nõ compareat, meritò contumax cẽſetur: ſed comparitio aduerſarij citati ſibi & non ſuo aduerſario proficere debet: quia eiuſdem non comparitio ſibi non noceret, ſi non compareret, vel fateretur de citatione tranſmiſſa. *Et ita quandoque decretum eſt proclama, ad inſtantiam illegitimè citati N.* Mager, *comparentis aduerſus F.* Magern, *actorem non comparentem in termino.*

OBSERVATIO XCI.

Fiſcus ſuccedit nato ex inceſtuoſo coitu.

De liberis natis ex damnato coitu quomodo nec patri nec matri ſuccedant, Hart. Hart. tit. 37. de alimen. obſ. 3. num. 1. & 2. A. Reyger.

MORTVO eo, qui natus eſt ex damnato coitu, ſine liberis, non admittũtur eius fratres vterini & ſorores, etiam ex legitimo matrimonio procreati, ſed ſuccedit Fiſcus, aut alius temporalis magiſtratus, *prout tenet Matheſil. in tract. de ſuc. ab inteſt. & Angel. Aret. in §. vulgò quæſitos.* Inſtit. *de ſucceſ. cogn. Et quamuis Nicol. de Vbal. in ſuo tract. contrarium doceat, tamen pro priori opinione iudicatum fuit in Camera in cauſa appellationis Georgij* VVeberg, *contra Fiſcalem Patauienſem, & Fiſcalis admiſſus ad probandum, defunctum fuiſſe conceptum ex inceſtuoſo coitu, die* 20. Apr*ilis, anno* 1540. Cæterùm qualiter Spurij ſiue Baſtardi de iure ſuccedant patri & matri, vel aliis agnatis & cognatis, vide text. & Dd. *in authent. ex complexu. C. de inceſt. nupt. text. in §. vltimò ſiquidem. Nou. quib. mod. nat. effi. ſui. text. in auth. licet. & ibi Dd. C. de natur. liberis, & §. nouiſſimè. ibi Por. Fab. & Aret.* Inſtit. *ad Orphit. & Mattheſil. in tract. de ſuc. ab inteſt. num. 1. in prin. art. Lud. Bolog. in add. 1. & ſeq. & Guid. Pap. deciſ. 280. Ioan. Fab. & alios in auth. ſi qua illuſtris. C. ad Orphi. & Roma. conſilio* 232.

OBSERVATIO XCII.

Impedimenti probatio qualiter fieri debeat.

1. *Impedimentorum ſpecies variæ ponuntur.*
2. *De impedimentorum probatione opiniones tres.*
3. *Impedimentum quando per iuramentum probetur.*
4. *Iuſtum impedimentum quodnam dicatur.*

Adde Maſcar. de probat. cõcl. 804. Seraphin. de priuilegio iur. vid. Hart. Hart. ti. 19. de appella. ob. 11. nu. 2. & tit. 11. num. 8. vtrobique remiſſiuè. Et plenius d. tit. 11. de dilat. ob. 4. nu. 15. A. Reyger.

FREQVENTER & hoc controuerſum fuit, ſi alteruter litigantium alleget impedimẽtum aliquod, propter quòd non comparuerit, vel appellationem intra tempus debitum non introduxerit, aut teſtes ſuos intra terminum ſibi præſtitutum non procurârit examinari, aut inſtrumenta ſua non produxerit propter niues, † pluuias, inundationes aquarum, aut propter peſtẽ in domo ſua, vel etiam generaliter in loco ſæuiẽtem, aut aliàs quomodo libet ſe impeditum fuiſſe, aſſerat, an ſtari debeat ipſius iuramento, quoad probationem talis aſſerti impedimenti? *Hac in quæſtione* Ioannes *And. in c. 1. de dolo & contumacia, ac lib. 6. varias opiniones recenſet.* † Nam plerique tale impedimentum probandum eſſe per teſtes, vel inſtrumenta: Alij iuramentum ſufficere aiunt, maximè cum vno teſte: Alij denique hoc Iudicis arbitrio relinquunt, vt is conſiderata qualitate perſonæ & modo impedimenti, aliiſque adminiculis, vel plenam probationem exigat, vel deferat iuramẽtum: & hanc poſteriorem ſententiam tãquam magis æquam probant Ioan. And. *loco ſuprà citato, Archid. & Petr. de Anchar. ibidem, quibus adde Guid. Pap. deciſ. 64. & deciſ. 105.* † In hac varietate Domini Aſſeſſores ſic diſtinguebant: quòd vbi aliter impedimentum probari non poſſet ob loci diſtantiam, vel aliàs, tum inſpecta cauſæ & perſonæ qualitate ſtandum ſit iuramento: ſin verò aliter probari poſſit, allegans

allegans tamen impedimentum aſſeueret,
ſe illud aliter, quàm mediante iuramento
probare non poſſe, tunc non ſolùm conſi-
derari debeat honeſtas perſonæ, ac quali-
tas & quantitas cauſæ, verùm etiam pon-
derari modus impedimẽti, & fama, ac alia
4. adminicula, &c. † *Quod autem dicatur iu-
ſtum impedimentum. Vide gl. in c. quàm ſit.
verbo, iuſto impedimento. de elect. lib. 6. & M.
Ant.* Bart. *in tract. de Vti. conti. c. 4. per to-
tum, vbi de impedimento ex facto appellantis,
ex facto iudicis, ex facto appellati, ex facto ap-
pellantis & appellati ſimul, & ex facto tertij
prouenıente, an & quando tale tempus cur-
rat?*

OBSERVATIO XCIII.

Hartm. Piſt. lib. 2. q. 31. n. 5. obſ. 17 per to. Hart Hart. ti. 54. de feud. Limit. vt Curt. par. 1. membr. 2. 43. Item per tradita à Schradero p. 7. c. 6. n. 1. in tract. feudal.

*In feudis aſcendentes nõ ſuccedunt deſcẽ-
dentibus, excepto vno caſu, in quo feu-
dum à filio ad patrem reuertitur.*

NOTUM eſt, quòd ex feudali conſue-
tudine aſcendentes in ſtipite nõ ſuc-
cedant filijs ſeu nepotibus, *iuxta c. 1. de
nat. ſucceſ. feud.* Ætiologia eſt: quia ſi feu-
dum ſit antiquum, impoſſibile eſt patrem
filio ſuccedere, vel auum aut proauũ, &c.
cùm feudum à patre vel auo prędefunctis
in filium defluat, ſi autem feudum nouum
ſit alicui conceſſum, eo ſine deſcendenti-
bus decedente, feudum ad Dominum re-
uertitur, non ad patrem vel auum, contra
Romanas leges, *d. c. 1.* Excipe tamen caſum
(in Camera Imperiali, cùm ex facto inci-
diſſet, ſic determinatum) vbi feudum anti
quum ad patrem à filio reuertitur: vt ſi pa-
ter in filiorum fauorem feudo renunciet
& filij poſteà, patre ſuperſtite ſine liberis
moriantur, quia feudum ad patrem redi-
bit, *ſecundum Iac. de Ardizo. in tit. de ſuc-
ceſſ. feud. §. aſcendentes quem Præpoſitus in
c. 1. de Vaſal. decrepit. ætat. allegat & ſequi-
tur Zaſ. in Vſibus feud. tit. de ſucceſſ. feud. in 1.
concl.*

Et hoc caſu feudũ manet paternum, & non fit nouũ Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 6. c. 2. num 14. in Syntag. iur. A. Reyger.

OBSERVATIO XCIV.

Add. Schrad. par. 7. c. 7. nu. 16. in tractat. feud. Hartm. Hart. tit. 43. de ſucceſſ. obſ. 10. n. 1. & obſ. 11. n. 6. Vbi dat Regulam, Collaterales ſemper ſuccedere in capita. Excepto vno caſu, quo fratrũ filij, cum patruo ſuo vel fratre defuncti concurrũt. A. Reyger.

*Fratrum filij an in ſtirpes, vel capita ſuc-
cedant patruo in feudis?*

1. *Filij fratris cum patruo concurrentes in
ſtirpem ſuccedunt. & n. 6.*
2. *Fratrum filij vtrinque concurrentes
ſuccedunt patruo in capita.*
3. *Hæc doctrina inter iuris interpretes val-
dè controuertitur.*
4. Caroli *V. hac de re conſtitutio.*
5. *Tranſuerſales eiuſdem gradus in capi-
ta ſuccedunt.*

ILLUD extra controuerſiam eſt, in feudo
paterno, ſiue antiquos filios fratris defũ-
cti, loco patris eorum, cum patruo in ſtir-
pem † ſuccedere, ſicque tantam aſſequi 1.
debere portionem, quantam eorum pa-
ter, ſi in humanis eſſet, conſequeretur, *ca.
1. §. hi verò, ibi Aluar. in Vl. quæſt. de gradi-
bus ſucceſſ.* Sed an ſi vaſallus defunctus
nullum fratrem, ſed vtrinque fratrum fi-
lios reliquerit, an hi in ſtirpem, an verò in
capita ſuccedant? mirabiliter confligan-
tur Interpretes. *Nam Bald.* † *in c. 1. de* 2.
feud. ſucceſſ. cenſet, eos in capita inter ſe
ſuccedere: *allegat. c. extrauagans*, quod
incipit, decedente fideli abſque liberis.
Verùm quia hoc capitulum dubiæ auto-
ritatis eſt, *iuxta gloſſ. ſingularem in cap. ſatis
benè. de probib. feud. alien. per Lotha.* Ideò
alij cenſent, hanc dubitationem ex iure
communi reſoluendam eſſe, *iuxta c. 1. de
feud. cognit.* † At iuris ciuilis Interpretes 3.
hoc in themate magna ſemper contentio-
ne, & grauiſſimis in vtramque partem ra-
tionibus diſputarunt, alijs exiſtimantibus
fratrum filios patruo defuncto in capita,
alijs in ſtirpes, parentum loco ſuccedere,
*Vt per eos in auth. ceſſante, & l. lege 12. tab.
C. de legit. hered. §. hoc etiam. Inſtit. de
leg. agn. ſucceſſ. Ang. latiſſimè in §. cum filius.
Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. def. l. poſt conſan-
guineos, §. agnati. ff. de ſuis & legiti. & mul-
tis alijs in locis.* † Verùm hanc diſputatio- 4.
nem Carolus V. Imperator in Comitijs
anno 1529. Spiræ habitis, aſſentiente ſena-
tu Imperij ſubſtulit, ſanciendo, filios fra-
trum inter ſe partiri debere hæreditatem
patrui in capita, non in ſtirpes: ita vt quot
ſint capita, tot etiam fieri debeant hære-
ditariæ portiones. Et rectè ſane. † Eſt enim 5.
firma & indubitata iuris regula, quæ di-
ctat, omnes tranſuerſales eiuſdem gra-
dus, ad ſucceſſionem in capita vocari *d.
l. lege 12. tab. & l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis
& leg.* nec verum eſt, fratrum filios hoc

Digitized by Google

ſpecie patris perſonam repręſentare, eiúſve perſona nitiŭ: nã ſuopte ſucceſſionis iure ſuffulti, nõ ex patris, ſed ex propria ſua perſona vocantur, vt meritò tot fieri partes hęreditarię debeant, quot ſunt perſonæ. Iniquiſſimum enim eſſet, ſi pari gradu coniunctę, ſed multiplicatæ ſoboli, naturalis ſucceſſionis commodũ adimeretur, data illis prę rogatiua, qui non gradu coniunctiores, ſed numero eſſent pauciores: cùm alioqui per rerum naturam inter pares non cadat quid præcipuum, ſed pares
6. meritò pari debeant iure cenſeri. † Diuerſa autem eſt ratio, quoties nepotes cũ patruis vocantur ad ſucceſſionem: nam cùm gradus coniũctione à patruis ſuperentur, &, mediante paternę repręſentationis beneficio, ad ſucceſſionem patrui admittantur, §. *ſed & ipſis. Nouel. de hered. ab int. ve.* non mirum, ſic tunc nequeant plus conſequi, quàm habiturus fuiſſet pater, cuius innixi perſonæ vnà cum patruis admittũtur, at in ſuperiori ſpecie non vlla patris repræſentatione, ſed ſui iuris robore innixi, & æqualiter defuncto coniuncti, æqualem quoque in capita merentur ſucceſſionem. Cum ergò hoc iure hodie ex Carolina conſtitutione in rebus alaudialibus vtamur: idem quoque in ſucceſſione feudali intrepidè dicendum erit: atque in hanc ſententiam meo tempore determinatum eſt in Camerâ.

OBSERVATIO XCV.

An dies ſolutionis interpellet pro homine?

Add. Gab. li. 3. R. de ſolut. concl. 9. Vide deciſ. Teſſaur. Deciſion. 211. Regulariter debitor omnis antequam in iudicio cõueniatur debet interpellari extraiudicialiter, VVurmſ. titu. 6. de citat. obſer. 11. n. 1. Et de præſenti quæ. vide Hartm. Hart. tit. 27. de creditorib. obſ. 3. nu. 6. A. Reyger.

1. *Mora ſine interpellatione non committitur.*
2. *In obligationibus ad certum diem dies interpellat pro homine.*
3. *Limitatur prædicta doctrina.*
4. *Dies termini an in terminum computandus?*

QVAMVIS regulariter requiratur † interpellatio ad inducendam moram, *iuxta Hippol. de Marſil. ſingul.* 147. *& ſing.* 341. attamen quãdo facta eſt promiſſio ad certum diem, tunc dies † ſemper interpel-
1. lat pro homine, & debitorem conſtituit in
2. mora, ſine alia interpellatione, *per l. magnam. C. de contrah. & com. ſtip. l. traiectitia. §. de illo, ff. de actio. & oblig.* ita vt mox poſt lapſum diei ſolutioni deſtinatę, incipiat curſus vſurarum: *text. & gloſſ. ſing. l. ſi mora. ff. ſol. matrim. & gl. l. ſi duo, §. fi. ver. cõſtitutus de conſt. pec. & Bar. in l. ita ſtipulatus, 2. q. 1. ver. 3. eſt videndũ, ff. de verb. oblig.* Hæc tamen regula inter cætera ſingulariter † li- 3.
mitatur non obtinere, nec diem ſolutionis faciendæ in certo loco, debitorem cõſtituere in mora, quando creditor & debitor ſunt diuerſi fori, nec acceſſit ea die creditor ad locum deſtinatum ſolutioni, vt reciperet: *per text. eleg. in l. ſi in diem, in princ. ff. de condit. & demonſt. & Bart. in l. item illa, ver. eadem ratione, ff. de conſt. pecun.* Si tamen ſolutio fieri deberet reſpectu alicuius rei, putà pro canone, contra Bart. tenent plerique Dd. *quos refert Alexan. con. 92 in fi. 5. col. vol. 1.* Illud quoque dubitari conſueuit, † an dies termini in terminum 4.
computari debeat, vel minus? nam pleriq. aiunt, alij negant. Verùm in hac varietate opinionum *Caſ. Cantur. in l. diffamari. qu. 14. num. 92.* magis communem dicit, non computari. quod tamen amplia & limita, *vt per Tiraq. de retract. municip. §. 1. gl. 11. n. 20. & aliquot ſeqq. & tangit etiam M. Ant. Bar. in tr. de temp. vti. & conti. c. 3. ſub n. 1. Adde, quæ infrà de eadem quæſtione latius dicam cent. 5. obſer. 15. vbi aliquanto plenius examinabitur.*

OBSERVATIO XCVI.

Ceſſionis reuocatio permittitur ſi ceſſionarius non ſtat pactis.

SI ceſſionarius non ſeruet cedenti conuenta & promiſſa, poteſt cedẽs reuocare ceſſionem, & actionibus prioribus experiri, ac rem ceſſam vendicare, etiamſi interceſſerit vnus de tribus caſibus, *in l. 3. C. de nouat. ſecundum Bal. & Salic. in l. pacto ſucceſſorum, per illum text. C. de pact. At idem videtur caſus in l. 1. C. de donat. quæ ſub. mod. in l. quæro, §. inter locatorem. ff. de loca. iũ c. peruenit, 2. de iureiur. & eſt elegans ac ſingularis limitatio ad d. l. 3.* vt vtilis ceſſionarij præferatur directo cedentis in caſibus ibi poſitis, niſi ceſſio ſit facta ob cauſam, quæ impleta non fuit, *vt dicit ibi Salic.*

OBSER-

OBSERVATIO XCVII.

De emphyteuta canonem non ſoluente.

Gail.2.obſ.51. Filius ob felo niam à patre commiſſam feudo priuari nô poterit, niſi dominus contra patrem adhuc viuentē querelā præparauerit, VVurmſ ti.91. de feu obſ.36. nu.2.& 3. Vbi vide limitationem ſecundā, Niſi patris delictū ſit tale, propter quod ipſo iure feudum amittatur. vide Hart.Hartma. tit.54. de feud. obſ.23. per to. A.Reyger.

1. *Dominus emphyteutam mortuum iure ſuo decidiſſe, declarare non poteſt.*
2. *Dominus de Felonia, Vaſallo viuente, conqueri debet.*
3. *Domino caducitatem non declarante, nec ſucceſſori eius hoc licebit.*
4. *Quod ipſum declaratur plenius.*

QVOD ſuprà *hac eadem cent. obſer. 65.*
dictum eſt, emphyteutam ceſſantem
à ſolutione canonis, nô cadere à iure em-
phyteutico, niſi dominus voluerit & de-
clarauerit ſe velle: † hoc adeò verum eſt,
quòd niſi dominus voluntatem ſuam de-
clarauerit, emphyteuta adhuc viuente, nô
poſſit poſteà aduerſus ipſius hæredē de-
1. clarare: *Ita pulchrè docet Guid. Caſſad. de-
ciſ.2. tit. de locat. & conduc. per iura ibi al-
legata: idémque tenet Petr. de Ferrar. in for.
lib. ad reuo. feud. num.26. & Rom. conſi. 70.*
2. *itémque Fulg. con.4.* † Pari ratione ſi vaſal-
lus commiſerit Feloniam, & Dominus
non ſit conqueſtus ipſo viuente, non po-
terit poſteà eius hęredi de Felonia moue-
ri quęſtio, vtcunque feudū videatur reuer
ti ad dominum: *ita Bal. in d. l. fi. C. de reuo.
dona.* ſubiiciens, quòd vbicunque dicitur
ipſo iure aliquid reuerti ad dominum,
intelligatur, ſi dominus velit, ſic quoque
feudum non eſt filio auferendum ob Fe-
loniam patris, ſi patri viuenti quęſtio mo-
ta non fuerit: *per d. gloſſ. fi. in c. vlt. de donat.*
Porrò quemadmodum pœna emphyteu-
tæ ceſſantis ſoluere non declarata, non
tranſit in ipſius hæredem, ita nec ad ſuc-
3. ceſſorem domini, qui tacuit: † quia ſi do-
minus caducitatem non declarauerit, e-
ius ſucceſſor eam declarare ampliùs non
poteſt: quoniam poteſtas declarandi re-
gulariter non tranſit ad hæredē, nec per-
ſonam egreditur: *gloſſ. eſt elegans in l. idem
Pomponius, §. vlt. ff. de rei vend. Bart. & A-
lex. in l. inter ſtipulantem, §. 1. ff. de verb. obl.*
4. † Quod tamen intelligendum eſt, domi-
no ſciente & valente reuocare: aliàs ſe-
cus. *Atque ita deciſum fuit per Dominos, au-
toritate Cumani conſi. 164. per motiua ibi re-
lata. & l. fin. C. de reuoc. dona. ibi Angel. Bal.
& Salic. & gl. fi. in c. fi. de donat. & per ea,
quæ latè ſcribit Caſſad. d. tit. de locat. & con-
duct. deciſ.3. vbi iura ad nauſeam.*

Gabriel. lib.3. R. titu. de iur. Emphyteut. conclu.3. A.Reyger.

OBSERVATIO XCVIII.

De probatione doli in cauſa fractæ publicæ pacis.

1. *Pœna fractæ pacis ſine dolo non committitur.*
2. *Nec furtum & violentia.*
3. *Cauſa etiam craſſa excuſat à dolo, & num.5.*
4. *Dolus ex præſumptionibus probatur.*
6. Ipſa *violentia probat dolum.*
7. *Accuſato negante Qualitatem fractæ pacis, quomodo in Camera procedatur?*

VT pœna fractæ pacis publicæ infligi
poſſit requiritur verus dolus, † pro- 1.
pter verba (*geſehrlich oder furſetzlich ande-
re zubeſchedigen*) in conditione pacis pu-
blicę (*im Landtfrieden*) expreſſa. Nec id
mirum eſt, † cùm etiam delicta furti, item 2.
vi bonorum raptorum, ſine vero dolo nô
committantur, quę tamen ſunt delicta
priuata, ad hoc ſcilicet, vt ad pœnam pe-
cuniariam dupli vel quadrupli agi poſſit,
*l. 1. ff. de fur. l. 2. §. dolo malo, & §. doli men-
tio, ff. vi bon. rap.* Quare multò magis in i-
ſto publico iudicio ruptæ pacis publicæ
dolus eiuſcemodi deſideratur. Habet ita-
que hîc locū regula, qua dicitur, In caſib.
in quibus lex expreſſum dolū requirit,
† quamuis cauſam ſeu ignorantiam, etiā 3.
iniuſtam & craſſam excuſare à dolo, & per
conſequens à pœna: *quæ regula colligitur
ex l. 1. §. vlt. ff. de abig. l. plagij, iuncta gloſſ. C.
ad leg. Fla. de plagi.* † Probatur tamē quā- 4.
doq; iſte dolus etiam pręſumptiuè ex qua
litate & euidētia ipſius facti: vt ſi appareat
vis publica, coadunatione hominum, ma
nus armata, incendium, inuaſio alieni ter-
ritorij, &c. *vt in ſimili notat. Salic. in l. ſena-* 5.
tus, in fin. C. de his qui ſibi in teſta. † Et li-
cèt cauſa etiam iniuſta ſeu temeraria ex-
cuſet à dolo, non tamen à pœna legis vel
ſtatuti: *de quo vide Iaſo in l. iuſtè poſſidet,
in fin. ff. de acq. poſſ. & Iul. Clarum in §. vlt.*

Gail. lib.2. obſ.7. nu.6.7.12. & 13. de pac. pub. A.Reyger.

Digitized by Google

pract. crim. quaeſt. 6. n. 22. aliàs pax publica &
6. eius pœna penitus eluderetur, † Ipſa violentia probat dolum, *l. 1. §. doli. ff. vt bon. rap. Alex. conſi. 103. Vol. 1. vbi dicit*, etiamſi non ſit facta violentia, parati tamen erant facere, ſi quis reſtitiſſet, attenditur propoſitum, & dicitur violentia, *per l. ſi quis ex domo. in pr. in. ff. de furt. Vbi eſt clarus text. ad decernendam citationem ad videndum, &c.*
7. † Cæterùm ſi ita citatus in Camera Imperiali compareat, & neget qualitatẽ fractæ pacis, declinando forum (putà Princeps aliquis contra ſuum ſubditum) offerens articulos & probationem, factum ciuile eſſe, nõ criminale ſeu fractæ publicæ pacis, &c. ſi iſta negatio & probatio reſpiciat negotium principale, tũc ante litem conteſtatam non admittitur, ſed litis conteſtatione impoſita, itémque reſpõſione, reſeruantur ei omnes exceptiones, & defenſiones poſt litem conteſtatam proponendæ. Et hoc ideò, ne duplicibus probationibus, diſputationibus, & impenſis partes in tractatione principalis negocij grauentur. *Atque ita deciſum fuiſſe memini in cauſa* Aſſenburg, *contra* VVallborn, *anno 1546. ad quod vide Ant. de Butr. & Soci. in c. clericus. col. 5. de for. compet.* Porrò non probata qualitate violatæ pacis publicæ, abſolui ſolet reus à citatione, cum refuſione expenſarum.

OBSERVATIO XCIX.

Iuramentum à quo & quando remitti poſſit. vide Hart. Hart. tit. 23 de iuramẽ. obſ. 5. per tot. Gail. 1. obſ. 22. & ſeqq. quædam tractat de relaxatione iuramenti. & obſ. 38. n. 4. & obſ. 25. A. Reyger.

Iuramenti relaxatio tam ab Imperatore, quàm Imperiali Camera fieri poteſt.

1. *Magiſtratus ciuilis non relaxat iuramentum ex opin. Iaſ.*
2. *Contrarium textibus probatur.*
3. *Camera ſubditis bannitorum relaxat iuramentum fidelitatis.*
4. *Ordinatio Cameræ quidnam diſponat de iuramenti relaxatione?*

EST quæſtio valdè ardua, an relaxatio iuramenti ſolùm ab Eccleſia, vel etiam à ſeculari magiſtratu fieri poſſit? *Et Iaſ. in l. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. relatis 4. opinionibus*
1. *tandem concludit*, † magiſtratum ciuilem, etiam ex iuſta cauſa, non poſſe iuramentum relaxare, cùm iuramenti materia ad Iudicem Eccleſiaſticum pertineat *c. nouit. de iudi.* Et hanc vt communem defendit Tho Ferr. *caut. 16. & 29. Curt. conſ. 43.* Sed contrariam opinionem, † nempe quòd Imperator, ſiue cõſiſtorium Principis, poſſit relaxare iuramentum, *probant text. in l. fi. ff. ad municip. l. fin. ff. qui ſatiſ. cog. l. fin. de re milit. & l. adigere. §. vlt. ff. de iure patro. vbi gloſſ. vlt. dicit, legem obtinere vicem apoſtolici. quam gloſſ. ſequitur, & commendat Bald. in l. non dubium. col. 2. C. de legib. idem ſentit Guid. Pap. deciſ. 178. num. 3. & deciſ. 194. per totum & Bald. in l. pactum. C. de colla.* † Et per hæc aliàs in Camera imperiali concluſum fuit, quòd cùm aliquis Princeps, vel ſtatus Imperij ſubijcitur banno imperiali, Imperator, ſiue eius conſiſtoriũ poſſit ſubditis relaxare iuramentum fidelitatis, quo illi Principi, vel Statui ante banni declarationem fuerant obſtricti: atque ita aliquoties factum eſſe noſtra memoria, & quotidie fieri, negari non poteſt. † Sic quoque in Ordinatione Cameræ expreſsè conſtitutum, prouiſúmque eſt, vt relaxatio iuramenti, quod vt plurimum captiui inferiorum magiſtratuum, priuſquam ex carceribus dimittantur, præſtare coguntur, de nõ vindicando (vulgò *Geſchvvorne Vrfeth,*) peti valeat ad effectum agendi, *prout in ord. habetur par. 2. titul. 24.* Quod ſi talis relaxatio ab ipſo captiuo in Camera obtenta fuerit, & ſe grauatum ſentiat, probe & ſine periurij periculo aget ad docendam ſuam innocentiam.

2. 3. 4. (margin numbers of the paragraph above)

OBSERVATIO C.

Limitatio iuriſdictionis non trahitur ad incrementum.

QVAESITVM eſt, an Iudex habens iuriſdictionem limitatam & reſtrictam ad certam quãtitatem (putà in cauſis ad cẽtum aureos) petita re valoris centum tempore petitionis, ſi pendente lite eius valor creuerit, poſſit nihilominus de cauſa cognoſcere & iudicare? Et cenſuerunt

runt domini communiter poſſe: quia incrementum æſtimationis nō debet excludere iuriſdictionem in tali caſu, *ſecundùm Guid. & Bart. in l. ſi idem cum eodē, ff. de iuriſdict. omn. iud. per l. ampiorem. §. fin. & ibi Salic.* C. *de appell.* Idem eſt in actione creſcente propter inficiationem: quia debet attendi principium petitionis, *l. item veniunt. §. cum prædiximus. ff. de petit. hæred. facit gloſſ. in l. certi condictio. in princip. ff. ſi cert. pet. idémque tenent Ang. in l. qui tabulas. ff. de furt. & Panorm. in c. cùm inter, ad fin. de re iudic.* Ex quibus poteſt fieri talis concluſio: quod limitatio iuriſdictionis non trahitur ad incrementum, ſed ad principium: niſi incrementum etiam à principio in petitione comprehenderetur, vt in actionibus hæreditariis, in quibus ex Iudicis officio poteſt intereſſe excedere id, quod petitū eſt, *ſecundùm Guid. & Angel. in d. l. ſi idem cum eodem.*

TERTIÆ CENTVRIÆ FINIS.

SINGVLARIVM OBSERVATIONVM

Iudicij Imperialis Cameræ,

Centuria IV.

OBSERVATIO I.

Valor monetæ à quo tempore ſit inſpiciendus?

Vid.Gail. li.1. ob.73.n.6. cum ſeq. Add.Gabr.lib. 3.R.de ſolut. concl.1.2.3. & ſeqq. Teſſaur. dec.174. Quãdo quis debet certam ſummampecuniæ, ſatisfacit ſoluendo maſſã auri, argenti vel metalli,eiuſdem quantitatis & qualitatis,quando autem debet maſſam auri vel argenti, non liberatur ſoluendo pecuniam.Pinel. in Rubr.C.de reſcind. vend. p.1.c.3.nu.14. Cont.vid.in Mozz. de contract.tit.de reb quæ mutuar.poſſ.n.8. cũ ſeq.Tob.Non doctiſſimè diſtinguit in §. re cõtrahitur n.11.Inſt.quib. mod.re cont. obliga.vide Schnei.in §.In bonæ fide: n. 31.I de act. A.Reyger.

SVMMARIA CENT.IV.

1. *Valor moneta inſpiciendus eſt à tempore contractus, & non à tempore ſolutionis.*
2. Si *valor moneta accreuerit à tempore contractus,illud incrementum deduci poteſt.*
3. Sin *decreuit,tunc debitor ſupplebit,& monetam vſualem tempore ſolutionis reddet.*
4. *Hæc ſententia vt pote aqua & communis in Camerâ eſt recepta.*
5. *Creditor non tenetur pecuniam mutatã inuitus accipere,niſi tempore contractus conueniſſet.*
6. *Quod verum eſt ſi moneta data haberi poſſit.& n.7.*

QVOD valor monetę inſpiciendus ſit à tempore contractus , ſeu obligationis , & non à tempore ſolutionis, ſiue valor accreuerit , ſiue decreuerit , poſt multam Dd.diſputationem frequentius obti-
1. nuit.† Vnde ſi accreuit,tunc debitor dedu
2. cere poteſt valorem vel incrementum illud,quod veteri æſtimationi intra tempus
ſolutionis acceſſit. † Sin verò quantitas 3.
monetę intra tẽpus ſolutionis decreuit, atque valor diminutus eſt, tunc debitor ſupplere tenetur valorẽ tẽpore contracti debiti currentem atque vſualem:& ſic regulariter ſolutio faciẽda eſt de noua moneta proportionabiliter ad æſtimationẽ antiquæ,ne vtroq. caſu alteruter contrahentium plus aut minus,quàm datum acceptúmue ſit,reddat vel recipiat. *Atque hoc in terminis velle videtur c.olim cauſam.*
iuncto c.cum canonicis,de cenſibus. † Hanc- 4.
que ſententiam,tanquam veriorẽ, & iuri atque ęquitati magis conformẽ , amplexi ſunt Domini Aſſeſſores Imperialis Cameræ,*in cauſa Epiſcopi* Baſil*ienſis contra N.de* Schaunburg , *die* 23. *Decemb. anno* 1552. quam etiam fatentur communem Panor. *in cap.quanto.colum.pen.de iureiur.* Iaſ.*in l.* 2.*q.*36.*C.de iure emph.Socin.* Iun.*conſi.*145. *num.*94.*lib.*1. *Afflict.deciſ.*194. *& c.*1. *verbo, moneta,qua ſing.reg.* Item *Cur.Iun.in l.cum quid.num.*13.*ff.ſi cert.pet.Grat.conſ.*12.*nume.* 30.*& conſi.*13.*&* 14.*& Alb. Bru. in tract. de aug.& dimi.concl.vlt.verſi.his ſic præmiſ-*
ſis.latè hanc materiam examinat. † Quare 5.
ſi pecunia mutata fuerit,& debilior facta, non tenetur quis eam recipere , niſi fortè aliter tempore contractus fuiſſet actum inter partes : *quod pluribus probat Guid. Pap.deciſ.*493. addendo tamen, non eſſe negandũ,quin poſſit fieri ſolutio in moneta vſuali ſiue currente tempore ſolutionis,ad valorem tamen alterius monetæ, quæ contractus tempore in vſu erat : *per d.c.olim.*

Digitized by Google

d.c.olim.cum ibi not. de cenſib. & per not.
gloſſ.in l.eleganter,§.qui reprobos. ff. de pi-
6. *gnor.actio.* †Quod maxime verum eſt, ſi
moneta,quæ contractus tempore vſurpa-
batur,ampliùs non extet, vel difficulter
baberi poſſit. *Vt per Afflict.in c.1.in Verbo*
moneta,numer.10.Vbi hoc prolixè tract. &
hanc communem Dd.*opinionem eſſe atteſta-*
tur. Atque ita factum fuiſſe memini in cau-
ſa Dominorum in Erentznach , *contra*
VVirichium Comitem de Falckenſtein, *cu-*
ius etiam ſuprà in prima cent.obſeruat.36.fe-
ci mentionem) cum reluitio quorundam
pagorum deberet fieri Florẽtinis aureis
(*mit Florentz ergulden*, nec hi amplius re-
perirentur, pro quolibet Florentino aureo
taxati fuêre in Camerali iudicio viginti-
quinque batzij reſpectu ſcilicet habito
ad intrinſecã bonitatẽ horum aureorum
tempore contractus initi extantem. *de hac*
materia vide Dd.in l.cum quid. Vbi Bartol.
Salic.& Caſtr.hoc tenent, ff.ſi cer.peta.&
Canoniſtas in c.quanto, de iureiur. Zaba-
rel.in cl.fin.de dec.& Alb.Brun.latè in tract.
de aug.& demi.monet in Vlt.concluſione, Vbi
multa congeſſit,itẽ que Boer.deciſ.327. eun-
dem in c.1.Verbo moneta,titu.quæ ſint regal.
Maria.Soc.Iun.conſi.145.col.Vlt.lib.1.Dida.
Couar.latè tract.qu.in tract.Veterum Nu-
miſ.cap.7.vbi differit de mutatione monetæ,
quò ad pondus & valorem eius, & Molin.in
tract.contr.Vſur.quæſt.97.n.731. & ſeq. vbi
diſtinguit,Vt ibi per eum.

OBSERVATIO II.

Vide Gail.li.2. Obſ.154 n 7. cũ ſeq De hac differentia vid.nobiliſ. IC. Hart.Piſtor. prolixè li.2.quæſt.iur. par.1.Cachera.deciſ.161. & Reyger.

Quæ ſit differentia inter feudum hæreditarium & ex pacto & prouidentia?

1. *Quid ſit feudum hæreditarium.*
   Item hoc non poteſt agnatus Vel filius retinere,repudiata hæreditate paternâ.
2. *Secus eſt in feudo ex pacto & prouidentia,& quod illud ſit.*
3. *Quid in dubio præſumendum,ſi inueſtitura non extet,& n.9.10.*
4. *An ſucceſſor factũ prædeceſſoris poſſit infringere:negatiua communiter obtinuit.*
5. *Feudum in dubio præſumitur ex pacto & prouidentia.*
6. *Ratio.*
7. *Recipiens feudum præſumitur pro ſe & hæredibus recipere.*
8. *Qualitas extrinſeca in dubio non præſumitur.*

COMMVNIS eſt Doctorum aſſertio, 1.
quòd ſi feudum ſit hæreditarium, pu
tà receptum à vaſallo *pro ſe & hæredibus*,
agnatus vel filius non poſſit repudiare
hæreditatem, retento feudo: ſecus eſſe in
feudo †quod ex pacto & prouidentia cõ- 2.
cedentis profectum eſt, vt quia vaſallus re-
ceperit *pro ſe, & filiis vel liberis Vel poſteris*,
quia hoc caſu poteſt filius, repudiata pa-
tris hæreditate, amplecti feudum, *de quo*
dictum eſt ſuprà in 3.cent.obſe. 67. Vbi Vide.
Idem obtinet, ſi in inueſtitura dicatur,
Pro ſe & hæredibus maſculis, & fœminis, ita
quòd maſculus præferatur fœminæ, & na-
tu maior minori: vel *Pro ſe & filiis*, ſiue
exprimatur nomẽ proprium filij, ſiue nõ,
ſemper eſt feudum ex pacto & prouiden-
tia, *vt per Andr.de Iſern.in capit.1. an a-*
gnat.Vel fil. Et prædicta procedunt, quãdo
conſtat de inueſtitura. † Quid autem in 3.
dubio, quãdo nõ apparet, quomodo ſonet
inueſtitura? vt quia ſit forte deperdita &
feudum longo tempore fuit poſſeſſum, &
per vaſallum factus ſit contractus aliena-
tionis, vel diminutionis feudi: deinde va-
ſallo mortuo, ipſius filius vel agnatus no-
lit ſtare contractui, quæritur, an feudum
cenſendum ſit hęreditarium, vel ex pacto
& prouidentia? & ſic †an ſucceſſor factum 4.
prædeceſſoris poſſit infringere, vel nõ? &
communiter obtinuit, quòd nõ poſſit ve-
nire cõtra factum defuncti, cum in dubio
feudum debeat præſumi hęreditarium,
idque authoritate Andreæ de Iſernia in d.
c.1.an agnat.Vel fil. & c.primo de natu. ſuc-
ceſſ.feud. & c.duo fratres.per illum text.de
duobus fratribus à cap.inueſt. † Verùm cũ 5.
hic caſus meo tẽpore incidiſſet in Came-
ra, contrarium fuit deciſum, videlicet feu
dum in dubio præſumendum eſſe conceſ-
ſum ex pacto & prouidentia: & hoc ea ra-
tione.† Nam quòd feudum cẽſeri debeat 6.
hęreditarium, hoc iure non reperitur ex-
preſſum, ſed ex iuris interpretatione ſic
exiſtimandum, non autem tranſmiſſione
in hæredem. Ergo ſi non exprimitur de-

Digitized by Google

hærede, & in dubio præſumitur pro ſe & hæredib. iuris autoritate, & ius intelligit verbum (hęredis) de filio, *l. ex facto, §. ſi quis ita ff. ad Trebell c. 1. § etſi clientulus. de aliе. feud.* & verbum (filius) eſt ex pacto & prouidentia: conſequitur feudum in dubio, non hęreditarium, ſed ex pacto & prouidentia conceſſum eſſe.

Conſent. Schrader. p. 2. c. 3. nu. 31. A. Reyger.

7. † Nam recipiẽdo feudũ, quis videtur recipere pro ſe & hæredibus, id eſt, filiis: non autem de hærede traſmiſſione, ſeu hæreditatis, quia hoc nõ fuit expreſſum:

8. † & iſta qualitas, ſcilicet de hærede hęreditatis, cùm ſit extrinſeca, in dubio non pręſumitur. *l. ſciendum. ff. de Verb. oblig. & tenet Iſern. in c. 1. ex quibus cauſ. feud. amit.* Et hanc ſententiam veriſſimam eſſe, nec contrarium voluiſſe Andream de Iſern. luculentiſſime cõprobat Math. de Afflict. *in d. c. 1. an agnat. vel fil. à*

9. *num. 14. vſque ad nu. 20.* † nempe ſi non extet inueſtitura, feudum præſumendum eſſe ex pacto & prouidentia: *idem ſenſère Ang. & Bald. in l. ſi tibi. §. pactũ ne. ff. de pac. Iac. de Ardiz. in epit. feud. tit. de ſucceſſ. feu. §. item quæritur. & Soci. Iun. conſil. 103. nu. 34 & ſeq. & nou. ff. Iul. Cla. l. b. 4. §. feudum. q. 9.*

10. *verſ. ſed quid dicendum.* † Et pro eadem opinione adduci quoque poſſunt ea, quæ Iaſ. congeſſit *in l. 2. q. 3. nu. 188. C. de iure emphy.* vbi multis rationibus concludit, præſumendum eſſe in dubio, patrem accepiſſe emphyteuſin pro ſe & filiis, vt filiis non vt filiis & hæredibus. *Et etiam hæc ad feudum applicat Alexand. conſilio 106. lib. 4. & conſ. 8. lib. 3.*

OBSERVATIO III.

Teſtis vltrò ad teſtificandum ſeſe offerens, pro ſuſpecto habetur: item teſtis aliàs inhabilis, rogatus à partibus, pro habili recipitur.

Depoſitio teſtis ad teſtimonium ſe offerentis non probat, VVurmſ. tit. 18. de teſtib. ob. 7. n. 6. A. Reyger.

NOTVM eſt, quòd teſtis non debeat ſe vltrò ad teſtificandum offerre, ſed expectare iuſſionem Iudicis, coram quo cõtrouerſia tractatur: aliàs enim haberetur pro ſuſpecto, *Bar. in l. poſt legatum. §. his verò, ff. de his qui. vt indig. Bald. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. & in l. quoniam liberi. in prin. C. de teſt.* Perè .n. fit, vt is qui operas ſuas ingerit (inuito præſertim) hoc ipſo ſuſpectus habeatur, *argum. l. quæ omnia, §. ſed etſi aduerſarius ff. de procurato. de quo habetur in l. ſi quando in prin. C. de teſtib. & c. 2. ext. eo.* Hoc tamen procedit, ſi eſſemus in materia, in qua de euitando peccato ageretur, quia in tali caſu teſti etiam ſemet offerenti credendum eſſe Hipol. aſſerit, *ſing. 140. per Bar. in d. l. poſt § his verò, vide etiam Neuiza conſ. 78. nu. 35. & conſ. 25. n. 17. Vbi plura de hoc.* Porrò conſtat, multos inhabiles eſſe ad teſtificandum ex variis cauſis, quas Dd. ſuis locis recenſent. Pone, quod partes rogarent aliquem aliàs ad teſtificandum inhabilem, vt teſtimonium dicat, an admittendus ſit? & crebrius obtinuit, admittendum eſſe, cùm rogatio videatur eum reddere idoneũ, *iuxta gloſſ. in l. inuiti ff. de teſtib. & gloſſ. in c. licet verb. ſupplicijs. Nouel. de teſtib. & gloſſ. in c. decimo. verb. duorum. 19. q. 2. Bal. in l. parentes. C. de teſtib. & in l. ad teſtium. §. conditionum, & ibi Imol. de teſta.* Poterit tamen opponi contradictum talis, licet non contra perſonam, *vt probant Panorm. & Felin. in c. cauſam. de re iudi. Idem Felin. c. cum inter. col. 8. de exceptionibus.*

OBSERVATIO IIII.

Veritas conuicij prolata per libellum famoſum, an excuſet?

1. *Veritas conuicij Autorem famoſi libelli excuſat ab iniuria.*
2. *Contrarium ex opinione Ludou. Rom. deciditur.*
3. *Ad interpretum doctrinas lector remittitur.*
4. *Tria in caſu prolati conuicij notanda.*
5. *Conuiciandi animus ex conjecturis probatur.*

Quomodo autem conuiciũ in accuſatione alicuius ciẽs & nõ probans, iniuriarum teneatur.

QVAMVIS nonnulli tradant, quòd edens libellum famoſum aduerſus aliquem, † veritatẽmque conuicij probans, excuſetur ab iniuria, nec puniri poſſit, pręſertim quãdo hoc fecerit cũ diſtinctione, *quam tradunt Doctores, & præſertim Oldr.*

Digitized by Google

vide Vurm. tit 47. de iniu. obſ. 17. n. 4. Et de præſenti quæſtione vide eundem. tit. 47. obſ. 6.

Oldr. conſilio 53. & Panorm. c. cùm te, de re iud. poſt text. in c. 1 & 2. quæſt. 1. eod. ti. † cõtrarium tamen docet Lud. Roman. *conſi. 96.* nempe quod non liceat veritatem criminis pandere per libellum famoſum, ad
2. probationem veritatis criminis: quę ſententia iudicando obtinuit in Camera, *in cauſa Sebaſt.* Dogelſberger, *contra Comitem VVilhelmum de* Furſtenberg, 22. *Auguſti, anno 1541. per l. 1. C. de famo. li gieſſ. 1. in l. eum qui nocentem, & text. in l. lex Cornelia, §. ſi quis librum, ff. de iniu. & l. 3. C. de offi. rect. prouin. ibi, etiamſi vera ſint voces,* quamuis & tunc eadem cauſa crimen adhuc articulatum nõ fuerat: tamen Domini concluſerunt concorditer, quod etſi aliquod crimen articulatũ fuiſſet, nihilominus tamen illud per libellum famoſum publicare non licuiſſe, contra opinionẽ, quam quidam Cyno non tam ſane adſcribere videntur. Et ideò Comitis articuli defenſionales, in cauſa ſcilicet conuictionis tanquam non releuantes, ſunt reiecti.
3. † *Ad prædicta vide etiam Fel. n. in d. c. cum te. ad fin. vbi regulam ponit cum quatuor fallentiis, ſiue limitationibus: & Lud. Bogol. in add. Ioan. de Ana. conſi. 44. & deciſ. Cap. Tholo. quæſt. 127. & quæſt. nouiſſimè de hac quæſtione, an actione iniuriarum teneatur is, qui alteri verum crimen & criminis obiecerit.* Didac. Couarru. *comportauit libr. 1. Variar. reſol. c. 11. numer. 6.* † vbi tria ſingularia
4. dogmata tradit, quę ſubiicere lubet. Pri-
1. mum eſt, quod ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium conuicium dicatur etiam verum, cuiuſque notitia Reip. interſit, praua tamen intentione atque iniuriandi animo, peccatum ſit ab iniuriarum actione non omnino liberum. Nam etſi bonum ſit, atque Reipub. vtile nocentium crimina nota eſſe, prauus tamen animus reuelantis, rem efficit iniquam, *c. cum miniſter. c. relegentes, 23. quæſt. 5.* Alterum eſt, veri
2. criminis exprobrationem, cuiuſq; Reip. interſit manifeſtationem fieri, à peccato & iniuriarum actione immunẽ eſſe. Nec refert, quantum ad hoc, id in iudicio, vel extra iudicium acciderit: atque ita Bartoli & ſequacium opinionem interpretatur
3. Couarr. Tertium denique eſt, quod ad præmiſſa optime conducit, perpendere ę quo animo, acrique iudicio præſumptiones & coniecturas. † Nam ſi ex ijs adpa- 5.
reat, veri criminis & Reip. pernicioſi obiectionem abſque vlla cauſa vtilitateue ipſius negocij, quod tractatur in iudicio, vel extra iudicium, factam eſſe, tunc ex iniurioſo animo proceſſiſſe intelligitur, ideóque extra culpam non eſt. † Quod ſi ea- 6.
dem obiectio, exprobratione ex iuſta cauſa fuerit, æquiſſimum erit præſumere nõ animo iniuriandi, ſed ex ea cauſa contigiſſe, ideóque conuiciantẽ non teneri iniuriarum. *Et hæc quidem tria collecta ſunt ex Oldra. d. conſi. 53. Ioan. And. in add. ad Spec. tit. de iniu. Arch. c. fin. de iniu & c. cùm te. de re iudi. Rom. conſi. 96. & Ripa. in l. vlt. q. 7. C. de reuo. donat.*

OBSERVATIO V.

Libellus ſuſtinendus, etiamſi verba ſint impropriè accipienda.

Gail 1. obſ. 66. nu. 7. 8. 9. & obſ. 61. nu. 16. Libellus autẽ incertus an & quando admittendus, vide VVurm. ti 9. de libell. obſ. 1. Et verba in iudicio prolata in fauorem proferentis ſunt accipienda: Hart. Hart. tit. 30. de fideiuſſ. obſ. 5. n. 4. A. Reyger.

LIBELLVS ſemper ſuſtinendus eſt, etiamſi verba prorſus ſint impropriã da *iuxta Bart. & Dd. in l. ſed ſi poſſeſſori, §. item ſi iur auero. num. 5. ff. de iureiur. & in l. 1. C. de vſufr. l. inſulam, ff. de præſcript. ver. & Inno. in c. conquerente de offi. ordine. & c. examinata. de iud. vbi etiam Panor. num. 18. dicens,* verba libelli late eſſe intelligenda, vt intentionem actoris includant. *& Anton. de Butr. concludens ibi,* quod ſi libellus complectatur duas vias, vnã competentem, alteram incompetentem, adhuc procedat libellus ſuper competenti: ſatis enim eſſe, libellũ ex vna parte ſuſtentari poſſe. *quod etiam ſequitur Lud. Roman. conſi. 105. Idémque probant Imo. & Zaſi. in l. ſi cum nulla. ff. de re iudic.* maxime ſi conſtet de iuſtitia cauſæ, quo caſu non attenditur ineptitudo libelli, *per c. dilecti de iudi.* Et hoc Camera Imperij obſeruat neque immeritò: quoniam ipſa repræſentat Imperatorem, vt alibi diximus, cui permittitur etiam iudicare ex proceſſu nullo ratione ineptitudinis libelli, & reiectis ambagib. veritatẽ ſequi, adeóque veritatem non ſcriptam præferre rigori ſcripto, *vt pul. hic docet Matth. de Afflict. in titul. quæ ſint regal. c. 1. numer. 41. vbi plures allegat. & hoc notanter producit ad Conſilium Principis iure*

Digitized by Google

repræſentationis. Ad prædictorum confirmationem vide etiam Henning. conſil. 1. lib. 5. fol. (mihi) 141. in prima parte, vbi hoc proſequitur integro conſilio.

OBSERVATIO VI.

Gall. 2. obſ. 18. nu. 7. 8. 9. 10. Debitor in action. perſonalibus præſcribit contra creditorē etiamſi nō ſit præciſè in bona fide: Vvurm. tit. 45. de præſc. obſ. 4. n. 1. & ſeqq. vbi tamen dubiam nimis & incertam dat deciſionem. A. Reyger.

Præſcriptio cum mala fide an & quando hodie procedat, explicatur.

1. *Præſcriptioni 30. annorum mala fides de iure ciuili non obſtat.*
2. *Quod per ius canonicum eſt correctum.*
3. *Vbi tractatur de euitando peccato, ſtandum eſt iuri canonico.*
4. *Camera bonam fidem in præſcribente ſemper requirit.*
5. *Etiam in præſcriptione immemoriali.*
6. *Limitantur prædicta in tribus caſibus, & n. 7.*
8. *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

1\. QVAMVIS de iure ciuili præſcriptio triginta annorum procedat cū
mala fide, *l. ſicut, C. de præſcriptionibus 30. vel 40. annorum ſimilibus.* tamen communis eſt theorica Dd.
2\. † omnes leges ciuiles quæ dicunt, præſcriptionem in certis caſibus non requirere bonam fidem, per ius Canonicum (quo neceſſe eſt, quod præſcribens in nulla parte temporis habuerit conſcientiam rei alienę, c. fi. de pręſcrip.) eſſe correctas, ac prorſus ſublatas, tam in rebus corporalibus, quàm in actionibus realibus & perſonalibus: quoniam illud ſequi tenemur, cum in præſcriptionibus
3\. tractetur de peccato, † quo caſu ſtandum eſt iuri Canonico, *Dd. in l. fi. de præſcript. Iaſ. l. 3. §. genera. num. 18. de acq. poſſ. Ferrar. in forma rei con. verb. præſcriptionis. nu. 40. & nouiter Olden. in tract. de vſu cap. in prin. num. 17. ad finem. Bald. &* Ang. *in l. ſuper longi C. de præſcript. long. temp. & pulcherrimè Franc.* Balb. *tract. de præſcriptio. in 3. part. 6. partis prin. q. 2. & vide* Al*ciat. in reb. extr. de præſcript. nu. 48.* † Et
4\. in hanc ſententiam non ſemel iudicatum eſt in Camera, *putà in cauſa Epiſcopi Bambergenſis, contra* Radenrodt, *Item in cauſa principis de* Anhaldt, *contra* Eiſleben, *& in cauſa* Iacobi *de* VVilſsberg, *contra Epiſcopum* Argentinenſem, *& quibuſdam alijs.* † Porro prædictum commune 5.
dogma non ſolùm in tempore 30. & 40. annorum procedit, ſed etſi ſit tempus immemoriale, modò conſtet de mala fide præſcribentis, quia immemorialis tēporis curſus non ſuffragabitur, *iuxta Alexa. in l. cum aliquis,* C. *de iud. delib. vbi eam communem dicit, quam refert etiam Did. Couarr. in regula, poſſeſſor. §. 8. num. 4.* † Li- 6.
mita tamen illud nō procedere in actionibus quę de ſua natura temporales ſunt, nec pœnam continent, ſed potius dantur ad intereſſe: item in iure adeundi per 30. annos, cùm ius ſit quęrendum & nō quęſitum, *vt per Bald. in d. tract. de præſcript. col. 48. &* 88. † Denique non procedit in 7.
fide mala prædeceſſoris, quę non impedit inchoare præſcriptionem, *vt per Afflict. deciſ. 40. nu. 7. idque communiter receptum ait. Cagn. tamen in l. qui in alterius. in nu. 16. ff. de reg. iur. contrarium tenet. Sed pro conciliatione diſtinguendum eſt, prout Panorm. diſtinguit, in c. 2. de præſcript. nu. 7. & 8. quòd ſcilicet prior opinio obtineat, in ſingulari ſucceſſore: & poſterior in vniuerſali.* † qui tene- 8.
tur exonerare conſcientiam defuncti, *vt per* Cur. Iun. *conſi. 170. n. 14. & Pyrrhum in conſue. Aurel. de execut. c. 14. vbi vide.*

OBSERVATIO VII.

De differentia inter pacem & Treugam: & an induciæ ex noua cauſa rūpi poſſint: Vide Gail de pace pub. lib. 1. obſ. 4. nu. 44. & ſeq. A. Reyger.

An vno ex paciſcētibus frangente inducias, cæteri quoque teneantur, & impunè offendi poſſint?

1. *Diuerſa doctorum opiniones recitantur. & nu. 2.*
3. *Inter inducias & pacem cur diſtinguendum?*

HÆc quæſtio, an vno ex paciſcentibus inducias frāgente, cæteri quoq; teneātur, & impune offendi poſſint? mul-
tis annis variantibus ſententijs à Dd. eſt 1.
tractata: quibuſdam exiſtimantibus, ſicut in pace, ita & in treuga ſiue inducijs locum eſſe regulæ:

Fallere fallentem fraudémque repellere fraude.

Exem-

Exemplóque licet ludere quémque ſuo.

vel vt vulgaris habet verſiculus:

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

ídque ea potiſſimum ratione, quòd ll. ex quibus hęc regula ſumpta eſt, generaliter de quolibet, qui contra fidem, ſeu pactum conuentionis egit, loquuntur; nec inter pacem perpetuam, & temporalem diſtinguunt. *Ita Panor. in c. 2. de treug. & pace: Imo. l. qui ſeruum. de verb. obligat.* Idem *in c. peruenit. 2. de iureiur. Alex. & Deci. l. cum proponas. 2. C. de pact. Ægid. Bellac. c. 1. num. 10. de treu. & pace, Ant. Corſ. in*
2. *tractat. de priuileg. pac. q. 117.* † Alijs contrà ſentientibus: prę ſatam regulam in pace tantùm, non etiam inducijs ſiue treuga, id eſt, pace temporanea, locum habere: *hi ſunt Vinc. d. c. 1. ad finem,* Io. *And. ad Spec. eod. ti. in rub. Archi. c. illi 34. q. 3. Imo. Io. An. Ant. de But. & Car. d. c. peruenit, 2. Ang. & Caſtr. d. l. qui ſeruum, Felin. rub. de treuga & pace. num. 6. Iaſ. d. l. cum proponas. 2. & Alciat. ibid. num. 39. & Mart. Laud. tract. de confœ. d. q. 16. item Mar. Soc. conſil. 27. Ianueſium Dux. & Soc. Iun. conſ. 162. in cauſa magnifici, lib. 2.* Et hanc poſteriorem ſententiam, vt saniorem & ęquiorem, amplexi ſunt domini Aſſeſſores *in cauſa Comitis VVilhelmi de* Hennenberg, *contra Duces Bauariæ, relata menſe Octob. anno* 1548.
3. † Ætiologia eſt, quare aliud ſit in treuga quàm pace, & cur, & ſi aliquis inducias ex parte ſua violauerit: alter nihilominus, quod eſt in ſe, obſeruare debeat: quòd treuga ſit ad tempus, quare lapſa die vlciſci ſe poteſt: quod in pace non eſt, cùm ſit perpetua. Atque ita conſuetudo etiam obſeruat, *vt præfati Dd. atteſtantur,* vt omne ſcilicet violati fœderis dedecus apud violatorem ſit, nec calumniæ vlli locus eſſe poſſit, cùm facile quis ſe præoccupatum mentiretur. *Vide etiam, quæ in hanc materiam latè ſcripſi reſpon. 21. num. 51. & aliquot ſeqq. deca. 3.*

OBSERVATIO VIII.

Add. Maſc. de prob. concluſ. 276. & ibi not.

In Principe ſtatuente contra ius, an & quando iuſta cauſa præſumatur?

1. *Princeps diſpenſans contra ius naturale, iuſta cauſa commotus præſumitur.*
2. *Contrarium à Camera Imperij, & multis Doctoribus deciditur.*
3. *Princeps iuri poſitiuo derogans iuſta cauſa motus præſumitur.*
4. *Verba ex motu proprio & certa ſcientia in reſcripto Principis quid operentur?*
5. *Reſcripta Principis ſaluo iure Tertij intelligenda.*
6. *Et cum clauſula, ſi preces veritate nitantur.*
7. *Clauſula, ſi preces veritate nitantur, effectus.*

Item Gabriel. lib. 5. R. tit. de iur. quæ non tol. concl. 3. & ibi not. Gail. obſ. 58. lib. 2. A. Reygen.

QVOD in dubio præſumatur iuſta 1.
† cauſa in Principe diſpenſante contra ius naturale, vel gentium, tenet Cynus *in l. reſcripta 3. & 4. quæſt. & ibi Bald. C. de prec. Imp. offer. Butr. & Abb. c. quando de iureiur. & in alijs locis relatis per Felin. c. quæ in Eccleſiarum, col. 12. verſi. quinta concluſio, de conſtit.* † Contrariam tamen ſen- 2.
tentiam, quod in dubio non præſumatur iuſta cauſa in Principe, vt veriorem, vel magis receptam approbarunt domini Aſſeſſores, *in ſuprà dicta cauſa* Comitis de Hennenberg, *contra duces Bauariæ, quam firmant Fulgoſ. in l. vlt.* C. *ſi cont. ius, vel vti. pub. & conſil. 61. domina Catharina. Bald. d. c. quæ in Eccleſiarum. Roma. conſil. 352. quæritur primò. in fine. Felin. Deci. & Moderni. in d. c. quæ in Eccleſ. Iaſ. l. ſi teſtamentum, & in rep. l. quo minus. ff. de fluminibus. Alciat. quoque eandem ſequitur in tractat. de præſumpt. reg. 3. præſum. 8. nu. 3. & Bello conſi. 2. num. 2.* † Cæterum ſi 3.
Princeps cõtra ius poſitiuum aliquid ſtatuat, vel reſcribat, ſemper præſumitur iuſta cauſa moueri: *per gloſſ. communiter approbatam in l. relegati. in fin. de pœn. ſic. text. in cle. 1. de probatio. & c. cùm à nobis, in fine, vbi* Dd. *de teſtib.* cùm Princeps iure poſitiuo non ligetur. *l. digna vox. C. de leg. l. princeps. ff. eo. l. ex imperfecto. ff. de leg.*
3. † quod tamen verum eſt, quando motu 4.
proprio ex certa ſcientia, vel plenitudine poteſtatis aliquid reſcribat aut faciat: ſecus, ſi ad poſtulationem alterius, quia tũc iuſta cauſa non præſumitur, ſed potius

De clauſula ex certa ſcientia vide Gail. 2. obſer. 56. n. 14. & 15.

conceſſum videtur ob importunitatem petentis. *ita Roman. conſi. 436. quòd indultum Petri. num. 16. per l. 1. C. de pets. bon. ſublat. lib. 10. Idem in l. ſi verò, §. de viro. ff. ſol. matrim. And. Sicul. conſi. 13. col. 6. lib. 3.*
5. † Debent autem omnia mandata & reſcri-
ta Principis intelligi cum iuſtitia, & ſaluo
iure Tertij. Et hinc eſt, quod cotidie vide-
mus contra reſcripta Principum opponi,
de ſurreptione & obreptione, quia in eis
6. † debet ſubintelligi clauſula, *Si preces veri-
tate nitantur, c. 2. c. ſuper literis. de reſcript.
Canon. communiter in c. ſuper literis. eo. tit.
Bart. in l. 2. num. 2. & quaſi per totum. C. ſi
cont. ius vel vti. pub. idemque not. Archid. in
c. qui autem. 17. q. 4. Ioan. And. c. à nobis. 2.
de ſentent. excom. & Bal. in l. 1. de conſt. prin-
cip.* Quod mente tenendum eſſe, monet
quoque Nico. Euer. *in loco à plens. pot. 99.
Et dicit Hippol. ſingul. 163.* Quod iſta con-
7. ditio, Si preces veritate nitantur, (quæ ta-
citè ſubintelligitur,) pœnam tãtũ per ſuſ-
pendat donec de veritate, vel falſitate nar-
ratorum doceatur. *allegat.* Anchar. *conſil. 241. quod velut ſingulare notandum eſt.*

Vid. Gail. li. 1. ob. 76. n. 9. 10. & 11.

Gail. 1. obſ. 14. Quod talia mandata per falſa narrata ſub & obreptitiè impetrata ſint ipſo iure nulla, docet Schurff, conſ. 7. cent. 2. A. Reyger.

OBSERVATIO IX.

Duces belli inuicem paciſcentes, an & quando præiudicent ſubditis, quò minus contra damnificantes agere poſſint?

Gail. 2. obſ. 57. & 1. de pac. pub. c. 19. n. 15. A. Reyger.

IN eadem cauſa controuertebatur etiã, an ſi duo Principes inuicem bella gerẽtes pacem ineant, paciſcendo, quod de dãnis hinc inde illatis non debeat per ſubditos inſtitui querela, talis trãſactio noceat ſubditis, quò minus poſſint contra delinquentes de ipſorum iuſtitia experiri? & frequentiùs concludebant non nocere, idque autoritate Hoſtien. *in c. quanto. vbi etiam Ant. de Butr. de iure. Idem Hoſtien. in ſum. de pœnit. & remiſſio. §. quibus & qualiter. verſic. ſed pone, quòd guerra. Idem tenent Dd. communiter per Innoc. c. in noſtra. de iniur. Bald. in l. venia in ius vocando. Caſtren. l. 2. ff. de pact. Mart. Laud. tract. de confœde. quæſt. 1. & ita ſe ex facto conſultum reſpondiſſe refert Anchar. in rep. regula, peccatum. col. 17. verſi. ſed moueo vnam quæſtionem. lib. 6.* Si tamen huiuſmodi compoſitio fieret conſenſu eorum, qui damnificati eſſent, aut pax aliter haberi non poſſet, niſi per remiſſionem talium damnorum, idq. conſtaret, tunc ſecus eſſet, noceretque remiſſio per Principem facta, quia is ob huiuſmodi neceſſitatem, & publicam vtilitatem, ad euitanda maiora belli incommoda, vtiliter cenſeretur geſſiſſe negotiũ ſubditorum: *arg. eorum quæ not. in l. vl. ſi cont. ius vel vti. pub. & l. qua in.* Eccleſiarum. *de conſtit. cum ſimilibus. adde Alber. Ro'a. in dicto ſuo verb. bellum item Syl. ſummam, tit. de bello publico. num. 13. Et in his terminis loquitur d. c. in noſtra. de iniur. & ibi Cano. vide text. &* Dd. *in l. conuentionem in fi. de pact. & l. fin. C. ſi cont. ius vel vtil. pub.* Af*flict. publicè deciſ. 361. num. 4. & ſeq. quem omninò vide.*

OBSERVATIO V.

Remittens iniuriam, an etiam cenſeatur remiſiſſe damna & intereſſe?

De remiſſione gratuita iniuriarum, & de tranſactione in actione iniuriarum. Vide Gail. 2. ob. 87. & 103. num. 15. & ſeq. Iniuria autem quando præſumatur remiſſa vide VVurm. ti. 47. de iniu. ob. 12. A. Reyger.

AMPLIVS tradunt Doctores pro communi, & indubitata regula, quòd etſi quis remittat iniurias ſibi illatas, ſimpliciter, non facta mentione damnorum & intereſſe, non cenſeatur actiones ſibi competentes remiſiſſe. *in l. ſi tibi. §. 1. ff. de pactis. per l. ſi domus. ff. de ſeruitut. vrban. prædio. Bald. conſil. 195. num. 6. parte. 2. vbi dicit*: non ideo quòd ſuper iniurias eſt prouiſum, intelliguntur actiones, & iura partium perempta: *cui accedit Alex. conſi. 198. vol. 2. conſil. 20. vol. 5. dicens*, remittentem iniurias, non videri remittere ius cõſequendi damnum, quod ex iniuria paſſus eſt. Ideò commonet Baldus, quòd debeamus cauti eſſe, vt curemus non ſolùm remitti iniurias, ſed etiam damna & intereſſe, *in d. l. ſi tibi, §. 1. & l. ſi 1. & l. ſi pro fure. in principio. ff. de condictio. furtiua. Idem Bal. d. l. ſi domus, inquiens plus, quòd etſi remittam iniurias, & expulſiones, & deuaſtationes, non tamen cenſeat remiſiſſe damna & intereſſe: quod etiam ſequitur Spec. tit. de accuſat. §. 1. verſi. quòd ſi vulneratus.*

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIO XI.

Gall.1.obſ.11. VVurm. tit 9. de libell. obſ. 1.num 1. A.Reyger.

Libellus alternatiuus, in quo vel res, vel eius æſtimatio petitur, tam iure, quàm conſuetudine valet: & quæ tum ſint partes Iudicis in pronunciando?

ETSI in vtramque partem diſputari ſoleat, an alternatiua petitio (videlicet peto rem, vel eius æſtimationem) in libellis ſit licita? *vt per Dd. in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulatus. de verb. oblig. & Spec. in tit. de obligatio. & ſolution. §. ſequitur. verſ. & quia ſi. num.* 11. tamen notiſſimus iudiciorum vſus tales libellos paſſim admittit, prout etiam de iure ſubſiſtunt: *Iuxta ea quæ habentur apud Inno. in c. conſtitutus. nu. 2. & 3. de reſt. ſpol. & Panor. ibid. n.* 9. Ætiologia eſt, quia ſemper videor petere illud, quod de iure poſſum petere, & eo ordine & modo, quo de iure permittitur, *vt dicit Euer. in loco ab ord. & ſequitur Bald. in l. ſancimus. 1. C. de ſacro. Eccleſ. Iaſ. §. item Seruiana. in fi. Inſt. de actio. vbi hoc multum commendat: idemque teſtatur Spec. in iam alleg. loco, & Ægid. Bella. in c. vlt. num. 22 quod met. cauſ.* Cæterùm quando ita alternatiuè petitur vel res vel æſtimatio, officium Iudicis eſt, vt ſi quidem res ipſa adhuc extet, præſtarique poſſit ſine difficultate conuenti, condemnationem facere debere in re petita, *l. fin. C. de fideicom.* Sin autem nullo modo præſtari poſſit, vt quia perierit, aut conſumpta ſit, tunc reum cōdemnabit ad æſtimationem, *per l. arbitrio. §. tamen. ff. de dolo.* Idem iuris eſt, ſi præſtari quidem poſſit, ſed non ſine magna rei difficultate, *per l. ſi dominus. §. qui confitetur. ff. de leg. 1. ita Spec. in d. §. ſequitur. verſ. ſi. breuiter. num 9. & Bella. d. c. vlt. num. 22.*

OBSERVATIO XII.

De probatione damni. vide Gail. de pignora. c. 18 obſ. 16. n. 8. & obſ. 18. per to. Et ll. 1. pract. obſ. 64. n. 8. 9. 10. Quomodo ſpoliatus dānum ſuum deficientib. alijs probationib. iuramēto probare poſſit. vid. VVurm. in Miſcell. obſ. 2. per tot. A.Reyger.

Probatio per iuramentum ex l. ſi quando C. vnde vi, an habeat etiam locum in hærede ſpoliati?

1. *Spoliatus damna ſua probabit per iuramentum.*
2. *Ad hoc Iuramentum hæredes ſpoliati non admittuntur. & n. 6. 10. & 11. 12.*
3. *Taxatio damnorum per iuramentum cur introducta?*
4. *Prædicta ampliantur.*
5. *Dolus in hæredem non tranſit.*
7. *Probatio per iuramentum eſt ſingularis, & exorbitans.*
8. *Teſtis vnicus fidem non facit.*
9. *In propria cauſa nullius teſtimonium recipitur.*
13. *Sola probandi difficultas iuramento taxatiuo locum facit, ex ſentent. a Hoſt. & & num. 14. & 15.*
16. *Camera Hoſt. doctrinam non ſequitur.*
17. *In probando valore rerum ablatarum imperfectæ probationes admittuntur.*
18. *Bart. practica ad caſum præſentem.*
19. *Qualis probatio iuramentum ſuppletiuum præcedere debeat?*

ZENONIANA conſtitutione ſancitū eſt, quòd probata violentia, damna, rerúmque ablatarum † valor probetur per 1. iuramentum eorum, qui talia ſunt paſſi, taxatione tamen Iudicis præuia, *l. ſi quando C. vnde vi, quæ repetitur in c. vlt. quod metus cauſa.* † Sed an talis probatio per iuſiu- 2. randum habeat etiam locum in hærede ſpoliati, ita quòd ipſi pariter iuramentum deferri poſſit in vim probandæ æſtimationis rerum ablatarum, dubitatum fuit: & magis eſt non poſſe, nam vt iuſiurandum hoc ex conſtitutione Zenonis aduerſus delinquentem deferri poſſit, † duo coniū- 3. ctim requiruntur, nempe difficultas probationis, & dolus ſiue delictū aduerſarij: *vt communiter tenent Dd. poſt Bart. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & d. l. ſi quando. & Canon. in d. c. vlt. fac. text. cum gloſſ. in l. ſemper. § in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. & gloſſ. §. pen. Inſtit. de verb. oblig. Bald. l. vnica. oppo. 25. C. de ſentent. quæ pro eo, &c.* † Et hoc non tantùm in ci- 4. uilibus (*vt Bart. voluit in l. vltima. ff. de in litem iuran.*) ſed etiam in criminalibus iudiciis locum habere, *Pontanus in d. l. in actionibus. & nouiſſimè Ioan. Bapt. de Ploto in rebus d. l. ſi quando. numero 686. verſiculo quinquageſimo amplia. pulchrè defendunt.* † Iam verò manifeſti iuris 5. eſt, *quod dolus in hæredem non tranſeat.* Cùm ergo in hærede alterum requiſitum

Digitized by Google

deficiat: conſequitur contra ipſum hoc
iuſiurandum in litem præſtari non poſſe,
licet aliàs teneatur pro doloſo, nec aliquid ex iureiurando probari, ſed requiratur probatio per teſtes, aut inſtrumenta,
etiam reſpectu quátitatis & æſtimationis
rerum & intereſſe: & hoc eſt, quod per ma
6. nus traditur, † iuramentũ in litem ex Ze-
nonis conſtitutione tantùm deferri damnum paſſo, ſi ex proprio quis delicto conueniatur: ſecus ſi ex alieno: quia non defertur, *iuxta Bart. in l.1. C. quan. ex fac. tut. & l. ne quid. ff. de incendio, ruin. nauf. & d.l. ſi quando. Bald. c. 1. Verſic. conuenticula. de pa. iur fir. Canon. d.c. vlt.* Deinde cùm hæc
7. probatio † per iuramentum ſit multùm
ſingularis & exorbitans, perquam pluribus communibus regulis derogatur, neutiquam extendenda eſt extra caſum, in
8 qu... quitur. † aliàs enim *neque teſtimo-
nium vnius ad fidem faciendam prodeſt, l.
9. iuriſiurandi. C. de teſtibus*: † *neque in cauſa
propria ad teſtimonium dicendum quiſquam admittitur, l. omnibus. C. eodem titul.* quorum neutrum in hac probandi ſpecie attenditur, *vt rectè Cynus in d.l. ſi quando. hanc conſtitutionem miraculum continere dixerit.* Denique quòd ſacramento damnum per violentiam paſſi credatur, quò ad probandam rerum ablatarum æſtimationem, hoc in pœnam violenti ſpoliatoris introductum eſt. cùm ergo ſit pœnale,
10. † in hæredem delinquentis non tranſit,
niſi lis cum ipſo defuncto conteſtata fuerit, *l. vltima. C. de fideiuſſ. tut. l.1. C. ex delicto defunct. l. penultim. & Vltim. C. de in*
11. *lit. iurand.* † Et hæc ſententia frequen-
tius obtinuit, *Vt per Dd. in d.l ſi quando. & l. Vltim. C. de in litem iurand. Ang. conſil. 307. Alex. in l. ſed ſi ex ſtipulatu. ff. de verb. oblig. & non ſimè Ant. Capy. in notab. deciſ. Neap. deciſ. 91. num. 2. & Afflict. deciſ. 200. numer. 8. eundem in titul. de pace iura.*
12. *fir. Verbo illicitas. numer. 9.* † Et prædictam
opinionem communiter teneri à Dd. Iaſ. teſtatur *in dict. l. ſi quando. num. 37. verſicul. ſucceſſiuè pro intellectu. numer. 43. Verſicul. retenta communi. & ibi Cyn. Bart. Alber. Bald. S alic. & alij: Corn. conſ. 123. Viſo lib. 1. Curt. d.l. admonendi. numer. 215. in fin. & ibi do. Saccus, numer. 54. & Iac. Pet. de Puteo, numer. 250. & alij Dd. ff. de iure. Hippol. ſing. 338. extant ſtatuta idem in l. 1. col. 2. Ver. Vlterius ſcias. de quaſt. & Paru conſil. 158. ſi ius commune. column. penul. num. 28. Vol. 4. idem quoque* Ioann. *Bapt. Plot. in d. l. ſi quando. numer. 768. tradidit, vbi adhuc plures allegat Dd. & aliquot pulchras eius doctrinæ limitationes, ſiue fallentias ſubiungit numer. 774. & 775.* Hoſtienſis tamen 13.
putauit, ſolam difficultatem probationis
ſufficere, vt huic iuramento locus ſit, *in d.c. vl. per c. 2. de cler. pereg. & per not. in c.
cùm olim. 1. de priuileg.* † quæ ſententia 14.
videtur rationem habere. nam probatio
illa æſtimationis non tam in odium violenti ſpoliatoris, quàm in gratiam ſpoliati, damnúmque paſſi, à Zenone admiſſa videtur: ergo vtcunque ceſſet odium in hærede ſpoliatoris, tamen fauor damnum paſſi ob id non deſinit, qui inique ſuis re-
bus exutus eſt. † Meritò ergo ſi adſit dif- 15.
ficultas probandi valorem rerum ablatarum, videtur illi deferendam eſſe iurandi conditionem ex prædicta conſtitutione, cùm ſubueniendum ſit probationibus, & punienda maleficia, *l. cunct. C. de
hæret. &c.* † Verùm Domini aſſeſſores *in* 16.
ſuprà dicta cauſa Comitis de Hennenberg *contra Duces Bauariæ* à priori Dd. ſententia non receſſerunt, exiſtimantes neceſſe eſſe, vt actor aliis probandi adminiculis
doceret rerum ablatarum valorem. † Cen- 17.
ſuerunt tamen ſatis eſſe, ſi imperfectæ probationes adferrentur, puta per ſocios, familiares, domeſticos, &c. item & per famam, idque autoritate Bart. *in d.l. ſi quando. & d.l. in actionibus. & Panorm. d.c. Vlt.
Vbi etiam alij.* † Subiungit etiam Bart ſuf- 18.
ficere hoc caſu probationes per coniecturas, & hoc omne iudicantis arbitrio relinquendum eſſe, is enim, ſi aliquas tantum coniecturas habeat, poterit actori iurandi conditionem deferre, non quidem ex Zenonis conſtitutione, ſed vt aliàs, vbi ſemiplenè probatum eſt, deferri iure poteſt, *nempe ex l. in bona fides. C. de reb. cred. &
l. admonendi. ff. de iureiur.* † Et quamuis re- 19.
gulariter iuramentum ſuppletiuum non deferatur, niſi ſemiplena probatio verè, vel neceſſariò concludat, nec ſufficiat eã præſumptiue concludere, *vt per Rom. conſi. 91. num. 10. tamen ex Butrigarij ſententia in d.l. in actionib. & Ægid. & Bella. d.c. Vlt.*

in ſalu.

Digitized by Google

ſin tali caſu probationem non neceſſariò, ſed tantum probabiliter,& ſecundum cõmuniter accidentia concludentem recipere, & iuſiurandum in ſupplementum deferre licet: *dque in ſæpe dicta cauſa Domini Aſſeſſores crebrioribus ſententijs ſecuti ſunt:quod eſt memoratu dignum. Et de his omnibus vide etiam meum Reſpon. 21. deca. 3. nu. 88. & aliquot ſeqq.*

OBSERVATIO XIII.

Vxorem præferri omnibus creditoribus, ſiue tacitam ſiue expreſſam hypothecam habentibus.

Vid. Gail. 2. obſ.25. nu. 10. qui contrariũ ſtatuit. & obſer.81.n.1.& 7. vbi diſtinguit inter dotẽ numeratam & cautam. De prioritate inter creditores Hypothecarios, ſiue expreſſam ſiue tacitam habeant hypothecam, vide Mart.Hart tit. 27.De cred. obſ.8. & ſeq. Mulier ratione dotis omnib. credit oribus ſiue expreſſam ſiue tacitam anteriorem habentibus præfertur Coler.li.1. c.2.n.189. ibi. cont. Vaudũ li.1.quæſt.21. A.Reyger.

1. *Vxor omnibus creditoribus Chirographariis & tacitam hypothecam habentibus prafertur.*
2. *Prafertur etiam creditoribus expreſſam poſteriorem habentibus.*
3. *Sed creditores expreſſam anteriorem habentes vxori prafert Bart.*
4. *A qua Bart.opi. Camera iudices receſſerunt.*
5. *Camera deciſio textuum fundamentis confirmatur.nu.6. & 7.*

VXOREM omnibus alijs creditoribus mariti,qui aut nullam omnino,† aut etiam tacitam hypothecam in bonis mariti habent,prçferri,fatentur omnes, *per l. 1.§.& vt plenius. C. de rei vxo.ac. §. fuerat. Inſtit. de actio. & l. aßiduis. C.qui potiores in pigno. hab.* Sed an expreſſam quoque
1. hypothecam habentibus præferatur,† Et
2. ſi quidem creditores expreſſam hypothecam poſteriorem habeant, vxorem tacita dotali hypotheca eis præferendam vulgò obtinuit: *iuxta Bald. Ang. & Salic. in d. l. aßiduis. Poſt Dyn.in reg. qui prior.n.12. & ibi Boer. in add.de reg.iuris,in 6. & Alex.con-*
3. *ſi.58. lib. 7. num. 5.* † Sin verò creditores priorem expreſſam habeant,cenſuit Bart. *in d. l.aßiduis.* prçferendos eſſe creditores mulieri: in quam ſententiam crebrius deinde itum eſt, *quam etiam ſequitur Ripa in l. quæſitum. num. 7. ff. de priui. cred. Iaſ. in §. fuerat. nu. 72. Zaſ. ibi num.24. Gomez. num.27. Inſtit. de actio. & Ioan. Coraſ. in l. qui liberos num.117. de rit.nu. qui hanc com-*
4. *munem dicit.* † Verum cùm in Camerç iudicio cauſa appellationis inter Epiſcopum Saltzburgenſem & Oertnerum aliquando referretur, contrarium fuit à Dominis deciſum, nempe adhuc præferendam eſſe vxorem, † idque propter generalia verba, 5.
quibus leges,hac de re loquentes vtuntur, & quia nullus textus circa hoc inter creditores expreſſam, vel tacitam hypothecam habentes,diſtinguit,ideo durum fuerit hominis diſtinctionem admittere: *arg. l.1. generaliter. ff. de leg.pra.* † Sic enim 6.
ait Imperator *in l. in rebus. C. de iure dot. in rebus dotalibus vendicandis mulierem omnem habere poſt diſſolutum matrimonium prærogatiuam iubemus &* NEMINEM CREDITORVM *mariti,qui anteriores ſunt poſſe ſibi potiorem cauſam in his per hypothecam vendicare, & quæ ibi ſequuntur.* Ita & alibi,nempe in d. l. aſſiduis, *ſancimus (inquit) ex ſtipulatu actionem, quam pro mulieribus pro dote reſtituenda dedimus, cuique etiam tacitam donauimus ineſſe hypothecam, potiora iura contra* OMNES *habere mariti creditores, Licèt anteriores ſint temporis priuilegio vallati, &c.* Notanda enim ſunt hęc verba: *neminem creditorum, omnes creditores.* † *Quibus accedat etiam tex* 7.
tus optimus in §. his conſequens. in auth. de aqua.do.Colla.7.ex Nouella conſti.97. Et hoc idem docui in explicatione §.fuerat.n.12. & 13. Inſtit.de actio. Vide tamen latiùs de hoc diſputantes Abb. & Barbat. in c. ex literis de pign. & Io. Igne. *in quaſt. an rex Francia. num. 138. & Bald. Nouel. tract. de dote.* 10. *part.col.*1. Hanc autem doctrinam in dote tantùm numerata realiter, non etiam in dote cauta locum habere, ſup. *cent.*1.*obſer.* 61.annotauimus.

OBSERVATIO XIV.

Exceptio iuriſiurandi præſtiti vel remiſſi, & ante & poſt litis conteſtationem probari poteſt.

Exceptione peremptoriæ quæ ante litis conteſtationem ad impediendum proceſſum obiiciuntur, ſi reiiciuntur tanquam requirentes altiorem indaginem, poſt

SI obijciens exceptionem iuriſiurandi, remiſſi vel præſtiti, ex illa exceptione ſuccumbat, nec plene ante litis conteſtationem probârit,licet ſuper hoc examinati fuerint teſtes,nihilominus poſt litis cõteſtationem iterũ poterit opponi, teſteſque rurſus examinari, & publicari ſuper

litem conteſtatam, ad iuſtitiam cauſſæ iterum proponi poſſunt, Vvurmſ. tit. 8 de except. ob. 4. per tot. & n. 10. A. Reyger.

eadem &c. *ita decidit Bart. in conſil. ad reprimendum. verbo, ſummariè.* & excluſus tempore à probando, exceptioné iuriſiurandi, quam ad impediendum proceſſum, vel litis ingreſſum obiecit, poſt litem cóteſtatam denuò opponere, & probare eandem, alia via, ſcilicet ad merita cauſę, & in forma peremptoriæ. *ita inquit Bald. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condictio. indeb. & ibidem hoc ſequitur Alexand. & Ang. in §. aquè. Inſtit. de actio.* Et ſi exceptio iuriſiurandi ante litis côteſtationem fuit obiecta, ad impediendum proceſſum, & fuit reiecta per iudicem tacite vel expreſſe, poteſt denuò poſt acceptum iudicium opponi in vim peremptorię, ſi Iudex eam reijciens, de ea plene non cognouit, *vt docet Iaſ. n. in l. ait prætor. 2. in princ. ff. de iureiur. & Bald. in d. §. ſi quis poſt. quod ſigna, tanquam ſingulare.*

OBSERVATIO XV.

Precio ſimpliciter conuento, quæ moneta intelligatur, Item ſtatuta loquentia de moneta, de qua ſint intelligendi?

Supr. obſ. 65. cent. 1.

SI de precio inter contrahentes conuêtum ſit ſimpliciter, nec expreſſum genus ſiue qualitas monetæ, tunc precium conſtitutum intelligitur in moneta vſuali & frequentata in loco contractus, & de ipſa debet ſolui. *ita eſt text. in l. Imperator in fine & l. ſi ſeruus plurium. ff. de legat. 1. & in clem. beneficiorum. verbo monetam currentem, de deci. Idémque latè proſequitur Fabia. de Mõte in tract. de emptione & venditione, in 5. q. prin. num 14. cum ſeq. verſi. Vlterius eſt notandum. & pro hoc eſt elegans text. in l. ſemper in ſtipulatio. & ibi Deci. num. 8. & Cagn. nu. 5. verſi. actum pariter. ff. de reg. iuris, allegat Aſten. tract. de augm. in vlt. concl. ſ. col. 10. cum ſequenti. verſi. aliquando verò. & verſi. etſi ſit diuerſa conſuetudo pulchrè Soci. conſil. 247. verſi. 2. num. 4. lib. 2.* Sic etiam ſtatuta in dubio intelliguntur de moneta currente. *Alb. Bru. in 3. vol. de conſt. decr. indict. moneta in fine.* & contractus ſunt in morem regionis, vbi initi ac celebrari fuerunt, regulandi *Raph. Fulgoſ. conſil. 72. num. 2. vbi hac de re (more ſuo) infinita cumulat. And. Tiraq. de retract. municip. gloſſ. 18. num. 73. verſi. 10. quæro, cum ſeq.* Et prædictam doctrinam ſecuti ſunt Domini in Camera, *in cauſa appellationis Philippi Comitis de* Hanavv, *contra Iacobum Comitem de* Zvvenbruch, *anno 1555.*

OBSERVATIO XVI.

Minor quæ probare teneatur, vt poſſit reſtitutionem in integrum obtinere?

vide Hart. Piſt. li. 1. q. 38.

1. *Minor petens reſtitutionem tria probabit.*
2. *Minor non tenetur probare, ſe intra legitimum tempus reſtitutionem petere. & num. 3.*
4. *Reo excipienti de lapſu temporis legitimi incumbit probatio.*
5. *Læſionis probatione quando minor ſubleuetur.*
6. *Minori propria facilitate læſo reſtitutio conceditur. & num. 7.*

AD hoc vt Minori competat reſtitutio 1.
in integrum, † tria volunt Interpre-
tes eſſe neceſſaria: primò, quòd probet ſe
minorem: alterum, quòd læſioné doceat:
tertium denique, quòd ſe dolo aduerſarij,
vel nimia ſui facilitate læſum oſtendat, *l.
verum. §. ſciendum. ff. de mino. & l. vlt. C.
de in integ. reſti. mino.* † *Quartum addebat* 2.
*Ant. de Butr. in c. conſtitutus. de in inte. re-
ſti.* videlicet, quòd minor probet, ſe eſſe
intra tempora in integrum reſtitutionis
petendæ, ſcilicet intra quadriennium, *de
quo in l. vlt. C. de temp. in integ. reſt. pet.*
†Sed illud per Doctores communiter re- 3.
probatur, *in l. nam & poſteà. §. ſi mino. ff.
de iureiur. vt ibi per Iaſ. nemo enim tenetur
illud allegare, quod timet ab aduerſario op-
poni. vt ibi per Dd.* Amplius voluit Corn.
conſil. 135. de pluribus. li. 2. onus probandi,
quòd petens reſtitutionem in integrum
ſit intra tempora petendi, incumbere reo,
contra quem petitur reſtitutio, neganti
petentem eſſe intra tempora petendi, ita
quòd ſibi ſit præcluſa via ad petendum:
quia petens reſtitutionem habet intentio-
nem ſuam fundatam, ex quo probauit lę-
ſionem, & minorem ætatem tempore lę-
ſionis: † vnde aduerſarius, qui ex- 4.
cipit de lapſu temporis, illud probare
obno-

Digitized by Google

obnoxius eſt: *l. in exceptionibus. ff. de exceptio. De prædictis vide etiam latè differentem Guid. Pap. deciſ. 142. vbi in vtramque partem diſputat. Item Bald. in l. 1. Cyn. & Saly. in auth. ſi omnes. C. ſi ab hæred. ſe abſti.* 5. Porrò † quod dictum eſt, minorem teneri ad læſionem probandam, hoc non procedit, vbi ex ipſius actus facie reſultaret læſio: vt eſt in exemplo præſcriptionis, cùm aduerſus præſcriptioné minor vult reſtitui: debebit enim hoc ſolum probare, quòd minor ſit, cùm ex reliquo ſatis læſio pateat, quia ſit in eum præſcriptum, & ita ſuæ rei detractum, *vt per Doctores in l. ſancimus. C. de temp. in integ. reſt. pet.* † Sed etſi 6. minor eſſet læſus ex veriſimili ignorãtia, licet nõ dolo aduerſarij, ſed ſui facilitate, adhuc ei reſtitutionem in integrum competere volũt, ſaltem ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur: *prout ex facto reſpondit Corn. conſil. 184. ſuper hac nona lib. 3. vbi allegat multas concord.* † *Pro quo* 7. *facit, quod not. Bart. in l. Æmilius. ff. de minoris.* vbi minori cum quo nihil eſt geſtũ, & tamen eſt læſus, licet non detur reſtitutio ex edicto de minoribus, tamen ſuccurritur ex clauſula generali: *de quo per Alexand. conſil. 163. col. 1. vol. 2. & Aret. conſ. 170. vbi latè.*

Minor contra omiſſam probationem reſtitutionem petens, quid probare teneatur. vide Hart. Piſto. li. 1. q. 12. n 15. A. Reyger.

OBSERVATIO XVII.

De Minore petente reſtitutionem, contra appellationis omiſſionem.

1. *Minor petens reſtitutionem contra omiſſam appellationem, læſionem non probabit.*
2. Caſtr. & Cuman. *contrarium tenent, & num. 3.*
4. *Quorum opinio in Camera non eſt recepta. & n. 5.*
6. *Minor probatione euidentis læſionis onerandus.*

1. SED quid in Minore petente reſtitutionem in integrum contra appellationem à ſe omiſſam? Et plerique cenſuerũt, ſi minor appellare omiſerit, vt non teneatur hoc caſu aliud probare, quàm quod minor ſit: ſatis enim læſus cenſetur: qui non prouocãrit, nec eſſe neceſſariam hãc probationem, quia male fuerit in eũ lata ſententia, & ita conſultiſsimè ab eo actũ, ſi is appellaſſet. † Sed Caſtr. *in d. l. ſancimus. C. de temp. in integ. reſtit.* exiſtimauit, 2. minori probationem hanc incumbere, quod doceat, ſententiam male fuiſſe in ſe latã, & hoc ſibi expediuiſſe, vt appellaret, cùm in dubio pro ſententia præſumatur, *cuius opinionis dicit eſſe Bart. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iure.* Recitat etiam ibidem aduerſam Raph. † Cumani ſenten- 3. tiam, qua is putauit referre, an hîc minor actor eſſet, vel reus: vt ſi Actor ſit, probare debeat, ſua intereſſe prouocare: quod ſi Reus fuerit, ſecùs ſtatuendum. † In hac 4. tamẽ varietate memini in iudicio Cameræ, minores fuiſſe reſtitutos, quod intra tempus præſtitutum à ſententia in eos lata non appellaſſent, idque prætermiſſa omni examinatione, an huic appellaſſe, vel non, profuiſſet, ſed ſolùm hoc ſpectãdo, quòd non appellãdo potuerit hic Minor non lædi, vel etiam lædi, vt in hoc dubio ei ſubueniendum exiſtimet. Certum autem eſt hunc beneficio legis priuatum. † Nec recepta fuit Cumani diſtinctio, an 5. minor Actor eſſet, vel Reus: quia lex, quæ vult Minorem læſum debere reſtitui, generaliter & indiſtinctè loquitur, nullo diſcrimine habito inter Reum & Actorem. † Ex prædictis ergo omnibus concluden- 6. dum eſt, læſionem eſſe à minore probandam, niſi tam manifeſta & euidens fuerit, vt nulla alia probatione ſit opus, vt eſt in caſibus ſuprà relatis & ſi qui ſunt prædictis ſimiles.

OBSERVATIO XVIII.

Reſtitutio in integrum quale beneficium? & quæ in reſtitutionis libello ſint obſeruanda?

1. *Reſtitutio in integrum an ſit perſonale beneficium?*
2. *An verò reale vel mixtum, & numer. 3.*
4. *Cameræ Aſſeſſores reſtitutionem inter realia beneficia retulerunt.*
5. *Læſionis mentio in libello reſtitutionis neceſſaria.*

Digitized by Google

6. *Reſtitutio in integrum eſt mixtum beneficium.*

SIt-ne perſonale, vel reale beneficium, reſtitutio in integrum, variârunt Dd.
1. † nonnullis exiſtimantibus perſonale eſſe,
2. *per l. quia perſonale. ff. ſolut. matrim.* † aliis reale eſſe putantibus, ex eo quod ad hęredes tranſmittatur, *vt in l. non ſolum. ff. de reſt. in integ.* pleriſque † verò mixtum aſſerentibus, perſonale quidem ex eo, quòd fideiuſſori minoris non competat, *per tex. in l. 1. & vlt. & ibi Bar. C. de fideiuſſoribus minor. & in l. Marcellus. ff. de fideiuſſoribus.* reale verò quia ſucceſſores cõcomitetur. † Sed cùm hoc dubium in quæſtionem veniſſet in Camera meo tẽpore, putabant crebriùs Domini Aſſeſſores, reale beneficium eſſe reſtitutionem, vt qui hoc attẽdẽdum crediderint, an perſona ſit mediata, ſeu immediata priuilegij cauſa: nam ſi immediatam admiſeris, facile iudicabis, perſonale nõ eſſe, nec eo caſu principaliter perſonæ contemplatione conceſſum:
3. † Quò ſit, vt cùm in reſtitutionis libello concipiendo, neceſſariò læſionẽ opponere debeas, & rem ita narrare, atque deducere, vt apparere poſſit, quæ ſit cauſa immediata & proxima reſtitutionis, *vt eſt in l. quòd ſi minor. §. non ſemper. ff. de minori:* quid oberit quin hoc caſu reale cẽſeri de
6. beat? † Etſi ab horum opinione nõ videatur diſcedendum, qui cenſuerunt mixtum eſſe beneficium, nõ ex eo, quia fideiuſſori minoris non competat cum non ſit rationem veram reddere, imò potius dictum dicto annectere: ſed quia certum ſit, minoris perſonam læſam, nec aliàs ei per reſtitutionem indulgendum, niſi hoc lex perſonæ cõtemplatione faceret, quaſi perſona iſtud operetur: quod ſatis deſumitur *ex l. exceptiones. ff. de except. rei. generali. Et in hanc ſententiam inclinat etiam Ioann. Maur. in tractat. de reſtit. in integ. c. 13. vbi hoc latiùs proſequitur.*

OBSERVATIO XIX.

Reſtitutionem in integrum tranſire tàm in hæredes, quàm vniuerſales ſucceſſores, vera ratio eſt, quia ſit beneficium reale.

1. *Cur reſtitutionis petitio hæredibus concedatur? & num. 4.*
2. *Ratio eius rei, à Doctoribus vulgo tradita, reprobatur.*
3. *Æquiſſimum eſt defuncto ſuccurri.*
5. *Reſtitutionis petitio quando hæredibus denegetur? & n. 6.*

EX ſuprà dictis apparet, illam eſſe † ve- 1.
ram, & concludentem rationem iſtius regulæ, qua aſſeritur, reſtitutionem in integrum non ſolùm ad hęredes, ſed etiam ad vniuerſales ſucceſſores trãſmitti, ita vt ſiue hęres ſit, aut is cui ſit hęreditas reſtituta, poſſit in integrum reſtitui: *de qua in l. non ſolùm. ff. de reſtit. in integ.* videlicet, quòd reſtitutio reale ſit beneficiũ, & rem ipſam ſequatur, quę cùm ad hęredem deuoluatur, neceſſe eſt, omne ius ex ea dependens deferri: nam aliæ rationes, quæ à Dd. adferuntur ad hanc regulam, nõ ſub-
ſiſtunt. † Quòd enim aiunt, ideo ad hære- 2.
dem reſtitutionem tranſire, quòd is defunctum repræſentet: ex eo confunditur, quod fideiuſſor etſi à principali depẽdeat, atque eum repræſentet: nihilo ſecius reſtitutio minori competens ipſi denegetur, *l. 1. C. de fideiuſſo. min. l. in cauſæ. 1. ff. de minoribus*, vt illa repræſentationis cõſideratio
parùm aut nihil ad rem iſtam faciat. † Al- 3.
tera ratio, *quod æquiſſimum ſit defuncto ſuccurri*, ne tertius cum eius damno & incommodo locupletetur: pariter confunditur, ſi conſideres, fideiuſſoris minori eſſe adaptabilem, cui tamen non ſuccurritur
reſtitutione. † His ergo reiectis, ſuprà di- 4.
cta ratio, tanquam verior & purior, quæque minoribus calumniis ſit expoſita, amplectenda videtur: *id quod pluribus docet Ioan. Maur. in tract. de reſtit. in integr. c. 15. cui in hoc ſubſcribo.* Interim tamen me-
mineris † ſic demum ad hæredes reſtitu- 5.
tionem tranſmitti, ſi à defuncto, intra tẽpora à lege præfixa (id eſt, intra quadriennium, *l. fin. C. de temp. in integ. reſtitu.*)
petita fuerit: † aliàs defuncti mora & ne- 6.
gligentia omninò hæredi nociua erit, quaſi defunctus eum à petitione excluſiſſe cenſeatur, & tacitè ius quod illi competebat, remiſiſſe, vt plus iuris in hæredem non tranſtulerit, quàm haberet, Ea

tamen

Digitized by Google

tamen maiorem indaginem exigere videtur.

OBSERVATIO XX.

vide Gail.2. obſ.65.n.1. 17. & Reyger.

Minor ſe maiorem aſſerens, an reſtituatur? quatuor concluſionibus expeditur.

1. *Minori doloſè aſſerenti ſe maiorem denegatur reſtitutio.*
2. *Datur reſtitutio, ſi dolo aduerſarij ad eam aſſertionem ſit inductus.*
3. *Idem eſt ſi vtriúſque tàm minoris, quàm aduerſarij, dolus interuenerit.*
4. *Similiter ſi neutrius dolus ſed error vtriúſque interuenerit.*

FREQVENS hæſitatio eſt, & quotidiana, an ſi Minor ſe Maiorem dixerit contra id reſtitui debeat? *Cuius deciſio habetur in C. ſi min. ſe maio. dixe.* Ex cuius tituli farragine ſolent aliquot elici concluſiones à Dd. quæ tamen non carent pugna. Reducendo tamen omnia quàm ſimpliciſſime ad veras & genuinas ſen-
1. tentias. †Hæc ſit prima concluſio. Si Minor proprio dolo Maiorem annis ſe aſſeruerit, is tàm ſacris conſtitutionib. quàm reſcriptorum auctoritate à reſtitutione in integrum repellitur, *idque apertè teſtatur. l.2. C. ſi min. ſe maio. dix. & ex oppoſito in l.1. eod. tit.* diſponitur ſuccurri reſtitutione Minori, ſi per errorem, à quo abeſt omnis dolus, Maiorem ſe eſſe probauerit. Bart. tamen ibidem putauit, in caſu erroris non eſſe neceſſariam reſtitutionem, cùm poſſit erronea confeſſio reuocari, *per l. error. & l. cum teſtamentum. C. de iur. & fact. ignor.* vt quod ordinaria via aſſequi poſſumus, non debeamus extraordinario remedio repetere: & ita debere ſolùm reſtitutionem contra contractum, in quo Minor erroneè ſe Maiorem faſſus eſt, implorari: quo caſu tenebitur probare minor, ſe contractus celebrati tempore minorem, non autem maiorem annis fuiſſe *argumento l. ſi minorem. C. de in integ. reſtit. minoris.* Hanc autem Bartoli diſtinctionem infringit Ioan. Mauri. *in tract. de reſt. in integ. c.170.* & ad eius obiecta ſatis reſpondet vt ibi per eum. Secunda con-
cluſio. †Si Minor ſe aduerſarij dolo Maio- 2.
rem dixerit, reſtitui contra eam aſſertionem poterit, dummodo probet, ſe eo tẽpore minorem annis fuiſſe, fietque id cauſa cognita, & ętatis examinata ratione. *Vt eſt in l.3. C. ſi min. ſe maior. dix.* Tertia
† Si vtriuſque dolus, tam minoris, quàm 3.
aduerſarij interuenerit, etiã minori concedenda eſt reſtitutio, *per l. de tutela, C. de in integ. reſti. min. quam ad hoc allegat Bartol. in d. l.3.* Quarta, †Si neutrius dolus in 4.
contractu interuenerit, quia minor ſe annis maiorem exiſtimet, & ita etiam eſſe pars opinetur, locum eſſe reſtitutioni, extra pugnã eſt. Quod procedere vult Ang. etiamſi iurauerit minor, modò id tactis ſacroſanctis Euangeliis non effecerit, *in d. l.3.* Sed videtur non eſſe differentiã conſtituendam, an minor corporaliter iuramentum prȩſtiterit, vel non, cùm nõ poſſit inter vtrumque caſum euidens diuerſitatis ratio adferri. & aliàs diximus, ſimplicem, ſub bona fide factam promiſſionem, & iuramentum reuera præſtitum, pares eſſe effectus, licet quò ad pœnam differãt: *ſuprà cent.1. obſer.17. Prædicta tamen latiùs proſequitur, idem Mauri, in d. tract. de reſt. in integ. c.170.*

OBSERVATIO XXI.

Minor contra quaſcunque ſententias reſtituitur, modò cognitio læſionis præcedat, déque ea appareat: item an & quando plena ea cognitio requiratur, ſummaria ſufficiat?

MINOREM reſtitui poſſe aduerſus ſententiam ſiue interlocutoriam, ſiue diffinitiuam, extra cõtrouerſiam eſt, *l. cùm & minoris. & l. vlt. C. ſi aduer. rem iud.* nec ſolùm datur illi reſtitutio contra ſententiam Prȩſidis prouinciæ, vt ibi, ſed etiam prȩfecti prætorio, & Imperatoris, *l. in cauſa. §. Vlt. cum aliquot. ll. ſeq. vſque ad §. non ſolùm ff. de mino.* item & Pontificis, *c. ſuſcitata, de in integ. reſt.* Priuſquam tamen aduerſus ſententiam minor reſtituatur, omninò neceſſe eſt, cognitionem læſionis prȩcedere, & de ea apparere, an læ-

Digitized by Google

ſus ſit. An autem plenaria cognitio requiratur, vel ſummaria ſufficiat, variârunt Interpretes. Sed cùm in Imperiali Camera tractaretur cauſa turbatæ poſſeſſionis, *agitata inter tutores pupillorum de* Heppenheim, *contra* D.e vvild vmid Reingraffen *anno* 1550. *menſ. O?obri.* Domini ſic diſtinguendam cenſuerunt: vt ſiquidem principaliter aduerſus ſententiam imploretur reſtitutio, pleniſſima ſit opus cognitione, vt ſic conſtare poſſit, an iuſta occaſione Minor conqueratur, ſéque iniuſte à Iudice condemnatum proponat: id quod Doctores etiam communiter tenent, *mots ad hoc per l. Vlt.* C. *ſi minor ſe maiorem dixerit, ſub illis Verbis: Ea quæ in prece contuliſti, examinare Præſidem prouinciæ conuenit, qui ſi ex luce probationum te deceptum cognouerit, fidem veri ſequetur:* quem textum ad hoc, ponderat Salic. *in d.l.1.C.ſi aduer.rem. ind.* Quòd ſi non principaliter & directò, ſed incidenter minor ſe contra ſententiam petat reſtitui, tum ſufficere leuem, ac ſummariam cognitionem ſiue indagationem putârunt. *Vt per. Dd. in d. l. vlt. Idem etiam tradidit Iom. Maur. in tract. de reſt. in integ. c.* 193. Et cùm in præfata cauſa peteretur reſtitutio principaliter, pleniſſima etiam, in ea cognitione vſi ſunt Domini.

OBSERVATIO XXII.

Add. doctiſſ. Rubeum. de querel. inoffic. teſt. c. 12. A. Reyger.

Filia renuncians an faciat partem?

SI filia dote contenta renunciauit cum iuramento bonis paternis & maternis, vel etiam fraternis, & ea quitauit: an huiuſmodi renuntiatio cedat omnibus alijs, vel faciat partem, licet non admittatur ad partem? diuerſæ ſunt opiniones inter Dd. *quas latè refert Curt. ſenior conſil. 5. incip. Stulphus pater. eáſque repetit. Nicol. Boer. deciſ.* 104. *part.1.* Verùm à Dominis comprobata eſt ſententia Pet. Iac. *in tit. de codicill. ex l. omnimodo. col.4. verſ. ſed quid erit aſſerentis*, talem filiam, quæ ſic renunciauit computari & numerari inter liberos & facere partem, licet non admittatur ad partem, ſed eius portio remaneat, & accreſcat hæredi, cui pater prouidiſſe videtur, *per text. in l. ſi pactum. ff. de probat, cum not. in l. qui repudiantis. ff. de inoffic. teſtamen. & l. planè. §. ſi duobus ff. de legat. 1. Vbi Bald. Ang. Deci. idem tenent, & Alexand. conſil. 149. Vol. 7.* Suprà dictam opinionem fatetur etiam cæteris communiorem eſſe Guid. Pap. *deciſ.* 295. & ſecúdùm eam fuiſſe iudicatum in Parlamento Gratianopolit. *idem repetit. deciſ. 599. in quibus locis hæc materia pleniſſimè diſcutitur.*

OBSERVATIO XXIII.

Add. Ceroc. tr. locat. tit. de iur. perſon. A. Reyger.

Locatione finita, ſi alius conducere velit, an Primus ſecundo præferri debeat?

SAEPE dubitatum fuit, an inquilinus ſiue conductor, vel Colonus finita locatione ſeu conductione, præferri debeat Secundò, ſi is tantundem dare velit? Omiſſis ſuperfluis pro regula ſtatuendum eſt, quòd dominus poteſt, cui vult, locare,
per l. ne cui. C. locati, Vbi gloſſ. Bart. Bald.
Salic. & Alb. de Roſ. hoc tenent. Fallit ta- 1.
men in prædiis fiſcalibus, *l. congruit. & l.*
fin. C. de locat. præd. ciuit. lib. 11. Item fallit 2.
in magiſtris & ſcholaribus, *c. ex reſcripto.*
ibi Hoſtien. & Inno. de locat. & in d. l. ne
cui: Vel ſi per pactum (in ſcriptis tamē fa- 3.
ctum) ita conuentum eſſet, quòd non lice
ret Domino alij locare, quamdiu is conductam habere vellet, & tantum præſtare, quantum alius *d. l. ne cui. verſi. niſi forte pacta, ibi gloſſ.* Bald. *& Salic. idem Bald. in l. contractus ff. de reg. iur.* Vel denique, niſi eſſet conſuetudo loci talis, quia valeret: nam quod poteſt fieri per pactum, po-
teſt etiam conſuetudine induci, *tex. eſt* 4.
ſing. in l. vlt. & ibi not. Bar. Bal. Sali. *& Dd. C de fideiuſſ. & eſt gloſſ. ord. in l. non ſolùm. §. final. verbo hæredis, in princ. ff. de no. ope nunc. & gloſſ. in rub. C. de decre. decur. lib. 10. fac. etiam l. non impoßibile. ff. de pact. Spec. tit. de emphy. §. nunc alia. verſ. 93. quibus adde Ant. de But. in dicto c. reſcripto. & Boer. deci. 107. parte 1.*

OBSERVATIO XXIV.

Ius cudendi monetam tàm priuilegio, quā

conſuetu-

Digitized by Google

conſuetudine acquiri poſſe: idem dicendum de iure exigendi vectigal.

QVAMVIS ius cudendi monetam Imperatori dũtaxat de iure competat, *vt in tit. quæ ſint regal. ibi moneta.* attamen de iure ſpeciali vtpote priuilegio vel conſuetudine, poſſe acquiri tale ius, communiter Dd. tenent: priuilegio quidem ideò, quia ea quæ competunt Principi, bene poſſunt per eum committi, & in priuilegiũ alicui dari, *l. vlt. C. de no vecti. inſt. non poſſ.* Atque ita videmus multos Principes, Comites & Prælatos, ac etiã Ciuitates Imperij, ius cudendi monetam partim ab Imperatoribus priuilegio, partim diuturna conſuetudine acquiſiuiſſe. De *cõſuetudine verò probatur in l. ſi quisquam. ff. de diuerſ. & temp. præſcriptio. & l. 1. C. de fundis limitro.* Ætiologia eſt, quia quæ poteſt Princeps, poteſt facere conſuetudo, *c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſig. Cyn. l. 1. C. de emancip. lib. 8. Hen. Boic. in c. quanto de iureiur. diſt. 2.* Sic etiam ius exigendi vectigal, vtcunque ſit de iure regalium tamen per conſuetudinem acquiritur, *d. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. idemque tenet Bar. in l. ſi publicanus. de publ. & vectig. & Cyn. d. l. 1. C. noua vectig. inſtit. non poſſe, vbi ponit plures vrgentes rationes. Item Spec. tit. de cauſ. poſſ. & propriè. §. quia verò. ver. quid de colligentibus pedagia. Dd. in d. l. 1 ſuper gloſſ. in qua fit mentio de priuato, C. de impo. lucra. deſ. lib. 10. atque ita ſeruat Camera. Vide & infrà cent. 5. obſer. 29. & Guid. Pap. deciſ. 498.*

OBSERVATIO XXV.

Filius an habeat ius in legitima viuente patre?

Filius viuo patre legitimam petere non poteſt, Vvurſe. 42. de collat. obſ. 1. n. 16. Adeo vt nec pro filij condemnatione parens eã ſoluere teneatur: Vvurmſ. ti. 29. de teſt. obſ. 8. nu 5. & ſeqq. A. Reyger.

1. *Communior eſt opinio, filium viuo patre habere aliquid iuris in legitima.*
2. *Sed opinio contraria eſt verior.*
3. *Ad fundamentum prioris opinionis reſpondetur.*
4. *Filius qua ratione dicatur dominus rerũ paternarum, viuo patre?*
5. *Plenum eiuſdem rei dominium pluribus in ſolidum non competit.*
6. *Vtilitas huius quæſtionis oſtenditur.*

EXiſtimârunt plerique, † quòd Filius 1.
habeat ius in legitima Patre viuente,
argumento l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. in
qua opinione fuit Dyn. idemque videtur
ſentire gloſſ. in *Nouel. de hære. & Falcid.*
§. ſi quis autem nõ in plures. Contrariũ † ta- 2.
men verius eſt, nempe Filium viuo Patre
nihil iuris in legitima habere, nec ipſi illã
deberi: ſicut nec patronus in bonis liberti
viuentis quicquam iuris habet: *l. 1. ff. ſi quis*
à patre ſui. manu. & pro hoc eſt tex. in l. 1. §.
ſi impubers. ibi Barto. ff. de colla. bono. † *Nec* 3.
obſtat. d. l. in ſuis. quia imaginariè tantùm,
& per quandam repreſentationem filius
pro Domino habetur, viuente patre: verè
autem Dominus non eſt paternorum bonorum, aliàs ſequeretur, quòd eſſent duo
domini eiuſdem rei in ſolidum, quod eſt
abſurdum, *vt per Ioan. Fab. in §. ſui autem.*
Inſt. de hæred. qualitat. & differen. † Quòd 4.
ergò, filius viuo patre exiſtimatur dominus rerum paternarum, hoc verum intelligitur, quò ad Dominiũ intellectuale, & interpretatiuum: quia cum lex interpretetur filium eſſe eandem perſonam cum patre, intellectualiter declaretur illũ eſſe dominum & patrem: fingitur enim filiusfamil. (iure ciuili) viuente adhuc patre quaſi dominus eſſe paternorum bonorũ, ſicque fictum habet dominiũ ſiue improprium, vel potiùs, κατὰ ἐλπίδα & in ſpe *vt Alciat. lib. 2. Parer. c. 15. appellat*: ſecus quò
ad dominium verum & effectuale. † quia 5.
Dominium eſt quædam plenitudo, quæ non capit plures in ſolidum: *l. vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati, Porc. in d. §. ſui autem, vbi etiam vide, quæ ego ſcripſi.* Et hæc poſterior opinio ſeruatur in iudi-
cando in Camera Imperij. † Nec ocioſa 6.
eſt hæc inueſtigatio, aut ſine effectu: quia ſi filius haberet ius patre viuẽte, patre nõ poſſet de ſuis rebus pro libitu diſponere, *l. ſi fundum. l. res tuas. C. de reb. alie. non alien.* vbi verò filius nullum ius habet, permittitur patri pro ſua volũtate diſponere de bonis tanquam domino, moderatori & arbitro. *l. in re mandata. C. mãdati. l. dudum. C. de contrah. empt. & vend.*

OBSERVATIO XXVI.

Litis pendentia quomodo inducatur, & quid ea operetur?

vid. Gail. 2 obſ. 74.

VVurm.tl.13. de lit.conteſt. obſ.6 per tot. vid.Aſi. in Prax.§.5.c.1. num.4. A.Reyger.

1. *Per nudam citationem litis pendentia non inducitur. & n.4.*
2. *Sex requiſita ad litis pendentiam inducendam neceſſaria.*
3. *Ad iuriſdictionem continuandam ſola citatio ſufficit.*
5. *Citatio præſcriptionem 30. & 40. anno. interrumpit.*
6. *Per capturam inducitur litis pendentia.*
7. *Pendente lite an liceat principi ſupplicare?*
8. *Reſcriptum, ſuppreſſa litis pẽdentia impetratum non valet.*

NOn ſemel in Camera hæc quæſtio
tractata fuit an citatio induceret litis
1. pendentiam? † Et crebriùs placuit, nõ inducere, niſi per citationẽ reus inſtruatur,
de quibus ad iudicium trahitur, *per text. in cle. cum lite. vt ibi. penult. nibil inno. iuncta gloſſ. verbi ad partem, vbi eleganter*
2. *ſcribit Zabar.* † ſex neceſſaria eſſe ad hoc,
vt lis pẽdere dicatur, Primò, quòd citatio
emanarit: deinde, quod à Iudice competente: Tertio, quod ad citatum perueneri,
aut per eum ſteterit quò minus perueniret. Quartò, quod ex tenore citationis
plene cognoſcere potuerit citatus, qua de
re futura ſit controuerſia. Quintò, quòd
citatio ſit apta, *vt per gloſſ. d. clem. cum lite,*
Sextò, quod nuncius eam legitime & ſufficienter inſinuarit, *per gloſſ. in fin. d. cle. cũ*
3. *lite, in fine.* † Quamuis enim citatio ſola
videatur ſufficiens ad perpetuandam Iu- Gail.1.ob.11.n.1. & obſ.74 n.18.A.Reyger.
riſdictionem: nec requiratur litis cõteſtatio (prout hoc etiam de iure ciuili procedere & ita communiter teneri atteſtatur
Iaſon *in l. & quia. ff. de iuriſ. om. iu. vt eum Alciat. allegat. in c. gratum de offi. deleg.*)
4. † non tamen ſufficit ad inducendam litis
pendentiam, niſi in ea interueniant ſuprà
dicta ſex requiſita, *vt per glo. in d. clem. cum lite. in verbo, plenè. & Zabar. ibidem. Idemque Staph. voluit in tract. de gra. & expe.*
5. *§. ſupplicatio, num. 12.* † Habet etiam alium
effectum ſimplex citatio, quia interrumpit odioſam præſcriptionem 30. vel 40.
annorum, *vt per Guid. Pap. deci. 416. nume. 2. vbi eleganter admodum determinat & diſtinguit, an & qualiter interrumpatur præ-*
6 *ſcriptio, quem videas.* † Amplius traditur,
litis pendentiam etiam induci per petitionem, vt quis carceribus mancipetur, ac
per ipſam capturam, *vt Caccial. voluit in tractat. de debi. ſuſp. q. 27. in prin.* item per
bonorum ſequeſtrationem, *vt eo loco nu. 3. legitur.* Ideò rectè Afflic. dixit, per citationem circumductam litis pendentiam nõ
induci, *decisi 366. nu. 14.* Neque etiam per
citationem factam petitioni porrigendæ,
iuxta Maran. de ord. iud. c. 29. numer. 71. & Afflict. decisi. 194. † Porrò an lite pendente reſcripta à Principe impetrare liceat,
vel ſupplicare *Iaſ. tractat poſt alios in rub. & in l. 1. & 2. C. vt lit. pend.* † Quid autem
de reſcripto impetrato, nõ faciendo mẽtionem litis pendentię coram Ordinario,
an valeat? Et non valere Deci. affirmat,
in c. vt debitus, poſt numer. 14. de appellat. Ad prædicta vide etiam *Afflict. decisi. 220. num. 13. Pariſ. con 45. num. 34. lib 4. & Felin. in c. cauſa quæ. colum. vlt. de teſtib. & ca. ſuper literis. col. 8. in fi. de reſcrip. & Roman. conſi. 330.*

OBSERVATO XXVII.

Exceptio declinatoria an poſt litis conteſtat. opponi valeat?

Exceptio recuſationis, & quælibet alia declinatoria fori ab initio, priuſquam aliud quicquã proponatur, eſt opponẽda. Hart. Harpm. tit. de iud. ob. 11. nu. 1. & tit. 8. obſ. 1. per tot. A.Reyger.

NOTI iuris eſt, quod exceptio declinatoria fori debeat opponi ante litis conteſtationem, non autem poſt. *l. vlt. C. de exceptio. l. peremptorias, cum ibi. not. C. ſent. reſcin. non poſſe.* Imò debet omnium prima eſſe ante alias dilatorias: quia ſi alia priùs obiicitur, per id inducitur cõſenſus in Iudicem, vt ampliùs declinari vel recuſari non poſſit: *text. in l. ſed etſi ſuſceperit, in prin. ff. de iud. & l. fi. C. de except. Bartol. Alexan. & Ioan. de Imol. in l. quidam conſulebat, ff. de re iud. Idem Bartol. in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdict. om. iu. Abb. & Dd. c. inter monaſterium, de re iud. Maran. in ſpecul. iud. part 4. diſtinct. 12. nu. 6. & parte 6. verſic. exceptio. num. 1.* Hanc tamen doctrinam Domini in quadam cauſa ita limitandã cenſebant, niſi declinatorię exceptiones pacto vel conuentione coarctatę ſint, vel alteratæ: quia tunc etiam poſt litis conteſtationem opponi poſſint. *arg. l. quæ futurum, ff. de pact. & l. commiſſoria. C. de pact.*

Digitized by Google

C.de pact.integr.empto. & Vendito quod idem tradit Guid.Pap.deciſ.275.n.3.idémque in Parla. Delphin. ſic obſeruatum fuiſſe aſſerit.

OBSERVATIO XXVIII.

Vide Gall.li.2. obſ.60 n.40. Vaſallus non præſcribit cõtra Dominum vllo tempore, ſi Dominus nõ egens eo, non fuerit vſus:cõtra ſi egens nõ vtatur, Petr. Gregor. Tholoſ.lib.6.c.19. nu.6.remittẽs ad Felin. latè hoc diſputãtẽ. A.Reyger.

Præſcriptio Domini contra vaſallum quantum tempus exigat?

IN cauſa nobilium de *Roden*, contra Comitem de *Virtheim*, inter cætera dubitatum fuiſſe memini, an Dominus contra Vaſallum ſpatio triginta annorum præſcribere poſſit libertatem: vt quia rem feudalem pro libera poſſederit tanto temporis curſu, nemine feudum requirente? Et crebrius concludebatur, præſcribere eũ poſſe, *idque auctoritate Bald.in c.1. §.ſi quis per triginta annos.Verſi.& iſta quæſtio eſt Vtilis.ſi de feud.fue.cont. inter dom. & agn.* tradentis hoc ideo eſſe, quia eo caſu dominus non præſcribat vtile dominium, ſed eius amotionem & conſolidationem proprietatis. *Et ſcribit alibi idem Baldus*, quòd licet malæ fidei poſſeſſor non poſſit præſcribere dominium, poteſt tamen præſcribere confirmationem dominij: *conſ.257.in Vltimo dubio, colum.3. quod etiam ſequitur Fran.* Bald. *tract.de præſcriptionibus, in 4.parte.5.par.prin.quæſt.3.num.9 Afflict.in prælud. conſtit. Neapol. q.22.in fine, & Zaſ. de feud. titul. qualiter feud.conſtit.verſi. his eſt conſequens, Vbi refert, ſe hunc caſum de facto habuiſſe.* Per Gallias tamen contrarium inueterata conſuetudine receptum eſſe, nempè quòd dominus non præſcribat tanto tempore feudum contra vaſallum, *refert Boer.deciſ.211.Vbi multa ad hanc quæſtionem cognitu neceſſaria congeſſit, ad quæ lectorem breuitatis cauſa remitto.*

OBSERVATIO XXIX.

Feudum an aduerſus Dominum præſcribatur. vide Vvurm. tit.51. obſ.13.per tot. A.Reyger.

De præſcriptione vaſalli contra Dominum, quantum tempus requirat?

1. *Feudum liberum pro feudali 30.ann.poſſidens, etiam ſine inueſtitura ius feudi acquirit.*
2. *Ampliatur idem.*
3. *Ad hanc præſcriptionem in Eccleſiaſticis & publicis rebus. 40.anni requiruntur.*
4. *Vaſallus poſt 30. ann. poſſeſſionem Sacramento probationis non grauandus.*
5. *Fallit ſi pignoris loco fundum Domini poſſederit.n.6.& 7.*
8. *Germanorum hac de re conſilia.*
9. *Dominus directum ius in fundo aſſequitur, pro quo 30. annor. ſeruitia ſunt præſtita.*

SED an econtrà vaſallus rem non feudalem præſcriptione poſſit acquirere
contra dominum? † Et dicendum eſt bre- 1
uiter quòd ſi quis per triginta annos rẽ
domini liberam pro feudo teneat, & ei
ſeruitia præſtet, illum cẽſeri iam feudum
etiam ſine inueſtitura præſcripſiſſe: per d.
c.1.§.ſi quis per triginta annos. † Quod a- 2
deò verum eſt, vt ſufficiat ſemel ſeruitia
præſtitiſſe, ſi poſteà triginta anni ſequantur,
cùm non omni anno ſeruire neceſſe
ſit, *iuxta Zaſ.de feudis.tit.qualit.feud.
conſtit.verſi. notandum eſt. facit c. cum de
beneficio.de præbend.lib.6.& not. in c. cùm
Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſ.& propriè.*
† Hæc tamen vera intellige in feudis ſe- 3
cularibus: ſecus eſt in re Eccleſiaſtica, &
rerum publicarum bonis, quia tunc 40.
anni requiruntur, *iuxta And.de Iſern.in
d.§.ſi quis per triginta annos, & ibi Aluar.allegat.l.inanem,* C.*de fundo patrim.
libr.11.& l.1.C.ne rei do.Vel templo. quia,
Vt Prepoſ.ibi inquit, non præſumitur derogatum
Eccleſiæ, & rebus pub. per hæc iura feudalia.*
† Ex prædictis conſequens eſt, etſi
poſt triginta annorum curſum cõtrouer- 4
ſia incidat, non eſſe neceſſarium, quòd
vaſallus ſuper feudali re ſacramentum
loco probationis præſtet, *gloſſ.cap.1.de
conſ.rei.feud.Zaſ.loco ſuprà citato.* † Secus, 5
ſi aliquis rem domini à principio pignoris
loco tenuit, & triginta anni lapſi
ſunt, quia tempus poſſeſſorem à ſacramento
non releuabit, *per c.fin.de feu.da.
in Vic.leg.commiſſ.* † Imò tale tempus non 6
ſufficeret, poſtquam de pignoris titulo
conſtaret: quia nemo poſſeſſionis cauſam
ſibi ipſi mutare poteſt, & poſſeſſor eſſet in
mala fide, quæ temporis curſum etiam in

feudis impedit, *iuxta Propoſitum in d. §. ſi quis per triginta, & Zaſ. d. tit. qual. feud.*

7. *conſt.* † Quæ ſententia haud ita pridem in cuiuſdam magni Principis cauſa aduerſus pleroſque nobiles in Camera

8. per Aſſeſſores comprobata fuit. † In qua quidem cauſa diuerſa, ac prorſus contraria hodie extant reſponſa quorundam Germaniæ noſtræ Iuriſconſultorum, *tom.*

9. *2. conſil. 280. 29. & 30.* † Sed quid de domino, ſi ab aliquo ſeruitia per triginta annos nomine feudi, ac ſi feudalis eſſet, recepit? Et Spec. tenet, iſtum fundum factum eſſe feudalem, *in tit. de feud. §. 2. Verſi. ſecundò quæritur, quod etiam ſequitur Bald. in d. §. ſi quis, qui allegat. l. vltim. ff. de acceptil. & hanc aſſertionem comprobat natura correlatiuorum, &c.*

OBSERVATIO XXX.

Vid. Menoch. de præſumpt. lib. 5 præſum. 11. vid. Nouel. 149. A. Reygger.

Originarij an extraneis ſint præferendi officijs?

IN Ordinatione Auguſtana Imperialis Cameræ *par. 1. tit. 4. §. Und wo aber ſolchs, &c.* habetur quòd originarij Aſſeſſores ex qualibet prouincia ſiue circulo aſſumi debeant, & extraneis præferri, dummodo ibi reperiri poſſint idonei: *quod videtur pro[b]ari per ea, quæ ſcribit Panorm. in c. Abb. de verb. ſig.* Et bene eſt, quòd originarij extraneis præferri debeant, cùm meliùs cenſeantur ſcire mores & conſuetudines eius prouinciæ, ex qua ſunt oriũdi, *c. quoſdam, & c. quando, de præſumpt. fac. l. 2. C. de offi. præt.* vbi dicitur, potiùs eligendos eſſe prætores, qui habent larem in vrbe, quàm qui ſunt de prouinciis. *Ad quod facit etiam text. in c. in nomine, diſt. 23.* Porrò magna, & à multis annis controuerſa quæſtio eſt, an originariis præferendi ſint in officiis ſecularibus, & magiſtratibus ordinandis? *de qua vide latè Caſſ. multa in vtramque partem diſputantem in Cat. leg. gloriæ mundi, par. 11. conſ. 22. vbi tandem in eam opinionem inclinat, longè meliùs originarios imperare, quàm peregrinos, vide ibi fol. (mihi) 223. Adde etiam quæ ſcribit Guil. Bened. in rep. c. Raynutius verb. & Vxorem nomine Adelaſiam num. 1050. vſque ad n. 1052. de teſta. & Luc. de Penna. in l. quiſque. C. de om. ag. deſe. lib. 11. vbi tractat eandem quæſtionem, & decidendo originarios extraneis præfert.*

Diſſent. Teſſaur. deci. 168. per l. ſi ead. ff. de offic. aſſeſ. ſo. ex qua probat, ius dicentem non debere eſſe de loco vbi Iudex deputatur. A. Reyger.

OBSERVATIO XXXI.

Aſſeſſores debent eſſe ex iuſto matrimonio: & de illegitimis ſiue ſpurijs nonnulla notatu digna.

EADEM ordinatio inter cæteras qualitates requiſitas in Aſſeſſoribus, exigit, quòd ex iuſto matrimonio nati eſſe debeant, qui ad Aſſeſſoriatus dignitatem velint euehi, ſicque illegitimi non admittuntur: & rectè, cùm ſint infames, *iuxta Bald. in l. 4. in prin. ff. de lib. & poſt. quem ibi ſequitur Alex. idem Bald. in l. in bona fides. C. de reb. cred.* quibus portæ dignitatum non patent, *l. 2. C. de dig. li. 12. & c. infamib. de reg. iuris l. 6.* Imò etiam conſiliarij principis eſſe nequeunt, *Bald. in l. cum legitimè. ff. de ſtat. hom.* Nec doctoris titulo inſigniri, quia doctoratus eſt dignitas, *vt dicit Bart. in proœ. C. & Zab. in proœ. Cle. & cle. 2. de magiſt.* etiamſi eſſent legitimati, cùm legitimatus ſit ſimilis Alchimiæ, quæ facit apparere quod non eſt *inquit Bald. in c. 1. col. 5. de conſt. quem refert ac ſequitur Iaſ. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. & idem Bald. in c. ſi. de tranſl. Epiſc. ait:* legitimatum aſſimulari homini medicato à morbo, in quo ſemper aliquæ remanent cicatrices, *cuius dictum recenſet Curt. conſil. 78. col. 26. & ſeq.* Vtcunque ergo ſpurij efficiantur legitimi, remanent tamen infames de facto inter bonos & graues viros, Quia infamia remanet infamia, licet cauſa ſit extincta. *Deberet in Repert. verb. de priuileg. §. nota priuilegium Marſil. d. loc. Bald. d. l. 4. in princ. & Alex. in l. ex facto col. 5. de vulg. & pupil. & latè Chaſſa. in Catalogo gloriæ mundi, part. 11. conſ. 15. vbi multa contra baſtardos congeſſit.*

De ſpuriis vide Gail. 2. obſ. 88. Et Piſtor. volu. 1. conſil. 46. vbi diſſen. Hart. Piſtor. p. 2. quæſt. 30. n. 4. & ſeqq. fol. 109. & nu. 20. & ſeqq. Petr. Pecc. in c. infamib. de R. I. in 6 Raudenſ. de analog. c. 30. n. 81. vbi multa exẽpla naturaliũ ad dignitates euectorũ. Ciuitas per ſpurios regi & gubernari pôt, Marſil. tra. de bannit. ver. ciuitate nu. 197. Naturalis eſt infamis, Capyc. decil. 32. nu. 6. & 7. incapax dignitatũ ib. & ſeqq. Plot. de in lit. iur. §. 49. n. 13. fol. 616. Marſi. de bannit. ver. nobiliſſima n. 22. vbi etiã fuerit legitimatus. Add. Et liberi illegitimi, an ad dignitates ſeculares vel Eccleſiaſticas promoueri poſſint, vide Hart. Hart. in Miſcel. c. 2. ob. 11. per tot. Infames feudi dignitatis ſint incapaces, nõ aliarum. Henric Roſenthal de feud. c. 5. concl. 9. in fin. allegat Sylnanum de feud. recog. q. 100. & plures ibi Carol. Tap. in l. fin de conſt. Pr. p. 2. c. 3. n. 45 & ſeqq. De iure Saxo. macula patris nocet filio. Reinh. part. 6. diff. 42. Diſſent der Reichsabſchied Anno 48, Zu Augſpurg auffgerichtet, dadurch Bader, Aalbier, Muller, Leinweber Kinder zu handwercken werden gelaſſen, ſublatis omnibus conſuetudinibus & ſtatutis in contrarium.

Spuria vtrum vt infamis Thoming. deciſ. 48. Teſſaur. deciſ. 126. A. Reyger.

OBSER-

Vid. Prat. de R. I. lib. 7. ti. 2. fol. 852. Gail 1. obſ. 43. Vid. Benincaſ in tit. de paupert q. 7. n. 9. & ſeqq. Specia. 7. in ind. A. Reyger.

OBSERVATIO XXXII.

Aduocati cogi poſſunt ad ſuſcipiendas cauſas pauperum, & quid de Procuratoribus, præſertim in Camera Imperiali.

RECTE in Ordinatione Cameræ diſponitur, Aduocatos & procuratores cogendos eſſe, vt cauſas pauperum ſuſcipiant, *in 1. part. tit.* 19. §. auff das auch. Nã & alias de iure aduocatus compelli poteſt, ad præſtandum patrocinium clienti, per Iudicem, *l. 1. § ait prætor. ff. de poſtul. & l. prouidendum. §. ſi quis. C. eo.* Licet in Procuratore iure ciuili ſecus ſit: is enim inuitus mandatum non compellitur ſuſcipere, *per text. in l. inuitus, C. de procur.* quod ideo eſt, quia officium Aduocati eſt honorabile & quodammodo publicum, *l. aduocati,* C. *de aduo. diuerſ. iudi.* procuratoris verò pro vili habetur, *l. ſi quis procurationem iuncta gloſſ. ibi. C. de decur.* Verùm in Camera nulla habetur differentia inter Aduocatos & Procuratores ea in re *iuxta ordi. par. 1. tit. 19. §. 5.* cũ Procuratoris officium in Camera non minus honorificum ſit, atque Aduocati, tam ratione perſonarũ, cùm nemo ibi in Procuratoré admittatur, niſi ſit Doctor vel Licẽtiatus, quàm loci, quia ibi ſummum Imperij & Statuũ Tribunal eſt. Ita & Procuratores Palatij ſoliti ſuas operas locare, ad cauſas ſuſcipiendas cogi poſſunt, *autore Iaſ. in d. inuitus. C. de procuratorib.* Et poſſunt tàm Aduocati quàm procuratores compelli ſub pœna priuationis officij, *d. l. prouidendum,* idque in Camera ſic vſurpatur, niſi ex legitimis cauſis ſeſe excuſare valeãt, eas denique probent: *iuxta Bal. ibidē n. & eundem in l. humanitatis, C. de excuſat. tut. vbi latiùs vide.*

Gail. 1. obſ. 51. n. 6. 10. 11. 12. Cauſa cauſæ eſt inferenda, vt puta in tali cauſã N. prædij ad audiendam ſententiã. Vant. de nullit. & defect. cit. n. 34. & ſeqq. A. Reyger.

OBSERVATIO XXXIII.

De citatione generali ad totam cauſam.

1. *De ſtylo Cameræ generalis citatio ad totam cauſam emitti ſolet.*
2. *Eiuſmodi citatio an ſit iuri communi conſentanea? & n. 3. 4.*
5. *Vnica generalis citatio quando non ſufficiat?*
6. *Citatio generalis quem habeat effectum?*
7. *In contumaciam rei non comparentis quomodo proclama decernatur?*

IN iudicio Cameræ † citari ſolent partes 1.
ad totam cauſam, & ad omnes ac ſingulos actus eiuſdem cauſæ vſque ad diffinitiuã incluſiue, cum comminatione, quod aduerſus citatos, contumacia non obſtante, procedetur ad cognitionem & pronũciationem. † Et huiuſmodi citationé ge- 2.
neralem etiam de iure ſubſiſtere, tenent Innoc. *in c. conſuluit. de offi. deleg.* Bal. Angel. & Imol. *in l. qui ante calendas, ff. de verb. oblig.* Spec. *tit. de citat. § viſo. ver. item licet in die.* & Ioan. And. *in d. c. conſuluit.* itémque Bartol. *in extrauag. ad reprimendam, in verbo, per edictum.* † Contrarium 3.
tamen videntur tenuiſſe Ioan. And. *in add. ad Spec. in d. verſi. item licet.* Butri. *d. c. conſuluit.* & Panor. *in c. vlt. col. 3. 4. de dilat.* videlicet quòd talis citatio generalis nõ ſit permiſſa, niſi ex cauſa, quãdo ſcilicet perſona citãda, eſſet in longinquis partibus, *per c. cum ex literis, ad fi. de in integ. reſt. & c. fi. de do. & contu.* † Sed prior opinio ſicut 4.
eſt communior, ita quoque frequentatur in Camera, adeò quod facta huiuſmodi generali citatione procedi ſoleat in ipſa cauſa, & pronunciari etiam diffinitiuè abſque vlteriori citatione: *pro qua eſt tex. ad literam in l. qui crimen. ibi, vt veniat ad cauſam peragendam, C. qui accuſ. non poſſ.* Dom. *de Rota deciſ 96. in nouiſ.* Iafre. *Bal. deciſ. 24. cent.* 1. † In quibuſdam tamen 5.
caſibus etiã in Camera iuxta Ordin. plures citationes requirũtur, vt in cauſis purgationum, & materia *l. diffamari. C. de inge. manu. vt ibi.* † Porrò talis citatio gene- 6.
ralis arctat citatum ad duo, ſcilicet ad cõparendum in termino, & ad comparendum ad cauſam. Vnde licet actor & reus in 1. termino nõ compareant: tamen ſi deinde actor in alio termino veniat, & reus non, proceditur ad petitioné actoris in contumaciam rei, ad proclama, fitq; deinde vlterior progreſſus vſque ad diffinitiuam. Ætiologia eſt, quia licet primus citationis effectus, ſcilicet cõparitio in termino, ſit circumductus & deletus: tamen ſecundus effectus, nempe comparitio ad

Vid. inf. Cent. 5. obſ. 87. quæ aliquo modo huic videtur contraria. A. Reyger.

cauſam, durat: *iuxta deciſ. Rota 334. in ant.*

7. †Ideò fuerunt aliquoties in cauſis decreta proclamata in cõtumaciam rei ſic citati, etiamſi actor poſt primum terminum ad duas vel tres hebdomadas demũ comparuerit. *Et ita decretum fuit proclama 22. Maij ann. 1542. in cauſa fractæ pacis Henrici Ducis Brunſuicenſis, contra* Ducem *Saxoniæ Electorem*: quamuis tum nonnulli ex Dominis putauerint, quòd ſi ex longo interuallo compareret actor, nihil in cõtumaciam rei decernendum illi eſſe, ſed reum de nouo citandum, *per c. conſuluit. de offi. deleg.*

OBSERVATIO XXXIV.

Læſus contra pacem publicam, vel coniunctim, vel diſtinctim ad pœnam, & damna agere poteſt.

OFFENSVS contra conſtitutionem pacis publicæ, optionem habet, vt poſſit vel coniunctim tam ad pœnam, quã ad reparationem damnorum & intereſſe, vel ſeparatim ad alterutrum in Camera agere: *de quo dixi ſuprà cent. 2. obſer. 29.* Hoc non ſolùm locum habet in ipſo læſo cõtra pacem publicam, ſed etiam quilibet alius pro ipſo ſic admittitur, ad accuſandũ & agendum: quia accuſatio ex illa conſtitutione, publica eſt & popularis: idq; maximè obtinet in fratribus & coniunctis perſonis, qui ſuam ſuorúmque iniuriam proſequi poſſunt: *iuxta Angel. in l. & eum, ff. ad leg. Iul. repe. Et de hoc vide, quæ habentur apud Dd. in l. 1. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de iniu. l. ſi ſin ta. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infe. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus, ff. de verb. oblig. Atque ita olim decreti ſunt proceſſus Nobilibus de* Luhe, *aduerſus ſenatum Roſtochienſem: item de Nobilibus de* VVinterfeld, *contra ciuitatem Brunſuicenſem, anno* 1549.

OBSERVATIO XXXV.

Inſtantia in iudicio fractæ pacis quando pereat?

1. *In iudicio fractæ pacis perit inſtantia morte accuſatoris vel rei, quò ad pœnã corporalem.*
2. *Secus eſt quoad pœnam pecuniariam, & damnorum refuſionem.*
3. *Accuſatio fractæ pacis poſt 20. annos non admittitur.*
4. *Si modo reus de præſcriptione excipiat.*
5. *Iudex in criminalibus exceptionem præſcriptionis non ſupplet.*

ACCVSATIONE inſtituta ex conſtitutione pacis publicæ aduerſus violatorem, †mortuo vel Accuſatore vel Reo, 1. perit quidem inſtantia, quò ad pœnã bãni corporalem & bonorum amiſſionem, ſed quatenus ad pœnam pecuniariã, quæ ex dicta Conſtitutione violatori imponitur, & reſtitutionem damnorum inſtituta fuit, non extinguitur, ſed durat, tranſitque in ipſius defuncti hæredes. † Quapropter 2. hęredes defuncti Accuſatoris cauſam cœptam, ratione pœnę pecuniariæ, nec non damnorũ & expenſarum, proſequi & continuare poſſunt, contra violatorem: Quod ſi ipſum deceſſiſſe cõſtet, eius hęredes, ad Accuſatoris inſtantiam, in cauſa procedere, quò ad pœnam pecuniariã, item dãna, & expenſas, ſunt obnoxij: *prout habetur in ea conſtitutione, tit. 12. & in Ordin. Cameræ part. 2. tit. 9. §.* VVir vvollen auch. Circa †quod illud quoque notãdum cenſuerunt Domini, talem accuſationem vltra 20. annos non extendi, ſed eam regulandam eſſe ſecundum naturam accuſationum, *vt per gloſſ. & Dd. in l. querelam, C. ad l. Cor. de falſ. Atque ita ante mea tempora denegati ſunt proceſſus Gerhardo* Ocken, *contra Gerhardum de* Galen, *anno* 1542. †Sed pone lapſis 20. annis actum eſſe ex 4. dicta conſtitutione, nec ex aduerſo oppoſitam fuiſſe exceptionem præſcriptionis, an Iudex condemnare debeat? quod videtur, idque autoritate Baldi *in d. l. querelam & Bartol. in l. abſentem in fine, ff. de pœnis.* † Neque enim debet Iudex 5. ſupplere in criminalibus, de exceptione præſcriptionis: quia tẽpus non tollit crimen, iuxta Bartol. *in l. eum qui. §. qui ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat. & Guid. Pa. deciſ. 221. Atque ita memini decretos fuiſſe proceſſus ſuper fracta pace, & mandatum de re-*

de reſtituendo ad poſtulationē Annæ Maitin, *aduerſus ciuitatem Noniomagum.*

OBSERVATIO XXXVI.

Gail.1.obſ. 139 nu.15. De iure communi appellās, ſi intra terminū ſtatutum non petat Apoſtolos appellatio cenſetur deſerta, Vvurmſ. de appellat. tit. 24. obſ. 23. per tot. A Reyger.

Apoſtolorum requiſitio in appellatione non eſt neceſſaria, ex ordina. Came. Imper.

QVANDO aliquis appellauit à ſententia, nec petiit Apoſtolos, tunc appellatio iure non ſubſiſtit, *iuxta cle.quamuis rigor.de appell. Barth.in l.eos,§.apoſtolos,Cod. de appell.* & iura conſtituunt 30. dies intra quos Iudex Apoſtolos concedere obnoxius eſt, *vt habetur in l.iudicibus,C.de appel.* qui ſecundum Hoſtienſem incipiunt currere à die appellationis interpoſitę: & hoc probat quinq. rationibus, *in c.cordi. de appell. lib.6.* gloſſ. verò *in c.ab eo.in verbo,triginta.eod.tit.* & gloſ.3.*in cle.quamuis, ext.de appell.& gloſ.2.in l.1.ff.de lib.dimiſſ.* cenſuerunt, eos currere à tempore latæ ſententiæ: quos ſequitur Ioan. And. *in d.c. ab eo, & videtur de hoc caſus eſſe in d.l. iudicibus.* hæcque poſterior ſententia crebriùs recepta eſt. Et hi dies ſunt continui, *per gloſſ.c. non ſolum.verbo, dicendum.de appell. lib.6. & gloſ.l.1.§.dies.ff.quan.appel.ſit.* Verùm ex nouella ordinatione Cameræ Imperij, *in 2.part. tit.30.* requiſitio Apoſtolorū prorſus non eſt neceſſaria, ſed omitti impunè poteſt nihilominus & conſiſtit appellatio.

OBSERVATIO XXXVII.

Gail 2.obſ. 116. num.14. vid. Mārz. intr.de fidei-commiſ. p.7. fol.52.q.58.& ſeq. A Reyger.

De Diuiſione inter fratres rectè inſtituenda.

1. *Opiniones diuerſæ de hac quæſtione referuntur. & nu.2.*
3. *Frater maior diuidit, minor eligit ex lege vetuſta.*
4. *Quam legem conſuetudo & Dd. approbant.*
5. *Iaſonis de Diuiſione fratrum doctrina, & num.6.*
7. *Frater maior in caſu præſenti quinam dicatur?*
8. *Statutum & conſuetudo quod maior diuidat, minor eligat, præciſè obſeruanda, & nu.9.*
10. *Frater maior in diuiſione fraudem non committat. & n.12. & n.13.*
11. *Exemplum captioſæ diuiſionis ex Seneca affertur.*
14. *Inſtrumentorum communium cuſtodia ſeniori deferenda eſt.*
16. *Diuiſionem inter fratres factam ſeparata poſſeſſio arguit.*

MVLTOTIES contingere videmus, quod diuiſio ſit facienda inter fratres de bonis paternis: qualiter ergo fieri debeat, quæritur? † Et nonnulli exiſtimārunt faciendam eſſe ſorte vel officio Iudicis, *iuxta Bar.in l.11. Cod.quan. & qui.4. pars.lib.10. Iaſ.in l.1.nu.36.ff. ſi cert.pet. & in l.ſi duob. & ibi Iaſ.num.7.C.comm.de leg. vbi hanc etiam communem dicit.* † Alij contra cenſuerunt, quòd ſenior fratrum diuiſionem ſuo arbitratu facere poſſit, iunior verò eligendi optionem habeat, *per text. in ca.1.de paroch. & ita ibi tradunt Hoſt. & Ioa. And. item Bald. in l. ſuis quoque. ff. de hæred. inſtituendis, facit in argumentum, §. 1. verſi. itaque per ſe, Inſt. de ſatiſdatio.* Et quæ ſcribit Seneca *lib. 6. Declamationum,* † vbi veterem fuiſſe legem meminit, vt frater maior diuideret patrimonium, minor eligeret. † Quam ſententiam inueterata quoque conſuetudine in hiſce regionibus paſſim obſeruari videmus, quam etiam approbârunt Domini in iudicando. *Eandémque ſecutus eſt, Guid.Pap.deciſ.289. ſunt duo fratres. & Æmil. Ferre. conſil. 1. per totum, & pulchrè Hier.* Schurff, *conſil. 71. num. 1. cent. 1. vbi pluribus argumentis hanc ſententiam defendit.* † Dicit enim Iaſ. *in d.l.num.39.ff.ſi cert.pet.* Legiſtas communiter tenere opinionē Bart. nempè quod iunior nullam habeat prælationem, ſed quòd diuiſio vel officio Iudicis, vel per ſortē fieri debeat: † Cæterùm Canoniſtas frequentius amplecti contrariam opinionem, quā etiā tenendā eſſe expreſſè dicit idem Iaſ. *in §.omnes, autem.nu.62. cum ſeq.Inſt.de actio.* Nota tamen, quòd ibidem Iaſ.declarat, † fratrem maiorem hîc non intelligi ratione temporis, ſeu ætatis prouectioris, ſed ratione adminiſtrationis diuturnioris: *& aſſerit hoc expreſsè probari in cap. 1. de paroch. & ibi hoc notare. Hoſt.* Ioan. *And. Ant. & Abb* ſcribit porrò Corne. † ſi ſtatuto cautum ſit, aut conſuetudine receptum, vt maior natu fratrum hæ-

Right margin: 1. 2. 3. Gail.d.l. nu. 14. 4. 5. 6. 7. 8.

Digitized by Google

reditatem diuidat,& poſteà iunior eligat,
minorem non eſſe audiendum,volentem
recedere à ſtatuto, & diuiſionem fieri ar-
bitrio Iudicis, ſed omnino ſtandum eſſe
ſtatuto, & diuiſioni factæ à maiori. *ita
Corn. conſil. 234. licet in hac, per totum, lib.
1. per iura latè ibi allegata : & ad idem fac.
conſ.239. viſis ſtatutis, lib. 3.* vbi negat arbi-
tros poſſe ab eo recedere, ſed id omnino
9. ſequi debere. † Et ex illis ſcriptis intelli-
gẽs, etiam maiorẽ non poſſe ſe huic diui-
ſioni eximere, inuito iuniore, cui poſteà
datur optio. Prædicta tamen ſic accipiẽda
10. ſunt, † modò frater natu maior non faciat
diuiſionem captioſam, nec in ea ſit quædã
fraus aut iniquitas: *qualem refert Seneca in
11. loco ſuprà citato factum fuiſſe.* † Quidam e-
nim cùm haberet filium legitimum, alium
ex ancilla ſuſtulit, deinde deceſſit : maior
fratrum ita diuiſit hæreditatem, vt totum
patrimonium ex vna parte poneret, ex al-
tera nothi matrem, ſicque cogeretur mi-
nor frater aut matre carere, aut integro
patrimonio, id eſt, aut matrem apud aliũ
in perpetua ſeruitute relinquere, aut mẽ-
dicum, & rerum omnium inopem ma-
12. nere. † Sanè nemo rectè dixerit, ſtandum
eſſe huic diuiſioni, ſed eam omnino reii-
ciẽdam *iuxta Petr. de Anch. in c.1. col.3. ver-
ſic. in hac quæſtione, de conſt. & Io. de Pla. in
l.1. C. de his qui ſe def. lib.10. & in §. vlt.* Inſt.
*de ſocie. & Steph. de Phade de leg. inter. in
2. part. prin. char. pen.* motus hac eleganti
13. ratione : † quia lex dans fratri maiori fa-
cultatem diuidendi, ſemper intelligenda
eſt, voluiſſe excipere dolum, & captioſam
diuiſionem : *arg. l. cum Aquiliana. in fi. ff. de
14. au. & arg. leg.* † Inſtrumenta autem com-
munia vt plurimum cuſtodienda relin-
quuntur penes ſeniorem : idque videtur
iuri eſſe conſentaneum, *in l. vlt ff. de fid. in-
ſtrum. de hac & aliis variis diuiſionibus in-
ter fratres faciendis, vide latè Petr. de Vbal. in
tract. de duo. fra. 4. par. prin. ſub quæſt. 9. &
15. ſeq.* † Illud quoque non omittẽdum, diui-
ſionem inter fratres præſumi factam, ſi diu
fuerint ſeparati, ita vt quilibet partem
poſſederit, *vt per Boer. deciſ.58 & Iaſ. conſi.
127. vol.1. vbi hoc communiter teneri ait.*
Iſtud autem Diu. intelligitur per decen-
nium, *vt poſt Alex. dicit Steph. Bertran. con-
ſi.344. vol.1.* niſi eſſet inæqualitas poſſeſ-
ſionis. *vt per Balb. in tract. de præſcrip. par.3.
q.10. vbi id communiter teneri ait.*

OBSERVATIO XXXVIII.

De teſtibus inuicem contradicentibus.

Teſtes, ſi ita cõtrarij ſint vt inuicẽ cõciliari nequeant, quid conſiderandum. VVurmſ. tit. 18. obſ. 22. de teſtib. num. 1. & ſeqq. A.Reyger

1. *In conflictu teſtium tria potiſſimum conſi-
deranda.*
2. *Autoritas & honeſtas teſtium diligenter
perpendenda.*
3. *Qui teſtes ratione dignitatis aliis præfe-
rantur.*
4. *Dicta Teſtium dignitate æqualium dili-
gentiùs ponderanda.*
5. *Rationes, quibus Teſtium dicta confir-
mantur, conſideranda.*
6. *Numerus Teſtium quando potiſſimùm
ſpectatur?*
7. *Teſtes affirmantes præferuntur negan-
tibus.*
8. *Ad Felinum lector remittitur.*
9. *Hoſtienſis doctrina, de perſona teſtes pro-
ducente conſideranda.*
10. *Iudicis in iudicandis teſtibus amplum
arbitrium.*

QVÆ ſint partes Iudicis in conflictu
teſtium, quando teſtes Actoris & Rei
contraria, ac planè pugnantia dixerint te-
ſtimonia, varij varia ſcripsère. † Breuiter 1.
obſeruandi ſunt tres veluti gradus, ne cõ-
fundatur animi motus, excutiatque in di-
iudicãda veritate hi ſunt autoritas perſo-
narum, qualitas teſtimoniorum, & nume-
rus teſtium. Primò ergo perſonarũ † au- 2.
toritas & honeſtas reſpicienda eſt, quæ in Sup. obſe. 91. Cent 1. A.Reyger.
dignitate, moribus, & grauitate conſiſtit,
per l.2. & 3. ff. de teſtib. † Et hinc eſt, quòd
ſeniorẽ iuniori, decurionẽ plebeio, virum 3.
fœminæ, ingenuum libertino, inculpatæ
vitæ hominem reprehenſibili, diuitẽ pau-
peri, &c. præferendum eſſe, leges paſſim
docent, *d. l.3. & vl. de fide inſtr. l. ſemper. de
iure immu. l. non debet. de dolo, l. in multis. de
ſtatu homi. cum ſimilibus.* † Secundò, ſi qua-
litas perſonarum par ſit inter teſtes, tunc 4.
reſpicienda ſunt teſtimonia, conſideran-
dúmque qualia ſint, hoc eſt, quàm veriſi-
milia, quàm naturæ negocij, de quo agi-
tur, conuenientia, *l. ob carmen, ff. de teſti-
bus*, vbi eſt textus elegantiſſimus, qui
hos

Digitized by Google

5. hos duos gradus probat. † Ex quo diſcimus, in teſtibus ponderanda quoque eſſe argumenta dictorum teſtium, hoc eſt, rationes, quibus dicta teſtium firmantur, *vt rectè exponit Bald. in l. teſtium, C. de teſtibus.* ſubdens, eos teſtes, qui dicta ſua melioribus rationibus confulciunt, melius etiā probare: & eos qui factum, ſiue negotium probandum melius cognitum habent, melius etiam probanda aſtruere. Tertius gradus eſt, vt ſi teſtes & perſonarum, &
6. teſtimoniorum fide ſint pares, † tum demum ad numerum teſtium recurratur, *per text. in c. in noſtra verſi. mandamus, de teſtibus. & d. l. 3. §. eiuſdem quoque. ff eod.*
7. † Præferuntur tamen teſtes affirmantes negantibus, *iuxta gloſſ. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit.* Inno. *c. ſuper hoc, ad finem, de renun.* niſi plures, vel meliores teſtes negarent, remouendo actum à ſenſu, id eſt, non ſolùm aſſerentes ſe neſcire, ſed ſe ſcire, hoc non eſſe, quia æque bene probari videtur negatiua, ſicut affirmati-
8. ua. *ita Bart. in d. §. ſi plures.* † Reliquas huius doctrinæ exceptiones, vide apud Felin. *in dict. cap. in noſtra. vbi etiam nos*
9. *aliquando diximus, de teſtibus.* † Hoſtienſis addit etiam quartam conſiderationem, nempe vt inſpiciatur perſona quæ teſtes in iudicio producit, quia ex qualitate producentis præſumi poteſt teſtium corruptio, poſſúntque ratione producen-
10. tis teſtes etiam digniores cenſeri. † Verùm in his vix poteſt certa & inuariabilis regula præſcribi: ſed totam hanc rem Iudex conſiderata varietate, & qualitate factorum, cenſendo magis ſecum ex bono & æquo, quàm ex ſubtili nimis argumentorum ratione, deliberare poteſt & debet: dummodo ſuprà dictos gradus in diſcutienda fide teſtium non præterſiliat.

OBSERVATIO XXIX.

Si teſtes inſtrumēto repugnant, an teſtibus, vel inſtrumento credendum ſit?

1. *Teſtes contradicentes inſtrumento quando illius fidem euertant. & num. 2.*
3. *Quinque teſtes ad probandam falſitatem inſtrumenti ritè confecti requiruntur.*
4. *Iudicis in hoc puncto arbitrium.*
5. *Quædam per teſtes commodius probātur, quàm per inſtrumenta.*
6. *Monumenta publica teſtibus non euertuntur.*
7. *Inſtrumentorum & teſtium quando eadem vis?*

ILLVD quoque controuerti ſolet, ſi teſtes inſtrumento repugnent, an teſtibus, vel inſtrumento credendum ſit? Omiſſis ſuperfluis, quæ Dd. hac in quæſtione ſcribunt, ea ſic breuiter diſſoluenda eſt, † vt ſi teſtes contradixerint ſcripturæ, ad 1.
quam ipſi fuerunt propter fidem adhibiti, tunc teſtes ſcripturæ præferri debeant, cùm tota autoritas tabularum ex teſtium comprobatione dependeat, *cap. tertio, de prob. fac. in arg. gloſſ. l. 1. in fine. ff. quemadmodum teſt. aper. & § ſi verò aliquid. Nouel. de inſtrument. caut. & fid.* † Secundò, ſi 2.
teſtes contradicant inſtrumento, ad quod non fuerunt propter fidem adhibiti, tunc refert, an producantur ad probandam falſitatem inſtrumenti, quod non ſimul cum atteſtationibus, ſed ſeorſim profertur ad probandum aliquid: hoc caſu paribus teſtibus præfertur ſcriptura: vtpote, ſi tres dicant inſtrumentum falſum, non audientur: quia & in tabulis inſtrumentorum duo teſtes vnà cum Notario, qui tertius, adhiberi ſolent. † Niſi igitur quatuor aut 3.
quinque boni viri atteſtentur falſitatem, inſtrumento ſtabitur, *l. Domitius inſtrumento, l. Labeo. de teſtam. l. cum precibus, C. de probat. & c. cùm Ioannes. de fid. inſtrum.* An verò de falſitate non principaliter tractetur, neque accuſando, neque excipiendo, ſed vnà ad probandam intentionem exhibeantur inſtrumentum & teſtes, qui examinati repugnent inſtrumento: † hac ſpecie nulla regula tradi po- 4.
teſt, ſed iudex ex qualitate cauſæ æſtimare debet, quid horum magis ipſum ſequi oporteat. † Nam quædam per teſtes 5.
melius probantur, vt conſanguinitas, adulterium: quædam contra commodius per inſtrumenta, veluti acta iudiciorum, res antiquitùs geſtæ. † Sunt 6.
porrò nonnullæ ſcripturæ, quas non licet teſtibus impugnare, vt ſunt

Digitized by Google

monumenta publica, libri ciuitatum, & cætera huiuſmodi, *l. cenſus. ff. de probat. l. vltima, C. arb. tut.*
7. † Quod itaque dici ſolet, in litibus exercendis eandem vim obtinere fidem inſtrumentorum & depoſitiones teſtium, *l. in exercendis, Cod. de fid. inſtrum. l. iudicia. C. de rei vend. & l. ſcripturas, Cod. qui pot. in pig.* hoc ita accipiendum eſt ad iuſtã probationem alterutrum ſufficere, aut idoneos teſtes, aut non ſuſpectum inſtrumentum, ſcilicet vbi ſine contrãdictione profertur: ſin verò impugnetur inſtrumẽti fides, tunc ad ſuperiorem diſtinctionem recurrendum eſt.

Vide Gail. 1. obſ. 123. nu. 1. & 7.

OBSERVATIO XL.

Quòd cauſæ intra ſummã quinquaginta florenorum in Cameræ iudicio non recipiantur, qualiter accipiendum?

Sup. obſ. 89. Cent 1.

ALIBI annotauimus, quòd cauſæ intra ſummam quinquaginta florenorum per appellationem non poſſint ad Cameram Imperialem deuolui, *prout habetur in Ordin. Cameræ parte 2. tit. 28. §.* Vnd ſonderlich ſeſſen. quibus addendum eſt, cùm ordinatio ibidem diſponat, ſi dubitetur, an ſumma controuerſa ſit quinquaginta florenorum, quòd ſtari debeat iuramento aſſerentis, &c. hoc non ſolùm obtinere in ipſo appellante (quem caſum ordinatio exprimit) ſed tale iuramentum eo defuncto, etiam per hæredem appellantis præſtari poſſe, *iuxta gloſ. in l. ſi quis per alium, §. vlt. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt, vi exi. & ibi Bal. & Lud. Ro. in l. ait prætori, § iurari. ff. de iureiurando.* atque ita aliquoties obſeruatum fuit in Camera. Cæterùm ſummam hanc productam eſſe ab Imp. & ſtatibus ad 150. florenos, alibi diximus.

OBSERVATIO XLI.

De appellatione criminalibus non recipienda.

Gail. 1. obſ. 1. nu. 27. & 28. & in tractat. de pac. publ. ca. vlt. in fin De iure communi appellatio in capitalib. etiã per extraneum interponi poteſt, Et in criminalib. cauſis, ſicuti ciuilib. cõceditur. Vvur, tit. 24. obſ. de appel. obſ. 18. per tot. Vide Daniel Moller. c. 11. lib. 4. Semeſtr. qui videtur diſſen tire. Vid etiam Petr. Frider. Mindam de proceſſibus. & c. c. 9. nu. 1. lib. 1. Nobiliſs. Dn. Ioachim. à Beuſt. in rubr. de iureiur. nu. 97. Vid ſup. obſ. 41. cent. 1. Conient. ius Saxon. artic. 12. in fin. & gloſſ. artic. 11. ad fin Landtrecht lib.

1. *Appellatio in criminalibus iure communi permittitur.*
2. *Fallit in certis criminibus.*
3. *Conſuetudo Germaniæ in criminalibus appellationes non admittit.*
4. *A mulcta impoſita appellare licet.*
5. *§. Item, Nach dem auch conſtit. 28. p. 2. ord. Imper. Cam. declaratur.*

QVAMVIS de iure communi ſicut in cauſis ciuilibus † ita & in criminalibus appellatio permiſſa ſit *l. & in maioribus, C. de appell. l. addictos, Cod. de Epiſc. aud. & auth. ſed hodie. C. de appell.* † exceptis quibuſdam criminibus, puta læſæ Maieſtatis falſæ monetæ, raptus virginis, Simoniæ, hæreſis, & aliorum, *vt per Maran. in Spec. iud. part. 6. actu ſecundo. à num. 283. vſque ad num. 291.* † Attamen inueterata per Germaniam cõſuetudine receptum eſt, in cauſis criminalibus capitalibus, *in peinlichen Sachen die Leib ſtraff vff ſich tragen*, illicitas eſſe appellationes: quam conſuetudinem approbat etiam Ordinatio Cameræ, *parte 2. tit. 28. §.* Item nach dẽm auch. expreſſè prohibens, ne recipiantur cauſæ criminales per viam appellationis in Camera, † Hanc tamen diſpoſitionem ſic limitandam cenſuerunt Domini, vt non procedat in mulctis, quæ non ſucceſſerunt in locum pœnæ corporalis, ex commutatione fortè per gratiam facta: ab illis enim poſſe ad Cameram appellari, receptum eſt, quando ſum-
ma ordinationi conformis exiſtit: *& ita* 1.
iudicatum olim fuit in cauſa Bernhardi 2.
Daſſen *contra* Iodocum Kupper, 30. Ia- 3.
nuarij, anno 1538. † Cæterùm appendix 4.
illa, quæ ſuprà dicto *§. Item, Nach dem* 5.
auch, &c. adiecta eſt, videtur eſſe obſcura, & nõ facilè practicabilis in Camera: cùm ea ratione ferè omnes cauſæ criminales eò traherentur, & inſtituto proceſſu impedirentur executiones, ſicque crimina manerent impunita, aut ſaltem pœnæ
commeritæ differrentur. † Quare pleri- 6.
que hoc ita intelligendum cenſuerunt, vt nulla prorſus appellatio in criminalibus reciperetur, etiamſi quis nullitatem prætenderet, idque ob cauendam ſuſpicionem proceſſuum criminalium. Sed ſi quis principaliter in Camera, velut ſupremo tribunali, velit nullitatem proſequi, id ei permittitur, decernitúrque citatio, ſine tamen aliis mandatis & inhibitionibus: *ad quod vide*

quæ

Digitized by Google

VVeſenhec. tamen in p.ratit. ff. orũ, de appellat. recip. dicit hanc conſue tudinem in plerïſque locis Germaniæ non obſeruari. A.Reyger.

*quæ habentur apud Petr. de Bell.perti.in pract. crimin.tit.de quæſt.nu.85. & 86. arg. l.pen.§. vlt.C.de decur.lib.*10.

Additio.

Reprehenſus eſt Dn. Mynſingerus hic à Petro Fridero Mindan. *lib.1. c 9. de proceſſib.extrahend.* Sed hoc factũ abſque ratione idoneâ, probabo. Quia Criminalia, ne quidem per viam ſimplicis querelæ ad Cameram Imp. ſpectant, probatur primò.

1 Nam in Conſtitutionibus Imperij & ordinatione Cameræ ſolum crimẽ fractæ pacis publicæ, & alius caſus ſingularis *Ordinat. Cameræ part. 1. tit.*50. *§. fi.* excipitur. firmatur igitur regula in caſibus non exceptis.

2. Quia Conſtitutio pignorationis *Ordin.Cam.p.2.tit.*22. diſertè cauſas criminales excipit, ibi, *Alleine Malefits ſachen außgenommen.*

3. Stylus Cameræ pro lege habetur, *Gail.* 1 *obſ.*65. *n.*8. & val[illegible] nouus eſt in Camerâ Mindanus ille, ſi neſcit ferè cotidiè in eiuſmodi cauſis criminalibus Dominos Camerales Proceſſus denegare. Non obſtat *Ordina.Cam.p.2.t.7.* Ducatus enim Comitatus &c. non generaliter ex omnibus omnino cauſis, ſed pro ſubiectâ materiâ ex ciuilibus tantum cauſis, Imperatoris vel Regis cognitioni reſeruãtur, ſicuti ibi rectè dicitur, *Doch ſonſt in andern Sachen dieſer vnſerer Ordnung, &c.* Ordinatio autem Cameræ tota, ſemper & vbique, excep á conſtitutione pacis publicę, excepto d.caſu *tit.*50 *p.1.§.fin.* tantum de ciuilibus cauſis agit. Ad reliquos Mindani obiectiones reſpondit nouiſſime, *Aulandi, de commiſſarijs, lib.2.c.3.*

Quæ idem Mindanus *in d.c.9. num.9. de mulctu* contra Mynſingerum ſtatuit, ad illa breuiter reſpondi *ſup. ad obſ.43.cent.3.*

OBSERVATIO XLII.

Ordinatio Camerę permittit criminales cauſas per viã nullitatis, ſeu proceſſus nulliter inſtituti ad Ca-

Si tamẽ ſuper nullitate cauſæ criminalis agatur, ea recipitur in Camera: & aliter hodiè ea in re conſtitutum eſſe, quàm olim obſeruatum fuit.

Qvod amplius in præfata Ordinatione in loco iã citato diſponitur in verſi. *Doch ob ſich jemand*, ſi in criminali cauſa quis principaliter nullitatẽ proceſſus docere velit, vt quia non citatus, & indefenſus ſit condemnatus, vel aliàs contra naturalem rationem & æquitatem aduerſus ipſum proceſſum fuerit, aut iudicatũ, id ipſi permittendum eſſe, & hoc cõcludebant Domini, locũ habere in reo accuſato, vel inquiſito, non etiam in accuſatore, prætexente accuſatũ nulliter abſolutum fuiſſe: niſi forte ipſi ex proceſſu, vel ſentẽtia immineret pœna talionis, & corporalis: quo caſu eadem foret ratio, quę in accuſato. Et ita denegati ſunt proceſſus, concurrentibus etiam aliis cauſis, cuidam Krupping, contra VVallraben, 12. *die Iunij, anno* 1550. Quanquam ante hanc nouiſſimam Camerę ordinationem, contrarium fuerit obſeruatũ in cauſa Annæ *Zimmermennin*, contra Felicem VVendeburg, vbi reo homicidiæ in Cõſiſtorio Rotvvilenſi delatum fuerat iuramentum, quòd occiſus prior percuſſiſſet, iſq. iurauit & abſolutus eſt: accuſatrix impetrauit citationem in Camera Imperiali ſuper nullitate, fuit ibi exceptum de incompetentia, & quod nullitas cauſam non deuolueret: ſed illis non obſtantibus, Domini iniũxerunt aduerſario litis conteſtationem 15. *Iuny, anno* 1543. & demum diffinitiuè pronunciârunt, à Iudicibus Rottvvilenſibus nulliter fuiſſe iudicatum, & cauſam remittendam eſſe ad Iudicem competentem, &c. *& hoc exemplum ſecuti ſunt etiam Domini poſteà in cauſa Mathia* im Hoff, cõtra Genger, 16. I*anuary, anno* 1538. *ad quod facit quod ſcribit Bart. conſ.*225. Plerique tamen tunc cõtra cenſuerunt, quod hodiè ſic ęſt deciſum.

merã deducere Ordin. Camer. tit. 28. per §. Mach dem anch, dem alten vvochergebrachten, che. part 2. A.Reyger.

OBSERVATIO XLIII.

Appellationes ab interlocutoriis & extraiudiciales quando in Camera recipiantur?

Vide Gail. 1. obſ. 129. & 130. De appellatione ſeu prouocatione extraiudiciali. vide VVurmſe. tit.24. de appel. ob. 9. per tot.

1. *Appellationes ab interlocutoriis in Camera non recipiuntur, niſi in caſibus iure ciuili permiſſis.*
2. *Iura ciuilia quando appellationem ab interlocutoriis concedant.*
3. *Appellationes extraiudiciales in Camera non recipiuntur.*

Digitized by Google

4. *Stylus Cameræ in hoc caſu.*
5. *Diſertâ appellatione executio remittitur ad inferiorem.*
6. *c. Romana, §. fin. de appell. lib. 6. declaratur.*

IN eadē Ordinatione, appellationes ab
1. interlocutoriis ſunt ſublatæ,† niſi in caſibus à iure ciuili permiſſis, videlicet quæ in diffinitiua reparari non poſſunt, *iuxta l. ante ſententia. ibi Salic. & Dd. C. quor. appellat. non recip. & Bald. l. 2. C. de Epiſc. aud.*
2. † Qui autem ſint illi caſus, in quibus de iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutoriis, refert Gui. Pap. *deciſ. 75.* vbi decem recenſet: nonnullos etiam Spec. enumerat *in tit. de compar. inter. §. 3 in fin. & Bart. in l. ff. de appel. reci. Bald. l. 2. de Epiſc. aud.* item Azo *in Sum. Cod. de appel. §. appellare quis poteſt.* quibus adde Phil. Franc. *in c. cum ceſſante, de appell.* & Felin. *in rub. de re iudicata.* Quid autem de appellationibus extraiudicialibus, an hæ recipiantur in Camera? † Et deciſum eſt à Dominis, has non eſſe recipiendas contra eos,
3. aduerſus quos Camera non habet iuriſdictionem immediatam: quia non ſunt propriè appellationes, ſed magis prouocationes ad cauſam, & Iudicem ſuperiorem, ad quem prouocati tenentur venire. Sicut ergo non poſſunt citari, ita nec appellare, *arg. c. cum ſit Romana. de appell. & quod notat Bart. in d. l. de pupillo, §. ſi quis ipſi pratori. in l. opp. ff. de no. ope. nunc. Et de appellationibus extraiudicialibus vide latè Bart. in l. fin. ff. de appell. recip.* † Cæterùm
4. hoc caſu, ſcilicet interlocutoriarum, non remittuntur partes ad iudicem priorem, quia ſi appellatio non eſt deuoluta, non poteſt Iudex Cameræ eſſe Iudex in remittendo, ſed ſimpliciter pronunciatur, appellationem non deuolutam condemnatúrque appellans in expenſis. † ſed quan-
5. do appellatio à diffinitiua eſt deſerta, remittitur executio ad priorem iudicem, *vt in ordinatione Cameræ parte 2. tit. 30.* Bud
6. ſo alſo. † Quod videtur eſſe contra text. *in c. Romana. § vltim. de appel. libro 6.* vbi fit remiſſio ad priorem iudicem: ſed ibi pronunciatur, non ſuper deuolutione, ſed ſuper pũcto appellationis, malè ſcilicet appellatum. Cæterùm in quibus appellationes extraiudiciales cum iudicialibus conueniant, & in quibus differant, *vide latè Panorm. & Phil. Franc. in c. bona, de appell.*

Vide Gail. 1. obſ. 120. & obſer. 144. A. Reyger.

OBSERVATIO XLIIII.

Appellatio valet ſine inſinuatione ex Ordinatione Cameræ.

DISPONIT eadem ordinatio *par. 2. tit. 29. §.* Itē ſo ſoll. non eſſe neceſſariũ, quod appellatio coram Notario facta inſinuetur Iudici à quo, ſed eam valere ſine inſinuatione, vtcunque de iure communi neceſſe ſit appellationem inſinuari Iudici à quo, *vt notat Philip. in c. ſi iuſtus. col. 4. de appel.* idque fieri debeat infra decem dies à tempore latæ ſententiæ, *auth. hodie C. de appel.* niſi vel abſens ſit, vel eius haberi copia nequeat, vel ob metum coram ipſo appellans refugiat comparêre: *iuxta Bal. l. apertiſſimi C. de iud. & l. 2. C. de his, qui pro me. iu. non app.* Quanquam autem hoc in antiqua Camerali ordinatione non fuerit prouiſum, tamen ſemper fuiſſe obſeruatũ in Camera, à quibuſdam Dominis didici, qui ante Nouellæ ordinationis publicationem Aſſeſſorum munere grauiter & magno reip. commodo functi ſunt: idque autoritate Lapi, *alleg. 36. & Bald. in l. praeſes. C. de appel. & Anchar. in clem. 1. & ibi Card. eod. tit.* Et quod vel propter abſentiam Iudicis, vel propter metum poſſit coram Notario & Teſtibus appellari, tenet etiam Panorm. *in ca. ſuggeſtum. d. tit. ad quod facit. quod habetur in c. ſi iuſtus metus. ibi Dd. de appell. & not. Bart. in l. 1. §. dies ff. quan. appell. ſit: idémque probat communis iudiciorum vſus & conſuetudo.* Nec obeſt, ſi iudici vel parti non intimetur, niſi quò ad reuocationem attentatorum: ea enim non reuocantur tali caſu, niſi per viam iuſtitiæ, ſcilicet ſi appellans deinde in cauſa appellationis obtineat, *ſicut ordinatio hoc expreſſè diſponit, idem voluit Ioan. de Imol. in clem. cauſam de electio.*

Quanquã in Ordinatione Cameræ appellatio, ſine inſinuatione coram Iudice à quo, valet tamen inſinuationẽ hanc fieri, appellãti admodum eſt vtile. Alioquin Iudex à quo impunè ad Executionem procedit, vid. plenè Hartman. Hartm. tit. 19 de appel. obſ. 7. per tot. & obſeruat. 8 A. Reyger.

OBSERVATIO XLV.

Appellatio coram Notario facta quando valeat?

IN Camera non recipiuntur appellationes coram Notariis ex interuallo factæ, niſi in

De appellatione coram Notario, vide Hartm.

Hartman. tit. 19. de appell. obſ. 4. A. Reyger.

niſi in ſcriptis fiant, & ſchedula appellationis inſtrumento Notarij inſeratur. Neque enim ſufficit atteſtatio Notarij in inſtrumento appellationis, coram eo factæ, ſine inſertione ſchedulæ appellatoriæ, *quemadmodum hoc ſuprà cent. 3. obſer. 15. quoque annotauimus. & habetur plenè apud Phil. Franc. in c. vt debitum. de appel. in 3 quæſt. & Corn. conſil. 95. col. 1. in fin. & ſeq. li. 4. pro quo eſt etiam gloſſ. & ibi Bart. in l. ſacris. C. de proxim. ſacr. ſcri. lib. 12. & Iaſ. l. 1. col. 3. ff. de edend. atque ita ſæpe eſt obſeruatum.* Quod procedit, etiamſi Notarius atteſtetur, in ſcriptis coram ſe appellatum fuiſſe, niſi dicat. IN HIS SCRIPTIS. *de quo vide etiam. Spec. de appell. § 1. verſ. & notabiliter.* Quid autem ſi in actis primæ inſtantiæ dicatur, in ſcriptis appellatum fuiſſe, neque tamen appareat ſcriptura? *vide de hoc* I*mol. in l. ſciendum ff. de verb. oblig. vbi in ſimili demandato procuratorio.*

Gail. 1. obſer. 131. Quale ſit officium Iudicis, ſi ante definitiuam appelletur: & quomodo per appellationem ab interlocutoria Iudicis ſuſpendatur iuriſdictio, vid. Hartm. Hart. tit. 19. de appell. obſ. 12. per tot. A. Reyger.

OBSERVATIO XLVI.

Appellationis ab interlocutoria effectus.

DVPLICEM effectum appellationis ab interlocutoriis refert Ferra. *in forma iſtarum appellationum num. 5.* Primus quando Iudex pronunciat benè appellatum, tota cauſa principalis, deuoluitur ad eum. *c. vt debitum appell.* Idem, ſi ſaltem pro parte malè iudicatum pronunciet: imò quoties ei viſũ fuerit expedire, abſoluto tamen puncto appellationis, *c. cordi. §. poſt hoc. de appel. lib. 6.* & hoc ſæpe practicatum fuit in Camera, *vt in cauſa Abbatis in* Brunvveiſer *contra Stephanum* Stumel, 3. *Maij, anno* 1544. *& in cauſa* Rudeſell, *cõtra* Hamerſzheim, 20. *Auguſti, anno* 1539. Alter effectus eſt, quòd deuoluitur etiam cauſa principalis, ſi iudex à quo ſpontè detulit appellationi ab interlocutoria interpoſitæ, quía ſic videtur à ſe abdicare iuriſdictionem, & per hoc ligatæ ſunt ipſi manus ne poſsit vltra procedere, *vt per Ferra. loco ſuprà citato, & Felin. in d. c. vt debitum.* Cæterùm an partes omiſſo puncto appellationis poſsint in principali procedere, *vide Phil. Fran. in d. c. cordi. §. poſt hoc. &* Dec. *in d. c. vt debitum.*

OBSERVATIO XLVII.

Tranſactio quando & quomodo fieri poſſit, vide Hart. Hart. titul. 23. de pact. & tranſact. obſer. 7. per tot. A. Reyger.

De tranſactione ante & poſt ſententiam facta.

1. *Citatio per tranſactionem partium circumducitur.*
2. *Victori ignoranti, ſententiam pro ſe latã, tranſactio non præiudicat, & n. 3.*
4. *Tranſactio poſt rem iudicatam nullius momenti.*
5. *Sententia facit rem liquidam.*
6. *Tranſactio ex timore litis, non animo donandi, oritur.*
7. *Quando tranſactio poſt rem iudicatam valeat. & nu. 8. 9.*

SI in iudicio inter actorem & reum,
pendente termino comparendi, tranſi-
gatur. † tunc ipſo iure circumducitur edi- 1.
ctum, quò ad reum, qui ampliùs non ar-
ctatur ad comparendum, quia ex quo cau-
ſa eſt finita, lex videtur eum licentiare &
dimittere: *ita docet Bald. in lecti. antiqua,*
& Alex. in l. 2. in fi. ff. ſi quis in ius voc.
vide etiam in meo tract. de circumduct. ter-
mi. in 20. principali caſu. † Quòd ſi tranſi- 2.
gatur poſt latam ſententiam, parte vi-
ctrice ignorante ſe ſententiam obtinuiſſe,
parte verò victa id ſciente, tranſactio
non valet, & ad inſtantiam victoris pro-
ceditur ad executionem ſententiæ, abſque
vlla reſtitutione. I*ta obſeruatum fuit in*
cauſa Endorffer *contra* Endorffer: *& de-*
cretum, quòd allegata tranſactione non
attenta, † victus executorialibus parere te- 3.
neatur, per text. & Dd. *in l. ſi cauſa cognita.*
C. de tranſact. & l. poſt rem iudicatam.
ff. eod. titul. vbi pro regula traditur,
tranſactionem † poſt rem iudicatam nul- 4.
lius momenti eſſe, cũ deficiat eius ſubſtan-
tia nempe incertitudo, *l. 1. & l. poſt rem. ff.*
de tranſactionibus. quia † *ſententia rem li-* 5.
quidam certiſſimámque inter partes facit. l. res
iudicata ff. de reg. iur. idq. adeò verum eſt, vt
talis tranſactio nec in vim pacti valeat.
† Neq; enim veriſimile eſt, eum, quem ti- 6.
more litis ad tranſactioné cõpuli, quicquã
velle donare, *per l. ſun. C. de repud. hæreditat.*
† Sunt tamen aliqui caſus, in quibus trãſa- 7.
ctio etiam poſt rem iudicatam valet:
putà, ſi actio iudicati acceptilatione

extincta ſit, *d.l. ſi cauſa cognita*, ſi præfati ſint tranſigentes, ſe omni meliori modo,
8. quo efficaciùs poſſunt, contrahere: † Si contractum iuriſiurandi religione confirmauerint, aut prius ſententiæ expreſſim renunciauerint: Si lata ſententia reus fecerit iudicata, rémq; tradiderit, ac poſteà tranſegerit, vt quia probabilis ſuberat nouæ litis timor: † Si denique Notarius in
9. inſtrumento affirmaſſet, quia lis ſuberat, vel ſubeſſe poterat ſuper tali negocio ideo partes tranſegiſſe: in huiuſmodi & ſimilibus caſibus tranſactionem vires habere volunt poſt rem iudicatam: *de quibus vide latiùs Bart. Bald. Caſtr. Alex. Sale. Iaſ. & Alciat. in d.l. ſi cauſa. & d.l. poſt rem. & l. ſi diuerſa. C. de tranſactionibus, in l. iuris gentium. §. ſi paciſcatur. ff. de pact. & l. eleganter, de condictio. indebit, &c.*

OBSERVATIO XLVIII.

Tranſactione inita de negocio principali, ſi de expenſis nihil ſit dictum, an adhuc debeantur?

SED quid ſi ante ſententiam ſit tranſactum de negocio principali, nihil tamẽ de expẽſis litis ſit dictum, poſteà lata ſententia condemnatio expenſarum facta, an expenſæ debeantur, vel veniant etiam in tranſactionem? Et Domini cenſuerunt expenſas, quæ non debentur ratione contumaciæ, vlterius peti non poſſe, cùm veniant, officio Iudicis mercenario quod nõ durat lite finitâ, *per text. in l. terminato. C. de fruct. & litis expenſis*, *& ibi Odofr. & Cyn. in 2. oppoſ.* ſecus autem eſſe in expenſis, quæ veniunt occaſione contumaciæ. nam illæ petuntur actione in factum, *ex tit. ff. ſi quis ius dicen ti non obtemperauerit l. 1. & ibi not.* & pro regula traditur, expenſas, quæ ſpeciali actione veniunt, etiam finito iudicio peti poſſe, *l. ſi mulier. §. ſi rem ff. de legat. 3.* Et cum hac diſtinctione intelligendum eſſe dicebant Ioan. And. *in rub. de eo, qui mittat in poſſeſſ. cauſ. rei ſer. l. 6.* & Guid. Pap. *deciſ. 55. Faciunt ad prædicta, quæ habentur in l. centum Capua. in gloſſ. fin. vbi plenè Bart. ff. de eo quod certo loco*, vbi recipiendo ſortem quis videtur tacitè intereſſe remittere. *Facit item ad hoc l. eximium. in prin. ff. ſi quis cautio.* vbi lite finitâ per tranſactionem, de toto videtur tranſactum.

OBSERVATIO XLIX.

Explicatur litis conteſtationis formula in Ord. Cam. præſcripta.

Vide Gail. 1. obſ. 73 Quomodo in ualida litis cõteſtatio nihil operetur, vid. Vvurm. de lit. conteſt. titul. 13. obſer 2. A Reyger.

FORMVLAM litis conteſtationis, quę pręſcribitur in Ord. Camerę *par. 3. tit. 13.* Vnd nach dem *hiſce verbis*, Ich bin der Klage nicht geſtendig, bit mich von derſelbigen zuerledigen, ſic intelligendã, reſtringendámq; eſſe voluerunt Domini, vt non procedat, quando aliquis declinando forũ negaret narrata libelli, prout narrantur, &c. licet enim ibi eſſet narrata aliqua qualitas tribuens iuriſdictionem, & reſpiceret cauſæ merita, tamen non induceretur litis conteſtatio: Quia vbi negatio reſpicit pariter iuriſdictionem & petitionem, potiùs interpretanda eſt ad excluſionem iuriſdictionis, quàm ad litis conteſtationem: *ita pulchrè & ſingulariter tenent Butri. Panorm. & Mar. Socin. in c. ſi clericus. in 10. prin. art. verſi. 7. quæro ibi item aduerte. quòd poſt num. 67. & vide eundem in verſi. 8. quæro num. 68.* vbi etiam præ cæteris pulchrè docet, ad litis conteſtationem inducendam requiri animum, & multas circa illum articulum quæſtiones mouet, ac diſſoluit, *vt ibi per eum.*

OBSERVATIO L.

Reſponſio, Nego niſi probetur, cuius ſit effectus.

Gail. 1. obſ. 82. num. 10. Lis nõ poteſt cõteſtari ſub conditione, Vvurmſ. tit. 13. de lit. conteſt. obſ. 4. n. 2.

ILLVD quoque in controuerſia venit, an talis reſponſio, Nego niſi probetur, eſſet admittenda? Et crebriùs placuit, eam non modò eſſe admittendam, ſed talem reſponſionem valde etiam reſpõdẽti præiudicare: quia ſi actor deinde probet, erit geminata probatio, ſcilicet per teſtes, & per confeſſionem. Ex quo ſequitur, quòd ſi poſteà feratur ſententia

tentia contra taliter reſpondentem, non poſſit appellare: quia confeſſus in iudicio nō appellat, *per l.2. & l.abſtinēdū.C.quo appel.nō recip.ita docēt Bald.in c.cùm acceſſiſſent.in 5.col.de conſtit. & Iaſ.l.actione adminiſtrata.num.3. C.de tranſactionibus vbi hoc velut ſingulare mente tenendum eſſe commonēt.ibidem Zaſ.tradit in l.1.§. ſi quis ſimpliciter.nu.14.ff.de verborum obligat.*

OBSERVATIO LI.

Confeſſionem propriam quando liceat reuocare?

Vide Gail.1. obſ.55.nu.8. & lib.2. obſ.89.nu.6.& 7. Confeſſio in quib. caſibus confitenti præiudicet, vel non, vide Hart. Hartman. tit.11.de confeſſ. obſ. vni. nu.7.& ſequ. & confeſſio facta in iudicio quantæ ſit efficaciæ, v. d. Maſcar. de probat. vol. 1. conclu. 344. per tot. & conclu. 348. Nec confeſſio, parte præſente & non acceptante, facta inducit ſemiplenam probationē Eman. Coſta in l. ſi ex cautione fall. 4. C. de non. num. pec. nu.2. fol. 467. A. Reyger.

REGVLARITER nemo venire contra propriam cōfeſſionem poteſt *l.generaliter.C.de non num.pecun.c.per tuas.de proba.* Scribunt tamen Innoc. & Panor. *in c. mulieri. de iureiur.* non eſſe illicitum poſt ſententiam contra ſuam confeſſionem venire, ſi confeſſio illa per Iudicem fuerit improbata, *vt in caſu d. c. mulieri*, quam doctrinam ego ibidem ſecutus ſum. Cùm enim iudex ibi confeſſionem mulieris nō receperit, non poteſt ſe in ea fundare, & cogere partem ad obſeruantiam *iuxta c.ex eo.de reg. iur. lib.6.* Ante improbationem vero confeſſionis, vel ſi ſecundùm eam pronunciatum fuiſſet, non liceret contrauenire, *exceptis tamen caſibus relatis in c. vlt.de confeſſ. & in c. cùm venerabilis. de exceptionibus.* Quod ſignandum eſt ad doctrinam Sali. *in l.1. C.de confeſſ. & in d.l.generaliter quæſt.6* tradentis, confeſſionem factam ad obligandum quenquam in iudicio, & in præſentia partis, nō aliter præiudicare confitēti, niſi expreſſè à parte ſit acceptata: quia ſecus eſt in confeſſione liberatoria, in qua ſufficit ſola partis præſentia *per l.tale pactum.in prin.ff. de pact. & l. poſtquam lite. C. eo.* Et in hanc ſententiam Alex. non ſemel ex facto conſultus reſpondit, *vt conſil.111.viſo ſuperiori themate. lib. 3. conſ. 90. in cauſa appellationis, & conſ. 62. in cauſa & in lite vertente inter prouidum. lib. 4. vide etiam Bald. in auth. nouo iure in fin. Cod. de pœ. iu. qui ma. iud. Felin. c. ſi cautio. col. 5.de fid. inſtr. & Hippol.de Marſil. l. de vnoquoque n.115.de re iud. & Iaſ. in l. is qui hæres ff. de acquir. hæred. item Curt. Sen. conſ. 77. & Deci.c. at ſi clerici.col.11.de reſcript.*

OBSERVATIO LII.

De ſententia lata ſine publicatione atteſtationum.

Gail. 1. obſ. 105. Et de ſententia continente errorem iuris quando ſit nulla, vide VVurm. tit.22.de ſent. obſ. 22. per tot. A. Reyger.

1. *Publicatio atteſtationum omiſſa nō reddit ſententiam ipſo iure nullā & nu.* 4.
2. *Atteſtationum publicatio non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij.*
3. *Accurſij ſententia improbatur.*
5. *De ſubſtantia rei quidnam dicatur?*
6. *Probatio multis modis fieri poteſt.*
7. *Limitationes præcedentium remiſſiuè.*
8. *Teſtiū non ritè examinatorū depoſitio per per publicationē nō validatur & n.9.*

CVM ſententia fuiſſet lata ab inferiori Iudice, omiſſa teſtium publicatione, quærebatur, an ea ob id reuocanda eſſet, vel ipſo iure exiſteret nulla? † Et crebrius 1.
obtinuit, ſententiam ob intermiſſam publicationem atteſtationum, non eſſe ipſo iure nullam: ſed eam, ſi appellatum non ſit, valere, *iuxta Innoc.in c. Albericus num. 4. Dd. communiter in l. prolatam C. de ſent. & inter. om. iud.* † ſiquidem publicatio li- 2.
cet ſit de iuſtitia, tamen non eſt de ſubſtātia ordinis iudiciarij, & parti illam non petenti imputari poteſt: quod ſi petierit publicationem, nec tamē facta ſit, à denegatione appellandum eſt: aliàs non auditur volens impugnare proceſſum, vel ſententiam ex defectu publicationis teſtimoniorum: *ita dicit Bald. apertè probari in c. cum I. & A. de re iudi. cui Batr. & Abb. ibi, & Imol.in l.diuus.ff.eo.tit. & Burt.in d.l. prolatam ſubſcribunt*, † *Accurſio ibidem* 3.
reclamante, cuius tamen ſententia communiter damnata eſt.vnde Bald. in c. 1.ſi de inueſti. inter do. & vaſal. lis ori. publicatio teſtium, *inquit*, omiſſa, nō reddit iudicium retrò nullum: quia etiam ſine vllis teſtib. ſententia eſt aliqua. † Ex prædictis igitur 4.
concludebant Domini ſententiam, quæ fertur teſtibus non publicatis, eſſe quidem contra ius litigatoris, non autem contra ſubſtantialem ordinem iudiciorum, & ideò tranſire in rem iudicatam, ſi ab ea intra decennium non appelletur. † Illud enim dicitur eſſe de ſubſtantia 5.
rei, quo ceſſante res eſſe non poteſt.

Digitized by Google

l. precia ff. de contrahend. empt. §. precium. Inſt.
de empt. & venditio. Sed ſententia poteſt
eſſe ſine teſtiũ examinatione ſeu publica-
6. tione: neque enim neceſſarium eſt, † pro-
bationem per teſtes fieri, cùm poſſit per
inſtrumẽta, confeſſiones, præſumptiones,
& reliqua probandi adminicula fieri: *c.*
aduerte. de præſumpt. c. cùm Ioannes. de fide
7. *inſtrument. & in l. exercendis. C. eod.* † Su-
pra dictum tamen dogma tribus modis
limitatur non procedere, *quos vide apud*
Felin. in d. c. cum I. & A. ad quem breuita-
tis cauſa lectorem remitto. Prædictis adde
ea, quæ ſcribit Matthæſ. ſing. 38. & ibi Dd.
in add. Maran. de ord. iud. c. 13. num. 22. &
Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de præt. ſtipul. & in d. l.
8. *prolatam. C. de ſent.* † Illud quoque dubi-
tari conſueuit, ſi teſtes in proceſſu nõ fue-
rint ritè examinati, deinde ſint publicati
conſenſu vtriuſque partis, an per hoc va-
lidentur eorum depoſitiones? Quod vide-
tur, ad inſtar exempli publicati de com-
9. muni conſenſu, quod facit fidem. † Sed
contrarium eſt verius, quod per publica-
tionem teſtium, non rite receptorum, di-
cta eorum non confirmentur, *itaque aucto-*
ritate Bal. in auth. ſi quis in aliquo. verſ. iux-
ta primam rationem, C. de eden. & Innoc. in
c. ſignificauit & c. cum cauſam. de teſtib. quod
non eſt contemnendum.

OBSERVATIO LIII.

V de Gail 2. obſ. 69. nu. 14. & obſ. 66 nu. 7 8. 9
In ſeruitute continua. vel quaſi acquirenda, quæ requirantur vide VVurmſ tit. 17. de ſeruitu. obſ. 5. per tot.
A. Reyger.

De probanda præſcriptione ſeruitutis pecoris paſcendi.

AD probandam ſeruitutem paſcendi pecoris, tanquam habentem cauſam diſcõtinuam, inter cætera requiritur tempus, cuius initij memoria non exiſtit in contrarium, præſertim ſi nullus titulus allegetur, *per text. in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aq. cott. & æſt. l. foramen. in prin. & §. 1. ff. de ſeruit. col. 2. & 3. Deciſ. l. ſi certis annis. C. de pact. & Guid. Pap. deciſ. 573. vbi dicit, in Camera conſilij Delphinatus ita deciſum fuiſſe.* Quare ſi aſſerentes ſeruitutem non probent, ſe in vſu & conſuetudine fuiſſe tanti temporis ſpatio, quod de contrario non exiſtat memoria, ſuccumbere debent, licet probent, ſe fuiſſe in dicta poſſeſſione triginta annis. *Et hoc ſecuti ſunt Aſſeſſores iudicij Cameræ in cauſa appellationis* Ioannis Iacobi Knobloth, *contra Senatum & communitatem Haganoenſem. 26. die Martij, anno 1550. vide etiam de hoc in meis reſponſ. deca. 2. reſponſ. 11. n. 76.* Cæterùm de probatione temporis, quod memoriam hominum excedit, ſuprà *cent. 1. obſer. 30.* ſatis multa diximus.

OBSERVATIO LIIII.

Vide de executione citationis Gail. 1 obſ. 54. 55. de præſenti quæſtione obſ. 58. nu. 1. & 2. VVurmſ. tit. 6 de cita. obſ. 14. per tot.
A. Reyger.

Exceptio de illegitima executione citationis, ſi citatus cõpareat, nõ attẽditur.

IN iudicio Cameræ etiamſi excipiatur de illegitima executione citationis, ſi tamen citatus compareat, non attenditur talis exceptio, propterea quòd per cõparitionem cenſeatur reſoluta eſſe, cùm cõparitio ſit finis & effectus citationis, *vt per* D*d. in l. 1. ff. de in ius voc. Bald. in authen. ſi omnes C. ſi minor. ab hæred. ſe abſti. Fel. c. illud col. 5. verſ. 4. de præſcript. & Alexand. conſ. 123. vol. 2.* I*ta obſeruatum fuit in cauſa* Iacobi Zubinger, *contra Decanum &* C*apitulum Cathedralis Eccleſiæ Auguſtanæ Vindelicorum: item in cauſa Reinoldi de Roſa, contra Reinoldum* Vittingshofen, *relata 21. Octobris, anno 1554.* vbi exceptio illa quòd citatio eſſet executa per notarium, qui tempore citationis necdum inſcriptus erat matriculæ Imperialis Cameræ, non fuit attenta. E*t prædicta conducunt etiam ad ea, quæ ſupra cent. 1. obſ. 78. & cent. 3. obſer. 90. annotauimus.*

OBSERVATIO LV.

De condemnatione ad expenſas & intereſſe.

1. *Iudex ad intereſſe & fructus, parte non petente, condemnare poteſt. & n. 2. 3. 8.*
4. *Effectus clauſulæ, peto iuſtitiam miniſtrari. & num. 5.*
6. *Bart. negat expenſas adiudicandas, ſi non ſint petita.*
7. *Sed Bar. opinionem Camera nõ ſequitur.*
9. *Iudex, in quibus caſibus ex officio ſuppleat?*

Gail. 1. obſ. 151. num. 21. & 22 An autem contumax ſine noua citatione poſſit in expenſas condemnari vide VVurm. tit. 7. de cõtum.

ALIQVOTIES cõtrouerſum fuit in iudicio Cameræ, an iudex poſſet condemnare

obſ. 1. Et an in ſentẽtia lata ſuper principali præiudicet in fructibus & alijs acceſſorijs, vid. Hart. Hart. tit. 32. de fructib. obſ. 1. n. 7. per diſcurſum. A Reyger.

dẽnare reum cõuentum in fructibus, intereſſe, vel expenſis, etiamſi ab actore non
ſit petitum? † Quo ad fructus & intereſſe,
Innoc. & Hoſtienſ. *in c. grauis, de reſtitutione ſpoliatorum*, exiſtimârunt, id Iudicem
non poſſe *per l. ex diuerſo. in princ. ff. de rei
vendic.* † quibus repugnat Anto. de Butri.
aſſerens, iudicem poſſe condemnare in
fructibus ex officio ſuo, vtcunque actor
non petierit. *per l. aediles, §. item ſciendum
ff. de aedilitio edicto.* Quod etiam videtur obtinere in vſuris, *per l. vſurarum. ff. de vſur.*
1. † Et hanc poſteriorem ſententiam, ve-
2. lut æquiorem & rationi magis conſonam,
3. amplexi ſunt Domini, maxime ſi actor pe-
4. tierit, † debitam ſibi iuſtitiam miniſtrari,
huius enim clauſulæ is eſt effectus, vt videatur actor omne ſuum ius, qualitercunque competens, deduxiſſe, *ſecundùm communem Dd. ſententiam in c. cùm dilectus.
de ord. cogni. & c. 2. de offic. ord. Iaſon. poſt.
Ang. in §. omnium. Inſtit. de actio. Idem Iaſon
in l. petens. C. de Pact. & Franc. Curt. conſil.*
5. *30. num. 16. par. 1.* † Item hæc clauſu-
la operatur, vt Iudex in iudicando duntaxat rei geſtæ veritatem, quæ ex actis conſtat, & non ſolùm petitionem actoris reſpicere debeat, *iuxta Innoc. in c. examinata.
de iud. & Gui. Pap. conſil. 4. n. 3. & ſeq.*
6. *& conſil. 49. nu. 6.* † Et quanquam Bart. *in
l. properandum. §. ſin autem. C. de iud. l. 3. §.
hoc autem iudicium ff. de damno infect. & l. 1.
§. 2. ff. de magiſt. conue.* tradiderit, expenſas non eſſe adiudicandas parti, niſi ſint
7. petitæ: † attamen de ſtylo & cõmuni obſeruãtia iudicij Cameræ ſolent adiudicari, ſi æquum videatur aſſeſſoribus: ſiue petitæ ſint, ſiue non, maximè quando, ſicut
dixi, litigator ſibi ius & iuſtitiam admini-
8. ſtrari petiit. † *Et pro prædictis facit memorabilis gloſſ. in l. vlt. C. quando prouoc. non eſt
neceſſe: quam approbat* Ioan. de Imol. *in l.
Paulus 1. ff. de re iudi. vbi etiam fatetur hoc
de iure verum eſſe.*
9. † Cæterùm quibus
caſibus Iudex poſſit ſupplere ex officio, ſi
pars non petat, vide plenè per Doctores,
præcipuè Cyn. Bart. Bald. *in l. 1. C. vt quæ
deſunt aduo. & Angel. in l. 4. §. hoc autem
iudicium. ff. de damno infecto.*

OBSERVATIO LVI.

Vide Gail. 2. obſ. 17. n. 6.

Emptor rei precium non ſoluens, an & quando teneatur ad intereſſe precij non ſoluti, & lucri ceſſantis?

Emptor qui acquiſiuit poſſeſſionem rei venditæ, precio non ſoluto, iniuſtè poſſidet, Et venditor ad rem venditam hoc caſu habet regreſſum, Hart. Hart. tit. 27. de credit. obſ. 10. nu. 3. & per tot. A Reyger.

QVAESTIO illa, an emptor rei precium non ſoluens, teneatur ad duplex intereſſe, precij non ſoluti, & lucri ceſſantis? omiſſis ambagibus ſic definiẽda eſt. Quod ad intereſſe ratione precij non ſoluti attinet, illud ſemper debetur, tam de iure ciuili, quàm canonico, habito reſpectu ad fructus rei emptæ, *per text. in l. curabit. C. de actio. empt. Canoniſt. maximè Ioan. de Ana. in c. conqueſtus de vſur.* Quia contra bonam fidem eſt, fructus rei emptæ percipere ſine ſolutione, *l. bona fides. de act. empt. Bald. l. vlt. in fine, de iur. dot. gloſſ. in l. ſocius qui ff. pro ſocio, & firmat. Alexand. conſil. 96. in fine. vol. 1. & conſil. 121. vol. 4.* Si tamen facta traditione rei venditæ & non ſoluto precio poſt tempus conuentum immineret euictio, & emptor non ſoluat precium, nec venditor offerat fideiuſſorẽ de euictione: tali caſu emptor facit fructus ſuos, nec tenetur ad intereſſe precij non ſoluti reſpectu fructuum: *ita pulchrè limitat d. l. curabit. Bald. in l. 1. C. de bonis mater.* Cæterùm quo ad intereſſe lucri ceſſantis, illud pariter peti poteſt ab eo qui ſolitus eſt pecuniam ſuam ponere ad iuſtum lucrum, & mercantias, *vt dicit Bart. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. & Canoniſt. in c. ſalubriter de vſur. & Ioan. de Ana. in d. c. conqueſtus.* dummodo certò conſtet, venditorem habitâ pecuniâ tale lucrum fuiſſe conſecuturum: nam ſi ſit dubium, tale intereſſe non deberetur: *ita expreſſè tenet Paulus de Caſt. in l. non vtique. §. nunc de officio. nu. 3. ff. de eo, quod certo loco. per text. in l. quidam. §. ſi nauis in fine. ad leg. Aqui. & l. naturalem. §. 1 de acquir. rer. dom. quod idem ſentire videtur Bart. in d. l. 1. dum dicit: Et appareat pro certo, quòd ex ea lucratus fuiſſet, vide etiam Alexand. conſil. 141. lib. 5. & Decij. conſil. 39. col. 2. vbi eandem ſententiam comprobant.*

OBSERVATIO LVII.

De ſententia contra abſentem lata.

Vide Gail. 1. obſ. 109. nu. 1. A. Reyger.

1. *Sententia contra ægrotantem ferri non poteſt. & num. 2.*
3. *Neque contra abſentem Reipub. cauſa.*

Digitized by Google

4. *Quid ſi Iudici de impedimento nihil conſtet?*
5. *Prædicta ad omnia iuſta impedimenta extenduntur.*
6. *Iuſtorum impedimentorum ſpecies quædam recitantur.*
7. *Impedimentum quomodo probetur? & nu. 8. & 9.*

1. NOTI iuris eſt,† quod contra laborantem morbo ſontico, vel aliàs infirmum, ſententia ferri non poſſit. *l. quæſi-*
2. *tum. ff. de re iudic.* † adeò vt ſi Iudex ſciens infirmitatem, ferat ſententiam cõtra huiuſmodi abſentem, ſit ipſo iure nulla: *iux-*
3. *ta Paulum de Caſtro ibidem.* † Idem dicendum de abſente cauſa reipub. quia ſententia lata contra ipſum à Iudice ſciente, pa-
4. riter nulla eſt. † Cæterum ſi Iudex ignoraret impedimentum, ſicque ad ſententiam procederet, tunc quidem valeret ſententia, ſed abſens reſtitui ſaltem ad appellandum, vel aliàs cauſa reponi poſſet,
5. *l. vltima. ff. de in integ. reſtit.* † Et quod de infirmitatis impedimento dictum eſt, ad omnia alia impedimenta, *quæ in l. 2. §. quod diximus, cum §. ſequen. ff. ſi quis cautio.*
6. recenſentur, extendi debet. † Cuiuſmodi ſunt vis hoſtium locus peſtilentiæ, impetus fluminis, vis tempeſtatis, quæ itinera vel pede, vel nauigio infeſtat: niſi ſe quiſpiam arctauerit, vtpotè quòd opportuno tempore non exierat: item funere domeſtico impeditus, detentus ab hoſtibus, capitis damnatus, in exilium actus, & ſi quæ ſunt ſimilia. Sed pone, quòd reus allegat ſe impeditum, aduerſarius verò id
7. pernegat: † quomodo impedimentum probabitur? Doctores in hoc variant, *vt per Ioan. de Imola in d. l. quæſitum, vbi tres opiniones recenſet, quas ibi videre licet.* Cùm in Camera hæc quæſtio incidiſſet,
8. ſic fuit per Dominos explicata, † quod probationem per iuramẽtum, ſi homo ſit fide dignus, cui meritò credi debeat, ſufficere dicerent. *argumento l. non omnes. §. à*
9. *Barbaris ff. de re milit.* & † hoc attentâ qualitate perſonæ, quãtitate cauſæ, an ſit magna, vel moderata, & alijs conditionibus & circumſtantiis, quæ arbitrio Iudicis, vt admittat allegantem impedimentum ad iuramentum, vel non, relinquenda ſunt, *iuxta Bart. & Guil. de Cun. in d. § quod diximus. & per hanc breuem reſolutionem, quam etiam Zaſ. in d. l. quæſitum tradit, omnibus cæteris opinionibus reſponderi facilè poteſt. Poſſunt quoque huc conferri, quæ de hoc annotaui ſupra cent. 3. obſer. 92.*

OBSERVATIO LVIII.

Impeditus comparere, quibus caſibus procuratorem teneatur mittere?

1. *Impeditus procuratorem mittere non tenetur.*
2. *Fallit in actore præſcriptionis interruptionem quærente.*
3. *Fallit in impedimento perpetuo.*
4. *Fallit in impedimentis voluntariis.*
5. *Ob delictum abſens procuratorem mittere tenetur. & num. 6.*

Impeditus regulariter nõ liberatur ab onere iniuncto, ſed dilationem tantũ impetrat, Hartm. Hartma. tit. 19. de appel. obſ 14. nu. 6. Impeditum ſe, quomodo quis probet, vid. Hart. Hart. tit. 11. de dil. obſ. 4. nu. 15. A. Reyger.

CIRCA hoc fuit etiam controuerſum, an qui vel morbo detinetur, vel alio iuſto impedimento prohibetur, quo minus veniat, Procuratorem mittere teneatur? *De qua quæſtione extat pulcherrima gloſſ. in c. cùm dilecti. verbo, reſponſalem, de dolo & contuma.* † & crebrius in 1
hoc itum fuit, quòd procuratorem mittere non ſit obnoxius, *per gloſſ. in l. 2. §. quod maximus. ff. ſi quis cautio.* quod procedit, etiamſi quis non ſit impeditus, arduam tamen vel grauem defenſionem, aut cauſam habeat, *c. querelam, verbo, in grauibus cauſis. de procur.* † Si tamen actor præſcri- 2
ptionem, quæ ab aduerſario contra eum cœpta eſt, interrumpere velit, vtcunque ſit impeditus, procuratorem mittere debet, aliàs præſcriptio ſuo marte, non attento impedimento curret, *per text. in l. 1. ad finem, & ibi Bart. ff. de diuer. & temp. præſcript. & ſic ſecundum Ioannem de Imol. in l. quæſitum ff. de re iudic.* cauſatiuè, non præcisè quis cogitur procuratorem mittere, id eſt, ſi præſcriptionem interrumpere velit.† Deinde ſi impedimentum ſit 3
perpetuum, vel morbi, vel etiam dignitatis, aut aliàs etiam diu duraturum, non excuſatur quis, niſi reſpõdeat, vel procedat ſaltem per procuratorem: quod ideo eſt, ne propter huiuſmodi impedimenta perpé-

perpetua, ius aduerſarij opprimatur, aut
perdatur: quod eſſet iniquum, *text.in l.ſi. C. de procur. l. 1. & 2. ff. de in ius vocan. & l.pars literarum.ff.de iudiciis. Specul.titul.de*
4. *procur. §. ſecundo, ad fi.* † Tertiò ceſſat ſu-
prà dictum dogma, ſi impedimentum ſit
voluntarium, putà nuptiarum, vel quia
peregrè profectus ſit, & ſi quę sũt ſimilia,
vel aliàs non probabile, putà ex abſentis
5. delicto proueniens, vt eſt in relegato:† is
enim ab onere conſtituendi procuratorẽ
non excuſatur, *l. Papinianus exuli ff. de mino. l. ſed etſi per prætorem. §. aduerſus ff. ex quibus cauſis maior. & no.in c.ſi ægrotans. ibi Archid.5.quæſt.3.* † Niſi vel non poſſit
habere copiã procuratoris apud Iudicẽ,
6. ad quem citatus eſt, vel ita in vinculis cu-
ſtodiatur, quòd non habeatur ad eum acceſſus, vel denique cauſa ſit grauis & ardua: his enim tantùm caſibus excuſatur is, qui ex delicto impeditus eſt, ſi non cõſtituat procuratorem, *vt per Caſtr. Imol. & Zaſ. in d.l. quæſitum. & text. in c.querelam, de procuratoribus.*

OBSERVATIO LIX.

Gail. 1. obſ. 13. n. 9. & 11. plenè Hart. Hart. titu. 1. de Iud. obſ. 11. & 13. per tot. VVurm. lib 1. titul. 1. obſ. 6. Marant. de ord. Iud. p. 5 diſt. 5. n. 42 Mattheſi in Aut. & conſequenter n. 35. de ſenten. quæ pro eo. A. Reyger.

De iuſtis cauſis recuſandi iudicem, & quando hæc exceptio ſit proponenda?

MVLTAE ſunt cauſæ, ob quas Iudex ſiue ordinarius, ſiue delegatus recuſari poteſt, *de quibus diſſerit Spec. tit. de Iudice deleg. §. ſupereſt. Cano. in c. ſuſpicionis. de offi. deleg. & c. poſtremò. & c. requiris. & c. cum ſpecialis. de appel. Doctores. maximè Iaſ. in l. apertiſſimi. C. de iud. & pleniſſimè Rober. Maran. in Spe. iud. part. 6. tit. de appel. n. 26. & multis ſequentibus. vbi 40. cauſas refert.* Quòd ſi ex aliqua cauſa recuſetur Iudex, ſuſpenditur interim eius iuriſdictio, ita quòd recuſatione pendente non poſſit ad aliquem actũ procedere, & ſi procederet, proceſſus eſſet nullus, *ſecundum Bart. & Doctores in l. quia poterat. ff. ad Trebel.* Illud interim circa materiam recuſationis Iudicis eſt notandum tanquam ſingulare, quod exceptio recuſationis opponi non ſolùm ante litem conteſtatam, ſed omnium prima eſſe debeat inter dilatorias: Quia ſi opponitur alia dilatoria, cẽſetur prorogari Iudicis poteſtas iſque prouocari, vt ſuper ea pronunciet & ſic inducitur cõſenſus in ipſũ, vt nõ poſſit recuſari poſteà: *ita dicit Lanfr. in c. quoniam contra. ver. recuſationes. in prin. vbi ego pariter dixi, ext. de probatio. per ea quæ notant Bartol. & alij in l. quidam conſulebant. ff. de re iudicat. gloſſ. & Doctores in c. inter Monaſterium ext. eod. tit.* Prædictum tamen dogma ſic temperandum eſt, vt procedat, niſi de nouo ſuperueniret talis exceptio recuſatoria, tunc enim in quacũque parte litis obiici poterit, etiam poſt concluſionem, *l. ſi poſt ſuperuenit. iuxta Felin. in c. inſinuante. col. pen. in fine, de offic. deleg.* Quod ita demum recipiendum eſſe cenſuerunt Domini in Camera, ſi notoriè & euidenter conſtet Iudici, eam de nouo ſuperueniſſe, aliàs non, Quod ſigna.

OBSERVATIO LX.

Inſtrumenta poſt ſentẽtiã an & quãdo produci poſſint: & quid in teſtibus?

Vide Gail. 1. obſ. 105. n. 4. & obſer. 106. inſtrumenta non debent recipi poſt cõcluſionem in cauſâ, Hart. Hart. tit. de concluſ. obſ. 2. & 3. per tot. A. Reyger.

1. *In cauſis priuatorum inſtrumementa poſt ſententiam produci nequeunt. & numer. 3.*
2. *Exemplo res declaratur.*
4. *Impeditus inſtrumenta producere, de impedimento proteſtari debet. & nu. 5.*
6. *Inſtrumentum ſententiæ prioris poſteriorem contrariam reddit ipſo iure nullam.*
7. *In negotiis publicis admittitur productio inſtrumentorum poſt ſententiam.*
8. *Item in negotiis pupillorum & minorum.*
9. *Et multo magis in rebus Eccleſiaſticis.*
10. *Etiam teſtes de nouo reperti poſt ſententiam audiuntur.*
11. *Teſtes & inſtrumenta æquiparantur.*

FREQVENTER contingit poſt prolatam ſententiam diffinitiuam, inſtrumenta nouiter reperiri: an ea poſtea produci poſſint ad retractandam ſententiam?
† Et leges in cauſis priuatorum id vniuer- 1.
ſaliter non admittunt, in negotiis verò publicis admittunt, cauſa tamen cognita.

vt l. Impp. ff. de re iud. id eſt, vt cognoſcatur an ſimus intra legitimū tempus reſti-
2. tuendi: *Zaſ. ibidem ad finem.* † Vnde ſi creditori ſoluerit debitor recepta ab ipſo ſyngrapha, ſiue quietãtia, deinde lapſu tēporis, idem creditor rurſus exigat hoc debitum, & debitor non poſſit obniti, quia fortè ignoret ſe habere quietantiam, vel illam non poſſit inuenire, aut ſit penes alium à quo modo non poſſit conſequi, ſicque denuò condemnetur ad ſoluendum, cùm tamen prius ſoluerit: etiamſi poſteà inueniat quietantiam, Iudicíque illam offerat, petendo ſententiam reſcindi, tamen non reſcindetur: *ita text. in l. ſi fideiuſſor. §.*
3. *in omnibus. ff. mandati.* † In hoc tamen Dd. variant, vt eſt apud Spec. *tit. de execut. ſent. §. poſtremo. verſi. illud autem.* Paul. enim & Alexand. cenſuerunt ſi faciat ſummariam fidem de huiuſmodi impedimentis, audiendum eſſe, & inſtrumenta admittenda, quod etiam Iaſon ſequitur, *per text. in l. ſi mater. in prin. de except. rei iudicatæ*: qui tamen textus parum ad hoc videtur
4. facere. † Tutius igitur fuerit, quod impeditus producere inſtrumenta, ante ſentē-
5. tiam proteſtetur de impedimento. † Per hanc enim proteſtationem tutus erit, vt etſi ſuccumbat per ſententiam, quandocunq; poſtea inueniat, ſit audiendus: *quemadmodum Paulus de Caſtr. & Alexand. in*
6. *d. l.* Imp. *eleganter tradunt.* † Cæterùm ſi inſtrumentum ſententiæ contrariæ poſt latam ſententiam proferretur, tùc poſterior ſententia eſſet ipſo iure nulla, *l. 1. vbi communiter* Doctores, *C. quando prouoc. non eſt ne.* ideóque tale inſtrumentum meritò admittitur poſt ſententiam, etiam in
7. priuatis negociis. Quod autem † ſuprà dixi, in negociis publicis inſtrumenta admitti poſt ſentētiam, hoc de omnibus rebuſpub. municipiorum, vniuerſitatibus & collegiis honeſtis accipiendum eſt, *argu-*
8. *mento l. vlt. C. de ſacroſ. Eccleſ.* † Idem obtinet & in his perſonis, quæ tutelæ curationive ſubſunt, quales ſunt pupillus, minor, furioſus, & ſimiles, cū Reipub. æquiparentur, *l. Reſpublicas. C. ex quibus cauſ.*
9. *maior.* † Idem dicēdum de eccleſia, rebúſque Eccleſiaſticis, *iuxta Panor. in c. inter monaſterium. de re iud. licet text. in c. ſuberta. in fine, eod. titul. videatur obſiſtere.*

† Sed quid, ſi teſtes de nouo poſt ſenten- 10.
tiam reperiantur, qui ante prælationem ſententiæ ignorabantur: an ſicut inſtrumenta pro Repub. & aliis iam memoratis perſonis poſt ſententiam admittuntur, ita & hi poſtea produci poſſint? Et magis eſt,
poſſe, eóſque admittendos eſſe. † Cùm in 11.
exercendis litibus inſtrumenta, & teſtes æquiparentur *l. in exercendis. C. de fid. inſtrum.* imò ſub inſtrumentis contineantur teſtes, quoniam non minus inſtruunt cauſam, quàm inſtrumenta, *l. 1. ff. de fid. inſtrum. & ita Cyn. Iacob. de Rauen. & Alberi in d. l.* Impp. *tenuiſſe*, *Iaſon. ibi refert. quos etiam ſecuti ſunt* Domini *Aſſeſſores potiſſimùm*, quòd ea quæ ſunt fauorabilia, poſſunt extendi ex ſimilitudine caſus: *iuxta Bart. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. vbi & alij.*

ADDITIO.

Prædictis adde Afflict. *deciſ. 33. & deciſ.* 216. Item quomodo & quo caſu atteſtationibus publicatis admittuntur teſtes, vide Aym. Grauet. *conſ. 65. & 47. n. 4. & 5. conſ. 134. col. 3. Hyppol. ſing. 66. & 128. Roma. ſing. 370. & Porc. lib. 1. conclu. 39.* vbi totam hanc materiam examinat. *A. Reyger.*

OBSERVATIO LXI.

De duplici inueſtitura propria & abuſiua.

1. *Propria* Inueſtitura *& abuſiua quæ dicatur.*
2. *Abuſiua Inueſtitura poſſeſſionem inueſtito non tribuit.*
3. *Poſſeſſio ſolo animo non acquiritur.*
4. *Quid iuris Vaſallus abuſiuè inueſtitus conſequatur?*
5. *Dominus abuſiuè inueſtito poſſeſſionem feudi tradere præcisè tenetur, & num. 12.*
6. *Prædicta ad emptionem extenduntur.*
7. *Vaſallus aduerſus Dominum iurat in litem.*
8. *Res in feudum conceſſa eripi* Domino *manu militari poteſt.*
9. *Dominus feudi, denegans Vaſallo traditionem, reddit ſe proprietate indignum.*
10. *Contractus feudi eſt vltrò citróque obligatorius.*

Abuſiuè inueſt. ēni ad quid teneatur, vid. prolixè Scurad. part. 5. c. 2. à nu 16. ad n. 37. vbi quinque effectus & varias clauſulas po-

11. Con-

Digitized by Google

nit. Plenè Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 6. A Reyger.

11. *Contrahentium æqualis debet eſſe conditio.*
13. *Dominus feudi quid Vaſallo teneatur præſtare?*
14. *Sola promiſſio feudi abſque inueſtitura quid operetur?*
15. *Realiter inueſtitus prior inueſtito, ſed abuſiuè, præfertur.*
16. *Abuſiuè tamen inueſtito intereſſe hoc caſu debetur.*
17. *Dominus feudi ſi rem feudalem tradere non poteſt, præſtando intereſſe liberatur.*
18. *Limitatio prædictæ doctrinæ.*

Per inueſtituram an acquiratur poſſeſſio. Vide Gail. 2. obſ. 152. n. 14. & 15 A. Regyer.

DVPLICEM eſſe Inueſtituram feudorum, Interpretes paſſim docent,
alteram propriam, abuſiuam alteram.
† Propria dicitur realis ipſa feudi poſſeſſio: abuſiua verò, ſiue verbalis appellatur,
per quam fit quædam imaginaria futuræ
1. poſſeſſionis repræſentatio, veluti ſi haſtā,
aut annulum, vel aliud corporeum quidlibet Dominus alicui porrigat, feudi ſe
Inueſtituram facere dicens, *vt tit. quæ ſit*
2. *inueſt. §. 1.* † Quanquam autem hæc abuſiua Inueſtitura nullam Inueſtito poſſeſſionem tribuat, *c. per tuas. & ibi gloſſ. in verb. in poſſeſſione. donat. & c. ex ore. iuncta gloſſ. verbi, mandatum, de his quæ fi. à ma. par.*
3. *c.* † Cùm non ſolo animo acquiratur poſſeſſio, ſed actu apprehenſionis corporeæ,
l. poſſideri. §. in admittenda ff. de acquir. poſſeſ.
4. † Tamen ius irreuocabile ad feudum à Domino conſequendum præbet, adeò vt facta verbali inueſtitura per Dominum de feudo, teneatur præcisè ad tradendum, cogatúrque omninò Inueſtitum in vacuā eius poſſeſſionem mittere, hoc eſt, liberā, non occupatā ab alio, remoto omni impedimento: quod ſi facere differat, obnoxius ſit vaſallo refundere omnem eam commoditatem, quam ex re feudali protinùs tradita, conſequi potuiſſet, *c. 1. in fin.*
5. *de no. for. fide.* † Et ſic patet, quod non liberetur Dominus præſtando intereſſe, ſed teneatur præcisè ad tradendum, ſi ipſe poſſidet feudum, tradendíque facultatem habet, *c. ſi facta, ſi de feu. fu. cont. in do. & ag.* Idémque notat. *Ant. de Iſer. in cap. 1. in prin. per quos fi. inue. & in cap. 1. in prin. de contro.*
6. *inue. & in præl. feud. in vlt. col.* † Idem quoque obſeruatur, & locum habet in contractu emptionis & venditionis, *per text. in l. 1. & l. ex empto. §. etiam ff. de act. empt. Aretí. §. 1. Inſtit. de don. & §. vltim. Inſt. de*
empt. & vendit. † & ſi non tradat Venditor rem venditam Emptori, vel Dominus Vaſallo rem ſibi in feudum conceſſam, iuratur aduerſus ipſum in litem, *l. qui reſtituere, ff. de rei vendicat.* † Imò manu militari auferri à venditore & Domino poteſt, *vt not. in d. l. qui reſtituere. & tenens etiam Iſern. & Afflict. in d. ca. ſi facta, vt ibi per eos.* † Poteſt etiam vaſallus agere, vt 9.
Dominus proprietate priuetur, ſi non vult tradere, *vt in ca. nulli, per quos fi. inueſt. ſecundum Iac. de Belui. in ca. fin. de no. for. fid. & Afflict. d. c. ſi facta. num. 27.* Ætiologia ſuprà dicti dogmatis illa aſſignari poteſt,
quod infeudatio ſit † contractus vltrò citróque obligatorius, in quo vna partium tenetur ad faciendum ex diſpoſitione legali, vt eſt vaſallus, qui ad ſeruitia præſtanda obnoxius eſt ex legis diſpoſitione, ad quod poteſt præcisè compelli, ſecundum doctrinam Bartol. *in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig.* Ergo æquitatis ratio ſuadet, fidem Domini viciſſim obſtringi Vaſallo, vt rem ipſam de qua facta eſt inueſtitura, præcisè ac neceſſariò tradere & transferre cogatur, ſi facultatem tradendi habeat: † Quia contrahen- 11.
tium debet eſſe æqua conditio: *l. ſi id quod, in fi. ff. de per. & com. rei vend.* † Et prædi- 12.
cta intelliguntur procedere, etiamſi Dominus tradidiſſet ſemel, & Vaſallus poſteà eccidiſſet, & poſſeſſio adhuc eſſet penes Dominum: *ita docet Bald. in d. c. ſi facta, per l. corruptionem, Cod. de vſufr.* † Do- 13.
minus enim ad duo eſt obnoxius, ſcilicet ad tradendum, & patientiam præſtandam in futurum: *arg. in l. Plociana. ff. de iu. codicil. & in l. verbum Oportebit. & quod ibi per Dyn. ff. de verb. ſigni.* quod tamen limitat Alua. *in d. c. ſi facta. col. pen.* Niſi de nouo eſſet exorta aliqua exceptio aduerſus vaſallum, quæ poſſet excludere ius ipſius, ſicut præſcriptio, *vt not. in l. corruptionem, cir. med. cum ibi not. Cod. de vſufr. idémque Curt. tradit in tract. feud. par. 2. titulo de feud. lat. ver. ſecundò princ. fol. (mihi)* 171. Limitatur tamen præfatum dogma aliquoties
non habere locum: † Primò, quādo facta 14.
eſſet ſola promiſſio abſq; inueſtitura, quia

Digitized by Google

tunc Dominus liberatur prę́ſtando intereſſe, *prout Mart. Lauden. ſenſiſſe videtur, in d. ca. ſi facta. idémque tenet Iacobi d. S. Georg. in tract. feud. in verbo, inueſtiuit talem. col. 2. verſi. item dubitatur.* vbi limitat procedere, quando eſt facta promiſſio ſolennis, & tranſiuit in contractum: alias, ſi fuiſſet nuda promiſſio, & ſimplex non obligaret dominum etiam ad intereſſe.

15. † Item & ſecundò non obtinet prædictum dogma, ſi dominus. Primo feciſſet inueſtituram abuſiuam, Alteri vero feudi poſſeſſionem tradidiſſet, ſicque ipſum realiter inueſtiuiſſet, quia poſterior inueſtitus præferetur: *per gloſſ. in d. ca. ſi facta. & ibi Aluar. verſi. & concluſo ſecundum veritatem. & verſi. quæro. an ſit dare aliquem caut. per l. quoties. Cod. de rei vend. quam & Iaſ. ibi in 12. limit. in feudalibus, quoque obtinere concludit.* † Hac tamen ſpecie, priori inueſtito obligatur Dominus ad intereſſe dupliciter, vel ad ſoluendam pecuniã

Poſterior inueſtitus, cui res eſt tradita, præfertur priori inueſtito cui illa tradita non eſt, Herma. Vult. in tr. feud. c. 10 n. 11. verſ. quin imò licet ci. in in. fol. 607. A. Reyger.

16. feudo æquiualentem, vel ad feudum conſimile, pariſque æſtimationis præſtandum, *iuxta Bald. in c. inueſtitura. verſi. poſſet etiam de no. for. fide. & Alua. d. ca. ſi facta.*

17. *verſ. quæro, quid ſi dominus inueſtiendo.* † Sed etſi dominus aut iuris, aut facti rem tradere non valeat, cuius inueſtituram verbalem conceſſit, vtpura quia forte aliena ſit, vel alioqui effecta, quò minus tradi queat, dominus præſtando intereſſe liberabitur, *arg. l. ſeruum. §. vltimo. ff. de act. empt.* vbi rem alienam mihi vendens ignoranti, tenetur in id, quãti mea interſit, meam eſſe factam: *& in §. vlt. cum ibi not. Inſt. de emp. & vend. ibique Bald. & Aluar. in d. c. ſi facta. comprobant: facit tex. & ibi Dd. in c. 1. in prin de inue. de re ali. fac.*

18. † Ceſſat denique præfata doctrina, ſi primò Inueſtitus fuit adeptus poſſeſſionem, & dominus inueſtiuit ſecundum ignorãter, illique poſſeſſionem tradidit ſciente & tacente. Primo per annum, quia Secundus præferetur, *ſecundum Iac. Ardiz. in tit. qui. mo. feud. acqui. in rub. quando duo inueſtiti ſunt ſeparatim. & in tit. de conten. feud. §. vlt. & Aluar. d. c. ſi facta. ad fi. per text. in c. Titius. ad fi. ſi de feu. contro.*

ADDITIO.

Obſeruandum hic, ſi duo de vno eoque feudo inueſtiuntur, vnus abuſiuè, alter realiter, eum præferri, cui poſſeſſio feudi eſt tradita, *l. quoties. 15. C. de rei vind. l. ſi ea res 31. § fin. ff. de act. empt. text. expreſſ. in l. ſi debitor. 10. ff. de pignor. gl. in c. vn. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. & c. Schurff. conſil. 53. num. 3. 4. 5. 6. 16. cent. 1. Zaſ. in tract. de feud. part. 6. num. 17. Hartman. Piſtor. part. 2 quæſt. 29. num. 1.*

Quamuis tamen hæc regula quatuor exceptiones habeat, *quas apud Borch. de feud. vid. c. 7. part. 1. num. 13.* quibus quintam addit Zaſ. *part. 6. num. 14. & D. Mynſing. hic Duar. de feud. ca. 7. num 6.* Quã autem ratione ei conſulitur, qui eſt abuſiuè inueſtitus, & cui poſſeſſio tradi non poteſt, quã alius habet? In hac noſtrã obſeruatione dictum fuit, quod præciſe teneatur Dominus, qui abuſiue inueſtiuit tradere poſſeſſionem, ſi id facere poſſit, *d. c. vn. §. ſi facta.* Dum igitur hic non habet tradẽdi facultatem liberam, tenetur præſtare intereſſe, *l. 2. C. de hered. vel act. vend.* vbi dicitur: Fregit fidem ex empto actione conuentus quanti tua intereſt, prę́ſtare cogetur, hoc eſt, tenetur præſtare omne id, quod tibi abeſt in eo, quod tibi poſſeſſio feudi non ſit tradita, ita Schurff conſuluit *d. conſil. 53. num. 16. cent. 1.* Et quidem poteſt Dominus conueniri à Vaſallo poſt factam abuſiuam inueſtituram ad æquiualens feudum, vel ad æſtimationem dandam.

Memini verò, me quondam in diſputationibus feudalibus *diſp. 3. theſ. 21.* contra communem negatiuam propugnaſſe, quod nimirum poſterior inueſtitus cum traditione, priori abuſiuè inueſtito haud præferatur, idque ex his rationibus negandum duxi.

1 Ex generali definitione inueſtituræ, quæ firmatur *ex ca. vnic. ver. fin. de feud. cognit. per pr. c. de ſucceſſ. fratr.* quibus locis non diſtinguitur inter propriam & abuſiuam inueſtituram, Et hoc ita indiſtinctè accipit *Duar. c. 7. nu 9.* Si itaque quæſitum eſt feudum, quidni etiam actio vtilis ad poſſeſſionem à quocunque auocandam?

2 Conſentit cum hac argumentatione §. rei autem, de inueſtit. de re al. fact. vbi iterum non diſtinguitur inter propriam & abu-

Digitized by Google

& abuſiuam inueſtituram.

3. Inueſtitura aut modus eſt adquirendæ obligationis aut dominij: Non obligationis, Dominij igitur. Nemo enim rem ſibi debitam duntaxat propriâ auctoritate occupare impunepoteſt *l. exſta ff quod met. cauſ.* Imò nec creditor, cui id permiſſum *l. 3. C. de pignor.*

4. Dato obligationem tantum adquiri ad rem, Obſt. pr. de inueſtitur. de re al. fact. vbi is qui obligationem habet, præfertur poſſeſſori inueſtito, qui ad dominũ regreſſum habet.

5. Non debet quis melioris conditionis eſſe quàm auctor ipſius, *l. in his 175. de R. I.* At ab auctore, Domino ſcilicet poteſt auocari poſſeſſio, Ergo etiam à poſteriore inueſtito, *text. in d. §. ſi facta. ſi de feud. def. cont ſit.*

6. Non dubium quin qui contradicunt argumentum ſumant ex traditione, quibus reſpondet Duar. d. loco. Et notum eſt adquiri etiam aliis modis ſine traditione. Denique fortiſſimè obſtat l. naturaliter. §. nihil commune, de adquirenda poſſeſſ.

7. Ad d. l. quoties, de rei vind. puto reſpondendum, eam accipiendam, de eâ diſtractione quæ ante traditionem non transfert dominium, vt ex ſubiectis exemplis emptionis & donationis manifeſtum eſt.

8. Nec video, cùm ipſi concedant, quibuſdam caſibus priorem præferri, quæ ſit euidens ſpecialitatis ratio, cùm eadem debeat eſſe in priuatis dictorum factorũmq. conſtantia. Et quanquam hæc ſubtiliter contra communem diſputari poſſunt, tamen Ego communem puto veriorem, & paſſim receptam, Dn. Geil. tamẽ *obſ. 55. li. 2. obſ. pract.* cùm hæc quæſtio in caſu quodam notabili in Camerâ Imperiali incidiſſet, contrarium concluſum fuiſſe dicit, eámque ſententiam elegantibus rationibus defendit. Limitat tamen, vt procedat, ſi donatio vel conceſſio Principis per modum gratiæ facta ſit, videlicet contemplatione ſeruitiorum vel meritorum vt in caſu propoſito factum erat. ſecus eſſe, ſi per modum contractus conceſſio fieret, &c. *A. Reyger.*

OBSERVATIO LXII.

Omiſſio ordinis iudiciarij non attenditur, ſi de meritis cauſa conſtet.

Gail. 1. obſ. 75. n. 5. & 6. obſeruat. 75. nu. 2. aſſerit, quòd affirmatiua litis conteſtatio fiat ex parte Actoris affirmãtis, negatiua ex parte Negãtis. Reprehendit Iohan. Goëdæus ad l. 36. nu. 21. de V. Signif. Non poteſt tamen à partib. ordini & ſolemnitatib. Iudiciorum renunciari. Hart. Hart. tit. 15. de teſtibus obſ. 13. n. 4. A. Reyger.

PRINCEPS poteſt habere ratum proceſsũ ratione ordinis omiſſi quando merita ſunt bene tractata, & liquida, conſtátque de bono iure alterutrius partis, *iuxta Pano. in c. cùm olim. de re iudicata, &c. ad petitionem de accuſatio.* Nam & conſuetudine poteſt induci, quod per ſimplicem facti narrationem, & verbalem petitionem, & contradictionem ac reſponſionem, inducatur litis conteſtatio: *idem Pano. in c. in cauſis. de re iud.* Et ideò rectè prouiſum eſt in ordinatione Cameræ, *par. 3. tit. 34.* cùm in iudiciis inferioris Germaniæ plerumque ſint tales conſuetudines, quod proceſſus huiuſmodi nullitatis contemplatione non ſint annullandi: ſed procedendum ad diffinitionem cauſarum, tam in cauſis ordinariis, quàm ſummariis, ſi de meritis euidenter conſtet, *prout ſuprà cent. 1. obſer. 27. annotatum à me eſt. Vide de hoc etiam aliqua apud Guid. Pap. deciſ. 369. vbi refert in curia Parlamenti Delphinalis non teadi proceſſus nullos ob defectum litis conteſtationis.*

OBSERVATIO LXIII.

De nullitatis & iniquitatis cumulatione.

Vide Gail. 1. obſ. 255. & obſ. 127. nu. 8. Nullitatis cauſa deuoluit cauſam iniquitatis. VVurm. tit. 241. obſ. 13. n. 2. per tot. A Reyger.

1. *Querela nullitatis & iniquitatis alternatiuè cumulantur.*
2. *Simultaneo tamen proceſſu tractantur & expediuntur.*
3. *Super manifeſta nullitate Iudex ex officio pronũtiabit, etiã lite nõ cõteſtatâ, nu. 5.*
4. *Ob defectum Iuriſdictionis ſententia eſt ipſo iure nulla.*
6. *Deſertá appellatione ſuper nullitate agi poteſt. & num. 7.*

DISPONITVR in eadem ordinatione loco ſuprà citato, quòd NVLLITAS ET INIQVITAS ſimul & coniunctim ſint deducẽda in eodẽ libello † al- 1.
ternatiuè tamen, vt ſcilicet petatur pri-

mò ſuper nullitate, ea verò deficiente, ſuper iniquitate proceſſus & ſententiæ pronunciari: *de quo vide etiam Bald. in l. eos. §. nec temerè, C. de app. & Ferr. in forma app. à diffi. ver. & ab ipſa ſententia tanquam nulla. & Bart. in l. ſi expreſſim. ff. de*
2. *appellatio.* † Debet autem nullitas, ſi ita incidenter proponatur, vnà cum iniquitate ſimultaneo proceſſu tractari, & expediri: Niſi manifeſta nullitas ex actis prioris inſtãtiæ appareret, quæ in ſecunda inſtan-
3. tia non poſſet ratificari. † quo caſu debet etiam ante litem conteſtatam, & ex officio ſuper ea pronunciari: ſecùs, ſi prior Sententia ratificari poſſet, vt quia die feriata, vel parte ... n citata lata ſit. Et tunc amplius poſt latam confirmatoriam de nullitate prioris ſententiæ non poteſt agi: ita tamen confirmatur, non vt ex confirmata, ſed vt ex confirmante agatur: *vt pulchrè per Io. de Ime. in d. l. ſi expreſſim.* Item ratificatur Sententia, ſi nullitas reſultet ex o... ordine, *vt in proximè præcedenti obſer-*
4. *uatione dictum eſt.* † Secus videtur, quando Proceſſus & Sententia propter defectum Iuriſdictionis eſſet nulla, quia tunc Partibus etiam nihil opponentibus non poterit talis Sententia confirmari, *argumento cle. ſi appellationem. de appel.* Quod procedit, niſi antea pronunciatum fuiſſet, cauſam non eſſe deuolutam, ſed deſertam: tunc enim non poſſet ſuper nullitate incidenter deducta pronunciari, *iuxta Zabar. in cle. ſi appellationem, & Phil. Franc. in c. dilecto. de appell.* Sed cùm ſuper deuolutione, vel deſertione eſt controuerſum, vel concluſum, & ex actis prioribus de nulli-
5. tate euidenter cõſtat, † tũc ſuper ea, etiam lite non conteſtata pronunciatur diffinitiuè: *ita tenet Soc. in c. quoniam frequenter. verſ. 80. fallit, vt lit. non conteſt.* & hoc in Camera meo tempore ſæpius obſeruatum memini. Idem voluit Rota *deciſ.* 340.
6. *in nouis.* † Licet Bart. *in d. l. ſi expreſſim. col. 5. verſi. quæro.* videatur ſimpliciter velle, quòd deſerta Appellatione non ſit deſerta nullitas: ſed hoc ita debet intelligi, quòd iterum poſſit principaliter, vel contra executionem excipiendo nullitas opponi, *vt Imol. ibi refert, col. 17. & Bal. in l. qui teſtamento. ff. de excuſ. tut. & Ferra. in forma*
7. *app. à diffini. in verbo, & in quantum.* † Et ſic obſerua, quod ſi ſit appellatum, ſed appellatio deſerta, poſſit iterum principaliter de nullitate agi, quia perinde eſt, ac ſi nõ eſſet appellatum: *de quo dixi etiam ſuprà in 1. cent. obſer. 77.*

OBSERVATIO LXIIII.

Nullitate in Iudiciũ deducta, an inhiberi poſſit, impediatúrque executio? Vid. Gail. 1. obſ. 127. n. 10. Nullitatis querela aut Exceptio quando impediat executionem. vid. Vuerm. ti 24. de appell. obſ. 35. per tot. A. Reyger.

SED circa hoc dubitatum quoque fuit, an tali caſu, quando ſcilicet nullitas in Iudicium deducta eſt, inhibendum ſit Iudici inferiori per ſuperiorem? Et Bart. *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudi.* diſtinguit, ſcilicet quòd aut ex actis conſtat notoriè de nullitate, & ſic non opus eſt eam probare, aut poteſt in continenti probari, his caſibus impeditur executio, & ſic poterit inhiberi: an verò nullitas oppoſita requirat altiorem indaginem, & tunc inhibitio eſt impermiſſa, nec impeditur executio. Et hanc Bart. diſtinctionem communiter ſequuntur Dd. eámque iure veram eſſe opinantur Romæ iudices, *deciſ. 280. in nou. Bal. in l. ab executore. nu. 7. quo app. non recip. Franc. c. dilecto. q. 10. de app. Afflic. deciſ. 283. text. opt. & ibi Dd. in l. vlt. C. ſi ex fal. inſtrum.* Et hanc communem eſſe, teſtantur Alex. *conſil. 33. num. 9. lib. 1.* idem Alex. Iaſ. & Ripa. *in d. §. condemnatum.* & Seb. Vant. *de Nullit. c. quot & qui. nul. propoſ. nu. 32.* itémque Vital. *in tractatu clauſul. titul. Nil noua. nulli. penden. fol. (mihi)* 101. & ſic in vtroque dubio fuit determinatum per Dominos Camerales in ſummo Prętorio, *in cauſa Satlers de* VVimpfen, *contra* Satler. Fuit enim citatio ſuper nullitate principaliter proponenda, cauſa appellationis prius deſerta pronunciata, & inhibitio decreta, *menſe Septembri, anno* 1549.

OBSERVATIO LXV.

De Reo ob Actoris contumaciam abſoluendo. Vid. Gail. 1. obſ. 55. nu. 6. & obſ. 59. per tot. Et quomodo Actore abſente vel contu-

1. *Ordina. Cam. Tit. 42. p. 3. declaratur.*
2. *Proclama in contumaciam non comparentis Actoris decernitur.*
3. *Reus aduerſus contumaciam Actoris duplex habet remedium.*

4. *Vtrum*

mace procedatur. vide VVurm. tit. 7. de contumacib. obſ. 2. per tot. A Reyger.

4. *Vtrum remedium ſit plenius & tutius?*
5. *Actor qui ſe legitimare ad Iudicium non poteſt: excuſatur à contumacia.*

QVOD in † Ordinatione Cameræ, *part. 3. tit. 42.* de actore, qui in prima
1. inſtantia contumax eſt, diſponitur, quod contra eum proclama decerni debeat, & poſt effluxas tres iuridicas, reus à citatione abſolui, &c. Domini Aſſeſſores cēſuerunt, hoc de vero contumace accipiendū eſſe, qui omninò non comparuit in Iudicio, nec conſtituit Procuratorem. Igitur ſi Actor ſemel legitimè comparuerit, vel procuratorem conſtituerit, non habebit locum ordinatio de decernendo pro-
2. clamare. † Quia proclama tantùm decernitur in contumaciam non comparentis: ſecus eſt in alia contumacia non agentis vel non procedentis, tunc enim procedi poteſt aduerſus conſtitutum Procuratorem, niſi fortè is acceptum mandatū omninò repudiaſſet, & ſe exoneraſſet (fortè ex legitimis cauſis) quia tūnc in veram contumaciam etiam peti & decerni ſolet proclama, priuſquam in cōtumacem procedi poſſit in cauſa. *Atque ita decreuerunt Domini in cauſa Senatus Imperialis ciuitatis Vlmæ, contra Fuggerum* den Illerbavv belangend, *Itē in cauſa Ioānis de* Hagenavv, *contra Elizabetham Petri* Viſchers, *relictam*
3. *viduam.* † Et obſerua, quod vltra remediū in principio *prædicti 42. tit.* expreſſum ſit & aliud, quod reis competit de iure communi in contumaciam Actoris, videlicet vt petant ſe abſolui ab inſtantia, & obſerua-
4. tione iudicij. † Eſt autem magna differentia inter hoc remedium, & abſolutionem à citatione: quia per illud multò plenius prouidetur Reis, quàm per hoc, quod per circumductionem citationis fit. *de quo pulchrè per Bar. in auth. qui ſemel, Cod. quo. & quan. iu. vbi Paul. Caſtr. clarius loquitur, quā alij. Idem Bar. & alij in l. properandum. §. et ſi quidem, C. de iud. Canoniſtæ in c. conſuluit. de offic. deleg.* Et ſic cenſebant Domini, ordinationem in præfato loco aliquantum
5. ſupplendam eſſe. † Interim pro limitatione ſæpe dicti tituli, ſciendum quoque eſt, ſi Actor non poſſit ſe legitimare ad Iudicium: vt purà ſi pupillus, vel aliàs inutilis eſſet, vt dandi ſint Curatores, tunc etiam producto libello, & lapſis tribus iuridicis, non decerni proclama, vel abſolutionem, ſed admitti ſolere excuſationem & petitionem, vt prius cum Curatoribus legitimetur: *atque ita decretum fuit in cauſa* Seckendorffer, *contra* Eechelbrun.

OBSERVATIO LXVI.

Explicatur §. VVo aber der, *tit. 42. in 2. parte Ordi. Cameræ.*

Gail. 1. obſ. 75. nu. 5.

QVAMVIS de iure communi lite non conteſtata, non poſſit procedi in principali cauſa ad liquidationem, & ſententiam diffinitiuam aduerſus Reum cōtumacem ſed ſolum ad immiſſionem, vel alias pœnas iudicis arbitrio, niſi poſt litem conteſtatam contracto eremodicio: *quo caſu loquitur l. properandum. §. ſin autē reus, ibi Caſtr. & alij. C. de iud. & l. conſentaneū. C. quo. & quan. iu. gloſ. in auth. qui ſemel. eo. tit. & l. poſt edictum. ff. de iudicijs.* Secus eſt in cauſa appellationis, vbi hoc eſt ſpeciale, *l. fin. §. illud. ff. de temp. app. & ibi Dd.* attamē vigore Ord. Cameræ *d. tit.* 42. §. *Mo aber der Kleger.* in contumaciam Rei abſentis lis habetur pro cōteſtata, perindéque eſt, ac ſi reuera lis conteſtata fuiſſet, *arg. l. 2. C. vbi in rem act. & gloſ. in d. auth. qui ſemel, allegans. §. ſi verò. Nouel. vt omnes obed. per quam videtur prædictus §. in Ordinat. poſſe fundari etiam lite non conteſtata, &c.* Cæterùm in Actore abſente ſecus eſt: quia etiā lite conteſtata contrahitur eremodicium de iure, *d. auth qui ſemel.* quæ eſt introducta in fauorem Reorum, qui ſunt fauorabiliores Actoribus *vide Caſtr. in d. §. ſin autem reus.*

Sententia definitiua quando feratur lite non conteſtata. vide VVur. tit. 7. de contumacibus. obſ. 2. n. 4. A. Reyger.

OBSERVATIO LXVII.

Præſens in Iudicio, ſiue Actor, ſiue Reus, in principali poteſt procedere: condemnatúrque abſens in expenſas litis, etiamſi vincat.

Vide Gail 1. obſ. 60. Citatus in primo termino non comparens, ſtatim condemnatus in expenſas, VVurm. tit. 7. c. 8. n. 1. A. Reyger.

IN Ordinatione Cameræ inter cętera diſponitur, quòd ſiue Actor, ſiue Reus cōtumaciter ſit abſens, nec cōpareat in Iudicio, ſemper præſens poſſit in cauſſa principali procedere, & cauſam liquida-

Digitized by Google

ctione Iudicis ad compromittendum, eiúſque autoritate, appellari poterit: *caſus eſt ſecundum* Ioan. *And. quem refert & ſequutur Are. in l. ex conſenſu. ff. de appel. l. 2. C. de fruct. & lit. exp. l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. & l. vlt. ibi Bart. ff. à quibus appel. non*
7. *lic.* † Idem eſt, quando Arbiter eligitur ſuper aliquo incidenti vel emergenti in iudicio *gloſſ. & Bart. d. l. arbit.* Ripa *in d. l.*
8. *nemo poteſt. nu.* 92. † aſſerens remota appellatione non cenſeri reiectam querelam, vel ſupplicationem, *iuxta gloſſ. l. 1. C. de offi. præf. præt.* Iaſon *in auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. Imp. offe.* Porrò ſecundo caſu, quando ſumus in Arbitro ſtatutario, an ab eius arbitramento ſeu laudo appellare liceat, variârunt Interpretes, *vt eos ad longum refert Mar. Ant. in tract. de compro.*
9. *quæſt. vlt. num.* 10. † Sanior tamen ſententia eſt, appellari poſſe indiſtinctè à ſententia lata per Arbitros ſtatutarios. Nam ius & poteſtas appellandi prouenit à vir-
10. tute ipſius ſtatuti, † cùm tale ſtatutum tribuat Iuriſdictionem ipſis Arbitris, *vt not. per Dd. in l. vlt. C. de iudi. & in c. ſuſpicionis de*
11. *offic. deleg.* † Cùm igitur habeant iuriſdictionem, & ex eorum ſententiis oriatur actio, *vt per Iaſ. in l. 1. ff. de re iud.* ergo ſequitur ab ipſorum ſentētiis appellari poſ-
12. ſe. Siue † ergò partes faciant compromiſſum per ſtipulationem, ſiue alio modo, non alteratur diſpoſitio ſtatuti, ex quo oritur ius appellandi: nec etiam refert, an ſtatutum pœnam adiiciat vel non adiiciat: quia ex eo quod arbitri ſunt neceſſarij, & iuriſdictionem habent, ac ex tali ſententia oriatur actio, datur ius appellandi, non autem ob omiſſionem pœnæ, *ita eleganter Mar. Ant. in loco iam citato, idemque tenent Bart. Salic. & Iaſ. in d. l. vltim. Arg. in l. aduerſ. imt. C. de iud. Phil. Fran. poſt gloſſ. in c. ab arbitris. de offic. deleg. lib. 6. Imol. in l. 1. §. interdum. in fi. ff. à qui. ap. non li. Abb. c. cùm dilectus. de arbi. & Felin. in c. quæ in Eccleſiarum. num. 65. de conſtit. Alex. conſi. 254. li. 6. & communiter* Dd. *in l. vlt. C. de iudi.*

OBSERVATIO LXIX.

De reali citatione. Vide Gail. 1.

Regula, quæ dicitur, neminē ex ſua domo extrahendum eſſe, declaratur.

1. *Domus ſua cuique tutiſſimum eſt refugium.*
2. *In criminalibus licet Reum de domo extrahere.*
3. *In ciuilibus id nequaquam licet. & n. 4. 5. 6. 7.*
8. *Connexorum idem iudicium.*
9. *Vendita domo hortus cōiunctus, & ſtatua domui affixa cenſentur vendita.*
10. *Debitor de fuga ſuſpectus ex propria domo extrahi poteſt. & n. 11.*
12. *Creditori, à debitore fugiente, pecuniam debitam propria autoritate capere licet.*

obſ. 48. num. 12. 13. 14. Quando autem domum alterius inuito domino ingredi liceat, vide Hart. Hart. ti. 24. de ſer. obſ. 1. num. 1. & 4. A. Reyger.

NEMINEM inuitum poſſe extrahi de domo ſua, hoc eſt, capi realiter, *docet l. plerique. ff. de edendo*, † quia ſua cui- 1.
que domus eſt tutiſſimum refugium: vnde qui extraheret, vim diceretur facere & iniuriam, *gloſſ. in d. l. plerique & Zaſius ibidem.* Hæc doctrina limitatur procedere in cauſis ciuilibus. Nam in criminalibus
† aliquis de domo etiam inuitus extrahi 2.
poteſt, *per gloſſ. in l. nemo de domo. de reg. iuris.* aliâs hæc regula adeò vera eſt, † Vt 3.
etiam in domo aliena conducta, vel quam quis gratis inhabitat, locum habeat, *l. lex Cornelia §. domū. ff. de iniuriis. l. 1. §. habitare. ff. de his qui deiece. vel effude.* † Item in do- 4.
mo adiudicata ex primo decreto, *Bald. in auth. et qui C. de bonis autor. iud. poſſid.*
† Idem in caſa paſtorali, *Bald. l.* 1. *§. ff.* 5.
nau. caupo. ſtabul. & ſtabulo, quod coniunctum eſt, *l. hæc iure. §. ſtabula. ibi gloſſ. ff. in qui. cau. pig. ta. cont. vbi Caſtr. & Bal.* † Item 6.
in domo fugæ ergò occupata, *arg. l. quis ſit fugitiuus. §. idem Celſus. cum gloſſ. ff. de ædil. ed.* † Item in horto, qui è domo adire- 7.
tur, vel domui continuus eſt, *l. vlt. ibi Bald. & alij. ff. de ſerui. ur. urba.* † Et hoc ratione 8.
connexitatis quia connexitas operatur, vt vnitas cenſeatur, cùm connexorum idem ſit iudicium, iuribus vulg. † Vnde eſt, quòd 9.
domo venditâ, cenſeatur venditus hortus, ſi ſit aditus ex domo in eum, *Iaſ. in l. beneficium, ff. de conſt. princ.* Et venditâ domo, intelliguntur venditæ ſtatuæ, ſi domui cohærent, affixæque ſint, ac connexæ: *l. nemo. C. de ædi. priua. l. ſenatus, ff. de contrahend. emp. Et ita iudicatum fuiſſe in auditorio Rotæ, refert M. Ant. Bardus*

Gail. 2. obſ. 44.

Digitized by Google

10. *in tract.de temp.cont.& vti.c.18.n.20.* † Ad
propoſitum redeundo fallit ſuprà dictum
dogma in debitore ſuſpecto de fuga qui è
domo extrahi poteſt, etiam die feſto, & ſo
11. lenni, *gloſſ.in l.fi.C.de fer.* † Secundò fallit,
quia poteſt quis ob æs alienum in domo
ſua comprehendi, *l.ſacrileg.in fin.ff.ad l.Iul.*
12. *pecul.* † Ita etiam ſi quis pecuniam debitam
à fugiente debitore ſine autoritate Iudicis
occuparet, non puniretur, *gloſſ.verbo, vllo.
in l.extat.ff.quod met.cau.*

OBSERVATIO LXX.

Immunitas à collectis conceſſa quatenus excuſet?

Vide Gai. 2. obſ.102. n.13. 14. & obſ. 52. nu.26. Immunitas à collectis non intelligitur de illis, quæ propter neceſſitatem imponuntur. Hart. Hart. n. 52. de collect. obſ.6. per tot. A.Reyger.

1. *Immunitas à collectis conceſſa ad nouas non extenditur. & n. 2.*
3. *Confirmatur hac ſententia* Doctorum *autoritatibus. n.4. & 5.*
6. *A collectis ex publica neceſſitate impoſitis nulli ordines Imperij excuſantur.*
7. *Clauſula* motu proprio, *in priuilegio per* Principem *conceſſo, eſt neceſſaria.*
8. *Immunitas ſimpliciter conceſſa non extenditur ad realia & patrimonialia.*
9. *Cacherani hoc de puncto doctrina. & n.10.*

QVANDO immunitas alicui conceſ-
ſa eſt à collectis, an cõprehendat e-
1. tiam collectas, † quæ poſtea imponuntur
ob neceſſitatem publicam ſuperuenien-
tem, valdè controuertitur ab Interpre-
tibus iuris, vt per Iaſ. præ cæteris diffu-
sè hoc tractantem *in l.ſi ex toto.ff.de leg.*1.v-
bi recenſet quatuor principales opinio-
nes, quas repetiit nouiſſimè Franc.Marcus
*in deciſ. Delphin.q. 458. à nu.12. vſque ad nu.
27.* eas ego breuitati ſtudens hîc præter-
mitto. Hoc tantùm ſubiungens, Dominos
Camerales olim poſt multam diſcepta-
2. tionem tandem cenſuiſſe, † tale priuile-
gium ceſſare, quando collecta imponitur
ob euidẽtem neceſſitatem publicam: cùm
publica vtilitas cuilibet priuilegio ſit pre-
ferenda, & priuilegium generaliter indul-
tum, non includat caſum publicæ neceſſi-
tati contrarium, & ſi includeret, nihil va-
leret, *per tex. elegantem & ad hoc memorabi-
lem, in l.iubemus nullam. & ibi Bal.in 1. & 2.
notab.C.de ſacroſ.Eccle. & tex.in l.1.C.vt ne-
mi. lic. ab emp. ſpec. ſe excu.li.10.* Et hanc
ſententiam † quæ fuit originaliter Dyni, 3.
velut æquitati conſonam & magis com-
munem, multis argumentis firmat Iaſ. *in d.
l.ſi ex toto in prin. à nu.12. vſque ad finem:* Ad
cuius ſententiæ confirmationem vide e-
tiam Felin. *in c.cauſam quæ, nu.17. ver. quin-
ta declaratio, de reſcript.* vbi allegat etiam
Roma. *conſ.436. quod indultum.* Idem tenet
Alex. in Apoſt. ad Bart. *in l. honoribus. §. qui
numerus ff. de vacat. mune.* † *Et faciunt nota-* 4.
*ta per Luc.de Pen. & Ioan. de Plat. in d.l.1.C.
vt nemi.lic.ab empt. & c.li.10. & Oldra.conſ.
98. factum tale eſt, quædam vniuerſitas.*
vbi multis probat, neminem alioqui im-
munem & exemptum à collectis ſe excu-
ſare poſſe, quò minùs illas preſtet, quę pu-
blicæ vtilitatis cauſa indicuntur. † Confir- 5.
mantur etiam prædicta per ea, quæ pul-
chrè notat Matt.de Afflict. *ti. quæ ſint rega-
lia, in verbo, & extraordinaria, n.23. ver. his i-
ta præmiſſis, & in verbo, vectigalia. n.199.*
vbi expreſſe dicit: quòd alioqui exemptus
teneatur nihilominus ad nouam collectæ
impoſitionem, ratione belli, (id quod de
quauis alia publica neceſſitate intelligi
debet) *& inter alia ad hoc allegat Albert. de
Roſat. in 2. parte ſtatu. q.141 ſtatutũ eſt in ciui-
tate.* Quid multis? hanc ſententiam non
modò Cameralis Iudicij vſus, ſed & con-
ſuetudo communis totius Germaniæ paſ-
ſim recepta comprobat, † qui nulli ſtatus, 6.
ſiue ordines Imperij, à collectis ob publi-
cam neceſſitatem impoſitis excuſantur.
Porrò de immunitate collectarum vide e-
tiam, quæ Franciſ.Mar. *in d.q.458. in 1.parte*
congeſſit. Vbi fatetur, hãc opinionẽ cæte-
ris cõmuniorẽ eſſe: & inter cętera ſcribit,
† priuilegiũ immunitatis, cõceſsũ à Prin- 7.
cipe, non habere vires, niſi ſit cũ clauſula,
motu proprio, & non per ambitionem par-
tis, *ſecundùm Ioan. And. Henr. Boich. & Ant.
de Butr. in c. peruenit. de immu. Eccle.* quia ta-
lia priuilegia tantum operantur, quan-
tum verba ſonãt. † Et ideò immunitas ſim- 8.
pliciter conceſſa non ſe extendat ad mu-
nera patrimonialia, vel ordinaria, aut rea-
lia, *l.qui immunitatem* C. *de mun.patri.li.10.
l. 1. C. de his qui à princ. vac. mun. l.his ho-* *.
noribus, ff. de vaca. mun. eáque pro-
pter fieri debere ſpecialem mentionem
de hu-

Digitized by Google

de huiuſmodi collectis, muneribus ordi-
nariis, extraordinariis, realibus, patrimo-
nialibus, & aliis quibuſcũque & cum clau-
ſula derogatoria, *ſecundùm Barto. in l. va-
cuatis, C. de aduoc. lib.* 10. *Ant. de Butr. d. cap.*
9. *peruenit, &c.* † Poſt hæc ſcripta, reperi etiã
hanc quæſtionem tractatam eſſe ab Octa.
Cacherano *in deciſ.* 39. Vbi tamen ſupra-
dictam communem Dd conclusionem li-
mitat, vt ſcilicet habeat locum in immu-
nitate generaliter & ſimpliciter conceſſa:
ſecus verò, ſi conceſſa immunitas fuiſſet
in ſpecie ab oneribus belli, *per l. ſunt mu-
nera, in fin. de vaca. mune. quam allegat gloſſ.
in l. 3. & ibi Luc. de Pen. Cod. de mun. patri.*
10. † Sed & tum ceſſare concluſionem putat,
ſi coniectura aliqua præuideri poſſit, co-
gitatum de bello in genere fuiſſe: vtputà
ſi concedatur immunitas tempore belli,
conceſsáve ſit à quibuſcunque oneribus
cogitatis, & incogitatis ſolitis, vel inſoli-
tis: huiuſmodi enim exemptio ad onera
belli extendetur, *iuxta Alexan. conſi.* 30.
*col. 1. in fi. verſi. & quia ſatis eſt. &c. lib. 3 &
Neuiz. conſi. 66. nu. 39. item* Iaſon *in d. l. ſi ex
toto & Ripam ibi. nu. 16. eundémque Cache-
ra. deciſio. 91. n. 12.*

Vide Gail. 1. obſ. 92. Teſtes ad perpetuam rei memoriam ante litem conteſtatam vt recipiantur, quæ neceſſaria ſint, Hart. Hart. plenè t.t. 15. de teſtibus obſ. 10. per tot. VVurmſ. ti. 18. de teſtib. obſ. 16. per tot. A. Reyger.

OBSERVATIO LXXI.

De teſtibus ante litis conteſtationem quandoque examinandis.

1. In *perpetuam rei memoriam ante litis conteſtationem Teſtes recipiuntur.*
2. *c. ſignificauit. de teſt. declaratur. & nu.* 3.
4. I*tem c. quoniam frequenter, §. ſunt & alij. vt lite non conteſt. & numer.* 6. *&* 7.

QVONIAM multis modis noſtra in-
tereſſe poteſt, ne pereat nobis, no-
ſtris ſucceſſoribus rerũ geſtarum memo-
1. ria, vel probationis facultas: † permittitur
quandoque contra communem iuris re-
gulam, Teſtes ante litis conteſtationem
recipi atque examinari, ad perpetuam rei
memoriam: *vt in c. ſignificauit, de teſtibus.
& c. quoniam frequenter, §. ſunt & alij, vt
2. li. non conte.* † Teſtium autem receptio, *de
qua d. c. ſignificauit. loquitur*, tantùm locum
habet, vbi quis eſt in poſſeſſione iuris ali-
cuius, quod dicit ſuum, & ſubueretur, ne
mortuis his, qui huius iuris ſunt conſcij,
veritatémq. norunt, alius ipſi in poſterum
quæſtionem moueat: qua ſpecie deficien-
tibus ſibi teſtib. faciliter poſſet in lite ſuc-
cumbere, & aduerſarius obtinere. † Ne i- 3.
gitur ius huiuſmodi poſſeſſorum intereat,
æquum eſt, hoc illis remedium concedi
extraordinarium, cùm aliàs ipſi non poſ-
ſent ab alio, id quod poſſident, vendicare:
iuxta notata in c. examinata, de iudi. nec a-
lios ad agendum pro ſuo arbitrio cogere,
tot. tit. C. vt ne inuit. ag. Propter hoc igitur
ſic illis prouidetur, vt teſtes ipſorum ſta-
tim recipiantur, ac publicentur perpetuò
valituri, *d. c. ſignificauit, & c. Albertus. de te-
ſtib.* † Differt autem hæc teſtium receptio 4.
multifariam ab ea, quæ in citato c. quo-
niam frequenter. §. ſunt & alij, traditur.
Primùm enim hîc teſtes non modò ſenes
& valetudinarij, ſed omnes idonei indiffe-
renter ſuſcipiuntur: ibi tantùm hi, de qui-
bus mortis aut diuturnæ abſentiæ pericu-
lũ ſubeſt. † Deinde hîc ſuſcepta teſtimo- 5.
nia ad perpetuam rei memoriam ſtatim
publicantur: ibi & conſignata remanet a-
pud Iudicem, donec litis conteſtatio fiat,
nec publicantur, niſi cum aliis teſtibus po-
ſtea receptis: *ita Butr. Panor. & Imol. tradũt
in d. c. ſignificauit, & Bar. in auth. ſed etſi quis
C. de teſtibus. &* Ioan. *And. ad Spec. tit. de teſt.
§. nunc tractemus, verſi. alias autem, vbi ta-
men* Spe. *aliter ſentit: ſed eius opinio non eſt
recepta.* † Tertio teſtes hîc recepti perpe- 6.
tuò valent, tanquam publicum inſtru-
mentum: ibi teſtimonia poſt annum con-
cidunt, niſi producens intra annum con-
uenerit aduerſarium. † Vltimò hîc ſuſci-
piuntur teſtes, etſi nullum ſit dictatum iu- 7.
dicium, nec vlla de præſenti immineat
controuerſia: ibi ſecus, quia ceſſat hoc re-
medium extraordinarium, cùm de proxi-
mo ſperetur lis, in qua ordinaria via teſtes
produci poterunt. Aſſignantur & aliæ
quædam differentiæ, ſed quia non carent
pugna, eas præterire libuit.

OBSERVATIO LXXII.

Vide Gail. 1. obſ. 92. & ... Reo ſeu ... nicu que metuent

Quibus licitum ſit producere teſtes ad perpetuam rei memoriam?

re conuenia tur, licitū eſt teſtes in perpetuam rei memoriam producere VVurmſ. tit. 18. de teſtib. obſ.18. nu 3. A Reyger.

1. *Actor agendi facultate deſtitutus, teſtes in perpetuam rei memoriam producit. & n. 2. & 4.*

3. *Actori agendi facultate deſtituto nihil imputatur.*

5. *Iudex arbitrabitur, an actoris teſtes ante iudicium cœptum ſint recipiendi?*

6. *Reus in perpetuam rei memoriam teſtes ſemper producere poteſt.*

7. *Remedium pro Reo, aduerſus Actorem agere procraſtinantem. & n. 8.*

9. *Differentia inter hoc remedium & l. diffamari. C. de ingen. manumiſ.*

10. *In iudicijs duplicibus ante litem conteſtatam teſtes indiſtinctè examinari poſſunt.*

ILLVD quoque circa eandem materiam à Doctoribus mirificè controuerſum eſt, quibus competat beneficium ad perpetuam rei memoriam recipiendi teſtes ante acceptum iudicium, Actorine ad fundādam ſuam intentionem, aut Reo ad firmādam defenſionem? In hac varietate ex Bart. ſententia *in auth. ſed etſi quis. Cod. de ſent. & interloc.* tres ſunt diſtinguendi ar-
1. ticuli. † Primus, ſi teſtes ex parte Actoris producuntur ad perpetuam rei memoriā, tūc intereſt, an Actor ſtatim experiri poſſit, quia ſcilicet illi iam competat actio, an
2. minus. † Nam priori ſpecie nō admittentur ante litem conteſtatam, niſi de morte aut diuturna eorum abſentia, timendum ſit: poſteriori verò, ſiquidem facultas experiundi in Iudicio Actori non poſſit eſſe, niſi prius examinatis Teſtibus, produ-
3. ctioni locus erit. † Nihil. n. hoc caſu imputari poteſt Actori, quare non agat: *exemplum habes in l. publicati. C. de teſta. l. 1. & 2. C. de bon. poſſ. ſec. tab. & l. 2. ff. quemadm. teſta.*
4. *aper. Bald. in auth. ſed etſi quis.* † Sin verò poteſtas agendi non ſtatim competit, cōpetitura tamen eſt, (vt quia forte ſit obligatio conditionalis, vel in diem) tunc ex ſententia Bartoli actor ante litem conteſtatam Teſtes producere volens, ſic demum audietur, ſi de ipſorum obitu, vel
5. diuturna abſentia periculum ſubſit. † Alij malunt hoc arbitrio Iudicis relinquēdum eſſe, qui ex negotij & perſonarum qualitate æſtimabit, num tali caſu Teſtes admittendi ſint ante acceptum iudicium, an minus. Secundus articulus, ſi petantur teſtes examinari ex parte rei, ad fundādam ſuam defenſionem ſiue exceptionem, vt quia actor agere differat, fortè vt moriantur Teſtes qui exceptionem probare poſ-
ſint, † tunc indifferenter admittuntur, & 6.
in publicam inſtrumenti formam redigūtur: non enim eſt in Rei poteſtate, ſicut Actoris, quando cōueniatur: *Dd. in d. c. ſignificauit & d. authen. ſed etſi quis. l. pereda. Cod. de temp. in integr.* † Habet tamen Reus 7.
moleſtari timens, ſi Actor agere differat etiam aliud remedium, nempe vt imploret officium Iudicis, petātque ſibi declarari exceptionem cōpetere, & certū præfigi actori terminum ad agendum, idque eo non faciente perpetuum ipſi ſilentium imponi & ſic non ſolum petere, examinari. Teſtes ad perpetuā rei memoriam, *iuxta Bart. Ang. & Paul. de Caſtr. in l. ſi non cōtendat. ff. de fideiuſſo.* † In qua lege tametſi 8.
Ioan. de Imol. variare videatur, & aliqua obijci poſſint. Verior tamen ac cōmunior ſententia eſt in contrarium, *vt per Bart. in l. vl. C. de vſur. pup. Aretin. in rub. Inſt. de excep. col. 17. verſi. eſt aduertēdum. Abb. c. ſi quis contra clericum. in 1. not. de fo. comp. per d. l. ſi contendat. & ibi gloſ. & c. 1. de iure. & Fel. in c. in præſentia. col. fi. de proba.* † Vnde quoque 9.
Socin. *conſ. 94. col. 2. & 3. inter l. diffamari. C. de inge. man. & d. l. ſi contendat.* hoc ſolum diſcrimen intereſſe dicit, quod in terminis huius actionis cogatur ſtatim agere, aliàs iudicium ſuper exceptione procedere, & imponi ſilentium: in conditione verò l. diffamari. cogatur actor in conſtituto termino agere, quo elapſo demum imponi ſilentium &c. † Porrò tertius ar- 10.
ticulus eſt quod ſi receptio teſtium poſtuletur ex parte illius, qui in cauſa & actoris & rei vice fungi poſſit, indiſtinctè examinari teſtes eorúmque dicta publicari queant, *ita Panorm. docet in c. ſignificauit. per illum text. ex quo id euidenter conuincitur, vt ibi annotauit idem tenent Bar. Bald. & Ang. in d. Auth. ſed & ſi quis. & in l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquil.*

OBSERVATIO LXXIII.

Deceptio vltra dimidium iuſti precij quo-

Vide Gail. 2. ob. 29. nu. 11. & obſ. 70. n. 1. & 2. A Reyger.

quomodo probetur?

1. *Venditor deceptus vltra dimidium iuſti precij reſtituitur.*
2. *Iuſtum precium quomodo probetur?*
3. *Diſtinguitur inter emptorem & venditorem & nu. 4.*
5. *Accurſii exemplum.*
6. *Deceptio, vltra dimidium iuſti precij quantum ſit reſtituendum?*
7. *Valor rei tempore contractus inſpicitur.*
8. *Reſciſſo contractu ex l. 2. Cod. de reſcind. vend. fructus medij temporis non reſtituuntur.*
9. *Qualem deceptionem iura contrahentibus permittant.*
10. *Inter fraudem reipſa contingentem & animum fraudulentum diſtinguitur.*
11. *Modicam læſionem cur leges contrahentibus permittant. & n. 12.*

MANIFESTI iuris eſt, ſi Vēditor fuerit deceptus vltra dimidium iuſti
precij, hoc eſt, ſi nec dimidiam partem ve-
1. ri precij acceperit, † tunc agi poſſe, vt re-
ſtituatur res empta, vel ſuppleatur iuſtum precium, *l. 2. ibi Dd. C. de reſcind. vendit.* Et dicit Bald. *ibi, nu.* 16. ſufficere, quòd exceſſus ſit in vno nummo, ad hoc, vt reſcindatur contractus: *cui Sali. nu.* 1. *& cæteri Dd.*
2. *communiter ſubſcribunt.* † Sed quomodo
probandum ſit iuſtum precium, ad quod exigatur quantitas iniuſti precij, varij varia reſcripsēre, *vt per Dd. in d. l. 2. Bar. l. precia. §. 1. ff. ad l. Falcid. in l. fin. C. de magiſt. cōue. & multis aliis in locis, quos Fel. in c. cum*
3. *cauſa de teſtib. commemorat.* † Veritas eſt,
æſtimationē minoris precij aliter in Emptore, aliter in Venditore colligendam eſſe, vt cenſeantur decepti. Nam ſi venditor nō accepit dimidiam partem veri precij, dicetur deceptus: vt ſi res valeat ducentis, quam vendidit nonaginta & quinque aureis. In emptore verò alia ratio eſt: nam is non poteſt decipi vltra dimidium iuſti precij, præterquam ſi plus duplo emat: putà ſi rem centum aureorum iuſti valoris emat ducentis, & aliquāto pluris: Siquidem æſtimatio deceptionis in emptore non aliter poteſt æquare æſtimationē, in Vēditore, niſi prædicto modo incas
rationem: † Et hoc approbârunt Domini 4.
Aſſeſſores in Camera, *anno* 1541. *in cauſa appellationis Ioannis de* Holdeneck, *contra Stephanum* Alleitsheim, vbi cum is annuum reditum 50. florenorum, quos pro mille florenis emerat, alteri Tertio pro minori ſumma, putà quingentis florenis, vendidiſſet, non tu ſſe, non fuit infirmatus vel reſciſſus ſecundus contractus, propterea quod illa læſio non excreuerat ad dimidium iuſti precij. Idémque poſtea meo
tempore binis vicibus obſeruatū eſt. † Ac- 5.
curſius tamē (quem nonnulli ſequuntur) more ſuo ponit exemplū, vt ſi quis emat rem ſedecim, quę decem valeat: *in d. l. 2. & c. cum cauſa. de emptio. & vendit. Vide etiam Bar. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. &*
Couа. in lib. 2. Reſol. c. 3. n. 8. † Porrò prædi 6.
ctis addendum eſt, non ſufficere, quod aduerſarius reſtituat tantum precium læſionis: vt ſi venditor rem valentem 10. aureis vendat pro 22. non ſatis eſt reddere vnum aureum, vt ſic excludatur læſio vltra dimidiam, ſed neceſſe eſt, totum precium, in quo eſt deceptus, reſtituere, & ſic 11. aureos: àtque ita probāt prædicta iura, in quantum loquuntur de vero & iuſto precio, † Et talis valor rei debet attendi & conſiderari tempore cōtractus, non verò poſteà, *per text. in l. ſi voluntate, ibi, niſi minus dimidia iuſti precij quod fuerat tempore venditionis, datum eſt, & c. C. de reſc. vend. per quem ita tenet Bal. in d. l. 2. col. pen. & ibi*
communiter Dd. † Illud quoque addendū, 7.
quòd reſciſſo contractu ex remedio d. l. 8.
C. de reſcin. vend. non debeat fieri reſtitutio cum fructibus: tum quia poſſidet rē cum titulo & bona fide: tum quia non poteſt dici in mora: tum etiam quia ſi vnus ex contrahentibus habet rem, alter habet precium: tum denique quia etſi in contractu emptionis non ſit poſitum pactum reuendendi, non tamen debentur fructus, niſi à tempore moræ, *l. 2. & ibi communiter Dd. C. de pac. inter empt. & vend.* Et hæc ſententia verior, magiſque recepta eſt, *vtcunque Alb. in d. l. 1. l. 2. C. de reſcind. vend. contrarium teneat, ſecutus Rofr. in*
ſuis libell. tit. de actio. ciui. quanto minoris *
col. 5. † Cæterùm quòd leges permittunt 9.
decipere vſque ad dimidium iuſti precij, *l. in eadem cognitione ff. de minori.* non debet

Imo quod precium læſionis quis tantum reſtituere teneatur, videtur probari per l. ſi res, de iur. dot. vt refert Zoarez alleg 21. n. 5. Arg. eorum quæ trad. Simoncell. de decret. lib 3. tit. 7. fol. 340. num. 12. A Reyger.

intelligi pro fraudulento venditoris cõſi-
lio: id.n. vehementer damnatur, & ſi inter-
ueniat, reddit contractum bonæ fidei ipſo
iure nullum, *l. exempto §. n qui vinum, ff. de*
10. *act. empt. & l. ſi dolo. C. de reſc. vend.* † ſed de
ea deceptione accipiendum eſt, quæ re i-
pſa contingit & incuria contrahentium:
quia Venditoris votum eſt, precio vende-
re plurimo, Emptoris autem minimo e-
mere, *l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.* Sic &
alibi refert, vtrum creditores conſilio de-
fraudentur, an re ipſa & euentu, *in §. in
fraudem. Inſtit. quib. ex cau. ma. non lic. & l.
in fraudem, ff. qui, & à quib. ma. lib. non fi.*
11. Ideo autẽ tolerant † leges circũuentionẽ
talem, vt aliquis eſſet litium & querelarũ
finis, vtque hominum ſupinitas excitare-
12. tur ad diſcendum cautius mercari. † Nam
ſi ob allegatam qualemcunque læſionem
precij, quod ſemel placuit, liceret reuoca-
re contractum, nulla emptio & venditio
ferè conſiſteret: quia erga modus aliquis
conſtituendus erat, vltra quem reuocare-
tur, leges ex dimidia rei æſtimatione ſum-
pſerunt. *d. l. 2. C. de reſcin. vend. & c. cùm di-
lecti. de empt. & vend. & vtrobique Dd.*

Vide Gail. 2. obſ.13.

OBSERVATIO LXXIV.

Precij mentio in genere in inſtrumento venditionis facta probat ſolutionem.

SI in inſtrumento venditionis non ex-
primatur precium, ſed ſimpliciter di-
catur, factam eſſe ſolutionem pro certo
precio ipſi venditori benè ſoluto, tale in-
ſtrumentum probat ſolutionem legitimi
precij interueniſſe: *arg. l. 1. C. de contrah. &
commit. ſtip. & quamuis Cyn. ibidem in vlt.
quaſt.* vacillet, mouendo hanc quæſtionẽ,
& in fine illam non ſoluendo: Tamen ge-
neralis cõſuetudo Germaniæ (quæ etiam
in Conſiſtorio Imperiali non ſemel ob-
ſeruata fuit) talibus inſtrumentis fidem
adhibet, nõ ſecus quàm ſi tota ſumma eſ-
ſet ſpecificè expreſſa. Præſumuntur enim
omnia ſolenniter acta, *per l. ſciendum, ff. de
verb. oblig. Vbi Iaſon notat, omne inſtrumen-
tum probare, ſeu præſumi facere duo: primùm
quòd actus ſit geſtus: deinde, quòd legitimè ſit
geſtus: vt per eum latiùs ibidem.* Atque ita
meo tempore iudicatum fuit in Camera
Imp. *in cauſa appellationis Petri* Clauſen, cõ-
tra Mechtildin Clauſen, *menſe Aprili, anno*
1550. *Idémque tradidit Baro à Tautem. in Vi-
rid. iurid. conclu. conc. 71. vide etiam Soci. in
Fallen. regula* 116. *vbi ponit regulam, ſi men-
tio fiat precij tantùm, ſemper præſumi vendi-
tionem: quod veluti memoratu dignum ob-
ſerua.*

OBSERVATIO LXXV.

Vide Gail. 2. obſ.39. nu.14. & ob. 38. n.5. & 6. Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, tit. 44. de donat. obſ. 2. n. 13. & ſeq. A. Reyger.

De donatione remuneratoria.

1. *Donatio remuneratoria inſinuatione non indiget.*
2. *Clauſula generalis, pro meritis &c. in inſtrumento donationis remuneratoriæ non ſufficit.*
3. *Sed ſpecialis meriti expreſſio requiritur.*
4. *Limitatio præcedentium, & n. 5.*
6. *Probatio meritorum à Donatario qualis requiratur?*

QVANQVAM donatio remunerandi
animo facta, † certo modo æſtimari 1.
non debeat, ſicq. nec inſinuationẽ exigat,
l. ſi pater, §. vlt. ff. de donat. tamen vt cenſea-
tur donatio remunerationis cauſa facta,
† non ſufficit in literis illam exprimere 2.
generalem clauſulam (*pro meritis & ſerui-
tijs mihi impenſis*) quia per hanc clauſulæ
adiectionem quilibet poſſet eludere inſi-
nuationẽ: & magis id ſpectari debet, quod
in veritate ſubſiſtit, quàm quod ſimulant
partes, *l. ſi forte ff. de caſtr. pecul.* † Opus igi- 3.
tur erit, vt in inſtrumento donationis no-
minatim exprimatur cauſa, obſequiũ me-
ritum, & officium, quare, & propter quod
talis remuneratoria donatio fiat: *ita nota-
biliter colligit* Angel. *Peruſ. in l. Aquilius ff. de
donatio. qui textus hoc ſatis probat hiſce ver-
bis:* Aquilius iuuenis ad Nicoſtratum præ-
ceptorem ita ſcripſit: *Quoniam & cum pa-
tre meo ſemper fuiſti, & tua eloquentia & di-
ligentia tua meliorẽ reddidiſti, dono & permit-
to tibi, habitare in illo cœnaculo,* Et hoc An-
geli dogma valet ad multa inſtrumẽta do-
nationũ, ideóq. memoriæ cõmendandum.
† Si tamẽ facta ſit donatio remuneratoria 4.
ob merita, eáq. deinde à Donatario pro-
bentur, valebit donatio etiam ſine ſpeciali
meritorũ expreſſione, *iuxta Panor. in rubr.
de donat. Dd. communiter in l. ſi donationi. C.
de colla. &* Ancha. *qui ſic ex facto conſultus
reſpondit,*

Digitized by Google

5. *reſpondit, conſil.* 237. † Idem dicendum, ſi in tali donatione iuramentum interuenerit, quia tunc etiam vires habet, quemadmodum Rom. ex facto conſultus reſpondit, *conſil.* 43. *ad primam in* 4. *dubio, quod Nicol. Euerhard. in ſuis Top. loc.* 56. *ſequitur*
6. *ſubdens hoc tenendum mente.* † Amplius volunt plerique Interpretes, quòd prædicto caſu ſufficiant illi Donatario probare volenti benè merita, leuiores probationes, quàm ſi nulla prorſus aſſertio interueniſſet: quinimò ſufficient, cum tali aſſertione veriſimiles coniecturæ, *prout notabiliter voluit* Dec. *in d. l. ſi donatione. col.* 6. *verſ. addo duas, & in eandem ſententiam conſuluit in pulchro caſu Ang. conſ.* 341. *pater emit, &c. Idem quoque ſecuti ſunt Hipp. de Marſil. ſingul.* 610. *non ſtatur aſſertioni. Alexand. conſilio* 18. *conſideratis his lib.* 2. *Bald. conſi.* 66. *inter virum. lib.* 1. *& Guid. Papa in l. ſi voluntate,* C. *de do. promiſ. vbi vide in hanc rem plura. Extat etiam gloſſ. in c. penult. in verbo ſine dolo. de except. quæ dicit, probari quem bene meritum eo ipſo, quod non probetur immeritus, vel malè meritus, quod nota.*

OBSERVATIO LXXVI.

Gail. 1. de pac. pub. c. 10. n. 11. li. 2. c. 9. n. 3 in criminalib quãdo admittatur procurator vide Vvrmſ. tit. 5. obſer. 10 per tot. Et an procurator in criminalibus admiſſus vitiet totum proceſſum, vide Vvurm. tit. 5. de procur. obſer. 11. per tot A Reyger.

In cauſa vniuerſitatis criminali an admittatur Procurator?

1. *Priuato in criminalibus procurator non conceditur.*
2. *Vniuerſitas vicẽ vnius perſonæ repræſẽtat.*
3. *Vniuerſitas etiam in criminalibus per Syndicum poteſt defendi, & n.* 5.
4. *Ratio eiuſdem.*
6. *Vniuerſitas etiã accuſare poteſt per Syndicum.*

AN in cauſa Vniuerſitatis, ſiue communitatis capitali, ſeu criminali (qualis etiam eſt, quæ inſtituitur ad pœnas fractæ pacis publicæ, vt alibi annotauimus) poſſit interuenire procurator, actor, vel Syndicus ad defenſionẽ Vniuerſitatis? Et videtur non poſſe ad inſtar priuati, † pro quo pariter non interuenit procurator in cauſa capitali, *l. ſeruum quoque. §. publico. ff. de procuratoribus. & l. accuſatorem. § ad crimen. ff. de public. iudic.* cùm in
omnibus † corpus Vniuerſitatis vnius 2.
perſonæ repræſentet vicem, *l. mortuo. ff. de fideiuſſ.* & valet argumentatio: ſic eſt in defenſoribus priuatorum, ergo idem in defenſoribus alicuius ciuitatis, ſiue communitatis cenſeri debet, *per l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, ad finem.* † Sed contra- 3.
rium ſtylus Cameræ obſeruat iuréque verius eſt, quòd vniuerſitas poſſit defendi per Syndicum, qui repræſentet vicem vniuerſitatis. † Videntur enim perſonaliter 4.
omnes municipes reſpondere, cùm reſpondent hi, quibus Reſpub. eſt commiſſa, *l. municipes. ff. ad municip. fac. l. reſtituendo.* 2. *reſp. C. de aduo. diuerſ. iudi. & litem eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomine.* † Et ita reſponderunt etiam Bald. *in l.* 5.
2. *ff. de accuſatio. Ang. d. §. ad crimen. verſic.* 8. *fallit. & Abb. in c.* 1. *de poſtulat. prælatorum. Idem Bald. in titul. de pact. Conſt. verſic. vniuerſitate,* vbi inquit, quòd vniuerſitas accuſata bene poſſit reſpondere per Syndicum, habentem ſpeciale mandatum, *per text. in l. iam collatoris. §. vt autem, & §. ita. C. de re militari. lib.* 12. Addit etiam ibi non eſſe opus, vt ſingulares perſonæ, quæ deliquerunt, nominentur in Syndicatu, cùm Syndicus non conſtitueretur nomine ipſorum, ſed ipſius vniuerſitatis. *Idem Gandinus quoque prodidit, in tract. de maleſic. titul. de homic. & eo. pœn. num.* 17.
† Maius dubium eſt, an Syndicus poſſit 6.
accuſare nomine vniuerſitatis Syndicatorio nomine, in quo maximè conflictantur Dd. ſed frequentius obtinuit, quòd poſſit: *de quo vide latè Ioan. And. rub. in repe. d. l. accuſatorium. § ad crimen & Gand. d. tractat. de maleſi. tit. qui accuſ. poſſ. num.* 13.

OBSERVATIO LXXVII.

Gail. 1. obſer. 101. n. 9. Quomodo autem teſtes parte aduerſa præſente iurare debent, vide Vvurmſ. tit. 18. de teſt. obſer 10. per tot. & tit 19. de interroga. obſ. 1. num. 1. A. Reyger.

An dicta teſtium non iuratò depon[illegible]tium, ſi poſtea iurent, fidem faci[illegible]

1. *Teſti iniurato non creditur.*
2. *Licet poſt depoſitionem iuret.*
3. *Baldi & Panorm. contradictio conciliatur, & num.* 4.
5. *Subſequens iuramentum cur depoſitionem teſtis non confirmet. & nu.* 6.

1. TRITVM eſt,† Teſtes non iurato deponentes carere fide, *l. iuriſiurandi. & l. ſi quando, C. de teſtibus* niſi partes illis iurandi conditionem remiſiſſent. Sed pone, teſtes ſine præuia iuriſiurandi præſtatione depoſuiſſe, & deinde poſt factam depoſitionem iuraſſe, an eorum teſtimonia validentur? Et crebriùs rece-
2. ptum eſt,† non validari, quia iuriſiurandi præſtatio præcedere debet, *c. de teſtibus vbi hoc annotaui, ext. de teſtibus c. in primis 2. quæſt. 1. c. hortamur 3. quæſt. 9.* Quod Bald.
3. † ita verum exaudit, *in d. l. iuriſiurandi, in princ.* niſi ſtatim poſt depoſitionem iuraſſent: tum enim præſumptio eſt, eos in teſtificando de præſtando iuramento cogitaſſe, ac per conſequens verum dixiſſe, ob reuerentiam iuriſiurandi, quod ſe præſtituros ſciebant. Panor. vero etiam iſto caſu idem obtinere exiſtimat, quod in aliis, nempe vt iuramentum in continenti depoſitionem teſtium ſubſequens, eam non conualidet idque non leuibus argumentis comprobat. Hanc opinionum repugnantiam, cùm in quadam cauſa incidiſſet, Do-
4. mini ita conciliandam † eſſe cenſuerunt, vt prior tum locum habeat, quando teſtis iurauit ſponte in continēti poſt teſtificationem, nullo interrogante, vel ab ipſo poſtulante, vt iuraret: quòd ſi requiſitus iuret, vtcunque id in continenti fiat, verior ſit ſecunda opinio, quia ea ſpecie, non eſt præſumptio, quod in teſtificando cogitârit de iuramento à ſe præſtando, cum neſciret, an ad hoc cogendus eſſet, imo veriſimiliter contrarium cogitare potuerit, videndo à principio omitti iuramen-
5. tum conſuetum. Ætiologiam autem quare iuramenti ſubſecutio in teſte non ſufficiat, refert Salic. *in d. l. iuriſiurandi.* eſſe illam: quia ſi teſtis primò iuret, & poſteà teſtificetur, præſumitur ob reuerentiam, iuramenti non eſſe dicturus falſum, nec ſubeſt aliqua cauſa impellēdi ipſum ad
6. [illegible] dicendum.† Sed quando teſtis non iuratus teſtimonium dixit, & poſtea ab ipſo ſacramentum exigitur ſuſpectum fit eius teſtimonium: præſumitur enim, ipſum timore infamiæ & erubeſcentiæ non eſſe cōtrarium eius teſtificaturum, quod prius dixerat: ſin autem recuſaret iurare, punietur pœna falſi de eo quod dixit non iuratus, ſi conuinceretur de mendacio, *per Ioan. And. in c. non eſt ſine culpa de reg. iur. li. 6. Bart. l. ſi quis legatum. ff. de fal. & l. admonendi. verſi. quare, ſi reperiuntur. ff. de iureiur. De hoc etiam ſuprà aliquid dixi cent. 3. obſ. 80. & cent. 2. obſer. 3.*

OBSERVATIO LXXVIII.

Gail 2. de pac. publ. c. 9. A. Keyger.

Ciuitas vel vniuerſitas an poſſit delinquere?

1. *Diuerſæ Dd. opiniones recitantur, & nu. 2. & 3.*
4. *Bart. opinio.*
5. *Cameræ diſtinctio in præſenti quæſtione. & nu. 6. & 8.*
7. *Vniuerſitas nō eſt perſona vera, ſed ficta.*
9. *Vniuerſitas nihil aliud eſt, quàm homines vniuerſitatis, & nu. 10.*

VARIE à Doctoribus diffinitur & illa dubitatio, an Ciuitas, vel cōmunitas poſſit delinquere? † Nam plerique 1.
volunt, vniuerſitatem non poſſe delinquere, per *text. in l. ſed ſi ex dolo. §. 1. de dolo.* & Vniuerſitas eſt nomen iuris, neque animam habet, nec intellectum, ergo non poteſt delinquere: *Innoc. c. dilectus. de ſimo. & c. grauamen. de ſentent. excom.* Contrà alij cenſent † vniuerſitatem poſſe delin- 2.
quere *per text. in l. metum §. animaduertendum. ff. quod met. cauſa, & not. in l. 1. §. ſicut quod cuiuſque vni nomine, & l. aliud §. refertur. de reg. iuris.* † Sunt porrò, qui 3.
putant vniuerſitatem in admittendo quidem delinquere poſſe, *l. iubemus. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* non autem in committendo, vt homicidio, vel furtis, *per rationem* Imol. *in locis ſuprà citatis, vt refert Cyn. in l. ſi quis in tantam, ad finem. C. unde vi.* Sed hoc reprobat † Bartol. *in l. aut facta* 4.
§. vlt. ff. de pœnis. cùm Vniuerſitas etiam committendo delinquat, *vt in auth. nulla communitas. C. de Epiſc. & cler. & c. 1. §. item communitas de ſtat. cond. lib. Eccle. in vſibus feud.* Quid dicendum? Cùm hæc quæſtio in cauſa fractæ pacis fractum de *Bulavv*, contra Senatum & communitaté oppidi de *Guſtravv, anno* 1555. *tractaretur*, ſic diſtinguebant domini Aſſeſ-

ſores

5. ſores:† quòd quædam ſint delicta, quæ
tãtum poſſunt fieri per ipſam Vniuerſitatem, vt facere ſtatuta, dare iuriſdictioné, imponere collectas, & ſimilia: iſto caſu poſſit vniuerſitas propriè delinquere, *auth. nulla communitas. & auth. caſſa. C. de ſacroſanct. Eccle.* Nec poteſt dici, quod aliquis priuatus hoc faciat, ſed ipſa ciuitas & vniuerſitas, in qua eſt illud ius, *l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, & l. fin. C. de iuriſ-*
6. *dict. om. iudi.* † Quædã autem ſint delicta,
quæ non reſpiciunt ipſa iura reſidentia apud vniuerſitatem, vt committere homicidium, vel violentiam, aut ſimilia: & tunc vniuerſitas nõ dicatur hoc facere propriè, quoniã talia delicta requirũt veram perſonam, & non fictam, qualis eſt vniuerſi:
7. *d. l. ſed ſi ex dolo. §. 1.* † Nam Vniuerſitas nõ
eſt vera perſona, ſed ficta, repræſentans aliam perſonam à particularibus & ſingularibus *l. mortuo. ff. de fideiuſſo. plenè per Lud. Rom. con. 617. & Alex. conſi. 261. vol. 2. & Feli. d. c. dilectus.* Ideo propriè non poteſt de-
8. linquere. † Impropriè verò dicitur delin-
quere, & committere homicidium, & alia, per regentes ciuitatem, ſeu alios, quibus ciuitas commiſit ex ſtatuto, aut priuilegio, *iuxta l. 1. in fine, cum l. ſeq. ff. de acqu. poſſ. Atque ita accipiendum eſt quod traditur in d. §. animaduertẽdum. & d. §. refertur. Et in hac ſententia reſidet Bart. in d. l. aut facta. §. vlt. & Panor. d. c. dilectus. quibus Dd. communiter ſubſcribũt.* Ex prædictis ergo conſtat, quòd ſi omnes, vel maior pars ciuium, delictum aliquod committant, ipſa ciuitas, ſiue vni-
9. uerſitas deliquiſſe dicatur: † cum vniuer-
ſitas nihil aliud ſit, quàm homines vniuerſitatis. vt not. in l. ſicut. §. 1. iuncta gloſ. ff. quod cuius. vniuerſ. nomine & l. vlt. ff. de colleg. illi. Et hoc tenent omnes Philoſophi & Canoniſtę dicentes: totum non dif-
10. ferre realiter à ſuis partibus, Quod † ta-
men verum eſt, (vt dixi) ſi loquamur verè & propriè: nàm nihil aliud eſt vniuerſitas, quàm ſinguli homines qui in corpus vnũ collecti, illam vniuerſitatem faciunt, ſed impropriè ſecundùm fictionem iuris ſecus eſt, per ſuprà dicta. Adde etiam prædictis ea, quæ ſcribit Oldr. conſi. 65. n. 7.

OBSERVATIO LXXIX.

Gail. 2. de pac. publ. c. 5. num. 4. & nu. 17. | A Reyger.

Ciuitas vel Vniuerſitas quando obligetur ex delicto?

1 *Maiore parte ciuitatis delinquente ciuitas obligatur.*
2. *Tria requiruntur, vt vniuerſitas de maleficio puniri poſſit, & n. 3.*
4. *Iohan. de Lig. hac de re doctrina.*
5. *Vniuerſitas ex delicto ciuis tacitè approbato, tenetur. & n. 6.*

COMMVNE dogma eſt Doctorum vtriúſque ſcholæ, quod tum demum ciuitas, vel vniuerſitas dicatur delinque-
re & obligetur ex facto ſeu delicto, † quã- 1.
do omnes de ciuitate, vel maior pars cõmunicato conſilio & præcedente deliberatione, progreſſi ſunt ad delinquendum, *Bart. in l. aut facta. §. vl. ff. de pœnis, Panor. c. dilectus. 2. de Simo. & ibidem Ioan. de Ana. idem Panor. c. in Geneſi. de elect. Iaſ. & alij communiter in l. ciuitas. ff. ſi certum pet. Corn. latiſſimè, con. 224. lib. 4. Ioan. And. c. fœlicis. §. vl. de pœn. lib. 6. vbi etiam Domi. de S. Gem. Bal. in ſua Margar verb. vniuerſitas. vbi di-*
cit, † *tria requiri ad hoc, vt vniuerſitas poſſit* 2.
de maleficio commiſſo puniri. &c. vt ibi per
eum. † Et ampliatur prædictum dogma 3.
obtinere, etiamſi concurreret Conſulis conſenſus, quia nihilo magis obligabitur vniuerſitas: *vt per Oldrad. con. 65. & Cyn. d. l. iubemus nullam. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bart. d. §. vl. pen. qu. & Alex. conſi. 105. vol. 3. quod etiam firmat. Ioan. de Lig. in cle. 1. de pœn. in-*
quiens. † Quod tum demum dicatur ciui- 4.
tas facere quando homines cum conſilio faciunt, tanquam corpus: ſecus, ſi vt ſinguli, nullo habito tractatu præuio, nec communicato conſilio Et per hanc doctrinam refert, ſe aliquando cum maximo honore defendiſſe ciuitatem Bononiam, coram Pontifice, ne propter rebellionem à quibuſdam commiſſam puniretur. Addendo hoc procedere, etiamſi omnes de ciuitate feciſſent, vt ſinguli, non vt corpus: quia tunc non omnes, ſed ſinguli qui deliquerunt, ſunt puniendi, tanquam incitatores perſonarum & ſeditioſi, *vt tot. tit. C. de ſeditio.* Supra dictum tamen dogma ſic moderandum eſſe cenſuerunt Domini *in præallegata cauſa fratrũ de* Bularo *contra ciuitatem* Guſtravv, niſi interueniſſet expreſſa, vel etiam tacita ratificatio Populi ſeu Vniuerſitatis, ſiue regentium

5. eam.† Quæ tacita ratificatio ſatis apparere dicitur, ſi non puniunt, vel in exilium mittunt delinquentes: tunc enim per talē taciturnitatem, & conniuentiam delicti participes redduntur, etſi illud nullo cōmunicato conſilio ſit patratū: *ita tenēt Felin. in d. c. dilectus. 2. de ſimo. Card. Zaba. poſt Ancha. in cle. 1. §. ciuitas, de pœnis, q. 2. Idem Anch. con. 158. Iaſ. & alij communiter in d. l. ciuitas. Bal. c. cum dilectus, de ord. cog. Baro à Tautenb. in ſuo Virid. concluſ. 80. & nouiſſimè Lud. Carer. in ſua practica criminali, §. homicid. ver. circa quartum itáque nu. 349. ubi re-*
6. *fert plures auctoritates.*† Et hanc limitationem communiter teneri ſcribit. Lignani ergo opinio, *quam Panor. in d. c. dilectus ſequitur*, intelligitur procedere, quando ciues aliquid faciunt tanquam ſinguli, & poſteà per actus ſequentes non poteſt detegi voluntas tacita ciuitatis, approbantis delictum, aliàs ſecus: quod perpetuò nota, & diligenter commenda memoriæ, quia ſæpè contingere poteſt.

OBSERVATIO LXXX.

Gail. 1. de pac. publ. c. 13. A. Reyger.

De Qualitate facti qualificati probāda.

1. *Pœna non committitur, niſi probata qualitate pœnam cauſante.*
2. *Ratio eiuſdem ponitur.*
3. *In accuſatione fracta pacis dolus verus expreſsè eſt probandus.*
4. *Fundans ſe in actu qualificato, qualitatē exactè tenetur, probare, & n. 6.*
5. *Allegans dolum probando culpam non auditur.*
7. *Allegantí inſultum factum cum armis duo ſunt probanda.*
8. *Qualitate non probata quando reus abſoluendus? & n. 9.*

1. QVANDO agitur de pœna alicuius ſpecialis conſtitutionis, † niſi omnes eius qualitates doceantur, & verificētur in caſu, de quo agitur, pœna non committitur: *eſt elegans doctrina Ioan. And. ab omni-*
2. *bus approbata in c. 1. de homicid. lib. 6.* † Ætiologia eſt, quia quando qualitas eſt cauſa alicuius effectus, putà pœnæ inferendę: non ſufficit probare factum, niſi in ſpecie, ſeu (vt Doctores loquuntur) punctualiter deducatur, & probetur qualitas, *l. non ſolū. §. ſed vt probari. & ibi Bart. ff. de no. ope. nun. glo. & Ang. in l. cùm actum. ff. de nego. geſt.*† Et hinc eſt, quòd ſi actum ſit ad pœnas violatæ, ſiue ruptæ pacis publicæ, niſi 3.
probetur qualitas veri & expreſſi doli, quę in ruptione læſæ pacis publicę omninò requiritur (*quemadmodum ſuprà cent. 3. obſ. 98. diximus*) reus nō ſit cōdemnandus, ſed abſoluendus, etiamſi de alia violentia, vel ſaltem de eiuſdē exceſſu vltrà moderamen inculpatę tutelę probatum fuiſſet. Et ſic obſerua, † quādo deducitur, vel re- 4.
quiritur actus, ſeu factū qualificatum, non ſufficere probatum eſſe factum ſine illa qualitate, *l. prætor ait. 2. §. docere ibi, cæterùm ſi alibi, &c. ff. vi bon. rap. & l. Fulcinius. §. cū autem, iuncta gl. verbi, debet fraudationis. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. ea.* Prætereà diuerſę qualitates exigūt duo iudicia: verbi gratia, eſſe in dolo, & eſſe in culpa, ſunt duæ qualitates, † Ideò intentās dolum & pro- 5.
bans culpam ſiue leuem ſiue latam, debet ſuccumbere, reúſque abſolui, cùm non ſit ex hoc capite actum, *l. illud, in prin. iuncta gloſ. not. ibi ff. de lib. cau.* Sic etiam in ſpecie docet Ioan. And. & Innoc. *in c. conqueſtus. de fo. comp.* quòd fundās ſe in libello ſuper certa qualitate, ſi eam non probet, † ſuc- 6.
cumbere debeat, quia illa non probata, non videtur illud factum in iudicium deductum, *vt not. in c. cū ſit. eod. tit. Quare Cyn. in l. 2. poſt Iac. de Aret. C. de probat. rectè ſcribit:*† Inſtituta accuſatione, vel inquiſitio- 7.
ne facta de inſultu cum armis, vel de percuſſione cum ſanguinis effuſione, ſi poſteà probetur inſultus, ſed ſine armis, vel percuſſio ſine ſanguinis effuſione, Reum eſſe abſoluendum, quia non videtur hoc factum probatum, fuiſſe in iudicium deductum, deficiente qualitate. *Et hoc Panorm. quoque probat, in d. c. conqueſtus. verſi. ſecundò colligitur. itémque Bartol. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. poſt prin. ff. ad l. Iul. de adult.*
† Vbi format eandem quæſtionem, & definit inter cætera, quòd quando illa qualitas, quæ non probatur, facit ceſſare propoſitam actionem, ſiue accuſationem, debeat ſequi abſolutio: & ſic vult ibi Bartol. quòd quando quis accuſauit quem de vi expulſiua manu armata, & ſic per legem Iul. de vi publica, & probauerit violentiam, non tamen qualificatam cum armis, abſolutio ſequi debeat: 8.

† Quod

9. † Quod etiam ſequitur Salic. *in l. 2. ad fin. verſic. ex prædictis. C. ad l. Iul. de vi pub.* adducens pro hoc rationem, quia pœna violentiæ priuatæ non ſit in iudicium deducta: *idémque Laſ. in l. pen. § in eum. verſi. adde ad iſtam regulam ff. ne quis eũ, qui in ius voc. eſt, vi exi. amplectitur, quibus adde, quæ in hãc eandem ſententiam congeſſit Hier.* Schurff. *conſil. 12. in 2. cent.*

OBSERVATIO LXXXI.

Gail. 1. obſer. 66. n. 1. 15. 16. & obſ. 61. nu. 18. 19.
A. Reyger.

Sẽtẽtia libello difformis quãdo valeat?

LICET regula ſit ſententiam debere conformem eſſe libello, nec aliud cõtinere, quàm fuerit petitum, *l. vt fundus ff. commu. diuid.* ſunt tamen multi caſus, in quibus toleratur libelli, ſiue petitionis & ſententiæ diſcrepantia, *quos recenſui poſt Doctores in § curare. Inſtit. de actio.* Potiſſimum autem in cauſis criminalibus non procedit prædicta regula, quia poteſt Iudex non ſequi petitionem agentis, ſi quæ facta ſit in libello accuſatorio, & ea neglecta aliter pronunciare. Semper enim liberum eſt Iudici in huiuſmodi cauſis criminalibus, plus minúſue condemnandi, *vt eleganter declarant, Bart. in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de iis qui not. infa. & Bal. in l. etſi ſeuerior. C. eod. tit.* Vnde etiam tradunt Interpretes, in iudiciis criminalibus concluſionem nõ eſſe de neceſſitate libelli: *per text. in l. 1. § calumniatoribus ff. ad Turpilia.* ſed ſufficere facti narrationem, *Bald. in l. 2. C. d. tit. Bart. l. libellorum. ff. de accuſ. Alex. plenè in l. 1. in princ. ff. de edẽdo, vbi multa accumulat. & vide latè Boer. deciſ. 42. nu. 23. & 34. par. 1.* Obſerues ergo in cauſa criminali, ſiue fiat concluſio in libello, ſiue non, liberũ eſſe Iudici, vt vel eã ſequatur, vel negligat, & aliter quàm petitum ſit, pronunciet. *Cætera, quæ ad illuſtrationẽ præfata regula pertinent, vide in d. § curare. vbi latè ſcripſi à nu. 5. vſque ad num. 13.*

OBSERVATIO LXXXII.

De ſtatuto loci, in quo contractum eſt, in deciſoriis conſiderando.

Quomodo Iudex ſecundum ſtatuta, & conſuetudines iudicare debeat. Vide Gail. 1. obſ. 36. & de præſenti quæſtione 2. obſ. 123. num. 2. 3. Add. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 27. nu. 27. A. Reyger.

1. *In deciſoriis Iudex ſtatutum loci, in quo contractum eſt, attendet, & n. 2.*
3. *Exemplis res declaratur. & n. 4.*
5. *Si in vno loco ſit contractum, alius verò locus ſolutioni deſtinatus, cuius loci ſtatuta ſint inſpicienda? & n. 6.*

SÆPE dubitare conſueuit, an in cõcernentibus deciſoria cauſæ, inſpicienda ſit lex, ſtatutum, vel conſuetudo loci contractus, ſeu iudicij? † *Et Bart. in l. cunctos* 1.
populos. C. de ſum. tri. & ſi cath. docet, attendendam eſſe obſeruãtiam loci contractus. † Quod dogma ſine pugna obtinet, 2.
quando vnicus duntaxat eſt locus contractus putà quia ſolutio non ſit deſtinata alibi: tunc enim abſque dubio in deciſoriis cauſarum non erit reſpicienda lex, vel cõſuetudo loci iudicij, putà domicilij vel originis rei, niſi quò ad præparatoria iudicij, ſed quod in loco celebrati cõtractus vſitatum fuerit, etiamſi res, de qua contractum fuit, ſit alibi ſita. † Vnde eſt, quòd ſi 3.
in loco contractus ad plenè probandum ſufficiant duo teſtes, in loco verò iudicij ex ſtatuto deſiderentur quatuor, attendi debeat conſuetudo loci contractus, cùm iſtud tendat ad definitionem cauſæ: *& ita Bald. loquitur in d. l. cunctos populos. colum. 16. & l. 1. cir. fin. C. quæ ſit lon. conſuet.* † Pari ratione ſi in loco contractus 4.
minor ex lege municipali non poſſit reſtitui, in loco verò iudicij poſſit, inſpicietur obſeruantia loco contractus & non iudicij: quia ex quo contractus naſcitur inexpugnabilis, attento huiuſmodi ſtatuto, in nullo loco poterit peti reſtitutio in integrum, niſi peteretur ratione læſionis poſtea emergentis ex præſcriptione vel in iudicio, *ſecundum Bart. Bald. & Dd. in d. l. cunctos populos. qui in hoc vltimo caſu ſaluant gloſſa. quæ eſt in leg. ſecunda ff. de eo quod cert. loc.* † Vbi verò duplex eſt 5.
contractus, vt quia in vno loco initus ſit, alius autem locus deſtinatus ſolutioni faciendæ, tũc diſtinguere oportet. Aut enim quærimus, an in deciſoriis reſpiciatur locus celebrati cõtractus, aut loc⁹ deſtinatæ ſolutionis, quò ad ea, quæ reſpiciunt ſolennitatem actus, vel quæ oriũtur ſecundùm naturam ipſius cõtractus, tempore contractus, & debent adhiberi in contractu, vel impleri tempore contra-

Digitized by Google

ctus: & tunc inſpicienda eſt obſeruantia,
ſeu lex loci,in quo contractum fuit & ita
procedit ſuprà dicta Bartoli theorica.
6. † Aut verò quærimus,an celebrari cōtra-
ctus, deſtinatæve ſolutionis conſuetudo
reſpiciatur, quò ad ea, quæ veniunt im-
plenda diu poſt contractum ineſſe pro-
ductum in loco impletioni deſtinato: eo
caſu non eſt conſideranda lex,vel conſue-
tudo loci initi contractus, ſed deſtinatæ
ſolutionis, *ita expreſſè determinant Bald. Ang.Raph. Fulg.Cyn.Alb. Roſa.*Iac.*de Aret. Oldr.*Iaſ.*& alij Dd.in locis ſuprà allegatis.*Et
in hac poſteriori ſpecie non habet locum
præfata Bartoli theorica.*per ſuprà allegata,& per ea,quæ latè congeſſit Nicol. Euerar. conſil.78.* Et hac diſtinctione obſeruata fa-
cile poterunt conciliari diuerſæ, ac velut
pugnantes hoc articulo interpretum iu-
ris Sententiæ. Sic ſtatuto faciente men-
tionem ſuper ſolennitate matrimonij,
conſuetudo loci, in quo contractum eſt
matrimonium inſpicitur,*VVurmſ. tit. 37. De dot.obſ.5.nu.2.*

OBSERVATIO LXXXIII.

Gail. 2. obſ. 49 & ibi not. Adde Schrad. p.5. c.2. n.28. & præcipuè 41. vbi limitat.de forma inueſtituræ feudi anti qui & noui, vide Hartm. Hart. tit. 52. de feud. obſ. 8.num.13. A Reyger.

Alteratio feudi antiquive paterni quando agnatis præiudicet?

SI dominus defuncti vaſalli filium de
feudo antiquo vel paterno, tāquā no-
uo inueſtiverit, ſiquidem id factum ſit a-
gnatis conſentientibus, filio mortuo,feu-
dum, excluſis agnatis, ad dominum re-
uertitur, *per text.in cap. 1. in fin. an agnat. vel fil.* quia qui alij conſentit ſua iura
perdit,& aliena corroborat. *Aluar. 6.1 §. præterea.quib.mod. feud. amittitur.* Sin verò
abſque agnatorum cōſenſu dominus feu-
di naturam ſic mutauerit, feudum non ſit
nouum, ſed antiquum manet, & agnati
mortuo filio hoc reuocare poſſunt, *iuxta Alua.in d.c.1.col.pen.verſic.quæro, d.gloſ.* Si
tamen agnati poſteà talem conceſſionem
ſcientes ratihaberent, inueſtitura robur
haberet, *c.1.de alie. feud pater.argumento l. mater. C.de rei vend. Et in hanc ſententiam Dd.communiter inclinant in d.c.1. an ag. vel fil.in fi.vbi Bald.*Alua. *Lauden. & alij idem tenet Zaſ.de feud.par.vlt. ante fi. Tiraqu.de vtroque retra.§.32.nu.38. & Curt.de feu.par. 1.quæſt.8.num.9. Roland. à Vall.conſ.60.nu. 8.lib.1.conſ. 41. num.15. lib.2.& conſ.3.num. 2.lib.4.*

OBSERVATIO LXXXIV.

De feudo nouo, quod conceditur tanquam antiquum.

Gail.2.obſer. 30. Adde Schrad. p. 2. c.3. à n.63. vſque ad n. 78. Schneid par. 1. in prælud. feud. nu. 67. & 68. A. Reyger.

1. *Feudum nouum conceſſum vt antiquum, retinet naturam noui, ex opinione Oldradi.*
2. *Sed Iaſon contrarium ſtatuit.*
3. *Cuius opinio poſterior eſt communis.*
4. *Feudum antiquum conceſſum vt nouum, retinet naturam antiqui.& nu.6.*
5. *Contrariorum eadem diſciplina.*
7. *Quod fallit in caſu præſenti.*

Item ſi Prælatus concedat feudum nouum tanquam antiquum infrà cent. 6. obſ. 18. A.Reyger.

QVID autem econtrà, ſi feudum ſit
nouum, & inueſtitura concedatur,
tanquam de antiquo, vel nomine & iure
antiqui feudi,vt ſcilicet in poſterum cen-
ſeatur paternum, auitum, vel proauitum,
an propter talia verba feudum verè no-
uum, naturam & qualitatem feudi anti-
qui ſortiatur?† Et Oldrad.*conſ.178 factum* 1.
tale eſt:quidam Nobilis, exiſtimat, manere
nouum, per argumenta ibi per eum rela-
ta:& maximè ideò, quòd illa verba, *iure antiqui feudi*, facti veritatem non immu-
tent,*per l.ſi fortè. ff.de Caſtr.pec.& l.ſi donatione C.de collat. & iſtam opinionē* Iaſ. *quoque ſecutus eſt conſ.57. lib.1. & conſil.152. & 160. lib.2. vbi hanc opinionem dixit eſſe communem. Et prolixè Tiraqu. de vtroque retra.§. 32.gloſſ. 1. num.17. & Roland. à Val.*
torſ.19.num.4.uo.3. Contra verò,† quòd i- 2.
mo per talia verba nouum feudum aſſu-
mat naturam feudi paterni & auiti, & re-
guletur ſecundùm naturam feudi antiqui,
idem Iaſ. ſibi contrarius expreſsè voluit,
in præluđ.feud.col.26.& 27.verſi quid autem econtrà, ſi feudum ſit nouum, allegans Bald. in terminis in cap.1.de alien. feud. patern.argumento l.quicunque, Cod.de omni ag.deſer. idem tenet Aluar. *ſecundùm eum, atque Iaſ.poſt multa hanc opinionem communiorem videri: quam etiam ſecuti ſunt Alex. conſ.30.lib.1.& conſ.55.lib. 4.* Deci. *conſi.158.*

Digitized by Google

3. *& 194.* † *vbi pariter hanc communem aſ-*
ſerit: & Curt. in tract. feud. par. 1. q. 8. nu. 6.
itemque Alciat. in tra. de præſump. reg. 3. præ-
ſum. 27. n. 4. Et vid. Moder. in l. re coniuncti.
ff. de leg. 3. vbi hanc communem latè limitant
4. *& declarant.* † Sed quid econtrà, ſi vaſal-
lus de feudo antiquo tanquam nouo inue-
ſtiatur, an hoc qualitatem & naturam an-
5. tiqui feudi amittat? Quod videtur, † vt
contrariorum eadem ſit diſciplina, ea-
démque potentia, *l. 1. de his qui ſunt ſui vel*
alie. iur. cum ſimilibus, atque ita Paul. *Caſtr.*
conſil. 159. punctus col. 2. verſi. nam ad hoc lib.
2. Matth. de Afflict. deciſ. 112. *&* 248 *& Ce-*
6. *pha. conſil. 173. voluère.* † Sed contraria ſen-
tentia, quod non fiat nouum, ſed antiquũ
maneat, verior eſt, *per text. in c. 1. in fin. an.*
agn. vel fil. def. poſ. li. 1. Bald. *Aluar. Lauden.*
& alij, Zaſ. de feud. par. vlt. ante fin. Tiraq. de
vtroque retract. § 32. gloſſ. 1. nu. 38. & Curt. de
7. *feud. par. 1. quæſt. 8. n. 9.* † Nec habet hîc locũ
regula, quod contrariorũ eadẽ ſit diſcipli-
na, cũ hîc non eadem, ſed diuerſa ſit ratio.
Nam ſi antiquum feudum fieret nouum, hoc præiudicaret agnatis, qui in feudo ſuccedũt, ſed quod feudum nouum ſit antiquum, hoc concedentem tantum lædit: Curt. *d. quæſt. 8. n. 10. cum ſeq.* Iaſ. *conſi.* 136. *col. 5 in fin. lib. 4. & Cepha. conſil. 173. nu. 32.*

OBSERVATIO LXXXV.

Gail. 1. obſer. 19. n. 13. & 14. vid. prolixè Schrad. part. 8. c. 5. 6. 7. & 8. Feudũ alienatum quando per filios vel agnatos reuocari poſſit, vide Vvurmſ. tit. 51. de feud. obſer. 4. per tot. Add. Iul. Clar. § feudum. q. 24. A. Reyger.

De alienatione feudi antiqui ſine agnatorum conſenſu facta.

1. *Alienatio feudi paterni agnatis non conſentientibus nihil præiudicat.*
2. *Agnati tale feudum mortuo alienante ſine precio reuocant.*
3. *Filij verò, & ante mortem alienantis, feudum antiquum reuocare poſſunt. & nu. 4.*
5. *Ratio diuerſitatis inter filios & agnatos.*
6. *Agnati precium ſoluentes feudum ſtatim reuocare poſſunt.*
7. *Conſentiens alienanti, feudum ſtatim reuocare non poteſt. & n. 8.*
9. *Alienationi intra annum non contradicens, tacitè dicitur conſentire.*
10. *Limitatur idem.*
11. *Feudum nouum ſine Domini conſenſu alienatum ad Dominum reuertitur.*
12. *In noui feudi alienatione ſolius Domini conſenſus ſufficit.*
13. *Limitatur.*

ALIENATIO feudi paterni, ſiue anti-
qui, voluntate & conſenſu domini
feudi facta, † agnatis non præiudicat, niſi 1.
ipſorum conſenſus acceſſerit, *c. 1. ibi Bald.*
in 1. notabili. & poſt eum Mar. Lauden. ib. de
alie. feud. patr. potéſtque ea, mortuo alie-
nante ab ipſis agnatis reuocari, † nullo 2.
refuſo precio: emptor tamen fructus, quos
durante vita alienatoris percepit, ſuos fa-
cit, nec tenetur reſtituere: ſed ſi alienator
filios habeat, etiam eo viuente reuocari
poterit alienatio. † Filiis enim debetur 3.
feudum antiquum ex pacto & prouiden-
tia Maiorũ, ita vt viuente patre, filius feu-
di dominus eſſe videatur: itaque mox ab
emptore feudum reuocare poteſt precio
reſtituto. † Et ſic obſerua, quod agnati 4.
mortem alienantis expectare coguntur,
ſed abſque refuſione precij: filij verò ſta-
tim admittuntur, reſtituto emptori pre-
cio. *§. Titius filios, ſi de feud. contr. ſit inter do.*
& agna. vaſall. † Ratio diuerſitatis eſt, quia 5.
cùm filij habeant commodum ſingulare,
vt non expectata morte patris reuocent
alienationem: ergo in eo viciſſim grauan-
tur, vt precium reddant. In agnato verò
ceſſant hæc omnia: igitur nõ videtur gra-
uandus, vt precium reſtituat. † Si tamen 6.
agnati pro eo precio, quod extraneus at-
tulit, redimere vellent, tunc ſtatim reuo-
care poſſent: *iuxta Zaſ. in Epit. feud. tit. de*
feud. alie. in 7. prin. fallent. † Cæterùm qui 7.
conſentit vaſallo alienanti, non poteſt re-
uocare, ſiue expreſſim, ſiue tacitè conſen-
ſerit, *d. c. Titius filios: ibi gloſſ. Bald. & alij: i-*
dem voluit etiam Paul. Caſt. conſi. 190. viſa
ſuprà ſcripta. col. 2. verſ. reſtat nunc videre,
lib. 2. quia qui conſentit ſua iura perdit,
l. cum quadam poſt med. Cod. *admi. tut.* † Et 8.
quòd hoc non ſolùm de filio alienantis,
ſed de aliis quoque agnatis accipien-
dum ſit, *eſt text. in cap. 1. in princ. ibi gloſſ.*
verbi, conſentientibus de alien. feud. pat. & c.
præterea. ibi Bald. *& alij qui. mo. feud. amitt.*
& voluit Iac. *Bel. in cap. 1. §. vlt. ad fin. & ibi*
Aluar. concl. 30. & Car. Alex. colum. 5. quæ
fu. pri. cau. bene amit. Bald. conſil. 16. facti

Digitized by Google

euidentia.in fin.lib.1.& Paul.Caſt. conſil. 84.
9. *quæſtio iſta vertitur lib.* 2. † Porrò tacitus
conſenſus dicetur, ſi intra anni ſpacium
ſciens alienationem non contradixerit,
modò alienatio facta ſit in remotiorem a-
10. gnatum.† Sin verò in prorſus extraneum
facta ſit, tunc agnato alienantis non obe-
rit lapſus anni, ſed admittetur vſque ad
triginta annos, *iuxta gloſſ. quam ſequuntur*
An.Iſer.*Bald.& aly in d. §. Titius filios. &
idem voluit ipſe Baldus. conſilio* 16. *facti eui-
dentia.lib.*1.*Paul.Caſt.d.conſi.*84. *Alex. l.ſi
mihi & Titio.de verb.obl.& conſ.*15.*viſis nar-
ratis l.*5.*vbi hoc dicit communiter teneri:prout
etiam fatetur Tiraq.in tract. de retract. verbo
dedans. Lan.in gl.*10.*nu.*9. *vbi multa allegat.*
11. †Prædicta tamen obtinent in alienatione
feudi antiqui:aliud eſt in feudo nouo:quia
ſi noui feudi alienatio fiat ſine conſenſu
domini,tunc nec filij,nec agnati reuocare
poſſunt,ſed ad Dominum reuertitur,*iux-
ta Alua.in c.Titius. in prin.& §. fin.* 21. *con-
cluſ.qua fue.pri.cauſ.beneſi.amitt.*Acceden-
te verò domini cõſenſu, alienatio ſemper
12. valet:quoniam nullius,† niſi domini, qui
conſenſit,intereſt,non habita ratione, v-
trum filij contradicant,vel non: *Aluar. c.*
13. 1.*in princ.q.vlt.de alie.feu.pater.* † Niſi feu-
dum hoc duobus fratribus cum pacto in-
uicem ſuccedendi conceſſum foret, quia
tunc alter frater, cui per hoc noceretur,
reuocare poſſet:*Idem Aluar.in c.*1. *§.ſi fue-
rint,quibus mod.feud.amitt.*quod ſine dubio
obtinet in feudo hæreditario, vel ſimpli-
citer conceſſo.

OBSERVATIO LXXXVI.

*Feudum an in dotem dari poſſit à Va-
ſallo?*

Confuetudo vt feudum in dotẽ dari poſſit, valet, Vide Gail. 1. obſ. 3[illegible].n. 17. & Guid.Pap. deciſ. 287. n. 2. Add.Schrad. c.1.à n.31. vſque ad 39. vbi ampliat. Item ibidem n.38. ait: fructus feudi poſſe in dotem dari. A Reyger.

1. *Iacob de Ardiz. tenet affirmatiuam.*
2. *Sed negatiua communiter eſt approbata.*
3. *Et in Camera recepta.*
4. *Mulier proprium feudum in dotem dare poteſt.*
5. *Feudi fructus in dotem dari poſſunt.*
6. *Cautela pro nobilibus feuda in dotem dantib.*
7. *Feudum cum conſenſu Domini in dotem dari poteſt.*
8. *Sine tamen præiudicio agnatorum.*

VASALLVS elocando filiam, an poſſit
feudum in dotem dare, variè diſputat
Interpretes: † Iac. de Ardiz. *in Sum-* 1.
ma ſua aſſeueranter tenet per multa iu-
ra, id eum poſſe, quem videtur ſequi
Cyn.in l.voluntas.C.de fideicom.† Alij fre- 2.
quentiori calculo contrà cenſent, feudum
in dotem dari non poſſe, *per text.c.*1 *§.do-
nare,qua ol.feu.alie.pot.gl.c.* 1. *circa prin. de
probib.feu. alie. per Frider.Iac.de Bell.Nic.de
Neap. Bald. Aluar. & Prapoſ. ibidem* Ioan.
*Andr. in addit. ad Spec. tit. de locat. §.vltim.
verſic.*109. † Et hæc poſterior ſententia, 3.
tanquam verior, obtinuit in Camera:
quia ſi pater filiæ feudum in dotem daret,
iam alienaſſe diceretur:cùm dos apud pa-
trem nõ maneat, quod facere prohibetur.
Non enim poſſunt feuda vllo pacto alie-
nari per vaſallos,nec in totum,nec in par-
tes,quocunq. titulo, & qui contrà faciunt,
feuda amittunt. *c. vſque ad §. præterea
de probib. feud. alie. per Frid.* † Secus eſt in 4.
muliere,quæ proprium feudum in dotem
dare poteſt, & ſeipſam dotare, *c. vnico de
inue. quam Tit. acce. à Sempro. Iul. Clar.
in §. feudum. q.*36. *Ro. conſi.* 457. *num.*4.*&
Loſre.conſi.*9.*num.*12. quia non dicitur alie-
nare,cùm dos ad eam reuertatur,*d.§ dona-
re.* † Cæterùm de feudi fructibus nihil 5.
prohibet patrem dotem conſtituere, & ſic
pro ſua ſeſe perſona ad huiuſmodi obli-
gare,*quod eſt elegans dogma Prapoſiti in d.§.
donare. qui Bald. allegat*: † Quo ſaluari 6.
poſſunt nobilium ætatis noſtræ vſurpa-
tiones, qui cùm feuda pro filiabus in do-
tem dare conſueuerunt, fructus ſaltem
pro dote obligari intelligantur, *vt pulchrè
dicit Zaſ. in tract. feu. tit. de feu.alie.in §.ex-
tenſio.verſi.& hoc.* † Prædictam tamen de- 7.
ciſionem tempera, niſi dominus feudi ſal-
uo iure directi dominij conſenſiſſet: quia
valeret, & vaſallo, eiúſque vxore mortuis
ſine feudalibus hæredibus,vel aliàs amiſſo
feudo, iſtud feudum ad dominum reuer-
teretur. Nam propter Domini conſen-
ſum, qui circa vtile duntaxat dominium
adhibitus eſt, ius feudi non concidit.
Aduertendum quoque eſt, an tale feu- 8.
dum ſit antiquum: quia ſi Dominus
citra conſenſum agnatorum conſen-
ſiſſet, tunc agnatis non præiudicare-
tur, *iuxta Zaſ.loco præcipitato, & per*

ea,quæ

Digitized by Google

ea, quæ paulò antè obſer. octuageſima quinta annotata ſunt.

OBSERVATIO LXXXVII.

Vide Gail. 2. obſ.71. n. 11. Cacheran. deciſ.179. A.Reyger.

Quando Domini conſenſus requiritur, an tacitus ſufficiat?

1. *Tacitus Domini conſenſus ſufficere non videtur.*
2. *Sed contraria opinio eſt communior & verior. num.3.*
4. *Abſens in ſuum incommodum nunquam præſumitur conſentire.*
5. *Fallit.*
6. *Subſequens Domini conſenſus feudi alienationem confirmat. & num.7.*

SED & illud controuerſum eſt, an in caſibus in quibus Domini feudi conſenſus exigitur, neceſſe ſit Dominum expreſſim conſentire, an tacitus conſenſus ſuffi-
1. ciat.† Et tacitum non ſufficere videtur, *per text. in c. Imperialem. in princ. de probi. feu. alie. per Frider. in verbo licentia, quod expreſſum conſenſum ſignificare cenſetur, iuxta gloſſ. in cle.1. verbo obtenta. de teſta. Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci. de offic. proconſ. Alex. & Rom. in l.2. §. voluntatem ff. ſolut. matrim. quam ſententiam Bar. Camer. expreſsè tenet in d.c. Imperialem mi. n. 530. eámque pluribus rationibus corroborat.* Sed tamen
2. crebrius † placuit tacitum conſenſum ſufficere, ſi Dominus alienationi præſens ſit, nec contradixerit, cùm factum impedire potuiſſet, quia ſic conſenſiſſe intelligitur, *per Dyn. in reg. quia tacet. de reg. iur. in 6.* Sola autem Domini abſentis ſcientia conſenſum non induceret. Et quamuis in contrarium pugnet, *gl. in c.1. de probib. feu. alie. per Loth. & gl. c.1. in fin. de feu. da. in vile. com.* videlicet quod taciturnitas cum ſcientia domino præiudicet: quod etiam Aluar. ſequitur *in d. §. ſi quæ fue. pri. cauſ. concl.* 42.

Conſent. Schrad. p. 8. c. 4 n.2. A. Reyger.

3. † Attamen ſuperior ſententia videtur in puncto iuris eſſe verior, *ut teſtatur Zaſ. de feu. alie. in 7. prin. fall. ver. ego tamen. vbi pro ea allegat elegantem doctrinam Bar. in l. quo enim §. rem haberi. ff. rem ratam hab.* qui quaſi pro regula ponit, eum qui ſimplici-
4. ter factum ſciat,† dum ſit abſens, nó modò non habendum pro conſentiente, ſed etiam pro improbãte, dum in commodum ſuum reſpiciat, *per l. procurator ad exhibendum. in §. eo. tt.* † Niſi fortè coniecturæ ali- 5.
quæ concurrerent, vt quia literæ Domino eſſent ſcriptæ, quibus acceptis tacuiſſet: *vt ibidem Bar. annot.* † Hoc extra pugnam eſt, 6.
quod Dominus, licet à principio non conſenſerit Vaſallo alienanti, poſſit tamen ex poſt facto alienationem ratam habere, quæ retrotraheretur, ac ſi à principio conſenſiſſet, *c. 1. & ibi Aluar. 4. not. de alie. feu. pa. facit. l. in cõcedendo. ff. de aq. plu. arcend.* † Idem tenet *Zaſ. de feu. par. 9. n. 31. Hanneto de feu. c.7. circa fin. Menoch. con. 38. n. 32. & Rolan. à Valle. con. 2. n. 37. & 146. Idem con. 97. n.14. cum ſeqq. & nu. 33. vbi hanc communem aſſerit, & multis autoritatibus confirmat.*

Abſque præiudicio tertij Daniel Moller c 26. lib. 3. Semeſtr. conſent. Schrad. d. p. 8. c 4. num. 3. vbi hunc Mynſingeri locum allegat, eundémque ampliat & limitat. A Reyger.

7.

OBSERVATIO LXXXVIII.

Prælatus an mutare poſsit conſuetudinem infeudandi mares?

Prælatus poteſt ob merita mutare conſuetudinem infeudãdi mares, vid. infra cent. 6. obſ. 18. conſent. Schrad. p. 4. ca. 2. nu. 22. & 23. A.Reyger.

1. *Prælatus de bonis, quæ maſculis debentur, fœminas infeudare non poteſt.*
2. *Niſi id fiat in ſolatium patris bene meriti.*
3. *Epiſcopus Eccleſiæ bona, defuncti hæredibus quandoque concedit.*
4. *Cautela hoc caſu notanda. & numero 5.*

IN quadã cauſa feudali illa quæſtio incidit, An conſuetudinem infeudãdi mares Prælatus immutare poſſit? & concordi ſententia determinarunt Domini, ſi conſuetudo habeat, Prælatum de certis bonis infeudare mares, † non poſſit alterare il-
lorum naturam, & de illis infeudare fœminas, *argumento. §. ſimiliter, de lege Corra.* 1.
Niſi hoc fiat propter meritum, ſeruitium, ſeu amorem recipientis, † veluti ſi ſit filia 2.
vaſalli bene meriti, cuius amor & reuerentia in filiæ quoque vtilitatem meritò exuberet, *c.1. quemad. feud. ad filiam pert. & argumento l. vnius libertus ff. ſi quid in fraud. patr.* Et quanquam Claud. Seyſellus id circumciſè accipiat: alij tamen Feudiſtæ, videlicet Iacobus de Beluis. Nicol. de Neap.

Prælatus priuilegio Eccleſiæ præiudicare non poteſt. Vide Gail. 2. obſ. 60. nu. 13. A.Reyger.

Digitized by Google

Aluar.& Card.*tit.de his,qui feud.dare poſ.* §. 1. prioré opinionem crebrius compro-
3. bant.† Pro qua facit etiam *c. vlt. de pec. cle.in fine, vbi* Epiſcopus ratione ſeruitiorum præſtitorũ defuncti hæredibus largitur, quod alioqui futurum erat Eccleſiæ:
4. *facit item c.ſi quos de ſeruis. 12.qu.2.* † Porrò ſi Prælatus præter conſuetudinem meritorum intuitu fœminæ feudũ conceſſerit,voluerunt Domini in diplomate inueſtituræ merita ea ſpeciatim memorari oportere, nec ſufficere verbis quibuſdã genericis benemeritorum facere mẽtionem, *arg. l. Attilius Regulus ff. de donat.* vbi nominatim benemerita recẽſet, quibus Attilium Regulum remuneratorem Nicoſtratus præceptor affecerat:alioqui per inſertionem generalis clauſulæ de benemeritis quis inſinuationis neceſſitatem callidè ſubterfugeret: *ſicut ſuprà hac ipſa cent.*
5. *obſ.75. quoque annotauimus.* † Idem ergo in noſtro themate dicendum,quando meritorũ reſpectu in fœminæ perſonam,repugnãte cõſuetudine fit infeudatio:quod ita demum ſubſiſtat ,ſi per ſpecificam expreſſionem de benemeritis conſtet: aliàs facilè vmbratico meritorũ reſpectu Prælatus,vel ius Eccleſiæ , vel conſuetudinis fraudaret autoritatem. Quod ſigna,tanquam memoratu dignum.

OBSERVATIO LXXXIX.

Vide Gail. 1. obſ.1.n.54.55. & ſeq. vide ſuprà cent 1. obſ.99.& inf. obſ. 75. cent. 5. conſent. Schrad p.10. ſect. 5. & 6. per tot. vbi habet 6. ampliat & 36 limitat. Et quis ſit Iudex in cauſa feudali vide Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 21. & 22.per tot. A. Reyger.

Contentio inter Dominum & Vaſallum coram quibus Iudicibus terminanda?

1. *Per pares controuerſia inter Dominum & Vaſallum terminantur.*
2. *Ampliatur idem.n.3.& 4.*
5. *Pares curiæ quomodo eligantur?*
6. *Quomodo , ſub iuramento fidelitatis ſecundùm ius & æquitatem, teneantur pronunciare? & n.7.*
8. *Pares curiæ an nouo iuramento onerandi? & n.9.*
10. *Si Vaſallus in paribus eligendis ſubterfugia quærat , electi à Domino cauſam cognoſcent.*
11. *Fraudi occurrendum eſt.*
12. *Pares curiæ qui dicantur?*
13. *Territorium in hac materia quomodo accipiatur? & n.14.*

NOTVM eſt,exortam inter Dominũ & Vaſallum de feudo cõtrouerſiam,
† per illius curiæ pares dirimendam eſſe, 1.
quos ſcilicet vnanimi conſenſu, & Dominus, & Vaſallus ſimul elegerint.*c.vnico de contr. feu. ap. par. termi. gloſſ.c.imperialem.§. præterea. in ver. pares curiæ. de prohib. feud. alie.pr. Frider.* † nec refert hoc caſu , v- 2.
trum Dominus feudi ſuperiorem recognoſcat,an non: *Bal.in c.imperialem.§.præterea.de prohib. feud. alie. per Frider. Alua.c. vnico ver. idem dicendum , apud quem , vel quos contr.feu.defi.Curt.de feu. part.vltim.nu. 34. & Afflict. in c. vnico num. 4.de inueſt. in mar.fac.* † Nec etiam attenditur,an Pares 3.
minoris & inferioris gradus ſunt ipſis litigatoribus,*Felin.in c.cæterùm n.11.ver.Et aduerte de iudic.*Curt.*d.part.vltim.n.34.verſ.4. extende.* Quinimò † etſi Vaſallus Clericus 4.
ſit : & Pares Laici : nihilominus Iudices erunt,*iuxta Innoc.c.verum.de fo.compe. Afflic.in c. vnico. num. 1. de his qui feu.dar. poſ.* *
† Cæterùm ſi de paribus eligendis iudicia 5.
variauerint,permittitur & Domino,& Vaſallo ſeorſim, quos velint, Pares nominare,& deligere , numeri tamen æqualitate inter vtroſq; obſeruãda,ſic vt Domino,nihilominus primo loco eligendi prærogatiua competat:*per text.in tit. de contro.feud. pat.ear.§.primo:*quo peracto Dominus Pares vtriuſque electos,† & ſub debito fidelita- 6.
tis coniuratos , in vim iuramenti præſtiti requiret,vt cauſam cognoſcant,& ſecundũ ius, & æquum ſententiæ prolatione definiant , *§. pen. de prohib. feu. alie.per Frider.*
† Qua ratione etiam veriſimiliter ſtatutũ 7.
eſt,*in d. §. 1.* vt non admittatur ad cauſæ examen,qui fidelitatem Domino non iurauit,cùm is in vim præſtiti iuramẽti requiri nequeat. Et quanquã † Præpoſitus ver- 8.
boſè eandem afferat,pares nouo iuramento, vt rectè iudicent, adſtringi debere,tamen primum fidelitatis iuſiurandum ſufficere † And.ab Iſer.cenſuit:quod ſine præ- 9.
iudicio particularis conſuetudinis,probabilius eſt,magiſque receptum,*per dictum.§. penult.* qui loquitur de paribus ſub debito fidelitatis , non autem ſub debito rectè iudicandi coniuratis : Et ſcribit *Zaſ.in ſua feu. Epi.* quòd in Germania ferè iurent Vaſalli , ſe adminiſtraturos iuſtitiam.

ſtitiam, & iuſtè iudicaturos. *Idque refert Hartman. Hartman. lib. 2. pract. obſer. tit. de*
10. *feu. obſer.* 23. quod not. † Cæterum ſi diuerticula vaſallus & ſubterfugia quærens, viciſſim Pares eligere noluerit, a Domino electi cauſam diriment ſoli, ſicut tradit idem And. ab Iſern. *ibidem.* & rectè: aliàs in poteſtate eius eſſet iudicium eludere, argumento *l. ſi quis rem ff. de arb.* Data enim
11. opera ſemper tergiuerſari poſſet, † cui fraudi occurrendum eſt, *l.* 1. *ff de eo, quod cer. loc. & fac. l. in fundo alieno. ff. de rei vend.*
12 † Pares autem Curiæ cenſentur, qui feudum habent, in eodem territorio, in quo feudum, ſeu beneficium controuerſum
13. eſt. † Territorium autem craſsè accipere oportet, pro vniuerſitate ditionis, quæ ſpecialem habet titulum, & ad vnius iu-
14. ſtam adminiſtrationem reſpicit. † Itaque cùm Princeps multa habet territoria (quod videmus quotidie ex diuerſis ditionum titulis) ſintque in vna quaque ditione Beneficiarij, ſiue Vaſalli, rectè quidem illi dicuntur omnes Principis Vaſalli, verum non omnes ſunt Pares curiæ, ſed ſolum hi, qui in territorio litigioſi feudi beneficium habent: atque *ſic accipiendum eſt c.* 1. *in prin. ſi de inueſt. inter do. & vaſ. lis oria.*

OBSERVATIO XC.

Gail. 1. obſ. 1. nu 57. vide. Schrad p. 10. ſect. 6 n. 135. & ſeq. Domino tamen & vaſallo viciſſim conquerentib. prius diſcutienda eſt cauſſa vaſall. Hart. Hart. tit. 54. de feud. ob. 41. num. 4. A. Reyger.

Reconuentio an coram Paribus curiæ locum habeat?

IN controuerſiam venit in quadam cauſa feudali, an coram Paribus prælibata ratione electis, reconuentio locum habeat? *Et gloſſ. in titul. de contr. feud. ap pa. ter.* §. 1. aſtruit, reconuentioni locum eſſe, etiamſi ea fiat de cauſa non feudali, per regulam generalem, quod regulariter recõuentio coram omni Iudice, tam ordinato, quàm Delegato fieri poteſt, *per c. cuius in agendo,* 3. *quæſt.* 8. *& l. cùm Papinianus, cum auth. ibi. C. de ſent. & interloc.* Idemque *Aluarotus voluit, & ſecundum eum ferè omnes Doctores probant.* Idem tenet *Bald. in d.* §. *pen. de probib. feu. alie. per Frideric. verſic. quæro, vtrum coram paribus.* Verùm hæc opinio tum à Dominis crebrius improbata fuit, & rectè meo iudicio Nam curiæ Paribus nulla competit iuriſdictio, extra cauſas feudales, *vt idem Bald. voluit in d.* §. *pen. verſic. quòd ſi vaſallus conqueritur, & Innoc. in c. cæterum in fin. de iudiciis*, expreſſe affirmat, Dominum & Pares cùm non habeát iuriſdictionem, niſi ex lege feudorum, non poſſe cognoſcere, ſi talis emergat caſus, vt vel non poſſit agi condictione ex lege feudali, vel cauſa iure feudali non nitatur: ſed coram Ordinario hac ſpecie agendum eſſe. Vnde ſequitur propter naturam cauſæ, quæ ad Parium curiam non ſpectat, Reconuentionem ſuper negocio nõ feudali coram Paribus non eſſe agitandam *Facit ad prædicta gloſſ. in verbo, ſuper ſuu qua in fi. c.* 1. *de mutu. pet.* Sic etiam vulgò receptum eſt, coram Arbitrio Reconuentionem impermiſſam eſſe, vtcunque arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſint, cùm extrà compromiſſi limites, nullum cognoſcendi ius habeant, *l.* 1. *& ibi Bart. ff. de arbitr. text. eſt in c. cùm dilectus, de arbitr. per quem ita tenet. Idem Bart. in auth. & conſequenter. in fin. C. de ſent. & interloc. & Specul. in tit. de re con.* §. 1. *in princ. & Abb. in c.* 1. *col.* 1. *& penult. de mut. peti. & in d. c. cùm dilectus, & hanc poſteriorem ſententiam vt veriſſimam ſequitur, & pluribus etiam firmat Baro à Tautemb. olim Aſſeſſor in Cam. Imp. in d.* §. 1. *n.* 2. *de cont. feu. apud. pa. ter.*

OBSERVATIO XCI.

De argumento à Liberto ad Vaſallum.

1. *Argumentum à Liberto ad Vaſallũ valet.*
2. *Æquiparatio Vaſalli & Liberti non eſt perpetua.*
3. *Vaſallo fideli* Dominus *ſit fidelis.*
4. *Argumentum à liberto ad Vaſallum fallax eſt.*
5. *Perſona patroni liberto ſemper ſit venerabilis.*
6 *Vaſallo per* Dominum *ſpoliato licet ſuum vi recuperare.*
7. *Pœna Domini Vaſallum ſpoliantis.*
8. *Reciproca obligationis inter Dominum & Vaſallum effectus. & n.* 9. 10.

VOLVNT cõmuniter Interpretes Vaſallum & Libertum in iure æqui-

Digitized by Google

1. parari: † ideóque argumentationem à Liberto ad Vaſallum validam eſſe, *vt per Aluar. in c. ſi. de alie. feud. pater. & Spe. tit. de feud. §. quando, verſi. 17. Iaſon in l. ſi non ſortem, §. libertus, circa prin. de condict. indeb.* ex qua æquiparatione multa etiam inferunt, *quæ recenſet Nic. Euer. in ſua Topica, loco 59.*

2. † Verùm hanc comparationem Liberti & Vaſalli perpetuam non eſſe, adeò vt ne iuri quidem ſit conſentanea, eleganter probat Baro à Tautemb. *in tit. de milit. vaſal. qui cont. eſt. §. ſi verò vaſallus & Zaſius in d. §. libertus.* Eſt enim Libertus multò magis obſtrictus Patrono, à quo libertatem rem inæſtimabilem accepit, *l. libertas de reg. iuris*, quàm Domino Vaſallus, à quo feudum accepit, vt ipſe eiúſque hæredes

3. fideliter ſeruiant. † Deinde conſtat, quod ſicut Vaſallus Domino ita contra Dominus Vaſallo reciproca fide in omnibus ſit obſtrictus, Oportet enim æqualem eſſe fidei relationem inter Dominum & Vaſallum, vt fidus dominus efficiat fidum Clientē: Atque ita vulgò dicimus, *trevver Herr, trevver Knecht, de quo vide text. ad hoc ſingularem in c. 1. §. vltimo, de forma fidelita.* quem textum ſanctum ius continere, ſed dominis terribilem eſſe, Baldus ibi dixit: quod de liberto & patrono nullibi ſcri-

4. ptum reperitur. † Fallax ergo prorſus eſt argumenti genus de Liberto ad Vaſallum, *vt per Baronem loco ſuprà citato latiùs deducitur.* Verum eſt Vlpianum dixiſſe,

5. † liberto ſemper honeſta & ſancta perſona patroni videri debet, *in l. liberto de obſeq.* at domini perſonæ, reſpectu vaſalli, longè alia eſt ratio, vt ibidem Zaſius & Baro docent. Et ex fine textus *in d. §. ſi verò*

6. *vaſallus* manifeſtè probatur: † cum Dominum Vaſallus impunè deprædare etiam poſſit, ſi ab ipſo ſpoliatus aliter ſuum

7. conſequi non valeat. † Quare non ineptè Andreas de Iſer. præter poſſeſſionis reſtitutionem etiam interdictorum pœnis ſpoliatores feudi Dominos, vt alios quoſuis, teneri ſcripſit: & quanquam plerique hoc Andreæ dogma cauillent, videtur tamen ratione fulciri. Cùm enim placitis feudalibus non ſit definitum, an contra feudi Dominos interdicti competant, ſtādum eſt determinationi iuris communis, *ſecundum regulam feudalem, in cap. 1. de feud. cognit.* † Ex prædicta obligatione re- 8.
ciproca Vaſalli & Domini conſequitur etiam, quod ſicut vtile ſuum dominium Vaſallus, ſi dominum ſpoliauit, perdere debet: ita quoque dominus indicta cauſa & malo ordine, id eſt, nulla ipſius culpa conuicta, nec ſententia per Pares curiæ lata, Vaſallum poſſeſſione feudi ſpolians, ius ſuum proprietatis amittere debeat,
† Nam cùm Vaſallus iuret domino, in 9.
poſſeſſionibus eius ſe non futurum damno, *d. c. 1 de forma fidel.* ergo reciprocè obligatur in hoc vaſallo, *d. §. vlt. ita ait tunc. Aluar. c. 1. de mil. vaſall. qui con. eſt.* † Quæ- 10.
cunque ergo cauſa Vaſallum vtile dominio nudat, eadem viciſſim directo dominio & proprietate dominum exuit, *§. domino. ſi de feu. defunct. con. ſit inter dom. & ag. vaſ.*

Gail. 2. de pac. publ. ca. 15. nu. 10. 11. & ſeq. A. Reyger.

Schrad. p. 9. c. 7. n. 152.

OBSERVATIO XCII.

Gail. de pignorat. obſ. 15. n. 4. Adde Schrad. p. 10. ſect. 8 nu 78. vſque ad nu. 91. & part. 6. c. 7. num 19. Hart. Hartm. titul. 54. de feud. obſ. 44. num. 1 & 3. A. Reyger.

Vaſallus an ſine venia in ius vocet Dominum impunè?

1. *Negatiuam partem quinam teneant? & num. 2.*
3. *Eiuſdem opinionis fundamenta refutantur.*
4. *Vaſallo non incumbit neceſſitas veniæ petendæ ex conſuetudine Germaniæ.*
5. *Nec Subdito agenti contra Fiſcum.*
6. *Hartmanni opinio refertur.*

AN vaſallus ſine venia Dominum in ius vocare poſſit, iudicia Doctorum variant. † Nam Iaſ. poſt Alex. *in l. generaliter. de in ius voc.* (quem etiam Zaſ. *ibi num. 7.* ſequitur) & Specul. *de feud. §. quoniam. verſi. 16. quæritur*, intrepidè tenent, Vaſallum ad eam reuerentiam teneri, vt Dominum ſine venia in ius non vocet: ſumma argumentorum eius conſiſtit in æquiparatione Liberti & Vaſalli, conſtátque Libertum ad veniam petendum obligari, ſi aduerſus Patronum velit agere, *l. pen. & vlt. ff. de in ius voc.* † Hanc ſenten- 2.
tiam & ipſe olim ſecutus ſum, cùm Inſtitutiones in Academia Friburg. Briſgaudiæ, annos natus 21. publicè profiterer, *in §. pœnales. n. 40. Inſtit. de actio.* † Sed quā ea- 3.
ſis pro-

Digitized by Google

ſit probabilis, in præcedenti obſeruatione dictum eſt. Poſteà idem Iaſ. *in l. ſi non ſortem. §. libertus. de condict. indeb.* dicit communem opinionem Doctorum eſſe in cõtrariam: (*quod Nico. Euer. in ſua Topica loco 59. ſimiliter teſtatur, interim tamen ſuam contra communem tueri pergens*) ſed gloſſ. *in c. 1. verbo, reuerentia. de mili. vaſal. qui contum. eſt*, putat huiuſmodi ambages iuris ciuilis feudorum conſuetudinibus locum non habere: *quam gloſſ. ſequuntur ibi Bald. Aluar. & alij & item Angel. Ioan. Fab.* Ioan. *de Plat. & Iaſ. in §. pœnales quoque ver. quære, quid in vaſallo. Inſti. de actio.* quia vaſallus non comprehẽditur edicto Prætoris. Igitur iſtæ prohibitiones pœnales, ſiue potius (*vt idem ibi in fin. dicit*) ambages, in caſibus duntaxat ſuis obtinebunt. cum longè aliâ Vaſalli, quàm Liberti, conditionem eſſe, ſuperiora probent. Et
4. hæc † poſterior ſentẽtia Germanis morib. quoque comprobatur: eandémq. expreſſim ſecuti ſunt Domini Camerales *in cauſa* der Groſſlegen *fratrum, contra Comitem de* Hanavv. Nam cùm obiecta eſſet exceptio veniæ impetrandæ, ad impediendam litis conteſtationem, pronunciatum fuit à Dominis, Comitem ea non obſtante ad litem conteſtandam teneri, *per gloſſ. in ti. de mil. vaſal. qui contu. eſt, quam ibi ſequuntur And. de Bel.* Iac. *de Iſer. Bald. & nouiſſimè Matth. de Afflict. ibi num.* 128. dummodò tamen vaſallus ab inhoneſtis verbis
5. abſtineat. † Ex quo infert ibidem Bal. Subditum poſſe contra patriam vel Fiſcum agere non impetratâ veniâ. Cui tamen repugnare videtur text. *in l. bene à Zenone C. de quadri. præſcript. ibi, niſi ex noſtra iuſſione cauſa moueatur. &c.* ſicq. is, qui habet cauſam à fiſco non poteſt in ius vocari niſi licentiam à rege obtinuerit: *& dictam legem ad hoc allegauit Iſer. in c. 1. in prin. de leg. Cor-*
6. *ra.* † Refert tamen Hart. *lib. 2. pract. for. obſ.* 45. hodie in Camera Imperiali Vaſallum agere volentem contra Dominum, veniam debere petere, idque proceſſibus inſerendum eſſe, *prout iudicatum eſſe dicit in cauſa Comitum de* Naſſavv, *contra Epiſcopum Caminenſem*. Verum meo tempore contrarium fuit obſeruatum: quæ ſententia etiam magis recepta eſt, rationibúſque fortioribus defendi poteſt: *vt refert Laur.* Kircho. *in ſuis Com. opi. nuper editis cent. 4. concl. 97. Eandem ſequitur Iul. Clar. §. feudum. quæſt. 25.*

ADDITIO.

Sunt quidam, qui Mynſingeri, & Hart. ſententiam hoc modo conciliari poſſe putant. Vt Mynſingeri opinio procedat in Domino feudi tãtũ: *Alſs Lehnsḱern* Hartmanni verò in Domino feudi & territorij, ſeu in vaſallo & ſubdito ſimul, *Alſs Landes vnd Lehns Herns Zugleich*, vt ſcilicet hic Dominum ſine veniá in ius vocare nequeat. ita videtur innuere Gailius *in allegat. c. 15 ſup. & probat Roland. à Valle con. 18. lib. 2. Alciat. ad l. 2. C. de in ius vocand.* Ratio, quia princeps dicitur pater Ergo Edictum in patre loquens etiam in principe locum habere &c. Sed an hac diſtinctione ſtyli Cam. diſcrepantia ſalua Mynſingeri & Hartmanni auctoritate tolli poſſit, aliis doctioribus iudicandum relinquo. De eo conſtat, quòd ſecundum præſentẽ ſtylum Cameræ, non opus ſit, quando vaſalli Dominum in ius vocant, prius impetrare veniam. Et hac ratione quotidie proceſſus in Camera decernſitur & impetrantur, etiamſi in Supplicationibus petitio veniæ non fuerit inſerta, & Mynſingeri quoque ſententia in prouinciis Saxonicis obſeruetur. Et hac ratione vtrámque ſententiam cõſeruari poſſe, ipſemet Auctor in ſuo exemplari ad hanc obſeruationẽ hanc conciliationem aſſcripſit his verbis: Videtur tamen, vtramque opinionem fœdere diſtinctionis conciliari poſſe, quam Alciatus olim tradidit: Nempe ſi de ipſo fiduciario fundo ſiue re feudali litigetur, eo in caſu impetrari veniã oportere: alioqui extra eam cauſam ſecus eſſe, *in l. 1. n. 3. in fi. C. de in ius vocand.* A Reyger.

OBSERVATIO XCIII.

Commiſſa cauſæ cognitione, an cenſeatur eiuſdem definitio & executio cõmiſſa? Vide Gail. 1. obſ. [illegible] 11. & 55 & obſ. 35.

1. *Diſtinctio Cameræ in præſenti quæſtione. & n. 2.*
3. *L. 1. C. Si quis contra ius. vel util. publ. declaratur.*
4. *Clauſulæ in commiſſione neceſſariæ annotantur.*

Iudicis delegati poteſtas non extenditur vltra formam reſcripti ſeu commiſſionis. Hart. Hart. tit.45. de poſſeſ obſ.3. n.5. A. Reyger.

ALIBI annotauimus, an, quando Iu-
dex, cui mandatur executio, poſſit e-
tiam cognoſcere, *ſuprà cent.3.obſe. 71.* An
autem ediuersò cui cõmittitur cauſæ co-
gnitio ei cenſeatur quoq. commiſſa diffi-
nitio cauſæ, & eius executio? quæſtio eſt
valdè dubia & per gloſ. ac Dd. in l. à diuo
Pio. § ſententiam ff. de re iud. diffuse tra-
ctata. † Domini aſſeſſores, cum illa in qua-
1. dam controuerſia obueniſſet, conciliatio-
nem, ſiue diſtinctionẽ Ioan. And. amplexi
xi ſunt, *quæ extat in addit. ad Specul. in tit. de
execut. ſent. §. 2.* quia ſi cauſæ cognitio eſt
commiſſa à lege, nempè iure magiſtratus,
(ſicuti eſt in Iudicibus ordinariis, quibus
à iure commiſſum eſt, vt de cauſis cogno-
ſcant) ea ſpecie & diffinitionem ſententię,
eiúſque executionem cõmiſſam cenſeri,
non eſt dubium: *nam iuriſdictio ſine coer-*
2. *ctione manca eſt*: † Si autem cauſæ cogni-
tio permodum delegationis committere-
tur, vt ſi Iudex ordinarius alicui in diœceſi
ſua committeret huius, vel alterius cauſæ
cognitionem, hoc caſu, quicquid Docto-
res diſceptent, eis non cenſetur commiſſa
cauſæ definitio, multò minus executio *per
text. opt. in l. vbi. circa medium, C. de falſis.*
3. † Et quamuis text. *in l.1. Cod. ſi quis contra
ius vel vtilit. pub.* videtur repugnare, vbi
cauſæ cognitione cõmiſſa, commiſſarius
etiam diffinire poteſt: loquitur tamen is
tex. in delegato Principis, in quo fortè a-
liud eſt, *ſecundum Zaſ. in d. §. ſententiam,*
4. † Vbi amplius inquit, hodiè iſtos fluctus
facilè caueri, propter clauſulas, quib. nũc
communiter vtũtur, quia ſi Principi ſup-
plicatur, ſubſcriptio, quæ Principis nomi-
ne fit, ſic vulgò habet: *Titius cauſam au-
diat, cognoſcat. & iuſtitiam faciat*: Per iſta
verba omnis dubitatio tollitur. Cùm au-
tem à ſuperioribus emanant reſcripta, di-
ci ſolet, *vt cauſam audiatis, de ea cognoſca-
5. tis, & debito fine determinetis.* † Hæ clauſu-
læ ſi per errorem eſſent intermiſſæ, dele-
gatus diffinitiuam pronunciare non poſ-
ſet, *Zaſio docente in d. §. ſententiam.* Et hæc
eſt pulchra exceptio cõtra Reſcripta, non
omnibus nota.

OBSERVATIO XCIIII.

Gail. 1. obſ. 113 nu. 13. 14.

Sentẽtiam appellationis quis exequatur, an Iudex à quo, vel ad quem fuit appellatum?

Plenè Vvur. tit. 3 de execut obſ 3. per tot. A. Reyger.

ILLVD quoque valdè controuertitur apud Dd. quis ſententiam à qua ad ſuperiorem fuit appellatum, debeat exequi? *vt per eos latiſſimè in l. à diuo Pio. §. ſententiam, ff. de re iud.* Omiſſis diſputationib. ſic breuiter dicendum eſt: quando Iudex appellationis ſententiam primam confirmauit, is eandem exequetur, agetúque ex ſententia confirmante, non ex confirmata: *auth. ſi quis litigantium. C. de Epiſc. audien. & l. adaictos. C. de appellationibus.* Quod tamen de ſententia diffinitiua accipiendum eſt. Nam ſi ab interlocutoria appellatũ fuiſſet, & Iudex appellationis eandem cõfirmaſſet, tunc ad primum Iudicem, cuius officium nec dum finitum eſt, recurri debet: *c. cùm in Eccleſia, de appell.* Cæterùm ſi deſerta fuiſſet appellatio, vt quia expirarint fatalia, vel Iudex appellationis eam deſertam pronunciaſſet: primus Iudex exequetur non appellationis, cùm is ob deſertionem iuriſdictione careat, *[illegible] de temp. appellat. & l. ſi quando. C. de appell. Panorm. d. c. cùm in Eccleſia.* Vbi amplius dicit, etiam tùm ad primum Iudicem pertinere executionem, ſi Iudex appellationis appellationem nullam, vel fruſtratoriam, ſiue inualidam fuiſſe decreuiſſet. *Addit Zaſ. in d. §. ſententiam, adhuc alium caſum,* ſi appellans pactum feceriit victori, de certa pecuñia ad diem ei danda, & niſi det, ſtare velle iudicatis: ſi is appellãs proſequatur appellationem contra pactum, tunc Iudex appellationis exequetur ſententiam primam, cogétque appellantem ſtare rebus iudicatis, & non Primus, qui ſententiam tulerat, *per l. tale pactum. §. qui prouocauit ſecundum verum intellectũ, quem ibi tenet Ang. in ſua repetitione, ff. de pactis. Bart. tamen in d. §. ſententiam, [illegible] textum aliter intelligit.*

OBSERVATIO XCV.

Quis ſit Iudex in cauſa inter Emphyteutam & alium Tertium?

IN cauſa appellationis vicariorum cathedralis Eccleſię Argentinenſis contra Ioannem.

Digitized by Google

Ioannnem *Frieſen* & conſortes, inter cætera dubitatum quoque fuit. Quando eſt controuerſia inter Emphyteutam, & alium tertium, quis ſit Iudex competens? Et crebrius placuit tum Dominis, illum eſſe Iudicem competentem, in cuius territorio bona ſunt ſita, etiamſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica, *idque auctoritate Iaſ. in l.* * *1. nu. 73 C. de iur. emphyt. vbi teſtatur, hoc eſſe veriſſimum, cui adde Io. de Ana. conſ. 84. col. vltim. & ibidem in addit. Lud. Bolog. But. c. cùm veniſſent de iudi. Domi. c. Romana. de pœn. 1 lib. 6.* Dd. *communiter in cle. 2. de reb9 Eccleſiaſticis non alien. & Lud. Rom. conſ. 212. in 2. dubio.* Et pro hac ſententia facit theorica, quòd quando eſt cauſa realis inter Laicum & Clericum, debeat tractari coram iudice Laico vbi res eſt ſita, *Guil. de Cun. in auth. clericus in princ. C. de Epiſc. & cler. per tex. in l. de his eod. tit. vbi idem tenet. & etiam Odofr. ibidem: fac. text. in d. auth. clericus. ibi, quòd ſi natura cauſæ, vel alia ratio, &c. Et in hanc ſententiam inclinat poſt multa Boer. deciſ. 69. in 1. parte idem tenet etiam Hoſtienſis in Summa eo. tit. §. 2. Dicens*: clericum ratione rei profanæ reali iudicio conueniendum coram ſeculari iudice, & *fac. c. quod clericis. & c. ſi diligenti. de foro compe.* vbi tantùm diſponitur circa actiones criminales & ciuiles perſonales. *Ad idem facit auth. ſed hodie. C. de Epiſc. & clericis, vbi tantùm dicitur de perſonali: & ſic ſecus eſt in reali, in quo perſona non dicitur obligata, vt* Inſtit. *de actio. §. 1. nec trahitur perſona, ſed res &c.* Quanquam ergo plerique Dd. exiſtimêt, quod etiam inſpicienda ſit qualitas perſonæ conueniendæ ratione rei ſitæ: & ideò ſi conueniendus ratione rei ſit Clericus, conueniri debeat coram Eccleſiaſtico in loco rei ſitæ: ſi verò ſit laicus, coram laico. *prout hoc latiſſimè proſequitur etiam Mar. Soc. in c. ſanè ſi Epiſcopi num. 9. de for. comp. vbi allegat Archid. & Oldr.* Attamen ſuperior opinio, velut communior & verior, approbata eſt à Dominis Cameræ Imperialis *in ſuprà dicta cauſa relata 12. Decembris, anno 1548.*

Gail. 1. obſ. 30. nu. 30.

OBSERVATIO XCVI.

Sententia lata aduerſus Principalem, an in Fideiuſſorem ipſius, vel econtrà lata aduerſus fideiuſſorem, in eius Principalem exequi poſſit, ſine nouo proceſſu?

Vide Gail. 1. obſ. 13. nu 12. & 17. & Ant. Capic. dec. 91. n. 1. Add. Coler. c. 2. n. 6 & 7. p. 2. Ronch. in l. ex duobus re. s. Fideiuſſor quando hodie conueniendus ſit, vide Hart. Hart. tit. 27. de credit. obſ. 5. n. 1. A Reyger.

1 *Diſtinguitur inter fideiuſſorem iudicatum ſolui & fideiuſſorem contractus. & nu. 2.*
3. *Hanc diſtinctionem Oldrad. non agnoſcit.*
4. *Guidon. Papæ de hoc puncto deciſio.*

ELEGANS quæſtio eſt, an ſententia lata
cõtra principalem, poſſit mãdari exe-
cutioni contra fideiuſſorẽ ſine nouo pro-
ceſſu? quam tractat Bart. *in l. ſi pro eo. §. ſi
nummos. ff. de fide inſtrum. & l. 1. ff. iudi. ſolu.
vbi* Paul. Caſtr. examinat, quid econtrà
obtineat, ſi lata ſit ſententia aduerſus fide-
iuſſorem, an in Principalẽ eius poſſit fieri
executio? Et receptior eſt ſententia, † re- 1.
ferre an loquamur in Fideiuſſore iudicij,
qui ſcilicet cauit de iudicato ſoluendo, an
in fideiuſſore cõtractus: vt priori caſu fiat
licitè executio aduerſus fideiuſſorem abſ-
que nouo proceſſu, *per Gloſſ. in l. fin. Cod. de
vſu rei iudic.* poſteriori verò non, ſed opus
ſit alio proceſſu, *l. grege. §. 2. ff. de pignorib.
& l. à ſententia, in prin. de appellatio.* † Et 2.
hanc ſententiam probant Cyn. *in d. l. fin.*
Bartol. *in d. l. 1 ff. iudi. ſolu.* Spec. *tit. de exe-
cut. rei iudi. § ſequitur. verſ. quid ſi ſententia,*
Ioann. Andr. *in c. 1. de treu. lib. 6.* & Alberic.
de Roſa. *in l. 2. §. fin. qui ſatiſda. cog.* † Et 3.
quanquam Oldrad. *in l. ſi. §. adijcientes. Cod.
de his, qui ad Eccle. confu.* exiſtimet, quòd
vtroque caſu ſententia contra Principa-
lem habeat promptã executionem, abſ-
que nouo proceſſu, aduerſus fideiuſſorẽ:
prior tamen opinio crebrius obtinuit,
quam etiam ſequitur Guid. Pap. *deciſ. 26.*
† Vbi tamen eam in fideiuſſore de iudica- 4.
to ſoluendo ſic limitat, quod verum ſit,
executionem aduerſus ipſum poſſe fieri
ſine nouo proceſſu, niſi eſſent mutatæ per
ſonæ: qua ſpecie neceſſe ſit, primò partem
vocari in tali executione ſẽtẽtiæ, & ſum-
mariam petitionem offerri, déque cauſâ
ſummariè cognoſci per iudicem: *iuxta no.
Specul. tit. de execut. ſent. §. breuiter, verſicu.
ſed ſecundum eum.* Cæterùm an ſententia
poſſit mandari executioni contra tertium

poſſeſſorem qui nō fuit in lite, *vide Ioan. Fab.in §.omnium. Inſtitut.de action. & l. 1. C.de alien.iudici.mut.cauſ.fact.vbi tractatur hac quæſtio plenè.*

OBSERVATIO XCVII.

Gail. 1. obſ. 142 & obſer. 43.num.11. & ſequent. A.Reyger.

De excuſationib. quas prebet paupertas.

1. *Paupertas excuſat à deſertione appellationis.*
2. *Excuſat ab omiſſa appellatione. & nu.3.*
4. *Cauſæ pauperum de plano expediendæ.*
5. *A pauperibus ſportula non exigenda.*
6. *Alij paupertatis effectus. & num. 8. remiſſiuè.*
7. *Iurans ſoluere,ſi paupertate impediatur, à periurio excuſatur.*
9. *Pauper quis dicatur.& n.10.*

1. QVEMADMODVM † non cenſetur deſerta eſſe appellatio, ſi propter inopiā, vel paupertatem impeditus fuit Appellās eam introducere,& proſequi,*iuxta Inno.in c.ex ratione,de appellatio.& Bal.in l. 1.§.ſi quis in iudicio.n. 4.ff.ſi quis caut. Marthesil.ſing.vlt.& Fr.Cremo.ſing.122.* ita † e-
2. tiā ſi quis omiſerit appellare ob paupertatem intra decendium,excuſatur, *per l.ſi procuratorem, §.ſi ignorantes.ff.mandati,& Gui.Pap.deciſ.436.nu.22.* † Quod tamen ad
3. appellationem in ſcriptis reſtringendum aiunt,cùm ibi cogeretur expendere: ſecus eſſet in appellatione, quæ fit viua voce: quia cum ibi nihil expendatur, paupertas non excuſabit. † Debent autem cauſæ paupertatis expediri de plano, & ſine ſolutione ſportularum,*vt eſt text.in §.ſit tibi quoque, Nouel.de mand.prin.ibique Bar.Dd. pro quo eſt tex.iuncta gloſ.in verbo. vel perſona.l.nonnunquam, 1.ff.de iud.& l.illicitas, §. ne tenuis, de offi.præſid.* † Et quòd pauperes litigantes non teneantur ſoluere ſportulas in iudicio, ſed eorum cauſæ audiendæ cognoſcendæque ſint gratis, tradit quoq. Paris de Put.*in tract. de Syn. verſi. expenſa. fol. (mihi)* 110. † Cæterum de multis alijs
4. effectibus paupertatis vide Guid.*deciſ.561.*
5. Innoc. poſt gloſ. *in ca. pen. de offic. deleg.*
6. Bald.*c 1.§.porro.n.5.qua fuit pri. cauſa beneſ.*
7. *amit.* † Et ſcribit Inn. *in d.c. vlt.* inter cætera de inope,qui iurauit ſoluere in certo termino, nec poteſt id poſtea præſtare, quòd non dicatur periurus: quod intelligit Bald. quò ad reatum, quia inopia excuſationem præſtat,& eſt quædam ſpecies defenſionis: ſecus eſt quò ad actum. † An 8.
porrò, & quibus caſibus proſit paupertas, tractat Bart. *in d. l. illicitas, §. fin. de offic. præſid. & Plate. in l. vlt. n. 2. Cod. de his qui num.lib.vel pau.excuſ.meru. lib 10. & Luc. de Penna ibid.vbi 44.commoda.& 17.incommoda paupertatis recenſet.* † Quis autem di- 9.
catur pauper(vt id etiam obiter dicamus) variârunt Interpretes, nam Bartolo pauper eſt, qui in bonis non habet quinquaginta aureos,*in l.qui accuſare,n.2.ff.de accuſa.* Alij verò & rectius, pauperem accipiunt,qui pro qualitate rei de qua agitur, ſatis non habet. † In arbitrio itaque Iudi- 10.
cis erit,vt ex perſonarum & rerum qualitate diiudicet,quem locupletem, quémq. pauperem ducat *per ipſum Bart. in d. l. qui accuſare.vide etiam Alexand. pulchrè conſil. 37.per tot. vol. 7. vbi tradit, varijs modis paupertatem conſiderari poſſe, itémque Spieg. in ſuo Lex.verbo,pauper. & Bello conſ. 16. vbi hanc communem dicit ext. Decio conſil. 120. vbi vide latius.*

Add.Ben.tit. de paupere ſpecial.iud. 2.

Iaſon tamen in l. inuitus num.8. C.de procura. indiſt.nctè concludit, pauperi decēdium currere, eò quod minima ſit illa impenſa,quę ad interponendum appellationem ſpectat. A.Reyger.

OBSERVATIO XCVIII.

Error omiſſæ ſolennitatis in Teſtamento quomodo probandus?

1. *Ad probandum ſubſtantialia teſtamenti omiſſa teſtes ſeptem requiruntur. & n 3.4.7 9.*
2. *Aliarum qualitatum omiſſio probatur per duos teſtes.*
5. *Septenarius teſtium numerus eſt de forma ſubſtantiali teſtamenti.*
6. *In teſtamento teſtes rogari debent adhiberi.*
8. *Extrinſeca teſtamenti ſolennitates. probantur teſtibus duobus.*

Vide Bald. in c. ſi quis feudum. Si de inueſt. interdomin. & vaſallis oriat. & in l. fin. C. de fideicom. Alex.de Imm. in l. Errore. n. 8. & 12. C. de teſta.

CVM in Camera Imperiali de publicando & confirmando teſtamento Domini Alberti Comitis de *Henneberg*, ad inſtantiam ſuæ relictæ viduæ Dominæ Catharinæ,Comitiſſæ de *Stolberg*, tractaretur,

Teſtes quot requiruntur ad probandum factum tot etiam requiruntur.

Digitized by Google

ad probandũ Errorẽ facti Hart. Hart. tit. 38. de teſt. obſ. 6 n. 14. A. Reyger.

rotur, inter cætera determinatum fuit.† Si
agatur de probanda ſubſtantia ſeu volun-
tate teſtatoris omiſſa errore Notarij, re-
quiri ſeptem teſtes, & quidem eos ipſos
qui interfuerint teſtandi actui, *iuxta Bald.*
1. *& Ioan. de Imol. in l. cùm proponebatur, ff. de*
leg. 2. Iaſ. in l. errore. numer. 7. C. de teſt. Sin
2. vero † agatur de probanda aliqua qualita-
te, duos teſtes ſufficere, *per gloſſ. not. in l. hæ-*
redes palam §. ſi quid poſt verba, poſſe, & ibi
3. *Bart. ff. de teſta.* † Limitabant tamen
primum dictum Domini Aſſeſſores, nem-
pe ſubſtantiale teſtamenti non poſſe pro-
bari minori numero, quam ſeptem teſtiũ
rogatorum: quod procedat, quando eſt ta-
le ſubſtantiale, quod conſiſtit in volunta-
4. te teſtatoris.† Sin autem ſit aliud ſubſtan-
tiale, tum aliud dicendum eſſe: verbi gra-
5. tia, in teſtamento † de ſubſtantiali forma
eſt ſeptenarius teſtium numerus, *iuxta*
Bart. in l. nemo poteſt in 1. oppo. ff. de leg. 1.
Bald. in l. fi. C. de iur. & fact. ignor. Iaſ. in l. 2.
de bo. poſſ. c. nt. tab. iſtud tamen non pendet
à voluntate Teſtatoris, quare ſi Notarius
per errorem tantùm ſex adſcripſiſſet
teſtes, vel ſinguli teſtes interrogati non
facerent mentionem de alijs, vel dicerent,
ſe neſcire, aut non recordari, talis error
probari poterit per duos tantùm teſtes:
6. *Ang. in l. ambiguitates, C. de teſta.* † Sic etiã ſi
in teſtamento teſtes debeant eſſe rogati, ſi
tamen opponeretur, teſtes adhibitos non
fuiſſe rogatos, ſufficeret illud duobus te-
ſtibus probare, *iuxta Bal. Caſt. & Alex. in*
d. l. 2. eundem Bald. in l. comparationes, in 3.
notab. C. de fi. inſtru. & Imol. in c. cùm eſſes, col.
7. *14. de teſta.* † Pari ratione vbi agitur
de probando aliquo extrinſeco, ſeu ne-
ceſſario ad validitatem & ſubſtantiam in-
ſtitutionis, quod tamen non dependet ex
voluntate teſtatoris, tunc duo teſtes ſuffi-
ciunt: puta ſi teſtator dixit, *Inſtituo Titium*
filium meum. iſta filiatio eſt quidem de
ſubſtantia inſtitutionis, *l. ſi pater. C. de hære.*
inſtit. probari tamen poterit duobus teſt.
Caſt. l. cum proponebatur. de leg. 2. & l. errore.
8. *C. de teſtam.* † Et generaliter videntur Dd.
in d. l. 2. concludere, quòd ad proban-
das ſolennitates extrinſecas, ſemper duo
teſtes ſufficiant: inferque ibi Baldus, quòd
ſi in teſtamento contineatur teſtatorem fi-
liæ reliquiſſe decem, poſſit probari duob.
teſtibus, quòd reliquerit titulo inſtitutio-
nis, cùm non ſit dubium niſi de ſolennita-
te. † Prædicta quoque ſecuti ſunt Domi- 9.
ni in allegata cauſa, *relata 16. die Martij, an-*
no 1552. exiſtimantes referre, an de pro-
banda volũtate Teſtatoris dubium ſit, &
tum ſeptem teſtes eſſe neceſſarios: an verò
de probãdo alia requiſita ad teſtamentum
neceſſaria, agatur, putà de numero, aut
qualitate teſtium, forma ſubſcriptionis,
appoſitione ſigilli, vel alio quopiam ex-
trinſeco teſtamenti: tunc id per duos tan-
tùm teſtes probare ſatis eſſe. *Et hæc fuit e-*
tiam opinio Martini antiqui gloſſatoris, quam
Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. compendioſè. verſ.
ſed quid ſi vnus ſequitur, eámque conſuetudi-
ne ſeruari atteſtatur.

OBSERVATIO XCIX.

Vide Gail. 1. obſ. 51. nu. 11. Mandatum procuratoriũ quid cõtinere debeat, vid. Vvurmſ. tit. 10. de ſatiſd. obſ. 1. n. 2. & ſeqq. A. Reyger.

Mandatum procuratorium an valeat, ſi in eo omiſſa ſit litis cõteſtatio: & quæ ſint requiſita mandati procuratorij?

IN quodam mandato procuratorio non fuerat expreſſim facta mentio litis con-
teſtationis, nec concluſionis cauſæ, nec de-
nique auditionis Sententiæ: dubitabatur,
an ſubſiſteret? Et Domini crebriorib. ſen-
tentiis admiſerunt illud, tanquam ſuffi-
ciens, cùm potiſſima ſubſtantialia, quæ a-
liàs neceſſaria ſunt ad mandatum procu-
ratorium, eidem ineſſent: Nam & conſti-
tuentis nomen in eo continebatur, & no-
men conſtituti, item nomen aduerſarij
contra quem, & in qua cauſa conſtitueba-
tur, & quod ratum habiturus eſſet domi-
nus, quod cum eo ageretur. Et hæc requi-
ſita ad mandatum ſuſtinendum ſufficere,
tradit Spec. *ti. de proc. § ratione autem formæ.*
n. 20. Accedit, quòd litis conteſtatio non
exigit mandatum, *iuxta Spe. d. tit. de procur.*
§. 1. numer. 4. ſicut nec concluſio in cauſa,
vel auditio ſententiæ. Præterea in eodem
mandato adiecta erat generalis clauſula
(Vnd alles anders vermuige rechtlicher ord-
nung zu handeln.) Quæ clauſula includit
omnia, quæ ſunt Paria expreſſis, *c. quid a-*
gendũ. & c. nõ poteſt. de proc. li. 6. Cæterum ea,
quæ requirunt ſpeciale mãdatum, in præ-
fata conſtitutione procuratoria expreſſa

erant, vt eſt iuramentum calumniæ, & quodcunque iuramentum, *Spe. tit. de iura. cal. §. reſtat. verſi. quid ergo ſi.* Nā iuramenti cuiuſcunque delatio, & receptio ſpeciale mandatum exigit, *l. iuſiurandum. §. vlt. ff. de iureiur.*

OBSERVATIO C.

Probatio æſtimationis rerum vi ablatarum, an præcedere ſententiam debeat, vel ſubſequi?

1. *Liquidatio damni poſt ſententiam videtur admittenda. & n. 2.*
3. *Sententia certa eſſe debet.*
4. *Sententiam præcedere debet liquidatio damni.*
5. *Ad petitionem certam Iudex tenetur ſententiam ferre.*
6. *In vniuerſalibus iudicijs incerta petitio & ſententia toleratur.*
7. *Expenſarum liquidatio poſt ſententiam quando admittatur.*

CVm in quadam cauſa ad reſtitutionē quarundam rerum vi abreptarū, vel earundem æſtimationem fuiſſet actum, & rapinæ quidem delictum aduerſus hæredes ſpoliantis probatum eſſet, æſtimatio verò, ſiue valor nō item, dubitaretúrque, an condemnatoriam ſententiam huiuſmodi æſtimationis probatio præcedere
1. deberet, aut ſubſequi: † Aliqui dominorum exiſtimabant, quòd condemnatoria præcedere poſſet, & poſteà in cauſa executionis liquidatio æſtimationis fieri. Ad inſtar actionum vniuerſalium, qualis eſt petitio hæreditatis, *l. non poſſumus, ff. ſi pars hæreditatis petatur.* Poteſt enim Iudex in petitione hæreditatis pronunciare, reſtituendum eſſe, quicquid ex tali hæreditate ſit penes poſſeſſorem: quemadmodum & in condemnatione expenſarum, inter-
2. eſſe, damnorum fit: † quia licet ſententia incerta ſit iure nulla, *l. in ſententiis ff. de re iud. & l. 3. Cod. de ſent. quæ ſi cer. quan. Dd. in l. ait prætor. §. 1. & l. in ſumma. §. amplius. ff. de re iud.* tamen condemnatio ſine ſpecificatione admittitur, ſatiſque eſt, ſi illa poſteà fiat in executione *per text. c. inter dilectos, de don. c. ex inſinuatione. de proc. Innoc. c. ſignificantibus. de lib. oblat. & hoc Canoniſtæ communiter tenent, prout atteſtatur Fab. in §. curare. num. 3. verſi. quid ergo, & num. 14. verſi. ſatis ergo. In, t. de actio.* Alij † vero Do- 4.
mini, & quidem maiori numero, putārūt, æſtimationem probandam eſſe, priuſquā condemnatoria ferretur, nec hic poſſe incertam ſententiam tolerari: quod & verius eſt. Nam vbi æſtimatio vel intereſſe petitur principaliter, tunc mox ab initio Actor affirmare debet, & certam quantitatem petere: *vt prudenter docet Fab. in d. §. curare & pro hoc facit. l. ſtipulationes non diuiduntur. in fine. 1. reſpon ibi iuxta æſtimationem facti dandam eſſe petitionem. ff. de verb. oblig.* Per manus etiam traditur, † ſi pro- 5.
nunciandum ſit ſuper principali, & petitio contineat certam & deſignatam quantitatem vel rem quòd Iudex teneatur certam ferre ſententiam, vel per deſignationes rei, vel quantitatis, vel per certam relationem, aut demonſtrationem, *per text. in d. §. curare, & ibi Fab. nu. 12. l. 1. & 2. C. de ſent. quæ ſi cert. quan. & d. l. in ſentē. iu.* † Nec 6.
obſtat, quod de vniuerſalibus iudicijs obiectum eſt: quia ſi vniuerſaliter agatur, ſicut incerta petitio admittitur, ita etiam incerta toleratur ſententia, *d. l. non poſſumus*, quæ deinde ſit certificanda in executione. Sed quando intereſſe, vel æſtimatio principaliter petitur, certa debet eſſe petitio, & per conſequens etiam ſententia.
† Non obeſt etiam, quod de expenſis, dā- 7.
nis & intereſſe dictum eſt: quia hoc tunc procedit, quando ea petita ſunt, tanquam acceſſoria. Tunc enim ſicut petitio incerta admittitur, ita & condemnatio. Sed cum in ſuprà dicto caſu æſtimatio rerum abreptarum principaliter eſſet in iudiciū deducta & certa quantitas petita, cōcluſum fuit, priuſquam condemnarentur rei conuenti, iniungendam eſſe probationem æſtimationis actori, vt ſic certa deinde poſſet ferri ſententia. *Ita determinatū in cauſa domini VVilhelmi Comitis de* Henneberg, *contra Duces Bauariæ, 16. Octobris anno 1549.*

QVARTAE CENTVRIAE FINIS.

SINGV-

SINGVLARIVM OBSERVATIONVM Iudicij Imperialis Cameræ,

Centuria V.

OBSERVATIO I.

Vide Gail. 1. obſ. 1. nu. 18. cum ſeq. Hart. Hartm. tit. 1. de Iudic. obſ. 1. num. 7. & 8. A. Reyger.

Princeps Imperij corã quo iudice ſuos ſubditos conuenire debeat: & ecõtra?

SVMMARIA.

1. *Princeps Imperij conuenire volens ſuos ſubditos, id in Camera facere debet.*
2. *Si econtrà ſubditus, vel alius priuatus principem Imperij conuenire velit, an locum habeant* die auſſtrag, *vel coram ipſius Conſiliariis ſit conueniendus?*

CVM in tribunali Imperij quæreretur, Si † Princeps Imperij, tanquam ſuperior, velit ſubditos ſuos conuenire, coram quo iudice id facere teneatur, cùm in Ordinatione nihil expreſſè de hoc habeatur, ſcilicet *in den auſſtragen*? Deciſum fuit, quod in Camera Imperiali, & non coram ſuis conſiliariis id facere debeat: atque ita iudicatum fuit in cauſa Archiepiſcopi Moguntini contra ciuitatem Erphordiam: item ducis Henrici Brunſuicenſis, contra ciuitatem Brunſuigam, anno 64. & in cauſa ducis Megapolitani contra oppidum *Roſtock*, † Altercatum quoque in dicta Camera fuit, num ſubditus, vel alius quidam priuatus, non immediatè Imperio ſubiectus, Principem Imperij conuenire volens, habeat præſcripta Ordinationis Cameræ remedia, ſcilicet *der auſſtreg*, libro Ordinat. 1. contenta? vel Princeps requiſitus poſſit cogere hoc caſu ſubditos, vt coram ſuis conſiliariis deſuper deputatis (*alſs der neun Rechtẽ*) agant? & an actores hoc remedio contenti eſſe debeant, vel vti poſſint aliis ordinationis remediis? Et poſt longam diſputationem deciſum tandem fuit, principem teneri probare, ſe hoc ius ex conſuetudine, vel vſu habere, quòd tali caſu, talíque modo coram ſuis conſiliariis conueniri debeat, & quòd electio penes actores non ſit, *VVas ſie ſich ſonſt fur eines auſſtrages der ordnung gegen ihme gebrauchen vvollen.* Ita pronunciatum fuit 19. Decembris, anno 1564. in cauſa VVolphgangi *Mülichs* contra Ioan. Fridericum ducem Saxoniæ, & conſortes: nec non antè & pòſt in quamplurimis cauſis.

OBSERVATIO II.

Secundùm acta iudiciaria ab Arbitris tranſmiſſa Camera Imperialis ſententiam non concipit, vt remittat, ſed ipſamet pronunciat.

Hartmar. Hartm. tit. 2. de arbit. n. 5. A. Reyger.

ETSI acta coram arbitris ventilata ab eiſdem tranſmittantur ad Camerales iudices, vt ſecundum ea ſententiam concipiant, & arbitris remittant, talia acta non acceptãtur: quia Aſſeſſoribus Cameræ nõ licet aliis conſulere, vel ſententias conci-

Digitized by Google

pere. Neque enim conſultores, ſed iudices eſſe debét, *iuxta Ordin. in 1. parte, tit. 13.* Sed ſi illis cauſa committatur, quæ etiam coram aliis acta & actitata ſit, tunc huiuſmodi acta recipiunt, & ipſimet pronunciant: prout in cauſa Epiſcopi Herbipolenſis contra Abbatem Fuldenſem: item in cauſa *Renneberg* contra *Renneberg*, aliíſque infinitis cauſis, meo tempore obſeruatum eſt.

OBSERVATIO III.

Si plures exceptiones contra iuriſdictionem Cameræ opponantur, & omnes ſint releuantes, quomodo ſoleat pronunciari?

SI quis duas habet exceptiones aduerſus iudicium Camerale, ſiue eius iuriſdictionem in aliqua cauſa, puta quod ſit appellatio deſerta: deinde quod appellatum ſit in cauſa criminali, vel ab arbitris volũtariis, vel aliam exceptionem declinatoriam, quæ ſimul poteſt proponi, & cumulari cũ deſertionis exceptione: & quælibet harum exceptionum per ſe ſit releuans, ita quòd appareat, Cameram iuriſdictioné non habere, nec cauſam deuolutam eſſe: tunc non facilè pronũciatur expreſsè ſuper deſertionis exceptione, ſed potius in effectu ſuper altera, ita ſcilicet, *Daſs die ſache durch vorgenomne appellation, an das Keyſerlich Cammergericht nicht erwachſen, &c.* & omittũtur illa verba *(alſs deſert)* hanc potiſſimum ob cauſam, ne appellanti detur occaſio ad petendam reſtitutioné ratione deſertionis. Nã etſi forte ad exceptioné deſertionis reſtitueretur: tamen alia adhuc exceptio, qua nulla reſtitutio locum habet, obſtaret: & ſic proceſſus in puncto reſtitutionis, quò ad deſertionem, eſſet nullius momenti. Ita obſeruatum fuit in cauſa *Haſſeln* contra *Galen*: item in cauſa *Iunck heim* contra *Bolen*: & in cauſa *Iuck hart*, contra *Iuck hart*. Non tamen remittitur cauſa ſemper expreſsè ad priores iudices.

OBSERVATIO IIII.

Vxor an ius tacitæ hypothecæ habeat, etiam in bonis paraphernis, & donatione propter nuptias?

Vide Gall. 2. obſ. 92. n. 10. Dos & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant. Hart. Hart. tit. 35. de dot. obſ. 9. per tot. A. Reyger.

1. *Vxor in omnibus mariti bonis pro reſtitutione dotis tacitam habet hypothecam.*
2. *An vxor etiam in bonis paraphernis tacitam habeat hypothecam.*
3. *Cameræ in ea quæſtione ſolutio.*
4. *An vxor, & quando, pro conſequenda donatione propter nuptias vti poſſit iure tacita hypotheca.*

VXOREM † pro reſtitutione dotis ius 1.
tacitæ hypothecæ habere à lege inductum in omnibus mariti bonis, explorati iuris eſt, *l. 1. §. & vt plenius. Cod. de rei vxor. act. §. fuerat. Inſtit. de action. c. ex literis. de pignor.* idque ſuprà cent. 4. obſeru. 13. à nobis annotatum eſt. † An autem hoc 2.
etiam extendatur ad bona paraphernа vxoris, quæ ſcilicet extra dotem vxor attulit, non ſatis conſtat: gloſſa enim verbi, obligata, in d. c. ex literis, negat vxorem, quantum ad paraphernа, ius taciti pignoris habere: quam plerique ſequuntur. Alij contrà cenſuerunt, ſi maritus paraphernа adminiſtrauerit, vxorem pro iis recuperandis tacitam hypothecam habere, *per l. vbi adhuc. C. de iure dot. & ibi gl. & l. vlt. C. de pact. conu. & ibi* Dd. *Iaſon in §. fuerat. num. 41.* † Quod Domini Camerales iu- 3.
re verum eſſe dixerunt, ſi intelligamus, hanc hypothecam, quò ad iſta bona paraphernа, non ineſſe cum priuilegio prælationis, *per gloſſ. in l. ſi ego. verbo, ſed condict. ff. de iure dotium: quam vt ſingularem, ſecuti ſunt* Alexand. *conſil. 36. lib. 6. & Cremenſ. ſing.* 145. *eandémque commendarunt idem* Alexand. *&* Iaſon. *in l. maritus. Cod. de procurat.* Ioann. *Campeg. in tract. de dote. 1. par. quæſt. 8. Deci. conſil. 521. & Salic. in l. aſſiduis, §. vlt. Cod. qui pot. in pign. hab. & hanc, velut communem, allegat Couar. lib. 1. Var. reſol. c. 7. addens, ſic intelligendam eſſe ſuprà dictam gloſſ. in d. c. ex literis.* † Eodem pacto acci- 4.
piendum eſt, quod ſcribit gl. ibid. & in d. §. fuerat, nempe vxorem pro conſequenda donatione propter nuptias, quoties eam ſibi acquiſierit, minimè poſſe vti iure tacitæ hypothecæ. id enim procedit

quò

quò ad priuilegium prælationis: aliàs ſimpliciter etiam in hoc caſu tacitam hypothecam vxor habet, *ſicut ex l. 2. C. de bon. quæ lib. obſeruan. Innoc. Abb. & alij communiter in d. c. ex literis. & Iaſon in d. §. fuerat. n. 40. & ibidem Zaſ. nu. 14.* licet Gomez. *ibidem nu. 39.* in contrarium diſputet, népè nec ſimplicem hypothecam vxori pro donatione propter nuptias conſequenda iure competere. Verùm prior ſententia in Camera approbata eſt, *ad quam facit opt. text. in d. l. vbi adhuc. & vide Ant. de Fran. in tract. de pign. 2. par. mem. 4. & numer. 64.*

OBSERVATIO V.

In cauſis feudalibus an & ad quem iudicem appellari poſsit?

Gail. 2 obſ. 156. num. 3. & idem 1. obſ. 1. ferè ad fin. Appellatio etiam in feudalib. fit gradatim ad iudicem ſuperiorem. Hart. Hart. tit. 15. de appellat. obſ. 25. num. 2. & ſeq. A. Reyger.

1. *In cauſis feudalibus appellationem permitti: ſed ad quem iudicem, inter Doctores controuerti.*
2. *Panormitani in ea quæſtione opinio, recepta in Camera: & quæ ſit illa.*
3. *Illatio ex prædicta Panorm. ſententia.*
4. *Dominus feudi ſi nolit, vel non poſsit Iudex eſſe, ad ordinarium rei conuenti deuoluitur iuriſdictio.*
5. *In appellationibus feudalibus eadem ſeruanda eſſe, quæ in cæteris appellationibus iure ſtatuta ſunt.*

1. IN cauſis beneficiariis, ſiue feudalibus appellari poſſe, extra cōtrouerſiam eſt, *per c. vlt. in ti. Quo tem. mil. inueſt. pet. deb.* ſed ad quem iudicem appellatio fieri debeat, variè diſceptant Doctores *in ca. 1. ibi Aluar. & Prapoſ. eod. tit. & Innoc. in c. cæterum.*
2. *de iudic.* † Panormitani tamen ſententia, *quam ibi ipſe refert*, cæteris præualuit in Camera: Quòd ſi quidem proximus ſit ſuperior, videlicet Dominus mediatus, tunc ad eum appellari debeat, tàm à paribus, quàm à Domino: ſin verò non ſit ibi proximus ſuperior, tunc appellatio fieri debeat ad dominum tribunalis, népè Or-
3. dinarium, cui res ſubiecta eſt. † Vnde infertur, quòd ſi dominus eſt perſona Eccleſiaſtica, appellationē dirigendā eſſe ad Eccleſiaſticum: ſin ſecularis, ad ſecularem: quia ex quo iſte ſubiectus eſt Ordinario loci, ad eum ſpectat corrigere inferioris iudicis iniquitatem. *hæc Panor. ibi.* † Cæte- 4
rùm ſi Dominus feudi nolit, vel non poſſit exercere iuriſdictionem, tunc ad Ordinarium ipſius conuenti deuoluetur iuriſdictio: niſi ſit dominus ſuperior mediatus: qui ſicut ſupplet & corrigit iniquitatem ſententiæ per viam appellationis, ita & negligentiam: *per eundem Panor. in d. c. cæterum.* Interim tamen verum eſt, ſi de hoc conſuetudo aliud diſponat, id ſeruandum eſſe, *Doctores in d. c. 1.* † Porro ſeruantur e- 5
tiam in tali appellatione ea, quæ in cæteris appellationibus iure communi ſtatuta ſunt, puta vt gradatim fiat, nec deuoluatur ad Imperatorem omiſſo medio, *l. Imperatores in princ. ff. de appellat. gloſſ. & Aluar. in d. c. fin.* & intra decem dies interponatur à tempore ſententiæ: eiuſdémque fiat proſecutio intra annum iure communi, *gloſſ. & Prapoſ. d. c. fin.* & intra ſex menſes in Camera. *vide etiā de hoc aliqua apud Guid. Pap. deciſ. 501. col. 3. & Curt. in Tract. feud. part. vlt. in 11. 12. & 13. quæſt.* Atque ita, vt ſuprà dictum eſt, in iudicio Cameræ Imperialis pronunciatum fuit in cauſa nobilium à *Schvvalbach*, contra nobiles à *Lindenfels, Halſtein*, & conſortes, *vide etiam infra, eadem cent. obſ. 90.*

OBSERVATIO VI.

In Camera Imperiali etiam Iudæis defertur iuramentum ſuppletorium.

Iudæus quomodo de calumnia iurabit, & plura de iuramēto Iudæi, vid. apud Vvurmſer. tit. 14. de iuram. obſ. 7. per tot. A. Reyger.

QVOD Iuramētum in defectū probationis deferri poſſit, quando ſemiplenè tantùm eſt probatum, per multas autoritates & rationes ſuprà *cent. 1. obſer. 68.* oſtendimus. Circa quod in controuerſiam etiam venit in Camera: Vtrū Iudæo tale iuramentum deferri poſſit? Et de Iure communi non eſt dubium, id fieri non poſſe, *prout tradidit Iaſon in rep. l. admonendi. col. 1. verſic. 36. & ibid. Bart. in vlt. col. ff. de iureiur.* Verùm in Camera Imperiali contra ſuprà dictum Ius commune eſt iudicatum & Iudæo tale iuſiurandum delatum in cauſa *Hans VVeinſchenck*, contra *Berlin Iuden*: & allegata fuit in hoc conſuetudo Germaniæ, ſtylúſq. Cameræ, cùm Iudæi

habeantur pro ciuibus Romanis. Quomodo tali caſu, quando Iudæo iuſiurandũ defertur, iurare debeant, *infra cent. 6. obſ. 20.* annotatum reperies.

OBSERVATIO VII.

Gail. 2. obſ. 105. VVurm. tit. 47. de iniur. obſ. 1. per tot. A. Reyger.

Actio iniuriarum Prætoria eſt annalis, & à quo tẽpore currat annus: & quid de actione iniuriarum Ciuili?

1. *Iniuriarum verbalium actio prætoria eſt & annalis. & n. 3.*
2. *Quandoque durat anno vtili: & n. 4.*
5. *In dubio ad conſuetudinem loquentium recurrendum eſſe.*
6. *Poſt lapſum anni poteſt iniuriatus officium iudicis implorare.*
7. *In Camera Imp. in actione iniuriarum annus à tempore ſcientiæ computatur contra communem.*
8. *Actionem iniuriarum ciuilem perpetuam eſſe, ſicque in Camera Imp. receptum: tametſi opinio contraria: quod pariter anno tantùm duret, ſit communior: & num. 9.*

1. NOTVM eſt, † actionem Iniuriarum verbalium eſſe Prætoriam, quia ex edicto Prætoris deſcendit, & talis iniuria ex edicto Prætoris punitur, *l. prætor. ff. de iniuriis.* item eſſe Annalem, quia tantum anno durat: & Continuam, niſi fieret iniuria per metum & violentiam compulſiuam †: tunc enim duraret anno vtili, *l. ſi*
2. *cum exceptione. §. 1. ff. quod metus cauſ. ibi Accurſ. & in l. ſi non conuicij. & ibi communiter Doctores, C. de iniur.* Et hoc, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, *ſecundum Ang. ibidem.* Quod etiam Rota ſequitur *deciſ. 240.* cuius hæc ſunt verba: † *Pro iniu-*
3. *rijs verbalibus non admittitur agens, ſiue actionem intentans poſt annum, niſi intra annum, à tempore iniuriæ irrogatæ computandum fuerit lis conteſtata.* Ratio, quia per lapſum anni tollitur hæc actio: & ſi tempore tollitur, *vt in d. l. ſi non conuicij.* tunc etiam tollitur diſſimulatione: quia diſſimulare præſumitur, qui tanto tempore tacuit, arg. eorum, quæ notantur per Hoſtien. & Ioan. And. *in c. cùm te. de re iudicata.* vbi addit, intelligi debere de anno continuo *per l. genero. §. 1. ff. de his, qui notantur infam.* quia odioſa eſt, *vt l. Arrianus. ff. de act. & oblig. l. interpretatione. ff. de pœn.*
† Cyn. *in d. l. ſi non conuicij.* refert, Iacob. de Ra. gl. ibi non approbare, imo dicere, quòd anno huius actionis ſit vtilis: quia prætor in edictis ſuis conſuetus eſt loqui de vtilibus: & actiones prætoriæ habent annum vtilem: *vt inſtit. de perp. & temp. act. in princ.* † Et leges iubent, in dubio ad conſuetudinem loquentium recurrendum eſſe, *l. ſi ſeruus plurium. in fin. ff. de leg. 1.* & ita intelligatur d. l. ſi cum exceptione §. 1. Idem etiam refert & ſequitur Bald. & Ioann. Fab. *Inſtit. de iniur. §. ſed & lex.* † Vbi etiam tenet, quod lapſum anni poſſit iniuriatus officium iudicis implorare: ad quod dictum vide eundem *in rub. Inſt. de iniur.* & Ang. Aret. *eodem tit. §. ſeruus autem.* † In Camera verò Imperiali conclusum fuiſſe memini communi conſilio, in actione iniuriarum annum currere, non à tempore illatę iniurię, ſed à tempore ſcientiæ, contra communem conſuetudinem, ſicque iudicatum fuit in cauſa *Lindavv*, cõtra *Lindavv*: & in cauſa *Halle*, contra *Rotorff* &c. quod nota. † Quid autem de actione iniuriarum ciuili? & eam eſſe perpetuam, communiter receptum eſt, *vt dicit Bal. tract. de præſcript. part. 4 q. 1. num. 3.* Oldendorp. tamen tradit, quod talis actio, vtcunque ciuilis, anno tantùm duret, *in ſuis Claſſ. Act. tit. de act. iniur. ex l. Cor.* & hanc communem ait Franc. Mar. *deciſ. 192. num. 6. part. 2.* Verùm priorem ſententiam iudices Camerales quandoq. ſecutos fuiſſe Ioan. Fichar. meminit *in addi. com. opin. Villalupi, verbo, Actio iniuriarum*, putà in cauſa *Hanavv*, contra *Straſſburg*, anno 1537. & ruſus eodem anno in cauſa *Gobel*, contra *Callæ*, &c. † Licet prior ſit magis recepta *Dec. conſi. 102. num. 19.* quam etiam ſequuntur Petra Placa *in Epi. delict. c. 6. circa fi. §. reliquum eſt. poſt n. 43.* & Ioan. Bapt. Plot. *conſi. 131. in tom. 1. conſi. ad cauſ. crimin.*

4.
5.
6.
7.
8.
9.

OBSERVATIO VIII.

Domini in ſubditos ſæuitia quomodo puniatur?

1. Do-

Gail.1.obſ.& idem li.1. de pace publ. c. 2.nu.22.Subditis, quos Dominus vltra modũ onerat, quomodo ſuccurrendum. Hart. Hart. li.54. de feu. obſ.41. A Reyger.

1. *Dominorum nimiam in ſeruos ſæuitiam olim à D.Pio Imp.coercitam eſſe, vt eos vendere iuberentur.&c.*
2. *Idem hodie in Dominis temporalibus,iuriſdictionem in ſubditos habentibus, ſi duriores ſint,quàm æquum eſt,obtinere. & n.4.*
3. *Argumentum de Dominio ad Iuriſdictionem iure valet.*
4. *Subditi, ſi ad indebita ſeruitia & operas, vel ad inſolitas collectas, cenſus, aut reditus cogantur à Dominis, poſſunt implorare officium ſuperioris.&c.*
5. *Subditi, ob nimiam Dominorum ſæuitiã, ab ipſorum Iuriſdictione per ſuperiorem poſſunt eximi.*
6. *Poteſt item Dominus, ſi à ſuperiore commonitus ab iniuſta oppreſſione non deſiſtat,feudo priuari.*
7. *Ætiologia ſuperiorum axiomatum.*
8. *Nimiam Dominorũ in ſeruos ſæuitiam apud Gentiles, vel ipſis Diis exoſam fuiſſe,exemplo declaratur.*
9. *Multò magis ergo Dominis Chriſtianam fidem profitentibus, nimia in ſubditos aſperitas vitanda eſt.*
10. *Exhortatio Dominorum, vt clementes ſint erga ſubditos.*
11. *Princeps firmiſ. obtinet ciuitates, quæ ſubditi fide & amore proſequuntur.*
12. *Subditi ſi nimium à ſuis Dominis grauentur, tunc vel ad ipſorum ſuperiorem, vel ad Cameram Imperialem recurſum habent.*
13. *Poteſt etiam tali caſu ſuperior ex officio prouidere ſubditis, ne plus æquo à Dominis grauentur.*

1. QVEMADMODVM † cùm ſeruitus adhuc in vſu erat, nimia Dominorum
ſæuitia in ſeruos coercebatur, ſi durius,
quàm æquum eſt,habiti, vel infami iniuria
affecti erant,adeò vt ex Diui Pij Con-
ſtitutione vænire iuberentur, ne vnquam
in poteſtatem Dominorum redirent, *l.1.*
§.diſpiciamus. & l.2.§.Dominorum.ff.de his,
qui ſunt ſui,vel alie. iur. §. Dominorum,In-
2. *ſtit.eod.tit.*† Sic idem de Dominis tempo-
ralibus, veluti Ducibus, Marchionibus,
Comitibus,Baronibus,& aliis iuriſdictio-
nem in ſubditos habentibus dicendũ eſſe,
Doctores in allegatis locis communiter
tradunt: † Argumento ducto de dominio 3.
ad iuriſdictionem, quod in iure validum
eſſe probat text.*in l.qui furêre. & ibi Dd.ff.*
ſta.homi. vt ſi quando duriores & aſperio-
res præbentur in eorum ſubditos, quàm
æquum eſt, iuriſdictione ac imperio ita
priuari poſſint, vt in eorum poteſtatem
ſubditi nullo vnquam tempore recidant.
Ita *Cyn. Bald. & alij communiter in locis iã*
allegatis. Alex. & Alber. Roſa. in l. bene à
Zenone.C.de quadri.præſc.text.in l.1. C.de e-
mend.ſeruor.† Vnde ſi Dominus aliquis in- 4.
ſolitas à ſuis ſubditis operas, aut ſeruitia
indebita & iniuſta exigere,cóſve vltra mo
dum debitum collectare, vel cenſus & re-
ditus augmẽtare conetur,poſſunt ipſi im-
plorare officium ſuperioris, vt is Domini
oppreſſionem reprimat,*Spec.in tit.de Exa-*
cto.n.3.Idem tit.de denuncia.n.3.& tit.de ſen.
§.quoniam.verſi. & nota quod vaſalli. Bald.
& Prapoſ.in c. Imperialem, §.præterea tit.de
prohib.feud.alie.per Frid. Aluar.in ca.1. col.3.
tit.apud quem,vel quos contr.feud.deſin.Boer.
eleganter deciſ. 132. per tot. & plenè per tot.
† Quinimò ob nimiã Dominorum aſpe- 5.
ritatem ac ſæuitiam,ſubditos ab ipſorum
iuriſdictione eximi poſſe, expreſſe tra-
dunt etiam Guid.Pap.*deciſ. 62. iuncta apo-*
ſtil.ibi,& Lud.Roma.conſ.37.n.1. † Quod ſi 6.
Dominus à ſuperiore commonitus ab hu-
iuſmodi iniuſta & inſolita oppreſſione,
vel exactione non deſiſtat, ipſum feudo
priuari poſſe,Baldus tradit *in tit.de pace te-*
nen. §. publici latrones. † Quamuis enim 7.
Domini iuriſdictionem habeant,& pote-
ſtatem in ſuos ſubditos: ea tamen pote-
ſtate non abuti, ſed moderatè vti debent,
cùm non ſolùm Dominorum, ſed Reip.
quoque interſit, ne quis re ſua, ac potiſſi-
mum ſubditis,malè vtatur. *§.pen.Inſtit.de*
his qui ſunt ſui vel alie.iur. † Equidem Gẽ- 8.
tilium etiam,atque Ethnicorum tempore
nimiam Dominorum in ſeruos ſæuitiam,
vel ipſis Dijs exoſam fuiſſe, ex Macrobio
conſtat. Nam Iupiter ipſe Annio cuidam
per ſomnium imperâſſe fertur,vt Senatui
nunciaret, non ſibi placuiſſe Atronij Ma-
ximi factum:qui ſeruum ſuum verberatũ,
patibulóq. affixũ, ante ſpectaculi cómiſ-
ſioné per Circum egerat,quod cum reſci-
uiſſet Senatus,ſupplicium de crudeli Do-

Digitized by

mino ſumi iuſſit, & ad propitiandum Io-
uem ludis illis Circenſib.diem addidit. *Ita*
9. *Macrobius refert lib.1.Saturn.c.11* † Quan-
tò ergo magis omnis in ſubditos aſperitas
nobis Chriſtianis vitanda eſt, cum ſubditi
noſtri ex iiſdem nobiſcum conſtent, & a-
lantur alimentis, eundémque Spiritum ab
10. eodē Spiritu ducant? † Quare cum ſubdi-
tis noſtris clementer, commódque nobis
viuendum eſt, cùm vt nos potius ament, &
obſeruent, quam timeant: tum quòd eorū
curam nō minorem Deum Opt.Max.ha-
bere, quam Dominorum, firmiter creden-
dum ſit: Omnes enim, vt Apoſtolus ait, fi-
lij Dei ſumus per fidem quæ eſt in Chri-
ſto Ieſu neq; eſt Iudæus neq; Græcus, ne-
que ſeruus, neq; liber, ſed omnes vnū ſu-
11. mus in Chriſto: *ad Gala. 3. cap.* † Sane re-
ctè Aym.Grauetta ſcribit, quod muniſſi-
mas ciuitates obtineat princeps, quē ſub-
diti fide & amore proſequātur, *cons.241 n.*
12. 15. Ad propoſitum redeundo: † Quando
in huiuſmodi caſibus ſubditi de nimia ſui
Domini aſperitate, vel inſolitis ſeruitiis
aut exactionibus non conſuetis conque-
runtur, cùm Dominus iudicis fungi offi
cio nequeat, nec ſibi ipſi velut in cauſa
propria ius dicere, *iuxta Bald.in cap.1. col.
vlt.tit.de capit.qui vend.cur.do.* tunc ad ipſius
ſuperiorem, vel ad Cameram Imp. ſi im-
mediatè ſubſit imperio, ſubditis recurrē-
dum eſt, & ibi mandata ſine Clauſula ad-
uerſus talem Dominum decerni debent,
ſi modo ex narratis ſupplicationis cōſtet,
factum ipſius Domini iniuſtum, & iure eſ-
ſe prohibitum, *per iura ſuprà allegata: qui-
bus adde Oldr.conſ.234. Bald.conſ. 400.lib.
5.Præpoſ.in prælud.feud.& Rofred.in Rubr.ſa-*
13. *cramētum cuiuſlibet vaſalli* † Quinimo po-
teſt, atque adeò debet tali caſu ſuperior
ex officio, etiam non imploratus proui-
dere ſubditis, ne indebite, & plus æquo à
ſuis Dominis vexentur, *iux.a l.illicitas. §.
potentiores ff.de offi.præſi.& ibi Dd.de quo vi-
de etiam Gramma.in d.deciſ.104.num.15.* Et
prædicta, veluti memoratu digna, dili-
genter ſerua.

OBSERVATIO IX.

Vaſallus quando inueſtituram petere ſit obnoxius, ponitur regula cum aliquot limitationibus.

Vaſallus quā do & quomodo inueſtituram petere teneatur v.d. Hart. Hart. in Miſcell. c. 2. obſ. 9. per tot. A.Reyger.

1. *Regulariter vaſallus ſi ſit paganus intra annum & diem, ſi miles, intra annum & menſem, inueſtituram à Domino petere tenetur.*
2. *Et effluxo tali tempore vaſallus moram purgare non poteſt, ſed feudum perdit.*
3. *Omnis tamen iuſta cauſa vaſallum excuſat, ne à feudo cadat.*
4. *Terminus legalis nunquam eſt peremptorius, ſi iuſtum probetur impedimentum.*
5. *Tempus petendæ inueſtituræ vtile eſt, quo ad impedimentum: continuum verò, ſi impedimentum ceſſet.*
6. *Vaſallo intra tempus petendæ inueſtituræ defuncto, eius ſucceſſori integrum tempus conceditur.*
7. *Vaſalli hæres ſi ſit impubes, ob ætatem pupillarem excuſatur.*
8. *Idem obtinet, ſi vaſallus ignorârit rem feudalem eſſe.*
9. *Filio vaſalli mortuo non currit tempus petendæ reſtitutionis, antequam ſe hæreditati paternæ immiſceat.*
10. *Si vaſallus plures reliquit hæredes, regulariter ſinguli inueſtituram petere, & Domino iurare tenentur: niſi feudum ex diuiſione ad vnum peruenisſet.*
11. *Conſuetudo Germaniæ in prædicto themate quæ ſit.*

IN feudo antiquo † ſi deceſſerit vaſal- 1.
lus, tenetur eius hæres à domino, aut ſi Conſent.
dominus mortuus ſit, tunc vaſallus eiúſue Schrader.
hæres ab hærede domini neceſſe habet in- part.6. cap.2.
tra annum & menſem renouationem in- per tot. vbi
ueſtituræ petere, ſi vaſallus ſit miles: *cap.* ampl. & lim.
1.quo temp.mil. inueſt. pet. deb. ſin verò pa- Gail. de pac.
ganus, intra annum & diem, *c.vnico §.vlt.* publ.li.1. c.2.
de probib.feud.alien.per Loth.c.imperialem.§. num.22.
præterea.de probi.feud.alie. per Frid.& c.vni- A.Reyger.
co.de cap. Corra. qui tamen non niſi à tem-
pore ſcientiæ currit, *Roland.à Valle conſil.
40.n.5 cum ſeq.vol.3. Hartm.in pract.tit. de
feud.obſ.9.* † Quod ſi vaſallus ſinat labi hoc 2.
petendæ inueſtituræ tēpus, morā purgare
nequit, *Dd.in ca.1.quo temp.mil.inueſt.& in
tit.quo*

tit. quæ fuit pri. cauſ. be. amitt. ſed feudum
amittitur, *d. titul. quæ fuit pri. cauſ. be. a-*
mitt. cap. 1. *§. præterea. de prohib. feud.*
alie. per Frid. c. 1. *de cap. Conra. d. c.* 1. *de*
prohib. feu. alie. per Loth. & habet Ferra.
in for. lib. quo agitur ad reuocation. feudi, in
gloſſ. verb. nec ſuperſtitibus. vide etiam Al-
uar. & Prapoſ. in locis iam citatis, & in c.
fin. de prohib. feud. alie. per Loth. & c. ſi. per
3 *quos fiat inueſt.* † Omnis tamen iuſta cauſa
excuſat vaſallum eiuſque hæredem ne di-
ctum tempus petendæ inueſtituræ aduer-
ſus ipſum currat, & ne à feudo cadat, *c.* 1.
quo temp. mil. §. præterea ſi quis. de prohib.
feud. alie. per Frider. c. 1 *quæ fue. pri. cau. c. fin.*
4. *de prohib. feu. alie. per Loth.* † Nam ter-
minus legalis nunquam eſt peremptorius,
ſi probetur legitimum impedimentum. I-
tem non ſolùm nulla cauſa à principio ex-
cuſat vaſallum non petentem inueſtitu-
ram, ſed etiam ſi in ipſo anni curſu impe-
5. dimentum interceſſerit. † Eſt enim vtile
illud tempus quò ad impedimẽtum, quia
non currit ignoranti, nec iuſte impedito:
Sed eſt continuum, ſi impedimenta ceſſa-
uerint: *Ita Prapoſ. & alij in d. c.* 1. *quo temp.*
6. *mi. Zaſ in ſuis ſcholiis fol.* 33. † Item ſi va-
ſallus vita functus ſit intra tempus peten-
dæ inueſtituræ, eius ſucceſſori datur tem-
pus integrum, non attento tempore, quod
defuncto vaſallo ſupererat, quia id non
connumeratur, *Bal. in c.* 1 *per quos fiat in-*
7. *ueſt. col.* 4. † Sed etſi hæres vaſalli adhuc ſit
impubes, excuſatur ob ætatem pupillarẽ,
vt in d. §. præterea ſi quis. de prohib. feud.
alienat. per Frider. D. *in c.* 1. *quæ fuit prima*
cauſ. & d. c. 1. *quo temp. mi. & ibi Prapoſ. in* 4.
8. 10. *col.* † Idem obtinet ſi vaſallus igno-
rauerit rem eſſe feudalem, & intra tempus
prædictum inueſtituram petere neglexe-
rit: quia excuſatur, nec lapſus temporis ei
nocet, *Bald. in l. fi. C. ſi pend. appell. mors inter.*
Habet enim hæres mortui vaſalli iuſtam
ignorantiæ cauſam, *l. qui in alterius. ff. de*
reg. iur. niſi illa ignorantia eſſet craſſa &
ſupina; vt quia ignoret id, quod omnes de
ciuitate ſciebant: *ita Aluar. & Prapoſ. d. c.* 1.
quæ fue. pri. cau. be. amit. & c. vaſallus. ſi
9. *de feud. defun. fuerit contro.* † Ceſſat de-
nique ſuprà dicta regula in filio vaſalli,
priuſquam ſe immiſceat hæreditati pater-
næ: quia ei antè non currit tempus, *Bald.*
in c. 1. *de cap. Conra. & Aluar. in dicto c.* 1.
quæ fuit pri. cauſ. Sunt & aliæ iuſtæ cauſæ,
quibus vaſallus tanquam iuſtè impeditus
excuſatur, dũmodò nihil fraudis interce-
dat, quas vide apud Dd. *in prædictis locis*, &
Zaſ. *in ſua epito.* † Quanquam autem, ſi va- 10.
ſallus defunctus plures hæredes reliquе-
rit, ſinguli inueſtiturã petere, & Domino
iurare teneantur: niſi feudum ad vnum ex
diuiſione perueniſſet: *iuxta An. de Iſer. in c.*
vnico. §. omnes filij. ibi Prapoſ. & alij ſi de feu.
defuncti. cont. ſit, & Zaſ. de feud. par. 7. *n.* 10.
† Poſſunt tamen hæredes ex inueterata 11.
Germaniæ conſuetudine vnum eligere,
qui tanquam Curator nomine omnium
inueſtituram petat, & iuramentum fideli-
tatis præſtet: quemadmodum Hartman. *in*
pract. obſer. titul. de feud. obſer. 20. & VVurm-
ſer. *in pract. obſeruat. titul. de feud. obſer.* 44.
annotârunt.

OBSERVATIO X.

A ſententia ſuper decimis lata, an ap-
pelletur ad Cameram Imp.

In Cam. appellationes decimarum in petitorio non recipiuntur: ſecus eſt in poſſeſſorio. Vide Gail. 1. obſ. 18. nu. 1. & 2. A. Reyger.

1. *A ſententia lata ſuper Decimis non poſſe appellari ad* Camerã Imp. *præſertim ſi deſuper exceptum fuit.*
2. *Contraria opinio Spec. & aliorum, quod appellari poſſit.*
3. *Eadem recepta in Camera, quando non fuit exceptum.*

DVBITATVM fuit in Camera Impe-
riali: † Vtrum à ſententia lata ſuper 1.
decimis appellari poſſit ad iudicium Ca-
merale, præſertim cùm deſuper exceptum
fuerit? & deciſum fuit, quòd non, cùm ſit
cauſa ſpiritualis ad iuriſdictionem Eccle-
ſiaſticam pertinens: ſicque iudicatum fuiſ-
ſe memini in cauſa Franciſci *von der Klee*,
contra Decanum & Cap. *zu Xanten*, &c.
Idque ex c. qui appellauit. §. quoties §. tua
nobis. in fin. de deciſ. & ibi gloſſ. † Tamen 2.
contrarium tenere videtur Spec. *titul. de*
appell. §. in quibus. numer. 5. Frider. de Senis
quaſt. 81. *incip. laicus de prædio.* Ang. *in l.*
abſtinendum C. quo appell. non recip. in text.
ibi, tributaria functiones. Rebuff. in tract. deciſ.
quaſt. 10. *numer.* 15. † Nota tamen, quòd in 3.

Digitized by Google

alia cauſa inter Sebaldum *Haller*, contra
den Richter zu Roſtall, ex quo non fuit ex-
ceptum, & cauſa inter merè laicos verte-
batur. Camerales iudices ſuper decimis
pronunciârunt, bene iudicatum, & malè
appellatum, idque cum refuſione expen-
ſarum: ſicque Speculatoris & ſequacium
opinio confirmata fuit.

OBSERVATIO XI.

Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 8. num. 16. & ſequent. A.Reyger.

*An quis poſſit abſolui à banno, ſine con-
ſenſu eius qui bannum obtinuit?*

1. *Bannum ab Imperatore abſque conſenſu
læſi ſuſpendi poſſe. Bart. Socin. cen-
ſuit.*
2. *In Ordin. Cameræ Imp. contrarium di-
ſponi: par. 2. tit. 18.*
3. *Obſeruata tamen differentia inter ban-
num, quod ob delictum fractæ pacis
publicæ irrogatum eſt: & bannum ob
ſolam contumaciam inflictum, &
num. 4.*

1. QVOD Imperator † poſſit bannum
etiam ſine conſenſu offenſi ſuſpen-
dere, pluribus docet Barto. Socinus iunior
*conſ. 68. per totum, lib. 3. arg. l. ſciendum. cum
duab. ll. ſeqq. ff. de vſur. c. ancillam. 32. q. 2. gloſ.*
2. *fin. c. non eſt ext. de voto.* † In Ordinatione
verò Cameræ Imperialis aliter diſponi-
tur, neminem ſcilicet abſolui poſſe à bãno
Imperiali ſine conſenſu eius, qui bannum
obtinuit: nec poſſe Imperatorem banni
effectum ſuſpendere pro ſua voluntate, niſi
offenſus conſentiat, ac Cameræ præſcitu
fiat. Atque ita communibus ſuffragiis o-
lim à Dominis Cameralibus eſt conclu-
ſum in cauſa fractæ pacis Henrici iunio-
ris, ducis Brunſuicenſis contra Goſſariam
3. ciuitatem Imperialem. † Sed hoc intelli-
gendum eſt de banno, quod ob delictum
turbatæ pacis publicæ irrogatur: tum e-
nim relaxatio à banno inconſulto Cæſa-
re, etiam parte volente, fieri non poteſt,
quia intereſt Reipubl. ne huiuſmodi e-
normia crimina maneant impunita: *in Or-
din. Cameræ par. 2. tit. 18. §.* So auch, *& facit
l. Diui fratres & l. relegat. ff. de pœnu.* † Se-
4. cus eſt in banno, & ob ſolam contumaciã
non comparentis, aut Iudicis præcepto nõ
obtemperantis, inflicto: quia tale bannum
ſolo Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum arbi-
trio, parte altera etiam inuita, relaxari po-
teſt: ſi contumacia ſolutione eius, quod in-
tereſt, purgetur, *iuxta Ord. Cameræ. par. 1.
tit. 18. §. 1. & par. 3. tit. 46. ad quod facit etiam
text. in c. ex parte in Chriſto. de verb. ſignif. &
gloſ. ibi. in verbo, pro contumacia & ca. literis.
de offi. deleg.*

OBSERVATIO XII.

*De crimine inquiſitus, & ob vehemẽtia
indicia tortus, non tamen confeſſus, an
& quando abſolui debeat?*

Torturæ vt quis ſubiiciatur, an teſtis vnus vel vnicum indiciũ ſufficiat. VVurm. tit. 49. de accuſat. obſ. 3 n. 3. A.Reyger.

1. *An & quando inquiſitus de crimine, &
ob vehementia indicia etiam tortus,
nec tamen confeſſus, abſolui de-
beat, diſtinctione explicatur: &
num. 2.*
3. *De forma abſolutionis, quando tortus
purgauit indicia.*
4. *Contra abſolutum ab inquiſitione & pro-
ceſſu, ſi noua ſuperueniant indicia,
rurſus procedi poteſt: ſecus eſt in ab-
ſoluto diffinitiuè: & n. 5.*

INQVISITVS † de crimine & ob vrgen- 1.
tia indicia aduerſus ipſum militantia e-
tiam tortus, ſi crimen nõ ſit confeſſus, an
abſolui debeat, variant Dd. Saniori tamen
calculo diſtinguendum aiunt. Nam ſi verè
& euidenter de ipſius innocentia conſtet,
vt quia compertum ſit alium tale crimen
perpetraſſe, tùm vt verus innocens, diffi-
nitiuè abſoluendus eſt: atque ita intelligi
debent, *l. 1. in fi. C. de cuſt. reorum. l. 1. §. vlt. ff.
de quæſt. & l. cuſtodias. ibique Bart. ff. de
publ. iud.* † Sin verò certò quidem de deli- 2.
cto, non autem de perſona delinquente
conſtet, vt quia neſciatur alium, quam qui
tortus fuit, deliquiſſe, tùm non eſt defini-
tiuè abſoluendus, cùm innocentiam ſuam
non probârit: qui tamen propter tortu-
ram, quam ſuſtinuit, purgaſſe cenſetur in-
dicia, quæ aduerſus ipſum militabant, ab-
ſolui debet ab inquiſitione & proceſſu:
quia non fuit repertus culpabilis. † For- 3.
mam autem abſolutionis, quando incar-
ceratus purgauit indicia & non eſt reper-
tus verus reus, ponit Bartol. *in l. fin. in
prin.*

Digitized by Google

prin ff. de quæſt. Et hæc dicitur eſſe quædam ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, vt habetur in l. properandum. §. & ſiquidem. C. de iud. ibi gloſſ. Bart. & Moder. per quam obtinet quidem reus liberationem ex carcere iuxta terminos l. vltim. ff. de
4. requir. reu. & l. fin. C. de cuſtod. reo. † Si tamen noua ſuperueniant indicia, contra ipſum rurſus procedi poterit: nec competit illi exceptio peremptoria Rei iudicatę ex
5. tali abſolutoria. † Secus eſt in priori ſpecie, quando ſcilicet verè conſtat de rei innocentia: vt quia appareat certò, alium tale crimen commiſiſſe: nam tum, ſi abſolutus ſit diffinitiuè, cenſetur ab ipſo crimine & tota cauſa abſolutus eſſe, vt verus innocẽs, nec poteſt amplius aduerſus ipſum inquiri, ſeu alio quouis modo procedi, *d. l. vltim. C. de cuſt. reo.* quia obſtaret exceptio Innocentiæ & Rei iudicatæ, *l. 2. C. de excep. rei iud. l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſe. l. ſi cui. §. eiſdem. ibi Bart. ff. de accuſ. l. ſi quis adulterij ibi Bald. & Salic. C. de adult. Angel. in tract. de maleſic. in gloſſ. fama publica. in fin. Paris de Put. in tractat. de Syndic. c. viſo. de repet. tort. in fin. & Grillan. in tract. de relax. carce. 3. quæſt. prin. §. ſecundo quæro, fol.* Et admonet Salic. vtile eſſe, reum non abſoluere diffinitiuè à crimine vt innocentem, ſi iudex ſit dubius: licet abolitionem à crimine facere poſſit. quod nota.

OBSERVATIO XIII.

Gail. 1. de pac. publ. c. 16. n. 27. & ſeq. A. Reyger.

Ad probandam innocentiam quales teſtes admittantur?

1. *Ad probandam innocentiam admittuntur teſtes etiam aliàs inhabiles: & hanc eſſe magis communem.*
2. *Prioris doctrinæ limitatio: quæ in Camera approbata eſt. vt nu. 3.*
4. *Iudex in criminalibus poteſt ad tuendam innocentiam ex officio recipere ſuper eiſdem articulis teſtes, etiam poſt cauſæ concluſionem: idque communiter tenetur.*
5. *Etſi Lex vel Statutum excludat omnes exceptiones, Innocentiæ tamen exceptio admittitur.*
6. *Si quis à lege vel ſtatuto habetur pro confeſſo & conuicto in delicto, innocentiam tamen ſuam probare poteſt.*
7. *Ampliatio prædictæ doctrinæ: & nu. 8.*
9. *Bannitus etiam in carceribus ſuam innocentiam probare poteſt.*

TANTVS eſt † innocentiæ proban- 1.
dæ fauor in iure, quòd teſtes etiam aliàs ad dicendum teſtimonium inhabiles admittantur, præſertim quando aliorum teſtium copia haberi, vel aliter probari veritas non poteſt: ita ſingulariter voluit Iban. de Ana. *conſ. 59. viſa inquiſitione. col. 1. Hipp. Marſ. ſing. 59. incip. innocentibus.* Spec. *tit. de inquiſ. §. 1. verſi. ſed nunquid. & verſi. generaliter.* idem *tit. de teſte, §. 1. ver. ſed nũquid frater. Bald.* & Salic. *l. parentes. C. de teſtibus.* cum multis ſimilibus allegatis per Ant. Gabri. *Com. concluſ. libr. 7. concluſ. 22.* vbi hanc magis communem eſſe aſſerit: &
contrarium tenentes recenſet. † Quod ta- 2.
men obtinet, ſi reus aliàs ſit bonæ conditionis, & famæ: ſecus, ſi coniecturæ, & vehementia indicia contra ipſum militarẽt, eum ſcil. patrati criminis reum eſſe: quia tum huiuſmodi teſtibus plena fides non adhiberetur, ad docendam ipſius innocentiam: quoniam per talia indicia ipſorum teſtium depoſitiones eneruarẽtur, niſi forſan illa purgaſſet per torturam, vt ſuprà in
pręcedenti obſeruatione dictum eſt. † At- 3.
que ita in quadam cauſa poſt multam concertationem concluſum fuit per dominos Aſſeſſores meo tempore, per doctrinam Bartoli *in l. vlt. ff. de quæſt. Ang. Aret. tract. de maleſic. in gloſſ. fama publica. & Par. de Put. in tract. Syndic. c. aduertendum. idem Bart. in l. non omnes. §. à barbaris ff. de re milit.* vide etiam Gril. *in tract. de relax. carce. tit. de abſol. inno. §. tertio quæro, an in cauſis.* vbi argumentis in contrarium pu-
gnantibus abundè reſpondet. † Prædictis 4.
adde, quòd iudex poſſit in criminalib. cauſis ad tuendam rei innocentiam, non ſolùm ad petitionem partis, ſed etiam ex officio, nouos teſtes recipere ſuper eiſdem articulis, etſi publicata ſint teſtimonia, concluſumque in cauſa: Fran. *Aret. c. fraternitatis. numer. 36. de teſtibus, vbi hanc communem dicit*: *facit ad hoc, l. 2. ff. de cuſt. reo. l. ſi non dependeat. ff. de pœnis. l. 1. §. vlt. l. 5. §. hoc autem. ff. de dam. inf. &*

l.vnius.§.cognituruum.ff.de quaſt.Bal.in auth.
acta ſemi..Cod.de teſta. & Aret.*conſ* 80.*ſicut*
5. *decet.col.*2. † Hinc etiam eſt, quod lex, vel
ſtatutum excludens omnem exceptionem
nunquam intelligatur excludere exce-
ptionem Innocentiæ : *Bald.in l.edita.col.*
pen.C.de eden. Alexan.*conſil.*112.*vol.*5. Ana.
*conſi.*59.*viſa in quaſtione. idem Alex. conſil.*
24.*animaduerſis.col.pen.vol.*2.& *Hippol.ſing.*
6. 59. *innocentibus.*† Sic etiam, quando quis
propter contumaciam à lege, vel ſtatuto
habetur pro confeſſo,& conuicto in deli-
cto, poteſt adhuc probare ſuam innocen-
tiam, *per text.quem ad hoc notant* Angel.*Sa-*
*lic.*Paul.*Alexan.*& *Iaſ.in l. ſi is qui Cod.qui*
7. *teſt.fac.poſ.* † Quòd ibi extenditur, etſi ta-
lis pro confeſſo habitus publicè ſit banni-
tus: *quod latè tenet Imol. in l.vlt. §. illud. de*
8. *appell.* † Secundò extenditur, quòd etiam
extraneus poſſit innocentiam talis con-
tumacis banniti docere: *Alex. & Iaſ latè*
dicto loco. & ita practicatum fuit in cauſa
Vellis, contra *VVerſcher*, 13. Octobris, anno
1536. *facit pro eodem l.diuus. verſic.ſed & di-*
uus.& l.annus.& vtrobique Bart.de cuſtod.
9. *reor.*† Et quòd etiam bannitus poſſit inno-
centiam ſuam purgare in carceribus, ha-
bet hodie Conſt.criminalis Caroli V.*art.*
155.

OBSERVATIO XIV.

Nominatus in iudicio, etſi ſit perſona priuilegiata, tamen non poteſt declinare forum, & cauſam ad ſuum forum auocare.

QVANDO permiſſa ſit nominatio domini in iudicio, vel non, & An conuentus actione reali, vel mixta, per nominationem domini euitet iudicium, alibi diximus, *nempè ſupra cent.*2. *obſ.*58. Quid autem, ſi nominatus in iudicio ſit perſona priuilegiata, (putà clericus) an poſſit declinare forum, & cauſam auocare ad ſuum forum? Et cùm hæc quæſtio in Camera meo tempore incidiſſet, crebriùs eò itum eſt, quòd nominatus id non poſſit facere, ſed teneatur defendere conuentum in foro illius, *per l.venditor.ff.de iudi. & l.*1.*C.vbi in rem act. Idémque tenent communiter Dd. in c.quoniam frequenter. §. in alijs.* & *§.quòd ſi ſuper.vbi ego in meis ſcholiis idē docui. Vt lit. non conteſt.* Prædicta tamen intelligenda ſunt, *vt ibidem declarat Panorm.* ſi clericus ad cauſam veniat defenſor voluntarius, & non neceſſarius, putà quia non principaliter aduerſus ipſum, ſed contra poſſidentē agitur, &c. alioqui enim obtinet, quod ſcribit Cor.*conſ.*79 *in fin.vol.*4.*Generaliter, inquiens, dicendum eſt, quòd in omni caſu tertius veniens ad cauſam principaliter pro defendendo ſuo iure, non autem aſſiſtendo alteri debet remitti ad ſuum iudicem.* &c.

OBSERVATIO XV.

Dies termini an computetur in terminum, vel non?

1. *An dies aſſignati termini computetur in terminum, inter Dd.non conſtare.*
2. *Diem termini non computari in ipſo termino communiter recipitur, & conſuetudine ſeruatur.*
3. *Opinio contraria, quòd dies termini computetur in terminum.*
4. *Priorem opinionem in Camera vſu receptam eſſe.*

IN quæſtione iſta, † An dies aſſignationis 1.
termini computentur in termino? (putà
Iudex aſſignat alicui hodie decem dies ad
comparendum, nunquid hodiernus dies
computari debeat in hoc ipſo termino?)
mirificè variant Doctores, *vt refert Al-*
*ber.in l.*1.*ff. ſi quis cautio.* quorum opiniones
Iaſon ibidem in duas principales con-
trahit. † Harum prior eſt, diem termini 2.
non computari in ipſo termino cum in-
telligatur de diebus proximis, *per l. cum*
qui.in prin.de verb.oblig.& hanc ſententiam
plurimi Dd. amplexi ſunt, *puta* Iac.*Butr.*
Ray.Bart.Ang. Paul.*de Caſtr. Lud.Rom.* &
Iaſon in d.l. 1. *Imol.* & *Gem. in c.frequens.de*
*reſt.ſpol.lib.*6.*Spe.tit.de citat. §.viſo.verſi.pen.*
Angel. & Imol. *in l Gallus. in princip. de*
de lib. & *poſthum.* eámque communiori
cōſuetudine obſeruari ſcribit Bal. *in l.eos.*
*§.ſin autē.n.*6.*ff.de appel.* quā etiam cōmu- *
nē dicit Iaſ.*in d.l.*1.*n.*20. † Contrariā verò 3.
opinionē, quòd imò dies termini compu-
tetur

tetur in terminum, tenuerunt ſimpliciter
non pauci Interpretes, multi ſibi ipſis cō-
trarij, *puta Cyn. in addi. ad d. l. 1. Bald. Fulg.*
& Alex. ibidem, eámque communem eſſe
refert Philip. Cor. *conſi. 179. n. 4. vol. 4.* idq.
ex eo probant, quia ſcilicet tempus com-
putari debeat de momento ad momentū,
l. 3. § minorem. ff. de minor. & l. 2. §. biduum.
cum gloſſ. ff. quan. appel. ſit. Et cùm iſtud pro-
cedat in dilatione legis, quantò magis in
dilatione hominis? cùm mitiùs agatur
cum lege, quàm cum homine, *l. Celſus. in*
prin. cum gloſſ. ibi. ff. de arbit. & quia dilatio-
nes ſint ſtrictiſſime interpretādæ, *l. 1. C. de*
4. *dilatio. l. 2. in prin. de temp. app.* † Verùm vt-
cunque ſit, prior ſententia eſt verior, & in
Camera Imperiali vſitatiſſima, ideóque
alteri preferenda: quam etiam in Delphi-
natu Galliæ ſeruari aſſeuerat Guid. Pap.
decis. 270. & pro hac facit bonus tex. in d. ca.
frequens. vbi glo. plura alia iura allegat, & in
c. pia. de excep. Neque impediunt ex aduer-
ſo obiecta: quia verum eſt, tempus compu
tari de momento ad momentum, poſt-
quàm tamen incepit currere, *vt Iaſ. in d. l.*
1. n. 21. reſpondet: vide etiam Tiraq. de retract.
muni. § 1 gloſſ. 11. n. 20. Pet. Duen. regula 196.
per tot. & Marc. Ant. Bard. in tract. de temp.
vti. & cont. c. 3. num. 1.

Vide Gail. 2. obſ. 148. n. 1. Vaſallo mortuo ad quos deuoluatur ſucceſſio, vide Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 18. n. 5. Et feudum reuerſum ad Dominum facilius concedendum eſt filiabus illius genealogiæ quàm extraneæ agnationi, VVurm. tit. 51. de feud. obſ. 7. nu. 1. & 2. vide infr. obſer. 74. A. Reyger.

OBSERVATIO XVI.

Si per mortem vaſalli ſua linea extinguatur, vtrùm dominus teneatur ad inſtantiam conſanguineorum defuncti vaſalli, ipſos de eiſdem bonis inueſtire præ aliis extraneis?

1. *Vaſallo mortuo, & linea ſua familiæ per eius obitum extincta, cōſanguinei ipſius (ſi petant) præ aliis tali feudo ſunt inueſtiendi. Fallit, vt nu. 5.*
2. *Vt bene dogma locum habeat, quæ requirantur: & n. 3. & 4.*

ELEGANS dogma eſt. † quòd vaſallo
mortuo, in quo generatio ſuæ familię
finitur, poſſint eius conſanguinei officio
iudicis petere, vt ipſi præ aliis eo feudo
inueſtiantur à Domino: qui tenetur e-
tiam illos potiùs quàm alios extraneos,
inueſtire, aliàs ipſis fieret iniuria: *ita tradit*
Curt. in tract. feud. in 2. par. quæſt. 15. & Dec. 1.
conſ. 131. nu. 2. vbi hanc communem eſſe aiunt:
idem tenent Rom. conſi. 22. Alexand. *conſ. 80.*
vol. 1. And. Sicul. in c. 1. ext. de locat. & Moli-
na. in addit. ad d. conſ. Alex. 80. num. 11. & Ti-
raq. lib. 1. de retract. in præfat. numer. 41. cum 2.
ſeq. vbi plures alios allegat. † Vt autem lo-
cum habeat hoc dogma, tria requiruntur:
Primò, quòd conſanguinei petant talem
renouationem intra annum: aliàs enim eo
elapſo præſcriptum eſſet huic iudicis of-
ficio, *Bart. l. 1. § permittitur. & ibi apoſtil. ad*
Bar. in l. ſicut. C. de præſcript. 30. annor. † Se- 3.
cundò exigitur, quòd petant re integra, &
antequam dominus de his feudis inueſti-
uiſſet alium, *iuxta Alex. conſ. 10. in fin. vol.*
3. poſt Lud. Rom. conſ. 68. viſo themate & quæ-
ſtionibus ſuprà poſitis in 2. dubio. † Tertiò, 4.
quòd tales conſanguinei, vel cognati, ſint
hæredes defuncti vaſalli, *ſecundum Decis.*
in d. conſ. 131. poſt Alex. d. conſ. 10. circa fin.
Contrarium tamen, quòd imò hoc non
requiratur, tenet idem Decius ſibi cōtra-
rius, in *conſ. 78. nu. 3.* quam opinionem ibi-
dem approbat Molin. *in addi.* in re videli- 5.
cet non hæreditaria. † Ceſſat tamen ſuprà
dictum dogma, ſi dominus feudum ſibi a-
pertum non infeudare vlterius, ſed ſibi,
ſuiſque poſteris reſeruare velit: hoc enim
poſſet. *Carol. Ruin. con. 152. vol. 1. quem ſequi-*
tur Mol. in addi. ad Decium in d. conſ. 131. in
princ. quia (*inquit*) eſt tātum æquitas quæ-
dam vt conſanguinei extraneis, tantundē
offerendo præferantur, *vt per Bar. in l. 3. in*
fi. ff. de priu. cred.

Vid. inf. obſ. 79. cent. 6. A. Reyger.

An veritas conuicij excuſet iniuriantem, Gail. 2. obſ. 99. vide eundem de hac quæſt. eod. lib. obſ. 100. & ſeq. Iniuria quomodo defendendo poſſit repelli & retorqueri, vide Hartm. Hart. tit. 47. de iniur. obſ. 4. per tot. A. Reyger.

OBSERVATIO XVII.

Pro ſimplici defenſione honoris & famæ, an & quatenus liceat verbalem iniuriam ſaltem verbis repellere?

1. *Iniuriato licet ad honoris ſui defenſionem iniuriam verbalem retundere verbis: & hanc ſententiam communiter tenere. n. 2.*
3. *Limitatio prædicti dogmatis.*
4. *Ex verbis ad vnum, eundémque effe-*

Add. Marq. Freher. egregiè de exiſtimat l b. 2. ca. 8. nu. 10. vſq. ad num. 17. Schneid. ad §. 1. nu. 9. cum ſeqq. vſque ad nu. 13. De iniur. Pet. Iac. in Praxi. rubr. 160. de actio. iniur. præt. num. 11. Capyc. deciſ. 58. vbi etiam quomodo iniuria perſonaliter fiat. Vaud. lib. 2. qu. 29. Licet dicere *tu mentiris*, ad defenſionem etiã in locis publicis & palatiis. Scapp. de iur. non ſcripto lib. 5. rubr. 21. cap. 165. & in iudicio Freher. d. loc. c. 8. Lancel. de offi. prætor. in cauſis criminalibus, tit. de iniuriantib. n. 34. verſ. 14. ceſſat fol. 711. Grammat. deciſ. 37. n. 3. & 4. Freher. d. loc. A. Reyger.

ctum tendentibus, diuerſæ iniuriæ non oriuntur.

CVM cauſa iniuriarum, quam olim Sebaſtianum *Vogelſperger*, contra VVilhelmum Comitem Furſtenbergium in Camerali iudicio inſtituerat, coram Aſſeſſoribus referretur, memini inter cæteras quæſtiones & illam incidiſſe. † Nunquid pro ſimplici defenſione honoris & famæ, permiſſum eſſet, verbalem iniuriam ſaltẽ verbis propulſare & refellere? Et quãuis in eius deciſione non leuis eſſet concertatio, tamen crebriùs in eam ſentẽtiam itum eſt, quòd liceret prouocato ad honoris ſui defenſionem verbalem iniuriam verbis retundere: *idque autoritate* Bald. *in l. 1. num. 16. C. unde vi. Paul. de Caſt. Alex.* & Iaſ. *poſt Guil. de Cun. ff. quod quiſque iur. idem tenent Alber. Roſa. & Alex. in l. ſi quis extraneus. in prin. de acquir. hæred. Panorm. c. cum te. nu. 18. Felin. c. dilectis. nu. 10. de excep.* † Et hanc opinionem communem eſſe ſcribunt *Franc. Curt. in l. vt vim nu. 10. Iaſ. & Deci. nu. 36. ff. de iuſt. & iur. & idem Decius conſ. 487. n. 4. & 5.* † Quod tamen cum hoc moderamine recipiendum eſt, vt non omnibus verbis iniuriam verbalem repellere fas ſit, ſed illis tantum, quæ tendunt nõ ad vindictam, ſed ad excludẽdum crimen, vel iniuriam illatam: idoq. eum, qui vocauit aliquem furem, vel latronem, non permittitur rurſus reuocare furem, quia hoc tendit ad vindictam: ſed licitè dicimus, *Tu mentiris*, cùm hoc tendat ad defenſionem, *iuxta Bartol. in l. quæ omnia. §. 1. ff. de procur.* vel *Tu mentiris* vt fur, vel latro: cùm iſta verba ad vnum eundẽmque
* effectum tendant: † Et ſecundùm vulgò
1. receptam Doctorum ſententiam ex illis
2. verbis, quæ ad vnum eũdẽmque effectum
3. tendunt, diuerſæ iniuriæ non oriuntur, *ſe-*
4. *cundum eundem Bart. in l. item apud. §. ait prætor. numer. 2. ff. de iniur. de quo vide etiam Didac. Coua. Variar. reſol. libr. 2. c. 10. nu. 8. & Pet. à Plac. in Epit. delict. libr. 1. c. 1. n. 19.* quæ omnia, velut memoratu digna, non contemne.

ADDITIO.

Sciendum, quod exceptionem iniurioſam opponens, teneatur iniuriarum, *Socin. conſ. 118. viſa. numer. 4. Angel. conſil. 76. ſuper Oldrad. conſ. 53. conſueuit, in fin. VVeſembec. conſ. 22. Ne fruſtrà, n. 30.* maximè ſi eam non probarit, *Angel. in pract. in verb. iniurioſa. num. 16. Roma. conſ. 96. ſuper nu. 4.* Nec ſufficit in contrarium proteſtatio de non iniuriando, quia facto contraria eſt, quæ magis aggrauat, quàm releuat, *Iaſon & Dd. in l. vlt. ff. quod quiſque iur. & c. Canoniſtæ in c. cum te. de iniur.* & hanc eſſe communem confirmant. *Boſſ. in pract. crim. de iniur. numer. 21.* Aufre. *deciſ. Tholoſan. 49.* Item *Tiraq.* Ioan. *Andr. ad Specul. tit. de iniuriis verb. concipe Boer. conſil. 1. quod ad conſuet. Bitur. eſt impreſſum, per totum.* Et hæc quoque vt notatu digna huic obſeruationi tanquam cognata ex ipſius Domini Mynſingeri ſcriptis adiicienda putaui. A. Reyger.

OBSERVATIO XVIII.

Zoannet. in tra. defenſ. p. 3. num. 35. & ſeqq. A. Reyger.

Magiſtratui an, quando, & quatenus liceat reſiſtere?

1. *Iudici extraiudicialiter, & de facto procedenti, licitè reſiſti poteſt, ſiue grauamen ſit reparabile, ſiue non: & hoc communiter teneri.*
2. *Sin ſeruato iuris ordine iudex procedat, non licet ei reſiſtere, ſi damnum ſit reparabile: aliàs ſecus.*
3. *Iniquitas ſi non adpareat notoriè, & magiſtratui obtemperandum eſt.*

NOTABILIS & elegans quæſtio eſt, An magiſtratui liceat reſiſtere? in cuius determinatione variant Interpretes, ſed cùm meo tempore de eâdem in Cameræ iudicio controuerſia eſſet, in hunc modum diſtinguebant Domini, eámque ſententiam velut receptiorem, frequẽtius ſequebantur. † Nempe ſi iudex procederet extraiudicialiter, de facto, contra ius, 1.
quod cuilibet etiã priuato liceret reſiſtere: idque indiſtinctè, ſiue grauamen eſſet reparabile, ſiue non, *iuxta l. prohibitum. C. de iur. fiſc. Alexand. & communiter Dd. in l. ſed eximendi. §. item ſi quis. ff. ne quis eum, qui in ius, & c. Abb. c. conquerente, de reſtit. ſpoliat.* & in hoc conſentiunt Interpretes nemine diſcrepante, *vt dicit Robert. Mara.*

Digitized by Google

Mara.in diſput.1. numer.14.cum pluribus per
2. *eum allegatu.* † Sin autem iudex procederet ſeruato iuris ordine, tunc intereſt, an damnum ſit irreparabile, & ea ſpecie licitum eſt reſiſtere, *Maran.ibid.n.35.licet.Bal. videatur ſentire contrarium in d.l.vt vim.qu.* 7.an verò ſit reparabile: & tum, ſi quidem euidenter conſtet de iniuſtitia, licet reſiſtere, *per gloſſ. & Dd. communiter in d. l. vt vim.ib.*Iaſ.*num.19.Dec.n.26.&* Zoan. *n.43.*
3. † Si autem non conſtat notoriè iniquitas, magiſtratui obtemperandum eſt, cùm ſit permiſſa appellatio *per text. l.2.ff.de appel. Bart.&* Doctores *in d.l.vt vim. vbi Zoan.dicit hanc eſſe communem.*

OBSERVATIO XIX.

Vide Gail. 2. obſ. 124. Statutum tamẽ & conſuetudo ligat forenſem ratione bonorum in loco ſtatuẽti ſitorum. Hartm. Hart. in Miſcel.ca. 1. obſeru. 12. Sebaſtia. Medi. in tr. de legib.& ſtat.q. 12. p. 4. vid. Colet. p 1 c. 3. Dauth de teſtam. nu. 418. A. Reyger.

Conſuetudo, vel ſtatutum, de rebus, vel perſonis diſponens, an extra territorium extendatur?

1. *Statutum de hæreditate legitima aliter diſponens, quàm ius commune, an ad bona, extra territorium ſtatuentium ſita producatur, variant* Dd. *& Bart. in ea quæſtione diſtinctio. & num. 2.*

3. In *Camera contra Bartolum deciſum eſt, tale ſtatutum non valere extra territorium ſtatuentium, nulla diſtinctione attenta, ſiue ſtatutum in rem: ſiue in perſonam, conceptum ſit.*

1. SI lex † municipalis de hæreditate legitima, ſiue ab inteſtato aliter diſponat, quàm iure communi cautum eſt, an extendẽda eſſet etiam ad bona extra territorium illius loci ſiue ipſorum ſtatuentium ſita, controuerſum fuit in quadam ardua cauſa. Et quanquam in hoc dubio
2. Doctores varie loquantur: † (Bart.enim *in l.1.C.de ſum.trin. & fi.catho.* diſtinguendum cenſuit, an ſtatutum conceptum ſit in rem, vel in perſonam. Primo caſu, vt ſi ſtatutum dicat, quòd bona defuncti perueniant ad filium primogenitum, vel quòd bona deſcendentia deferantur ab inteſtato ad deſcẽdẽtes excluſis trãſuerſalibus, tunc debeant attendi ſtatuta eius loci, in quo bona ſunt ſita. Altera ſpecie, vt ſi ſtatutum diſponat, quód primogenitus ſuccedat, vel quòd aſcendentes ſuccedant ab inteſtato deſcendentibus, excluſis coniunctis ex latere, tunc ſtatutum porrigat etiã ſuas vires extra territorium ad quæcũque loca: quàm opinionem etiam ſequitur Ferrar. *in for.lib.quo pet.hæred.ex teſt.verb. vallatum.*) † Attamen Domini Aſſeſſores 3.
contrariam ſententiam iudicando amplexi ſunt, videlicet ſtatutum in ſucceſſione legitima aliter diſponẽs, quàm iure communi cautum ſit, nullatenus ad bona extra territorium eius loci ſita extendi, ſiue ſit cõceptum in rem, ſiue in perſonam: quam etiam, vt receptiorem, & magis communem firmat Alex. *conſ.128.n.16.vol.1.*Card. *Pariſ.con.84.n.43. vol.1.*

OBSERVATIO XX.

Teſtamentũ quot & quales regulariter debeat habere teſtes, Hartm. Hart. tit. 38. de teſt. obſ. 3.nu.13. Gail. 2.obſ. 123. Gabriel. lib. 4. concl. 4.de teſtam. Ioſeph. Lud. concluſ. 62. Petr. Greg. Tholoſa. lib. 42.c.5.nu.20. vide Rãděſ. de analog.li. 1.c.28.nu.40. 41. vbi remiſſiuè.

Numerus teſtium in teſtamentis requiſitus, an ſtatuto minui poteſt?

1. *Valere ſtatutum, quo ſolennitas numeri ſeptem teſtium in teſtamento ad minorem numerum redigitur.*
2. *Ætiologia huius axiomatis.*
3. In *teſtamento inter liberos duo, in teſtamento à ruſtico condito quinque teſtes ſufficere.*
4. *Statutum, quo numerus teſtium reſtrictus eſt ad minorem numerum ad bona extra territorium ſita extenditur, ex communi Dd.ſententia, quam Camera* Imp.*quoque approbauit.*
5. *Statuta permittentia id, quod iure communi in genere conceditur, ſed ratione ſolennitatis in ſtatuto contenta prohibitum, valent etiam extra territorium ſtatuentium.*

Tale ſtatutũ eſt Venetiis, vbi teſtamẽtum coram duobus teſtibus notario & Parocho Valet. Caſtell. in pr. tit. Inſt. de Teſtam.ord. n. 91. Sebaſt. Med. de legib.& ſtatut.

LEGE municipali, † ſiue ſtatuto induci poſſe, vt teſtamentum valeat coram
1.
duobus, tribus, vel quatuor teſtibus: & ſic poſſe diminui ſolennitatem numeri ſeptem teſtium, iure communi requiſitam, tradit Cyn. *Bart. Bald. Sali. Fulg.& poſt eos* Iaſ. *in l. 1. nu.37.* C. *de ſum. trin. & fide cath.* licet plerique contrà ſenſerint, *vt per eundem* Iaſ. *in l. cunctos populos. lect.* 1. *num.31.cum ſeq.& lectu.ſecunda numer.71. & ſeq. eod. titul.* Sed prior ſententia fre-

Digitized by Google

p.1.q.11.nu.4. vid.D.Tauth. de teſtam.n. 458. Actus ſecundum cõſuetudinem loci rectè & legitimè perfectus vbiq. vigorem ſuũ obtinet, Dn. Ludolph. Schrader. in L. admonẽd. nu. 261. ff.de Iureiurand. A.Reyger.

2. quentius obtinuit. † Et pro ea facit, quòd
ſolennitas ſeptem teſtium, eſt ſolùm in-
troducta iure ciuili, *l. hac conſultiſſima. C. de*
teſtam. & conſtat, aduerſus ea, quæ iure
ciuili diſpoſita ſunt, ſtatuta condi poſſe. §.
ſed naturalia. Inſt. de iure nat. gent. & ciui.
† Nam & Imperator ſtatuit, in teſtamen-
to patris inter liberos, duos teſtes, & à ru-
ſtico condito quinque ſufficere. Vnde ſi-
cut lege contraria Imp. hoc ſtatuit, ita e-
tiam ſtatuto, vel conſuetudine id fieri poſ-
ſe, dubium non eſt. † Sed an tale ſtatutum
extendat etiam ſuas vires ad bona extra
territorium ſita? & variè reſpondiſſe Dd.
refert Spec. *in tit. de inſtr. edit. §. compendioſè,*
3. *verſicul. quid ſi de conſuetudine.* Verùm
4. receptior opinio eſt, etiam in iudicando
in Camera obtenta, tale ſtatutum pro-
duci quoque extra territorium, quò ad
hoc, vt in bonis vbique etiam extra terri-
torium ſitis tale teſtamentum valeat, ra-
túmque ſit: ita vt hæres ſuccedere poſſit
in omnibus bonis vbicunque ſitus, & in
vniuerſum ius teſtatoris, quam opinionẽ
velut communem, firmant *Ferra. in for. libr.*
quo pet. hered. ex teſtam. & Bart. poſt. Cyn. in
d. l. cunctos populos num. 36. & 37. Iaſ. ibidem
num. 91. in 2. lect. Alexand. conſil. 445. vol.
3. Brun. in tract. quòd ſtant. maſc. &c. in 8.
artic. 25. quæſt. verſ. condito autem teſtamento.
Bald. conſil. 439. part. 4. per totum. Boer. ad
conſue. Bituricen. titul. de couſtumes concer-
nant leg. teſtam. §. 1. Archa. conſil. 163. numer.
* *& Pariſ. conſil. 12. vol. 3.* qui omnes ean-
5. dem communem fatentur. † Vulgò enim
receptum eſt, ſtatuta permittentia id,
quod ſecundum iuris communis diſpoſi-
tionem in genere quidem permiſſum eſt,
ſed ratione ſolennitatis, de qua ſtatuto diſ-
ponitur, prohibitum, extra territorium
vigorem ſuum producere, non quidem, vt
talis actus, ſecundum ſolennitatem ſtatuti
extra territorium etiam à ſubdito cele-
bratus, ſit validus, ſed ad hoc, vt intra
territorium etiam à non ſubdito celebra-
tus, vbique locorum teneat: non tantùm
in his bonis, quæ habuit in loco, vbi a-
ctus geritur, ſed in omnibus vbique loco-
rum ſitis: *vt firmant Dd. ſuprà allegati.*
Vide etiam Villalup. in commun. opi. verbo
teſtamentum. nu. 57. & Porc. lib. 5. commun.
opi. conclu. 29. in pr.

OBSERVATIO XXI.

Princeps an poſſit pro elocanda filia ſuos ſubditos collectare?

Vid. Vaſq. in illuſt. cõtro. ca. 7. nu. 3. copioſè. Vaſallus & ſubditus Domino tenetur ad charitatiuũ ſubſidium. Hart. Hart. in tit. 54. de feud. obſ. 30. nu. 1. A. Reyger.

1. *Subditi an collectari à principe poſſint pro elocanda filia, inter Dd. controuerti.*
2. *Opinio negatiua à quibus teneatur.*
3. *Opinio affirmatiua: & eam eſſe communiorem, paſſimq. in Germania receptam.*

IN hac quæſtione, † Num princeps poſſit
ſuis ſubditis imponere collectas pro fi-
lia ſua matrimonio collocanda? variant 1.
Dd. † Nonnullis exiſtimantibus, id ipſum 2.
facere nõ poſſe, *Paul. de Caſt. in l. neminem,*
numer. 3. C. de ſacroſanct. Eccleſ. idem poſt
Ioan. Fab. in l. 3. num. 2. C. de ſta. & imag. per
text. ibi expenſis proprijs ſtatuam collocari
præcipimus l. cùm ſatis, §. caueant, C. de a-
gri. & cenſi. libr. 11. & plenè Boer. deciſ. 126.
num. 6. vbi pro hac negatiua opinione plu-
res autoritates congeſſit, & Vaſq. libr. 1 con-
trouerſ. illuſt. c. 7. num. 3. † Alijs contrà cen- 3.
ſentibus dominum ſcilicet elocãdo filiam,
poſſe ſuos ſubditos onerare collectis: *Ac-*
cur. in verb. canonicam, l. placet, vbi etiam
Iaſ. in republ. eiuſdem l. num. 19. C. de ſacroſ.
Eccleſ. Specul. titul. de feud. §. quoniam, numer.
67. verſic. & nota. quòd vaſalli Comitum,
Alb. Roſ. in ſuo Dictio. verb. dominus. A-
lexand. conſil. 35. num. 3. vol. 2. Clauaſ. in ſum.
Angel. verb. taliam verſ. ſed quando, &
in ſum. Roſel. verb. dominus. verſic. an au-
tem in aliquibus caſibus. Iacob. de S. Georg.
de feu. verb. qui quidem inueſtiti præſtite-
runt iuramentum, num. 76. verſi. circa aliam
caſum. & nouiſſimè Zaſ. in epit. feud. part. 7.
cap. ad quid vaſallus domino, & dominus
vaſallo teneatur. numer. 50. verſi. tenetur etiam
vaſallus. † Et hanc ſententiam communio- 4.
rem eſſe, Laur. Kirch. aſſerit *cent. 5. com. o-* *
pin. concl. 77. quæ etiam in Germania ex
communi vſu Principum paſſim obtinet:
eandémque in praxi obſeruari teſtatur
Reſtaurus. Caſtald. *in tract. de Imp. quæſt. 57.*
in 12. vol. tract.

OBSERVATIO XXII.

Forenſes an collectari poſſint de bonis, ſiue rebus ſitis in territorio collectantis, vel non?

Vide Gail. li. 2. de pignor obſer. 15. nu. 11. lib. 2. obſ. 52.

1. *Quod*

nu.11. & ſeq. & ibi not. collecta imponitur potiſſimũ rei, ideo tenetur ad eam quilibet poſſeſſor, etiamſi nõ ſit Dominus. Hart. Hart. tit.52 de cenſib.obſ.5. n.1. & per diſcurſum. Gail.2.obſer. 52 & 53.

1. *Quod collecta etiam forenſibus de bonis in territorio collectantium ſitis imponi poſſint, plures* Doctores *tenere.*

2. *Negatiuam & contrariam opinionem, quod non poſſint, ſed collectari debeant in proprio territorio de bonis etiam alibi ſitis: receptiorem eſſe, & de iure veriorem.*

3. *Ætiologia huius poſterioris opinionis.*

4. *Hanc quæſtionem in Camera ſæpe controuerſam eſſe, ſed ſemper indeciſam manſiſſe.*

5. *Eandem vtcunque veriorem & communiorem, in multis caſibus non habere locum, ſed in iis priori opinioni ſtandum eſſe, vt numero 6. 8. 9.10.*

7. Ad *conſuetudinem collectandi forenſes, quantum tempus requiratur.*

CONFLICTANTVR non parum Interpretes, num forenſes teneãtur collectas ſoluere de poſſeſſionibus, ſiue bonis in territorio collectantium exiſtentibus?
1. † Nam quòd collectæ illis imponi valeãt, & ad earundem ſolutionem aſtringantur, plurium eſt opinio: *And. de Iſer. cap. 1. quæ ſint regal. verb. condemnationum, dum dicit, collectam eſſe munus patrimoniale: & clarius ibi hoc voluit* Bald. *col. fin. ver. item collecta. Dec. conſi. 644. col. pen. Curt.* Iun. *con.69.* Alex. *con. 52. circa fi. vol.5. & in Apoſtil. ad Bart. in l. reſcripto, §. fi. ff. ad municip. idemque ſentit* Paul. *de* Caſtren. *in l. inter de-*
2. *bitorem col.1 ff. de pact.* † Negatiuam autem & contrariam opinionem, nempè quòd collectari forenſes nõ poſſint de ſuis poſſeſſionibus, niſi in proprio territorio, vbi collectantur de bonis etiam alibi ſitis, Interpretes frequentiùs ſecuti ſunt, *vt teſtatur Bar. in l. libertus, §. ſola. ff. ad municip. & ſimiliter omnes ita tenere dicit* Corn. *conſil.23. videtur num.3. vol. 1. cui adde eundem Bart. in l.1. colum.3. ver. ſed quæro, cui, Cod. de mulier. in quo loco lib.11. in l. munerum, §. patrimoniorum, ff. de mun. & hon. Bald. d. §. ſola, & in l. cùm neque,* C. *de incol. lib.* 10. *Fed. de Senis conſi.151. col.2.* Imo. *conſi.48. Guid.* Pap. *deciſ.396. & conſil.61. circa fi. Alexan. conſil. 78. colum.1. verſi. ſi vult ſe fundare, & col. pen. ver. minus etiam, & conſil.38. vol.2. & conſil. 52. vol.5.* Curt. *Iun. con.60. & 61. vbi aſſerit, hanc eſſe communem,* & eam de iure veriorem eſſe dicit *Roland. à Valle con.32. nu.8. & M. Ant. Natta. con.160. n.7. & ſeq.* † Vbi 3.
etiam adducit *ex* Sal. *in l. neminem,* C. *de ſacroſanct.* Eccleſ. rationem naturalem: nẽpè quòd ratione rerum poſſeſſarum non teneantur forenſes ſubire onera, quia nec honores, nec commoda loci percipiũt: ergo nec collectis grauari debent: & allegat hoc in terminis decidentem *Calder. con.6. quidam ciues Imolenſes, ſub tit. de cenſibus.*
† Et ſanè hæc quæſtio meo tempore non 4.
ſemel coram dominis Aſſeſſoribus in cõtrouerſiam venit in Camera, præſertim quando in publicis comitiis Imperij aduerſus Turcam, Imperatoribus Carolo & Ferdinando, à Statibus decretæ ſunt collectę. Tunc enim, cùm ſeculares Principes vellent collectare ſubditos Eccleſiaſticorum principum de bonis in ipſorum territoriis exiſtentibus, ipſis grauiter reluctati ſunt principes Eccleſiaſtici: & quandoque hæc controuerſia ad ipſum Imperatorem delata eſt, vt in ea determinaret quid certi: ſed hactenus ea manſit indeciſa. † Reti- 5.
nendo tamen poſteriorem ſententiam, velut iure veriorem, magíſque receptam, ſciendum eſt, eam non ſemper obtinere.
† Quid enim, ſi ciuitates, aut alij 6.
ſuperiores haberent priuilegium collectandi forenſes de ſuis poſſeſſionibus? aut inueterata id conſuetudine obſeruaſſent? *iuxta Bart. d. l.1. col.4. & d. l. cùm neque. Alexand. conſi.101. colum.3. volum.1. & dict. conſi.52. volum.5. & conſil.78. col. penul. volum.6. Guid. Pap. deciſ.397. & 87.* & dicit Bart. talem conſuetudinem vigere communiter per Italiam, *in d. l.1. col.4. in fin & d. §. ſola.* Et quamuis Bartol. *in d. l. cùm neque.* exigat conſuetudinem temporis immemorialis: tamen Alexand. *conſi.* 68 *numer.11. vol.2.* & Curt. *conſi.60.* quadraginta annos ſufficere cenſent. Iaſon verò *in l. de quibus, ff. de legib.* & Balb. *in tracta. præſcript.2. part.5. part. princip. in 6. quæſt.* requirunt duntaxat decem annos: *de quo vide* Aymo. *Gra. de antiq. temp. in quarta parte numero centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo.* Quid item ſi prædia eſſent effecta tributaria?

Digitized by Google

Bart.d.§.ſola.& d.l.reſcripto.§.vlt.ff.de mun.
8. *& ho.Bald.conſi.237. vol. 3.* † Vel collecta imponeretur à ſupremo principe, cui non modò locus, in quo collecta ſoluenda eſt, ſed & perſona, quæ vt forenſis, recuſat ſolutionem, ſubiecta ſit? *Bart.d.l.1.col.4.verſi. cui imponitur Paul. de Caſtr. conſi.386. parte 1.Socin.conſi.128.ver.ſed prædictis.Ruin.con.3.*
9. *vol.3.* † Vel forenſis collectas pro poſſeſſionibus alibi ſitis in loco domicilij non
10. ſolueret? *Gui.Pap.deciſ.67.* † Vel denique lege municipali cautum ſit, vt quicunque bona immobilia in eo loco habeat, ad collectas ſoluendas debeat eſſe obnoxius? *Bald.l.vnica,col.6.& ibi gloſſ. C. deſent.qua pro eo, quod int. Alex.d.con.101.col.3.vol.1.& con.68.col.4. vol.2.* Sanè prædictis caſibus priorem opinionem præualere, collectaríque poſſe forenſes pro poſſeſſionibus in ipſius collectantis territorio ſitis, certum eſt *per autoritates iam allegatas: quibus adde Pariſ.con.25. vol.1. &* Iacob. *Phil.Port. lib.5. com.opin.concluſ.3.*

OBSERVATIO XXIII.

Vide Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 15. num.8. Confeſſus in criminalibus non habetur pro condemnato. Hart. Hart. tit. 22. de pact. obſ. 1.nu.6.

De confeſſione metu tormentorum facta.

1. *Confeſſio abſque indicijs metu tormentorum extorta non præiudicat, etſi ſæpius, & quidem iudicialiter, ratificata ſit.*
2. *Et hanc ſententiam communiter teneri.*
3. *Ampliationes ad hoc dogma remiſſiuè.*
4. *Inuehitur in magiſtratus criminales noſtri temporis.*

1. CONFESSIO † facta metu tormentorum indebitè, & nullis legitimis præcedentibus indiciis, confitenti non præiudicat, nec ex ea reus poteſt condemnari, etiam millies & iudicialiter ratificata, *gl.eſt ſingularis in l.pen.& ibi Bart.ff.de quæſt. Ang.l.1.C.de confeſſ.& in l.2.Cod.quo.appel.*
2. *non rect.Sali.l.2.col.fi.C.de cuſt.reo.* † Et hanc eſſe communem Dd. opinionem, refert *Alex.in l.qui in aliena.§.vlt.in fin.ff. de acqui.hæred.idem Alex.conſi.5. lib.1. conſi.179. lib.2.conſil.1.lib.3.& conſ.93.lib.1.& Hippol. conſil.8.in cauſa magiſtri Ioannis.verſic. nam confeſſio, idem conſil. 45. licet allegationes. in princ.Ioan.de Ana.con.23.& Roma.conſ.267. Ioan.de Arno.commen.111. 113. 117. & Capy. deciſ.15.* † Et ad hoc dogma vide multas 3.
elegantes ampliationes apud Lud. Care. *in ſua pra.crim.in prin.& num.181.& ſeq.* ad quem lectorem remitto. † Et prædicta 4.
obſeruanda ſunt diligenter noſtro tempore aduerſus magiſtratus, qui ſine præcedentibus indiciis contra captiuos quãdoque ſtatim ad torturam properant, & ſi reus extra torturam ratificet id, quod metu tormentorum confeſſus antea fuit, mox eum condemnant: imò tales iudices puniendi ſunt, cùm innocentes cenſeantur damnare, *per ſuprà dicta.*

OBSERVATIO XXIV.

De pœnis mulieris ad ſecunda vota tranſeuntis.

Gail. 2. obſ. Add Gabr. lib. 3. R. tit. de ſecund. nupt. concl. 3. Pœnæ ſecundarũ nuptiarum an & quatenus ſint ſublatæ, vid. Hartm. Hartm. tit 32. de nup.obſ. 5.per tot. A.Reyger.

1. *Mulier ſecundò nubens quicquid lucri ex prioris mariti bonis conſecuta eſt, id omne ad liberos primi matrimonij pertinet.*
2. *Ampliationes prædicti dogmatis: & nu.3. 4.& 5.*
6. *Eiuſdem limitationes & fallentia 1 & ſeq.n.vſque ad finem.*

ELEGANS & tritum dogma eſt, † quòd 1.
fœminæ ad ſecundas nuptias tranſeũtes, quicquid titulo lucratiuo de prioris mariti bonis cõſecutæ fuerint, liberis primi matrimonij conſeruare ſint obnoxiæ, *per text.in l. fœmina. Cod. de ſecundis nup. l. generaliter.eod.tit.& §. ſi verò expectet. Nouell.de nuptijs.Fulg.con.49.& 63.* Corn.*conſ. 309.vol 3.& Oldr.con.33.in 2. quæſt.* † Quod 2.
procedit, etſi filij prioris matrimonij non ſint hæredes patris præmortui, ſed ipſius matris lucrantis, ſiue in totum, ſiue pro parte tantùm, *per text.in d.l.generaliter,in fi.& Paul.de Caſt.conſi.150.vol.2.* † Itẽ pro- 3.
cedit, etiamſi filij renunciaſſent bonis paternis, vel maternis, *iuxta Guid.Pap.deciſ. 218.Dec.con.206 230.& 396* Si tamen renunciatio ſit facta ante tranſitum ad ſecũda vota: ſecus, ſi poſt tranſitum, & ſic poſtquàm iam cœpit competere ius, *Paul. de Caſt.*

Digitized by Google

Caſt. con. 312. ſecundum antiq. impreſſ. Dec.
d.conſ.206. in fi. & rub. C. de ſecund. nupt. col.
4. *pen.* † Quòd & ad nepotes ex filiis ſuſce-
ptos, patribus prædefunctis extenditur:
ita tamen, vt ſi extent filij & nepotes, ſuc-
ceſſio fiat in ſtirpes, & non in capita, *Ber-
tran. conſi. 166. vol 1 & Ripa in d. l. fœmina, in*
5. *6. quæſt.* † Amplius putat Ripa *ibid. quæſt.* 15.
ſuprà dictum dogma etiam locum habere
in muliere, non tranſeunte ad ſecundas
nuptias, ſed aliàs luxurioſe viuente poſt
obitum mariti: *quod etiam voluit* Ioan. *de
Garro. in auth. ex teſtamento, num. 30. C. de
ſecundis nuptiis. & Alex. in apoſtil. ad Bart.*
6. *in d. l. fœmina.* † Aliquoties tamen
prædicta concluſio ceſſat. Quid enim, ſi
mulier ſecundo nubens nullos ex priori
coniugio liberos ſuſcepiſſet? vel ſuſcepiſ-
ſet quidem, ſed ij tempore tranſitus ad ſe-
cundas nuptias, vel etiã poſteà: ante mor-
tem tamen matris, deceſſiſſent? *gloſſ. 2. in d.
l. fœmina. Bal. con. 153. in 1. dub. part. 5. Bart.
& Bald. d. auth. ex teſtamento,* Alex. *conſil.
63. vol. 5. & conſ. 111. vol. 7. & eſt bonus tex.
in §. quoniam infirmitas. Nouell. de nupt. An-
char. conſi. 278. Matth. in tract. de ſucceſſ. ab
inteſt. num. 55. Nic. de Vbal. in eo tract. in 2.
part. numer. 11. licet Bolog. in d. tract. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. numer. 56. & Ioan. de Garro.
in d. auth. ex teſtamento, num. 50. & ſeq. con-
trarium teneant, quando filij poſt tranſitum*
7. *ad ſecunda vota morerentur.* † Quid i-
tem, ſi mater ſecundò nupſiſſet de con-
ſenſu prioris mariti, vt quia is in teſtamẽ-
to vxori licentiam dediſſet tranſeundi ad
ſecundas nuptias? *gloſſ. in §. aato. verb. ſine
viri. Nouel. de nup.* Bal. *d. l. fœmina, in 2.
lect. verſi. item nota, quod & l. filius quem
habentem, verſi. nota. tamen, vbi etiam Paul.
de Caſt. &* Iaſ. *C. famil. erciſc. & conſi. 336.
par. 1. Rom. con. 219. & ſing. 252. Capol. caut.*
336. Dec. *rub. C. de ſecund. nupt. col. pen. idem
in c. Eccleſia S. Maria, num. 35. de conſt.* &
licet Bertran. *conſil.* 280. *vol. 2.* & Ripa *in d.*
* *l. fœmina, q. 11.* in contrarium diſputent: ta-
8. mẽ prior opinio magis recepta eſt: † Quid
denique ſi filij ipſi ex primo coniugio ſuſ-
cepti conſenſiſſent matri, tranſeunti ad ſe-
cunda vota? nam tunc ceſſabit ſuprà dicta
doctrina, *per gloſſ. in Nouel. de non elig. ſec.
nub. verb. copulantur, Rom. d. conſil. 219. &
ſing. 252. Ang. conſil. 396. 2. par. Nic. de Vbal. d.
tract. de ſuc. ab inteſt. par. 2. nu. 10. Ripa d. l.
fœmina, quæſt. 14. & Boer. deciſ. 185. vbi etiam
videtur velle, quòd tacitus filiorum conſen-
ſus, non conquerentium de matre ad ſecun-
das nuptias tranſeunte ſufficiat: quod &
Bal. voluit in d. auth. ex teſtamento. c. pen.
verſ. modò quæritur, vtrum, & conſil. 206. par.*
4. † Idem quoque eſt, ſi ratificent filij 9.
poſt tranſitum ad ſecunda vota, *vt per*
Dec. *d. rub. de ſecund. nupt.* & ſufficit etiam
conſenſus tutoris filij impuberis, *vt decla-
rat* Bertran. *conſi. 5. col. fi. vol. 1.* † Sed & ſi 10.
princeps nubendi licentiam dediſſet, vel
mulier eſſet minor 25. annis, putat Boër. *in
d. deciſ.* 185. non eſſe locum ſuperiori regu-
læ: quod non contemne.

Additio.

Sæpè quæri ſolet, an ornamenta mulie-
bria à marito vxori tradita, eo mortuo v-
xoris ſint? Dd. communiter diſtinguunt
inter veſtes ad vſum cotidianum neceſſa-
rias, & precioſas ad ornatũ tantùm perti-
nentes: vt priori caſu maneãt vxoris, alte-
ro non maneant, ſed ab hæredibus mariti
poſſint repeti *Afflict. late deciſ. 315. & ibi in-
ra.* Verùm in Camerá Imp. concluſum, in
hac quæſtione conſiderari debere faculta-
tes, dignitatem & nobilitatem viri, vxoris
quoque familiam, & dotis amplitudinem:
prout etiam diſtinguit *Afflict. loco iam alle-
gato: & tex. eſt* ad hoc elegans *in l. pen. ff. de
aliment. & cibar. legat. l. plenum. §. equitij
ff. de vſu & habitat. Bald. in l. 1. C. de fidei-
commiſſ numer.* 1. vbi dicit: Quòd hæres iuſ-
ſus veſtire viduam, teneatur eã veſtire ſe-
cundum qualitatem viduæ. Ad quod vide
etiam Afflict. *in c. 1. n. 16. & ſeq. tit. ex quibus
cauſ. feud. amitt.* Quemadmodum ipſemet
Auctor harum obſeruationum, in fronte,
hæc ſuâ manu annotauit. Et ſingularem de
hâc quæſtione ſcripſit obſeruationem Dn.
Gailius, *lib. 2. obſ. 91. quibus adde Iul. Clar. §.
donatio. q. 10. Chaſſan. in conſuetud. Burgund.
Rubr. 4. §. 6. verſ. 6. & JCtum eminentiſſimum
Dn. H. Hamelium in mater. donat. & in mat.
act. pro dot. repet. Menoch. Arbitr. iud. q. li. 2. c. 3.
caſ. 218.* A. Reyger.

OBSERVATIO XXV.

Quamlibet rẽ in dubio cenſeri liberam.

Gail. 2. obſ. 69. num. 4. Ad Maſc. & ibid. not. de probat. concl. 79. Gabriel de feu. lib. 2. concl. 3. Schrad. p. 3. c. 4. nu. 54. A. Reyger.

& allodialem, non feudalem: fallit tamen aliquoties.

1. *Qualibet res in dubio libera & allodialis præſumitur, non feudalis: ideóque feudalem aſſerens, probare debet.*
2. *Et hanc eſſe communem.*
3. *Si contentio ſit inter defuncti vaſalli filiam, & ipſum agnatum maſculum aſſerentem bona defuncti feudalia, præſumptio eſt pro filia, ea eſſe allodialia: & ipſa tantiſper in poſſeſſione earum rerum tuenda eſt, donec agnatus probet feudalia eſſe: fallit, vt num. 4.*
5. *Ampliatio eiuſdem, etſi contentio ſit inter Dominum & filiam.*
6. *Limitationes ad ſuprà dictam concluſionem recenſentur. & nume. 7. 8. 9. 10. & 11.*

1. TRIVIALE eſt, & tyronibus iuris notum, † quamlibet rem in dubio præſumi liberam: & ideo aſſerenti rem aliquam eſſe feudalem, incumbit probatio, cùm in dubio cenſeatur allodialis, & non feudalis, *Bald. in c. 1. de vaſ. qui con. conſt. Loth. & c. 1. tit. ſi de feu. fue. cont. inter do. & agn. idem in l. libertas, ff. de ſtat. ho. Hoſt. &* Ioan. *And. in c. vlt. verb. reſpondere, de iudi. & c. nimis, de iureiur. idem Io.* And. *ad Spec. tit. de feud. §. quoniam ſuper verſ. 21. in add. incip. ceſſante,* A*lb. Brun. conſil. 1. vbi multas autoritates cumulat, &* Curt. Iun. *conſ. 108. nu. 15. & conſ. 140. nu. 4. & conſ. 184.*
2. *num. 1.* † *Vbi hanc ait eſſe communem: cui adde, quæ ſcribit Alc. in tract. de præſu. in 2. re in 3. præſu. facit etiam l. altius, cum ibi traditis, C. de ſeruit. & quod latè conſuluit* Alex. *conſ.*
3. *15. vol. 5.* † Quare ſi controuerſia oriatur inter filiam defuncti vaſalli, & agnatum maſculum aſſerentem bona eſſe feudalia, præſumptio erit in fauorem filiæ, quòd ſint allodialia: & ideo filia tuenda erit tali ſpecie in poſſeſſione earum rerum, vſque ad finem litis, *per d. text. in c. 2. Bald. & Dd. ibidem, & in cap. 1. de cont. inter maſcul. & fœm. poſt gloſſ.* vbi dicit Bald. etſi agnatus poſſideat, filiæ tradendam poſſeſſionem, & agnatum conſtituendum eſſe petitorem, & niſi probet, eum debere ſuccumbere. Niſi fortè præponderarent probationes 4. agnati ex aliquibus qualitatibus aliarum fortiorum probationum: quia tunc accedentibus XII. ſacramẽtalibus, ipſius agnati probatio præualeret: aliàs fœmina præferenda eſſet propter ſuprà dictam iuris præſumptionem, quæ pro ea militat, ſaltem cum XII. ſacramentalibus, vbi agnati aliquid probaſſent, quod præſumptionem pro ipſis induceret: *ita Bald. And. de Iſer. & alij in locis ſuprà citatis.* & ita concluſerunt Domini Camerales in ardua quadã cauſa meo tempore, cùm lis eſſet inter filiam cuiuſdam Comitis, & eius agnatos, &c. † Et prædicta obtinent, etiamſi contentio 5. ſit inter dominum & filiam, aſtruente domino, aliqua bona eſſe feudalia filia reclamante: quia filia pariter, tanquam hæres patris, retinenda erit in poſſeſſione, cum pro ea ſit præſumptio, *per text. & ibi not. in c. defuncto, ſi de feud. def. cont. ſit. Brun. d. conſ. 1. col. 2.* Et prædicta obſerua, velut ſingularia, notatúque digna. † Aliquoties 6. tamen ſuprà dicta concluſio non procedit: vt ſi pro eo, quòd res ſit feudalis, concurrat fama, & fumus in antiquis, *vt declarat* Alex. *d. conſ. 15. lib. 5. refert & ſequitur Iaſ. in l. ſi priuſquam col. 14. verſ. 2. limita. ff. de no. oper. nun.* † Vel princeps narraret 7. in inueſtituris, dicta bona eſſe feudalia, Alex. & Ia*ſ. in iam allegatis locis: idem* Iaſ. *conſ. 235. vol. 2.* † Idem obtinere plerique 8. aiunt, quando Eccleſia concedit iuriſdictiones, vel penſiones: quia præſumitur in dubio concedere in feudum, *Iaſ. vbi ſuprà. Curt. Iun. d. conſ. 158. Ruin. conſ. 22. vol. 1.* † Sed etſi dubitetur de latitudine præ- 9. diorum feudalium, præſumptio eſt, tota eſſe feudalia, & eiuſdem qualitatis, ſi nullæ appareant notæ diuerſitatis: *ita declarat Iaſ. in d. conſ. 235. in fin. & facit ad hoc text. in cap. 1. in fi. & ibi gloſſ. de cont. inter maſc. & fœmin. de bene. & ibi* A*luar. idem Iaſ conſ 12. vol. 1.* Item ſi poſſidens rem, in præteri- 10. tum præſtitiſſet aliquid principi territorij, in ſignum ſubiectionis, volunt nonnulli præſumi rem eſſe feudalem, *Spec. tit. de loca. Afflict. poſt Iſer. ſuper conſt. reg. lib. 1. rub. de offic. iuſticiarij.* † Idem, ſi præſtaretur 11. ſeruitium perſonale *Tho. Gram. deciſ. 76. n. 1. & ſeq.*

OBSER-

OBSERVATIO XXVI.

Teſtis inhabilis partiũ cõſenſu productus, fidẽ facit.
Gail. 1. obſ. 100 n.18.
A.Reyger.

Si vtraque pars litigantium in vnum teſtem conſentiunt, an is plenam fidem faciat, & iudex eius aſſertionem in iudicando ſequi poſsit?

1. *Valdè controuertitur inter Dd. ſi partes litigantes vnius teſtis aſſertioni ſtare velint, an iudex eidem ſtare obligetur?*
2. *Negatiua opinio.*
3. *Affirmatiua opinio magis communis, eadémque in Camera velut æquior, & melioribus rationibus ſuffulta adprobata, cum aliquo tamen temperamento. vt num. 4.*

1. CVM in quadam cauſa vterque litigatorum omnem ſuam controuerſiam vnius teſtis aſſeuerationi, ſeu depoſitioni, mutuo conſenſu commiſiſſent, dubitatum fuit à Dominis Cameralibus, verùm tali caſu ex conuentione, & conſenſu litigantium iudex teneretur ſtare illius vnius te-
2. ſtis aſſertioni? † Et plerique putabant, eum non teneri, allegantes ad hoc *gloſſ. Dyn. & Ray. in l. Theopompus, ff. de do. præleg. & Bar. in l. 1. §. vlt. nu. 2. ff. de verb. oblig. vbi Alcia. num. 23. & ſeq. ait, hanc opinionem eſſe communem, & Alex. con. 47. num. 4. vol. 1. & con. 54. n. 1. vol. 2. idémque Iaſ. voluit in l. iuſiurandum quod ex conuentione, colum. 2. ff de*
3. *iureiur.* † Alij verò in contrariam ſententiam maiori numero inclinabant, quod ſcilicet conuentione, & conſenſu litigantium fieri poſſit, vt teſtimonio vnius teſtis plena fides adhibeatur, *Spe. titulo de teſte. §. reſtat. 14. fallen. Roman. Alexan. Aret. & Moder. tenuerunt in d. l. 1. §. vlt. item Crotus in tra. de teſt. 5. part. col. 2. & gl. in c. veniens, 1. & c. licet vniuerſis, de teſt. vbi etiam Dd. communiter.* Sed & Iaſ. *in præalleg. §. vlt. num 8.* hanc opinionem magis receptam aſſerit.
4. † Quam etiam Domini in ſuprà dicta cauſa, tanquam magis æquam, & melioribus rationibus ſuffultam, amplexi ſunt, cum hoc tamen grano ſalis, ſiue temperamento, vt intelligatur procedere quando conſenſus præſtatur certæ perſonæ, & nominatim quo ad certum negocium, ne aliter præbeatur anſa fraudibus & falſitatibus, *iuxta Ang. in l. pactum inter hæredes, ff. de pactis: vide etiam ibi Aret. n. 40. Soci. n. 3. Iaſ. num. 9. & Alciat. num. 28. in d. l. 1. §. vlt. ff. de verb. oblig. idque pro conciliatione pugnantium harum opinionum obſerua.*

OBSERVATIO XXVII.

Quibus caſibus aliquis cogi poſsit vendere rem propriam?

1. *Regulariter nemo cogi poteſt, rem vendere propriam.*
2. *Hanc regulam fallere in multis caſibus: remiſſiuè.*
3. *Si ciuitas vel Reſpub. aliqua annonæ inopia premattur, tunc quis cogi poteſt ſua frumenta vendere iuſto precio, à Principe, vel magiſtratu definito: & hoc communiter tenetur.*
4. *Exponenti publicè res proprias venditioni, quæ ad victum & veſtitum hominum pertinent, iuſtum definiri precium poteſt: ſub quo vendere debeat.*

TAMETSI regula, † neminem cogi 1.
poſſe, vt inuitus rem vendat propriã, *iuxta l. inuitum, C. de contrah. empt. l. nec emere. Cod. de iur. delib. & l. inuitos. Cod. loca.*
† Tamen multi ſunt caſus, in quibus prę- 2.
dicta regula ceſſat, cogique poteſt quis vendere iuſto precio res proprias, quos apud gloſſ. & Dd. reperire eſt *in d. l. inuitum. Alb. & Iaſ. poſt gloſſ. in d. l. nec emere. Rom. l. 1. ff. ſolut. matrim. Afflict. in proœm. conſt. Neap. quæſt. 3. Bald. & Ang. l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarij, ff. de vſufr. & Tiraqu. in tract. de retract. lib. 1. in præfat. num. 15. & §. 3. num. 1. Soc. tract. fallen. reg. 435. vendere rem ſuam nemo compellitur.* † Inter 3.
cæteros verò caſus ille eſt memorabilis, quem in Camera Imperiali amplexi ſunt domini Aſſeſſores iudicando, videlicet ſi reſpublica, vel ciuitas aliqua prematur annonæ inopia, tunc etſi quis merces venales non expoſuiſſet, nec eas publicè vẽditioni obtuliſſet, nihilominus ad vendẽdũ cõpelli poteſt, vbi reſpub. annonæ inopia grauatur, & quidẽ iuſto precio, à principe, vel magiſtratu definito: ne quis liberè

Digitized by Google

res neceſſarias hominum alimentis quocunque precio grauiſſimo quidem ob rei penuriam vendat: & hoc colligitur *ex l. 1. C. de Epiſc. aud. vbi Bart. & alij* Interpretes *communiter, Panorm. & cæteri Canoniſtæ omnes in c. 1. de empt. & vendit. idem Bart. l. annonam, ff. de extra crim. Luc. de Pen. eleganter in l. 1. C. de qui. mu. ne. lic. ſe excuſ. lib. 10. verb. tempus & Fel. in d. c. 1.* vbi Moder. fatentur,
4. hanc eſſe communem opinionem. † Ceſſat quoque ſuprà dicta regula vbicunque quis exponeret publicè res proprias venditioni, & iſtæ res pertinerent ad victum & veſtitum hominum. Etenim æquum eſt tùm, ac reipub. conueniens, etiam ceſſante inopia rei, quòd publicus venditor cõpellatur iuſto precio vendere res, quas venditioni expoſuit, *per text. in d. l. 1. C. de Epiſ. aud. gloſ. in l. non enim, & ibi* Dyn. *& Bar. ff. rer. amot. & quamuis* Iaſ. *in d. l. nec emere*, contrarium docuerit: tamen in his quæ pertinent ad victum, ſine dubio prior ſententia obtinet, *iuxta Alber. in d. l. non enim, poſt alios huius opinionis autores*: quæ frequentiùs etiam recepta eſt, vt audacter aſſeuerant Moder. *in d. c. 1. &c.*

OBSERVATIO XXVIII.

Gail. 2. obſ. 111. n. 14. Teſtamentum imperfectū dupliciter dicitur Hart. Har. tit. 38 de teſt. obſ. 3. n. 6. & 7. A. Reyger.

Teſtamentum ratione voluntatis imperfectum, nec quò ad pias cauſas, neque inter liberos, valet.

1. *Teſtamentum ſi ſit imperfectum ratione voluntatis, an ſaltem vires habeat quò ad pias cauſas?*
2. *Affirmatiua opinio.*
3. *Negatiua in Camera recepta, tale teſtamentum, nec quò ad pias cauſas, nec aliàs valere.*
4. *Sed nec inter liberos ſeruandum eſſe.*
5. *Limitatio ad prædictum dogma.*

1. TESTAMENTVM † imperfectum ratione voluntatis, vt quia teſtator inceperit condere, ac conficere teſtamentum ipſum, ſed poſteà non abſoluerit, nec pro abſoluto habuerit, ſuperueniente aliquo impedimento, dubitatum fuit in quadam cauſa, an valeret ſaltem quò ad pias cauſas? Et † Abb. *in rub. de ſucceſ. ab inte. lato.* cũ nonnullis aliis ibi ab eo relatis, cenſuit, iſtud, quò ad pias cauſas, valere, ex fundamentis ibidem aſſignatis: quæ videri 2.
poſſunt. † Sed contrariam ſententiam, 3.
tanquam veriorem, & validioribus ſubnixam rationibus amplexi tum ſunt domini Aſſeſſores, nempe huiuſmodi teſtamentum ratione voluntatis imperfectum, prorſus viribus deſtitui, *per gloſſ. Bart. & cæteros Interpretes communiter, in l. ſi quis ff. de teſtam. & l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. eod. tit. vbi præ cæteris Curt.* Iun. *latiſſimè numer.* 4. & hanc eſſe communem, apparet ex iis, quæ fusè refert Boër. *deciſ. 93. numer.* 10. *& deciſ. 140. numer. 4. cum ſeq.*
† Quinimò tale teſtamentum nec inter 4.
liberos ſeruandum eſſe, aut valere, tradunt frequentiùs Dd. *poſt Bar. in d. l. ſi is qui & d. §. ex imperfecto, cum congeſtis per Iaſ. conſil. 155. in cauſa & lite, libr. 2. vbi hanc eſſe communem aſſeruit: idem conſil. 51. conſulitis, lib. 1. & Deci. conſil. 316. ad dubium in fin. itemque Alex. conſil. 76. numer. 13. vol. 3.* † Prædicta tamen doctrina non ha- 5.
bet locum, neque procedit in caſu, quando teſtamentum ipſum eſſet ſcriptum per teſtatorem, vel aliũ, & ſchedula teſtamẽtaria eſſet lecta, publicatáque coram ipſo teſtatore, teſtibus & notario: quia tali caſu valeoit inter liberos, & ad pias cauſas: *ita Bart. &* Dd. *communiter in l. fideicommiſſa, §. quoties ff. de leg. 3. & Boer. in deciſ. ſup. citatis.*

OBSERVATIO XXIX.

De iure vectigalium.

Vectigalia quare inducta, & quomodo præſcribantur. vid. Hart. Hart. tit. 46. obſ. 1 per diſcurſum. A. Reyger.

1. *Vectigalia inter Regalia comprehendi eáque de reſeruatis Principis eſſe.*
2. *Ideoque ab inferioribus Principe ea non poſſe inſtitui.*
3. *Noua vectigalia ſine permiſſu ſummi Principis inſtituens, lege Iulia de Ambitu, & de Vi publica tenetur.*
4. *Et fraudans huiuſmodi noua vectigalia ſine Imperatoris autoritate inſtituta, non peccat.*
5. *Illicitè aliquid extorquens ob nouum vectigal,*

vectigal, illud tenetur reſtituere, & pœnam tripli ſoluere.

6. *Vectigalia ex antiqua conſuetudine, vel priuilegio Cæſaris prouenientia, legitima ſunt, & ſoluenda.*

7. *Non ſoluentis licita vectigalia, quæ ſit pœna.*

8. *Accurſij opinio exiſtimantis ad legitimũ vectigal, vtrúmque coniunctim requiri, nempe iuſſionem Principis, & antiquam poſſeſſionem, reprobatur cõmuniter à Dd. aſſerentibus alterutrum ſufficere.*

9. *Et hanc ſententiam in Camera pariter receptam eſſe.*

10. *Quantum tempus ſit neceſſarium, vt vectigalia dicantur iuſta, & num. 12. & 14.*

11. *Immunitas à vectigalibus immemoriali tempore praſcribi poteſt.*

15. *Tempus immemoriale habet vim priuilegij, & inducit priuilegium.*

Vid. ſup. ob. 24 Cent. 4.

1. NOTVM eſt, vectigalia in numero regalium comprehendi, vt ſcilicet, à
principe Romano, id eſt, Imperatore obtineri debeant, *cap. 1. quæ ſint regal. in vſibus feud.* *Bald. l. 3. C. de iur. fiſ. & Salic. in l. vlt. C. eod. tit.* vbi tradunt, conceſſionem, ſiue inſtitutionem vectigalium eſſe de ſummo imperio, & de his, quę princeps Romanus ſibi ſoli reſeruárit. In his autem, quæ ſunt principi reſeruata, excluſa eſt omnis poteſtas inferiorum à principe, ita quod nemo alius, præter Imperatorem, poſſit illa tri-
2. buere, *l. 1. C. de iur. aur. annul.* † Ex quo ſequitur, Principes, Comites, Barones, Ciuitates, agnoſcentes Imperatorẽ, non poſſe noua vectigalia inſtituere. † Imò ea ſine permiſſu Imperatoris inſtituentes lege Iulia de Ambitu, & de Vi publica te-
3. nentur, *l. vn. § qua lege ff. ad l. Iul. de amb. & l. vlt. ff. ad l. Iul. de vi publ.* ſed & aquæ, & ignis interdictione, *l. qui dolo in fi. ff. eo. tit.* ſiue deportatione, quæ ſecum trahit bonorum publicationem, *l. 2. C. de bo. præſcrip.* plectuntur, ſecus ſi non agnoſcerent ſuperiorem, prout eſt ciuitas Venetiarum, &
4. quædam aliæ ciuitates in Italia. † Vnde pulchrè dicit Bart. *in l. vectigalia, ff. de pub. & vectig.* ſi à ciuitatibus, baronibus vel cæteris principibus Imperio ſubiectis noua imponantur vectigalia ſine autoritate Imperatoris, quòd fraudans illa, neque coram Deo, neque hominibus peccet, cùm huiuſmodi vectigalia iure ſint prohibita, & ſic nulla. † Imo illicitè aliquid ex- 5.
torquens propter nouũ vectigal, reſtituere tenetur, quod extorſit, *l. pen. C. vectigal. no. inſt. non poſſ.* atque etiam cum pœna, *vt ibi gloſſ. dicit:* quæ pœna eſt tripli, *l. licitatio. § quòd illicitè. de pub.* † Si tamen ex anti- 6.
qua conſuetudine, vel Cæſareæ iuſſionis priuilegio, vectigalia proceſſerint, ea eſſe legitima & ſoluenda, docet *l. vlt. d. tit. Cod. vectigal. noua inſti. &c.* † Et niſi ſoluantur, 7.
fraude cognita, res, pro quibus vectigal erat ſoluendum, cadũt in commiſſum, hoc eſt, ſtatim dominium illarum rerum amittitur, & fiſco acquiritur, *l. commiſſa, & l. vlt. ff. de publica.* poſſeſſio tamen ſententia iudicis auferenda eſt *iuxta Bald. in l. ſi quis in tantam,* C. *vnde vi. Roland. à Valle con. 42 per totum, vol. 3.* Quãuis autem † Ac- 8,
curſ. ibidem exiſtimet, vtrúmque coniunctim requiri, nempe Iuſſionem principis, velut titulum, & Antiquam poſſeſſionem, prout etiam text. ibidem vtrumque, nempè principis conceſſionem & temporis diuturnitatem, coniungit: tamen hanc Accurſij opinionem Interpretes communiter improbant, aſſerentes alterutrum ex his ſufficere: vel quòd Iuſſio ſiue conceſſio principis interueniat, *d. l. 1.* vel Antiqua conſuetudo, *l. Impp. § ijdem reſcripſerunt. ff. de pollic.* † Quæ ſententia etiam in 9.
Camera meo tempore ſeruata eſt. † Illud 10.
verò grauiter à Dominis tum diſputatum fuit, quantum tempus ſit neceſſarium ad hoc, vt vectigalia cenſeãtur eſſe iuſta. Iure enim ciuili nihil de hoc certi deciſum reperitur. Canoniſtæ tamen habent deciſionem, *in c. ſuper quibuſdam. § præterea, de verb. ſign.* nempè ſi tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtit, vectigal durauerit, cenſeatur eſſe licitum: quod rationem habet. † Si enim tanto tempore prę- 11.
ſcribi poteſt immunitas à vectigalibus, vt certè poteſt, *l. ſi publicanus, l. locatio. § cæterum. ff. de pub.* † Vtique eâdem ratione ius 12.
exigendi vectigalia acquiri poterit, cùm relatiuorum ſit eadem natura, iuribus vulgatis. † Prętereà notũ eſt, tempus imme- 13.
moriale (quòd regulariter centũ annorũ

Vid. And. Knichium de priuileg. Duc. Saxon. ca. 4. fol 130. A. Reyger.

Digitized by Google

eſt)non modò habere vim priuilegij, *l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aqu. cott. & æſti.* ſed etiam inducere priuilegium, 8. *q. vlt. c. fin.*

24. † Si ergo priuilegio principis nouum vectigal inſtitui poteſt: eâ ſe quoque ratione per immemoriale tempus induci poterit, & ratificari. Præſumitur enim Imperator qui tam diu paſſus eſt vectigalia exigi, id permiſiſſe, & ſic illa patientia habetur pro conſenſu: ſi tamen tanto tempore durauit, cuius initij non ſit memoria, *argumento ſumpto ex l. cum in plures, §. locator, ff. locat. & eſt ad hoc pulcher text. in l. 1. §. 1. de exerci. idémque abundè declarat,* Ioa. Sichar. *in enarrat. d. tit. C. vect. no. & c. n. 7.*

Præſcribens ius vectigalis an probare debeat eius ſcientiã contra quem præſcribitur. Hart. Hart. tit. 45. obſ. 2. n. 6. A. Reyger.

OBSERVATIO XXX.

Quis probare teneatur diuturnam Imperatoris patientiam ad acquirendum ius exigendi vectigalia?

SED quis probabit hanc diuturnam Imperatoris patientiam, de qua in præcedenti obſeruatione dictum eſt? Et Salic. *in d. tit. C. vectig. no. & c.* pulchre docet, quod ſit allegandus titulus conceſſionis à Cæſare, nec exigatur eiuſdem probatio: ſed ad iuſtificationẽ tituli taliter allegati ſufficiat probare, aliquem vltra hominis memoriam vectigalia vſurpaſſe, *arg. l. ſi filiusfamiliàs, C. de pet. hær.* quia ex illa lõga patientia præſumetur deinde ius, *vt dicit Bart. in l. ſolent, §. non verò, ff. de offi. proconſ. & leg.* quod notatu dignum eſt.

OBSERVATIO XXXI.

Priuilegium nouum exigendi vectigalia, quando validum ſit?

1. *In impetratione nouorum vectigalium nominatim facienda eſt mentio, locum illum aliis vectigalibus non eſſe grauatum: aliàs per obreptionem impetratum cenſebitur.*
2. *In priuilegij impetratione nihil ſubijciendum eſt.*
3. *Imperator abſque iuſta cauſa non debet noua vectigalia concedere.*
4. *Et quæ dicatur tali caſu iuſta cauſa.*
5. *Conſuetudo Germaniæ, quòd ſupplicationibus Principi offerendis Præfecti ſe ſubſcribant.*

ILLVD quoque circa priuilegia iſta vectigalium animaduertendum eſſe, Domini Camerales tum admonebãt: † Quòd 1.
in impetratione vectigalium facienda ſit mentio, locum, pro quo impetratur nouum vectigal, non eſſe grauatum aliis vectigalibus, vel pedagiis, vt vocant. Nam ſi vectigalia ab antiquo ibi exigi ſolita in nouo priuilegio nominatim non exprimerentur: tũc priuilegium illud de nouo obtentum, eſſet inualidum, & præſumeretur per obreptionem impetratum. Coniectura enim eſt, Principem, ſi alia onera ſciuiſſet, non fuiſſe conceſſurum nouum vectigal, *arg. l. Titio §. qui iniuria, ff. de lega. 2. l. qui*
dotem ff. de do. præleg. & aliàs dicitur: † In 2.
priuilegij impetratione nihil ſubijciendũ eſſe, quod fortè, ſi dictum fuiſſet, Principẽ in diuerſam mouere ſententiam potuiſſet, *l. præſcriptione, Cod. ſi contra ius, vel vtil. pub.*
& c. ibi, in tacẽdi fraude. † Nam etiam ſum- 3.
mo Principi non eſt permiſſum omnibus caſibus pro libidine noua inſtituere, vel concedere vectigalia: ſed cauſam iuſtam
ſubeſſe neceſſe eſt. † Cauſa autem iuſta 4.
eſt tenuitas patriæ, cui conceditur: quam tenuitatem ſubditi allegare debent, & ſuo ſuperiori probare, qui deinde id ad ſummum Principem deferre iure poteſt, *iuxta*
l. 1. C. d. tit. vectig. nou. inſt. & c. † Ex quo dog- 5.
mate videtur inoleuiſſe conſuetudo, quæ in quibuſdam Germaniæ noſtræ locis, præſertim in ducatu VVirtembergico ſeruatur de ſubſcriptione præfectorum, quam tenentur facere ſupplicationibus Principi offerendis, quod obſerua.

OBSERVATIO XXXII.

Pater filiæ dotem promittens, tenetur eam de propriis dotare bonis.

1. *Conſuetudo Germaniæ, quòd mortuâ matre, & patre ſuperſtite, bona immobilia fiant liberorum propria, ſaluo patri ſolo vſufructu.*
2. *Pater promittens dotem filiæ, etſi ipſa propria habeat bona, tamen dotem ex ſuo ſoluere tenetur. nu. 3.*

Pater vel frater dotans filiam vel ſororem, præſumitur eã dotare de ſuis non de filiæ bonis, Vvurmſer, tit. 37. de dot. obſ. 1. pertot. A. Reyger.

3. Præ-

Digitized by Google

3. *Prædicto axiomati aduerſari.l.ſi cum dotem. §.ſi pater ff.ſolut. matrimon. & quod Bart.ibidem infert.*
4. *Reſponſio ad hanc obiectionem ex Baldo, quæ tamen non videtur ſufficiens.*
5. *Vera ratio, cur pater filiam etiam diuitem ex ſuo dotare teneatur.*
6. *Debitor ex duplici cauſa, ſi ſoluat, non exprimendo ex qua cauſa, præſumitur ex cauſa duriore ſoluiſſe.*
7. *Applicatio huius dogmatis ad præſentem hypotheſin.*

IN multis locis Germaniæ pro cõſuetu-
1. dine obſeruatur, † vt mortuâ matre, tamen ſuperſtite patre, bona immobilia fiãt propria liberorum, (quæ dicuntur affecta liberis) ita vt pater duntaxat vſumfru-
2. ctum in iis habeat. † Quidam pater elocauit ſuam filiam nuptui, promittendo futuro genero certam dotem: hanc cùm pater ex bonis filiæ affectis ſoluere vellet, gener reſtitit, aſſerens dotem promiſſam non ex rebus filiæ, ſed ipſius parentis bonis propriis ſoluendam eſſe. Cùm hæc controuerſia in iudicium Camerale per appellationem deducta eſſet, & in eâdem ad ſententiam concluſum, per Dominos vnanimi ſententia deciſum fuit, quòd pater tali caſu ex ſuo dotem ſoluere eſſet obnoxius, per eleg.text. *in l.vlt.C.de dot.promiſſ.* vbi expreſſè diſponitur, quòd promittens dotem pro filia, intelligatur eam de ſuo, id eſt, ex bonis propriis dotare velle, etiamſi filia propria bona habeat, & per ſe ſit diues, vt commodè ex iis bonis dos illi conſtitui poſſet: *& l.qui liberos*
3. *ff. de ritu. nup.* † Si fortiter aduerſatur, quod alibi traditur, debitorem, qui ex legis diſpoſitione aliquid ſoluit, præſumi animo compenſandi ſoluiſſe, *l.ſi cùm dotem, §.ſi pater. & ibi Bart.ff.ſolut.mat.* Ex qua doctrina Bart.ibidem præclarè infert, ſi ſit ſtatutum in aliquo loco, (ſicut conſtat in multis ciuitatibus Germaniæ, præſertim Norimbergæ, talia eſſe ſtatuta) quòd defũctâ vxore maritus lucretur certam portionem dotis, quòd illa obligatio dicatur eſſe neceſſaria, propterea quòd ſtatutũ, vel lex ipſa obliget vxorẽ, certam partem dotis tranſmittere ad maritum: ſi illa vxor, velut neceſſaria debitrix, in teſtamento ſuo legat marito 500.aureos, & forte lucrum dotis erat eiuſdem quantitatis, quòd vxor cenſeatur compenſandi animo legaſſe, hoc eſt, quia neceſſariò debebat, ideò veriſimile ſit, per illud legatum ipſam ſe voluiſſe liberare ab hac obligatione. Cur ergo nõ idem in parte dotem ſoluẽte filiæ, dicemus? Cùm enim ex diſpoſitione legali & ſic neceſſariò teneatur dotare filiam, ſi ei dotem promittat, vtique præſumi deberet, hoc ipſum animo compenſandi feciſſe, id eſt, quòd voluerit deducere dotem de bonis filiæ, quæ ipſe tenet: cuius tamen contrarium in d.l.
vlt. diſponitur. † Verùm ad hanc obiectio- 4
nem ſatis arduam & difficilem reſpondet Bald. *in d.l.vlt.* quòd pater ſit quodammodò naturaliter obligatus filiæ, ad dotem ei præſtandam: & ideò licet diuitem habeat filiam, tamen cùm ſimpliciter promittit dotem, cenſeatur eam illa ratione dare ex ſuo, vt ſe liberet ab illa naturali & legali obligatione, &c. Quæ ratio eſt quidem colorata, ſed non videtur obicem tol-
lere. † Poſſet fortaſſis meliùs reſponderi, 5.
ſi quæratur, quare pater filiam aliàs ſatis diuitem de ſuo dotare ſit adſtrictus, cauſam eam eſſe, quia ſit paternum officium, idémque operetur poteſtas patria. Et aliàs traditur, quando quis duobus nominibus eſt obligatus, nempe ſuo & etiam alieno (putà fideiuſſorio) nomine, ſi ſoluat ſimpliciter, non allegando, quo nomine, quòd cenſeatur ſuo nomine ſoluiſſe, & ſe voluiſſe principiò libera-
re. † Quemadmodum & ſi quis ſit de- 6.
bitor ex duplici cauſa, duriore ac mitiore, & ſoluat, non exprimendo ex qua cauſa, præſumitur ſoluiſſe ex cauſa duriore, *per eleg. text. in l. & magis. cum l.*
ſeq. ff. de ſolut. † Ergo idem in præſenti 7.
caſu dicendum videtur. Pater enim eſt debitor duobus nominibus: primò ex officio paterno, quod ei neceſſitatem imponit dotandæ filiæ: deinde eſt debitor filiæ, quia tenet, tãquam pater, res filiæ. Durius autem obligatur ex ſuo officio, quia ex
lege. † Ergo cùm ſimpliciter promittit, 8.
vel ſoluit dotem genero, videtur in dubio ſe à duriori, id eſt, legali obligatione liberare voluiſſe: atque ita eleganter d.l.vlt.

Digitized by Google

C.de do. promiſ.excellens iuris Interpres Ioa.Sich.explicuit.

OBSERVATIO XXXIII.

Gail. 1. obſ. 108. num. 13. Vid. Gabr.li. 1. R.titul. de prob. cōclu. 1.num 25. A.Reyger.

Plures imperfectæ probationes an in criminalibus coniungantur?

1. *Plures imperfectæ probationes regulariter coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*
2. *Fallit tamen hæc regula potiſſimùm in cauſis criminalibus: vtcunque plerique diſſentiant.& nu.3.*
4. *Quam ſententiam Camera Imp.adprobauit,cum diſtinctione tamen, vt n.5.6.& 7.*

1. PRO regula traditur, † quòd plures
imperfectæ, ſeu ſemiplenæ probationes coniungi poſſint, ad faciendam probationem plenam & perfectam: *de qua vide Dyn. Bart. & cæteros Interpretes poſt gloſſ. in verb.legitimis, in leg.2.ff.de excuſa.tut. gloſſ.in c.cùm cauſam, vbi ego dixi num.13.de probat.& c.veniens, 1.verb.illorum, de teſti. & ibi Canoniſtæ. Dd. communiter in l. admonendi, ff.de iureiur.& l.in bona fidei. C.eo.tit.de quo vide etiam, quæ ſuprà cent. 2.obſer.*100 *annotauimus.* Sunt tamen multi caſus, in quibus præfata regula non habet locum, quos vtriuſque ſcholæ Dd.in locis
2. iam allegatis latè proſequuntur. † Inter
cæteras verò exceptiones & illa veluti primaria, recenſetur, quòd non procedat in cauſis criminalibus: rationem ponit Iaſon *in repetit.d.l.admonendi. col.* 99.*& Cac-*
3. *cialup.ib.numer.*153. † Et quanquam ple-
rique contrarium ſenſiſſe videantur: *vt per Alb. Roſa. in d. l. 2. §. vlt. de excuſ. tut. Bald. l. excipiuntur, in ſumma, ff. ad Syll. gloſſ. c.cùm in diœceſi. de vſur. & Alex. conſil. 24. col.pen.vol.2.vbi voluit, quòd etiam in criminalibus duæ ſemiplenæ probationes connectendæ ſint, ad hoc vt ſequi poſſit condemnatio: quem videtur ſequi*
4. *Dec. in d. c. cùm cauſam col. vlt.* † Prior
tamen ſententia frequentiùs recepta eſt, quam etiam Iudices Cameræ, velut communiorem, ſequendam cenſuerunt meo tempore præſertim ſi in cauſis criminalib. ad pœnam corporalem, ſiue effectum pu-
niendi agatur: † Secus, ſi tantùm ad ef- 5.
fectum torquendi, vel inquirendi, aut ſuſpendendi, *autoritate Cap.conſil.crim.*32.*col.* 7.*Gram.conſ.*3.*Soc.conſ* 54.*lib.*1. *Alex.conſil.* 65.*ad fi.vol.*1.*& conſ* 41. *vol.*2.*itémque Fe-*
*lin.in d.c.veniens col.*5.† Vel vltra duas ſe- 6.
miplenas probationes alia iudicia, ſeu coniectæ concurrant, *Bald. in l.ſi quis ex argentariis. §.* 1.*ff. de edend. Aret. & Felin. in ſæpe allegato c.veniens.*1.*& Grat.conſ.*68.*in*
*fin.lib.*2. † Aut denique in his verſemur, 7.
quæ ſunt difficilis probationis, nam talibus caſibus coniunctio illa permitteretur. *vt per Alexand. in d.conſil.*24.*Aym.conſ.*75. *col.*5. *& conſil.* 178.*col.*1. Vide etiam alias limitationes ad ſuprà dictam regulam apud Dd.in locis iam allegatis, quas in vnum velut faſciculum nuper congeſſit Gr. Rom. *libr.* 1. *com. concl.*1.ad quem iuris ſtudioſum remitto.

OBSERVATIO XXXIV.

An & quatenus Papæ, Imperatori, vel aliis Principibus fides adhibenda ſit in eorum aſſertionibus?

Add. Maſcard. de prob. concl. 1143 & 1227. & ibi not. & concluſ. 139. & 141. Gabr. lib. 1. R.de probat. conclu.2. A.Reyger.

1. *An aſſertionibus Imperatoris, vel Papæ plenè ſit credendum, diſtinctione explicatur.*
2. *Si de facto proprio loquantur, pleniſſima ipſis adhibetur fides, nec admittitur probatio in contrarium.*
3. *Etiamſi atteſtētur de facto alterius coram ſe geſto: quo tamen caſu probatio in contrarium permittitur.*
4. *Prædictum dogma etiam in Rege, & quouis alio Principe, non agnoſcente ſuperiorem, locum habet.*
5. *Secus eſt in principibus ſuperiorem agnoſcentibus.*
6. *Fallit ſuprà dicta doctrina, ſi Papa, vel Imp. contra non ſubditum atteſtentur, vel de alicuius graui præiudicio ageretur.*
7. *Si Papa vel Princeps de facto alieno coràm ſe geſto atteſtetur, ſuámque intētionem in eo fūdet, onus probādi trāſferri in aduerſarium plerique aſſerūt.*
8. *Cōmunior tamen opinio eſt, tali caſu non transferri: fallit hoc, vt nu 9.& 10.*

In hac

1. IN hac quæſtione, † an Papæ, ſeu Imperatori aliquid atteſtanti plena fides adhibenda ſit (*de qua eſt textus in cle. 1. de prob.*) variè & ſatis confuſè loquuntur Interpretes: ſed vera eſt diſtinctio, conſiderandum eſſe, num Papa, ſeu Princeps atteſtetur de
2. ſuo facto proprio, an de alieno. † Nam priori ſpecie pleniſſimam ei fidem habendam eſſe, nec probationem in contrarium admitti tradunt *Archid. & Imol. poſt gloſſ. in verbo, feciſſe narramus in d. cl. 1. quos ca-*
3. *teri ibidem ſequuntur.* † Quod volunt obtinere, etiamſi atteſtetur de facto alterius coram ſe geſto *ſecundum Aret. in c. cum à nobis, col. 3. & Fels. ibid. col. 1. de teſtibus.* Admittetur tamen eo caſu probatio contra-
4. ria, *vt per Alexan. conſi. 15. col. 2. vol. 5.* † Et quod de Papa ac Imperatore dictum eſt, idem locum habere aiunt in Rege, & quouis alio Principe, non agnoſcente ſuperiorem. *Paul. de Caſtr. con. 339. par. 1. Alexan. conſi. 11 vol. 7 Rum. con. 31. 41. & 157. vol. 1.*
5. *& Sign. con. 185.* † Secus autem eſt in inferioribus à ſupremo Principe, & agnoſcentibus ſuperiorem: quia licet iſtis inferioribus plenè credatur, tamen admittitur probatio in contrarium, *iuxta Bart. in l. ambitioſa. col. pen. ff. de decre. ab ord. fac. Soc. conſ.*
6. *87. col. 9. vol. 1.* † Prædictum tamen dogma tum procedit, ſi Papa, vel Princeps aduerſus ſubditum atteſtatur, quia ſtatur eorum aſſertioni: ſecus eſt, ſi contra non ſubditum, *Abb. & Fel. in c. ad audientiam. de praſcr. Caſt. conſ. 46. col. fi. vol. 2.* vel de alicuius graui præiudicio ageretur, *Dec. c. qua in Eccleſiarum. col. 12 de conſt. idem con. 317. 376. & 606. Gram. deciſ. 65. nu. 9. & deciſ. 103. nu. 227. & deciſ. 105. nume. 2. & pluribus ſeqq.* Et ideo ſi pontifex aut princeps vellet aliquem priuare feudo, vel bonis ſuis aſſerendo ſibi conſtare de delicto, in hoc ei non credetur. *Fel. poſt Abb. in d. c. qua in Eccleſiarum. Dec. conſ. 445. & 544. Iaſ. conſi. 34. vol. 1. & con. 86. vol. 3.* & quamuis Bal *conſi. 328.* videatur tenere contrarium, eius tamen opinionem improbat Dec. *in d. conſi.*
7. *445.* † Altera verò principali ſpecie, quando ſcilicet Papa, vel Princeps atteſtatur de facto alieno non geſto coram ſe, & ſuper tali facto intentionem ſuā fundat non ſatis conueniunt Interpretes. Nam plerique volunt, quòd talis aſſertio inducat præſumptionē, per quam transferatur onus, probandi contrarium, in aduerſarium, ita vt, niſi is de contrario probet, ſtandum ſit ſuæ aſſertioni, *gl. in d. cle. in verbo, feciſſe narramus. ibi Paul. de Leaz. Car. & Anch. de prob. & gl. c. nonnulli. verb. ſpeciali mandato. de reſcr. Bella. deciſ. 290. Rom. conſi. 369. & Rum.*
conſ. 227. vol. 1. † Alij contra ſentiunt, ta- 8.
lem Papæ atteſtationem de facto alieno, etiamſi ſe in eo fundet, non transferre onus probandi contrarium in aduerſarium, *Io. And. in reg. non licet. de reg. iur. lib. 6 Aut. de But. c. poſt ceſſionem, de probat. Old. conſi. 198. Alex. conſi. 112. vol. 7.* Et hanc poſteriorem ſententiam atteſtatur Curt. magis communem eſſe, *conſi. 20 col. 5 & Iaſon. con-*
ſi. 76. vol. 3. † Eam tamen ſic tempera, vt non 9.
procedat, quò ad aliqualem præſumptionem, quam vtique verba narratiua Papæ etiam in facto alieno faciunt. † Idem eſt, 10.
ſi ſimus in factis antiquis, vel atteſtatio Papæ, ſeu Principis, facta ſit motu proprio: quia talibus caſibus ſtabitur eorum aſſertioni, *iuxta Anch. Imo. & But. in d. cle. 1. Alexan. con 15. vol. 5. & con. 112. & Aym. de antiq. temp. in 1. part. n. 33.*

OBSERVATIO XXXV.

De duplici ſequeſtratione.

1. *Sequeſtratio alia voluntaria, ſiue conventionalis, alia neceſſaria, vel iudicialis dicitur, & quæ ſit illa. & nu. 2.*
3. *Regula, Quòd ſequeſtratio iure prohibita ſit, de iudiciali, ſiue neceſſaria tantum intelligenda.*
4. *Caſus recenſentur, in quibus ſequeſtratio etiam iudicialis illicita eſt: & num. 5.*
6. *Quæ requirantur, vt iudex iuſtè ad ſequeſtrationem progredi valeat, remiſſiuè.*
7. *Sequeſtratio ſatiſdatione, vel fideiuſſione euitari poteſt.*
8. *Satiſdatio iudicio ſiſti non acceptatur, niſi à poſſidente immobilia.*

NOTI iuris eſt, † ſequeſtrationem eſſe duplicem: vnam voluntariam, ſiue conuentionalem, quandò ſcilicet litigatores vltrò & extra iudicium conueniunt de

1. Gail. 1. obſ. 148. n. 8. & 9. A. Reygers.

Digitized by Google

8. *caue.* † Imò quod donans & reſeruans ſibi vſumfructum, non obligetur ad hanc vſufructuariam cautionem, expreſsè tenent *Ioan. de Plat. in §. præterea. & § ſed etſi quis. Inſtit. de action. Dec. in l. diuus Pius. in princ. ff. de reg. iur. & conſ. 265. Ioan. Ant. Alex. conſ. 54 & Goz. ad. conſil. 91. & 95* idémque latius deducit *Corn. Peruſ. conſ. 267. in hac conſultatione. col 3. lib.* 4 Similis caſus eſt, quando vaſallus, ſiue feudatarius inueſtitus habet vſumfructum, id eſt. fruitionem quandam vtilem & plenam: quia ab eo pariter non exigitur vſufructaria cautio, *iuxta l. 1. C. de vſufruct. & Bald. in l. 1. fin. col. cir. med. C ſi plu. vna ſent. condem. ſunt. vbi refert, ita ſenſiſſe Ioan. Mona & idem ſequitur Iaſon in prælud. feu. in 10. col ad fin. vbi aſſerit, hoc, velut memorabile, perpetuò notandum eſſe.*

OBSERVATIO XXXVII.

De vſufructu omnium bonorum vxori à marito relicto.

Vide Gail. 2. obſer. 44. n. 3. & ſeqq. Add. Gabr. lib. 5. concl. 2. de vſufr. vide hanc quæſtionẽ apud Ioan. Vaud. lib. 1. quæſt. 3. A. Reyger.

1. *Si maritus vxori, vel contrà vxor marito, vſumfructum omnium bonorum legat, tale legatum extantibus liberis de alimentis tantum intelligitur: & hoc communiter teneri. n 2.*
3. *Ampliatio prædicti axiomatis.*
4. *Caſus recenſentur, in quibus à ſupra dicta concluſione receditur. & n. 5.*
6. *Si liberi ex alio matrimonio nati ſuperſint, vel instituti ſunt hæredes tranſuerſales, vel aſcendentes multò magis ſi extranei, legatum ad alimenta non reſtringetur. ſed vxor plenum vſumfructum conſequetur & hanc eſſe communem. nu. 7.*
8. *Si filius & extraneus inſtituantur relicto vxori vſufructu, vxor pro parte extranei plenum habet vſumfructum, licet ex parte filij ad alimenta reſtringatur.*
9. *Ampliatio præfatæ concluſionis. & num. 10.*

1. ELEGANS axioma iuris eſt, † ſi maritus legauerit vxori ſuæ, vel è contrà vxor marito, vſumfructum omnium bonorum, quod tale legatum extantibus liberis reſtringi debeat ad alimenta, *iuxta gloſſ. 1. in fin. verb. derogari, verſ. ſed ſecundum conſuetudinem. C ſimul. ſecund. nup. Cyn. Bald. Sal. Ang. & Bart. in auth. hoc locum C. eod. titul. idem Bart. in l. Titia autem. §. Titia. ff. de leg. 2. & in l. etſi contra tabulas verſi. tamen tenendo ff. de vulg. & pup. ſubſt. vbi etiam Bald. & Imo. item Ferra. in ſua pract. in lib. quo mulier agit ad dotem. §. donec vitam. Cap. Thol. deciſ. 462. & ibi apoſt Picus in d. §. Titia nu. 19. Deciſ. conſ. 54 nu. 1.* † *& Goz. ad. conſil. 99. nu* 8. vbi 2.
hanc fatentur eſſe communem. † Et volũt 3.
Dd. prædictum dogma non ſolum procedere, ſi vxor ſimpliciter ſit conſtituta vſufructuaria; ſed etiam ſi relictus ſit vſusfructus omnium bonorum, vel in ſolidum vel vxor ſit relicta domina & vſufructuaria, *Bart. in l. ſi ita ſcriptum ff de manu. teſt. Picus in d. §. Titia num 37. Ioan. And ad Spec. tit. de pig §. ſequitur. verſ. ponit Accurſ. in verb. durat. & verb. & huius veritas. Iaſ. conſ. 90. vol 1. Mar. ſun. conſ 97. & 59. vol. 1. & Aret conſi.* 40. vel domina tantum, *Corn. conſ. 5. vol. 1. & conſ.* 112. *verſ. ſed his non obſtantibus. vol. 2. & Roma. conſi.* 118. vel domina & gubernatrix, ſiue adminiſtratrix, *Bald: conſ. 284 vol 5. Pariſ. conſi 21. num. 26 vol. 2.* quia ſi liberi extent, alimenta tantùm conſequetur. † Sunt tamen pleri- 4.
que caſus, in quibus ſuprà dictum dogma *
ceſſat. Quid enim ſi teſtator vxori ſuæ certi alicuius fundi, vel alterius rei particularis aut etiam dimidiæ hæreditatis vſumfructum reliquiſſet? Quid ſi legatus eſſet vſusfructus ad certum tempus? aut alias legatum deficeret? Certè talibus caſibus, etiam ſi ſuperſint liberi plenum vſumfructum mulier conſequetur: *Bart. in d. l. §. Titia. verſ. eod. modo puto. Picus ibi. num. 30. Odofr. Alb. & Bald. in d. auth. hoc locum, Ang. tract. de teſta. in gloſſ. verbi. item reliquit dictam eius vxorem. verſi. prædicta procedunt. Betran. conſ. 57. vol. 1. Lancel. Dec. in l. vxori. ff. de vſufruct. l. & Alex. conſ. 50. vol. 7.* † idem iuris eſt, ſi ex aliis verbis te- 5.
ſtamento inſertis appareret etiam tacitè, quòd teſtator voluerit omnium bonorum vsũfructum deberi, *vt per Deci. conſ. 620. n. 4. & Picũ in d. §. Titia. n. 28.* † Item locum ha- 6.
bet præfatum axioma extantibus filiis eiuſdem matrimonij: ſecus eſt, ſi ex alio matrimonio ſuperſint filij, *Bald. d. auth. hoc*

Digitized by Google

nes tres proximas docere poteſt: idque pro regula traditur.

2. *Idque non ſolum de annali, ſed etiam ſemeſtrali, vel trimeſtrali ſolutione intelligitur.*

3. *Idem quoque in ſolutione Canonis Emphyteutici, collectarum, decimarum & penſionum locum habet.*

4. *Sed etſi ſolutio per quinquennia ſit diſtributa, & de ſolutione trium quinquenniorum conſtet, locus erit regulæ.*

5. *Limitationes ad prædictam regulam. & n 6.*

1. PRo regula traditur, † quòd ſolutiones
tres poſteriores probans, præſumatur
anteà ſemper ſoluiſſe, *de qua in l. quicunque. C. de apoch pub. lib. 10. Iaſ. in l. ſi certis annis. verſi. adde principaliter. C. de pactis.*
2. †. Quod non ſolùm de annali ſolutione,
ſed etiam ſemeſtrali, vel trimeſtrali intelligendum eſt, *ſecundùm Bal. in d. l. quicunque. & Iaſ. in l. diuortio. §. qui in anno, verſi tertio infert. ff. ſolut matri.* cùm eadem ratio verſetur in annali, quæ in ſemeſtrali, vel trimeſtrali ſolutione, *iuxta Alex. conſ. 107. verſ. & ad hoc non obſtat. vol. 3.* Et quamuis d. l. quicunque, loquatur in ſolutione
3. cenſus tributarij: † Tamen regula locum
quoque habet in ſolutione Canonis Emphyteutici, *Spe. tit. de locat. §. nunc aliqua. verſi. 27. & ibi Ioan. And. in add. gloſſ. Bart. Sali. Alb. Roſa & Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphyt.* item Collectarum, *Bald. c. litera, in fin. de dilat. Iaſ. d. l. 2. colum. 56 verſi. nunquid autem.* Item Decimarum, *Boer. deciſ 236.* & Penſionis; quia probans ſoluiſſe penſionem pro tribus annis proximè præteritis, cenſetur quoque anteà ſoluiſſe, *Gig. tract. de penſio quæſt. 81.* Idem quoque eſt in colono ſiue cenſuario, *Bald. & in Iaſ. in locis iam al-*
4. *legatis, Capel. Tholo. deciſ. 225.* † Quin-
imò etiam ſi diſtributa eſſet ſolutio per quinquennia, & cõſtaret de ſolutione trium quinquenniorum. adhuc locus eſſet regulæ, *iuxta Bald. in d. l. quicunque. verſi. item quæro, præſtab.* Sed etſi ceſſauerit in futurum ſoluere, ſi de tribus proximis annis ſolutum conſtiterit, adhuc durat præſumptio, ipſum ante illud tempus ſoluiſſe, *Bald. ibi-*
5. *dem.* † Prædicta tamen regula ſic temperanda eſt, vt procedat quando dictæ ſolutiones fuerunt factæ diuerſis temporibus: ſecus verò eſt, ſi omnes vno contextu factæ fuiſſent, *Bald. & Iaſon, vbi ſupra: idem Bald. in tract. præſum. in 3. part. col. 11. verſi. quinto limita. Alex. in apoſt. ad Barto. in d. l. quicunque. & Cap. Tholo. d. deciſ. 225.* † Item ob- 6.
tinet regula in debito prouenienre occaſione rei: ſecus eſt in debito merè perſonali, *Bald. in d. l quicunque. verſ. item quæro: promiſiſti. & Crem ſing. 78. & 79.* Quæ, velut ſingularia, obſeruanda ſunt.

OBSERVATIO XL.

Sciens machinationẽ contra Principẽ, neque reuelans quomodo puniẽdus?

Gabr. lib. 7. de maleſic. conclu. 39. Vid. deciſ. 80. §. Red. Cache. A. Reyger.

1. *Sciens machinationem, vel conſpirationem contra Principem, & eam non reuelans, capite plectitur.*

2. *Etiamſi delictum non ſit ſubſecutum.*

3. *An prædicta regula indiſtinctè procedat, ſiue talem machinationem probare poſſit, ſiue ille ſecretò ſciat, non conuenire inter Dd. & n 4. & 6.*

5. *Nemo reuelare tenetur, quando ſibi immineret periculum corporis.*

6. *Conciliantur diuerſæ Dd. opiniones per diſtinctionem.*

VVLGARE dogma eſt, in quod Dd.
conſentiunt ex æquo omnes, † quod 1.
ſciens tractatum, machinationem, ſiue conſpirationem aduerſus Principem, & illum non reuelans, capitali pœna ſit afficiendus, mortis ſcilicet & amiſſionis omnium bonorum, *per tex. in l. ſi quiſquis. §. id quod, ibi Dd. communiter, C. ad l. Iul. maieſt. Bart in l. vtrum. ff. ad l. Pom. de parric. & l 1. § occiſorum vbi etiam Ang. & Rom. ff. ad S. C. Sylleia. Sali. in l. propter inſidias. num. 3. C. qui accuſ. non poſſ. Abb. c. 1, nu. 5. de offi. deleg. & c. 1. num. 9 de reſtit ſpoliat.* † *vbi dicit*, hoc 2.
procedere, etſi delictum non ſit ſubſecutum: *Ang. in addi. ad Ang. de malef. verbo, che hai tradito la tua pat. nu. 10. & 11. Iaſ. l. vt vim. num. 31. & ſeq. de iuſt. & iur. & ibi Curt. num. 60. Mart. Laud. de crim. laſ. maieſt. num. 13. Carre. in pract. crim. §. circa quartum nu. 63. Capy. deciſ. 139. nu. 67. & Dec in l. culpa caret. num. 11. de reg. iur.* † An autem 3.
hoc indifferenter procedat, ſiue quis talem

Digitized by Google

tractatum contra principem probare poſſit, ſiue illum ſecreto ſciat? conflictantur Interpretes. Bart. enim *in d. l. Vtrum*. indiſtinctè tenet, non reuelantem capitis pœna plectendum eſſe? cui ſubſcribunt *Fel. in c. 2. verſic. 2. fallit. & Dec. ibidem verſic. ex quo infert. de offi. dele. & Bertach. verb. ſcire. verſi. 14. vbi hanc opinionem paſſim ſeruari ait.*
4. † Alij vero cenſent, ſi quis ſecreto talem tractatum ſciat, quia ei ſecretò, ac ſub fide fuerit reuelatus, & ſic illum certo docere nequeat, ipſum non teneri ad reuelandum: quia in defectu probationis fortè ſubiiceretur carceribus, vel torturæ, *l. 3. C. ad l. Iul. maieſt.*
5. † Nemo autem reuelare obnoxius eſt, quando imminet periculum in corpus ſuum, *c. officij. extra de pœn.* ita tenet *Ang. tract. de maleſ. verb. che hai tradito la tua patria, verſi. quod crimen. & in l. 2. ff. de parri. Iaſon. in l. 1. §. ſi tibi iudicium. verſ. 4. limita ff. de cond. ob turp. cauſam, Neuiz. in ſylu. nup. verb. non eſt nubendum. nu. 96 Sum. Syluest. verb. reſtitutio. 3. in 2 quaſt. verſic 3. cum in crimine, & Dec. d. l. culpa caret, verſi. ſimiliter in crimine. Hipp. d. l. Vtrum. & ſing. 164. Ripa in tract. de peſte. quaſt.* 11. atque Cagn. *in d. l. culpa caret. nu.* 21. hanc eſſe veriorem, magiſque communem: quia valdè durum, &
6. iniquum eſſet aliquem ex ſola ſcientia mortis pœna affici. † Nonnulli denique diſtinctione conciliant has pugnantes inter ſe opiniones, vt hæc procedat in accuſatione, quam non tenetur inſtituere etiam in crimine læſæ maieſtatis ille, qui deinde probare nequeat: Bartoli verò opinio locum habeat in ſimplici denunciatione, ſeu potius admonitione facienda, ad hoc vt princeps ſibi præcauere poſſit: ita Alciat. *in l. 4. Cato. in 4. notab. nu. 30. ff. de verb. oblig.* idemque expreſsè refert & ſequitur Cagnol. *in d. l. culpa caret. n. 21.*

OBSERVATIO LXI.

An prædicta locum habeant, ſi princeps cui periculum creatur recognoſcat ſuperiorem?

1. *Regula, quod non reuelans tractatum contra principem capite plectendus ſit, in ſolo Imperatore locum habere, pleriſque Dd. tradunt.*
2. *Alij eam, ad quemcunque Principem non agnoſcentem ſuperiorem extendunt: & hac magis communis, & verior eſt.*
3. *Alij denique in omni Principe etiam ſuperiorem agnoſcente regulam locum habere volunt.*
4. *Confeſſor non tenetur reuelare, quod ex confeſſione reſciuit, niſi voluntate confitentis fieret.*

DVBITATVM quoque fuit, an ſupra dictum dogma, quo dicitur, non reuelantem tractatum contra Principem teneri pœna capitis, indifferenter locum habeat in omni Principe? † Et Paul. de Caſt 1.
voluit diſpoſitionem dictæ l. quiſquis tantummodo in Imperatore & repub. Romana obtinere, *in l. 3. C. de Epiſc. aud.* in quam ſententiam *Soc. conſ. 275 Dec. conſ. 410. Cap. conſ. 1. in crim. & Ruin. conſ. 3. nu. 12. & ſeq. vol. 5.* pariter inclinant. † Alij hanc regu- 2.
lam ad quemcunque Principem non recognoſcentem ſuperiorem porrigunt, ſed in Principe ſuperiorem agnoſcente eſſe ſecus opinantur, *Salic. in d. l. quiſquis. Mar. Lau. in tract. de princ. verſ. 1. Ang. d. tractatu de maleſ. tract. vt ſuprà Alex. conſ. 13. vol. 6. & Fel. cum non liceat. col. 7. de praſcrip.* Et hanc poſteriorem crebrius approbarunt Domini meo tempore, tanquam veriorem & magis communem. † Tametſi plerique 3.
voluerint quod etiam in Principe ſuperiorem agnoſcente locum haberet præfata diſpoſitio: prout etiam ita ex facto conſultus reſpondit Corn. *conſ. 96. vol. 4.* itémque Cæpol. *de conſ. 17 col 5.* vbi etiam ſubdit, hanc opinionem hodie de conſuetudine ſeruari. † Illud extra pugnam eſt, confeſſo- 4.
rem non teneri ad reuelandum id, quod ex confeſſione reſciuit, *Hipp. in d. l. Vtrum. num.* 5. vbi in huiuſmodi crimine læſæ maieſtatis loquitur: cùm non liceat reuelare ſecreta confeſſionis, niſi voluntate confitentis, *vt per Felin. qui hanc dicit communem in c. Matthaus de ſimo & Boer. deciſ. 299* niſi fortè de delicto committēdo ageretur: quia tum poſſet confeſſor reuelare ſaltem in genere, non nominando perſonam, *Imol. & alij in c. omnis verſuſque. de pœn. Hipp. l. plurimum. & tormenta. nu. 18. ff. de quaſtio.*

OBSER-

OBSERVATIO XLII.

Legitimati per ſubſequens matrimonium an in feudo ſuccedant?

1. *Legitimatos per ſubſequens matrimonium in feudis ſuccedere, contra Hoſtien. & ſequaces, in Camera Imp. deciſum: & num. 2 & hanc eſſe magis communem, num. 3.*
4. *Limitatio prædicta concluſionis.*
5. *Legitimati per reſcriptum Principis in feudis non ſuccedunt.*
6. *Niſi nominatim ad feuda legitimati ſint, idémque in reſcripto legitimationis ſit expreſſum: & ita communiter tenetur.*

Vide Gail. 2. obſ. 41. & 142. nu. 12. Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 45. cap. 11. vid. Gail. el li. 6. R. ti. de legitimat. Legitimatio Papæ vel Principis quid operetur, vide Hart. Hart. t. 1 4. obſeru. 6. cōcl. 1. Add. Schra. p. 7. c. 3. 5. nu. 11. vid. prolixè & elegantiſſimè in vtranque partem diſputantem nobiliſſim. Dn. Hart. Piſt. lib. 2. q. 41. per tot. Idem quoque Franciſc. Hotomanus reſpondit ex facto conſulto conſil. 29. vbi vide. A. Reyger.

ILLVD controuerſum fuiſſe memini
in ardua quadam cauſa, † An filij legitimati per ſubſequens matrimonium, ſicut in allaudialibus ita etiam in feudis ſuccederent? Et eos non eſſe ſucceſſibiles videtur voluiſſe Hoſtien. *in cap. 2 & c. tanta vbi etiam Ioan. And. in finalibus verbis. qui fil. ſint legit.* aitque Curt. Iun. *conſ. 136. num. 7.* eos in terris Imperij non ſuccedere: multique alij idem ſentiunt, quos refert *Pet. à Duen reg. 350 in 10 limit. verſ. quæ opinio.* † Sed per Dominos Camerales deciſum fuit, contrarium eſſe verius, quòd ſcilicet ſuccedant etiam in terris Imperij: *iuxta And. de Iſer. Iac. de Belui. Mart. Laud. Afflict. & communiter Dd. in cap. 1. §. naturales ſi de feu. fu. contr. & Curt. in tract. feu. part. 3. 17. qu. num 41. & Bald. conſ. 129 in 3. part.* † Vbi fatetur hanc eſſe magis receptam opinio-
1. nem: & ab ea in iudicando & conſulendo
2. non eſſe recedendum, inquit *Dec conſ. 155.*
3 *num. 2. Pariſ. conſ. 13. num. 46. vol. 2 Franc. Ripa in l. ex facto. ſi quis arrogatus. num. 48. ff. ad Trebel. Hier.* Schurff, *cent. 1. conſil. 1. & Guil. Mayner. in l. quoties idem. num. 27. ff. de reg. iur. & Tiraq. in l. ſi vnquam num. 64. in verbo*
4. *ſuſceperit. per multa alleg. C. de reuoc. don.* † Volunt tamen plerique hanc limitandam eſſe duobus modis: primo, vt per Curt. *in loco ſuprà citato*: alio modo, vt per Iaſon. *in l. generaliter. §. cum autem. col. vlt. C. de inſt. & ſubſtit. ex mente An. de Iſer. licet ipſe recedat*
5. *ab eius opinione.* † Cæterùm legitimatos per reſcriptum principis excludi à ſucceſſione bonorum feudalium extra pugnam eſt, *per text. in §. naturales. ſi de feud. defun. controu. ſit inter do. & ag. vaſ.* † Niſi nominatim le- 6.
gitimati ſint ad feuda, idque in reſcripto legitimationis ſit expreſſum & cautum: ſiue ab Imperatore ipſo, ſiue per Comitem Palatinum, vel alium habentem poteſtatem legitimandi ab Imperatore, legitimati ſunt: ſemper enim requiritur ſpecialis clauſula legitimandi ad feuda, tam in priuilegio conceſſionis, quàm in inſtrumento legitimationis: alioqui tales legitimati non ſunt ſucceſſibiles, niſi in allaudialibus, prout in ſpecie reſpondit *Signoro. de Homod. conſil. 218 nu. 4 & 5* Et hanc velut communem, refert & ſequitur *Molina in 1 part. Conſuet. Pariſ. § 8. gloſſ 1. quæſt. 8. num. 8. Ac char. conſi. 426. circa primum quæſitum, Alex. conſ. 94. vol 4 1 conſi. 1 0 & conſi. 128. cum duobus ſeqq. eo. lib. Iaſ. in l. generaliter §. cum autem. num. 9 C. de inſt. & ſub. vbi dicit, ab hac concluſione neminem diſcrepare.*

Add. Si teſtator aliquem vocet legitimū & naturalē atque ex legitimo matrimonio natum, per hoc excluditur legitimatus per ſubſequens matrimoniū. Medi. Reg. iur. reg. 3. num. 67. A. Reyger.

OBSERVATIO XLIII.

De ſtatuto legitimam tollente vel minuente.

1. *Legitimam ſtatuto vel conſuetudine in totum tolli poſſe.*
2. *Quod in totum non poſſit tolli, in Camera Imp. deciſum: Idémque maior interpretum pars aſſeuerat.*

Vid Gail. 2. obſeru. 122. VVurm. tit. 39. de teſta. obſ. 10. & 12. vid. egregiè Capra concl. 8. Anton. de Butr. conſi. 12. & ib. add. Caballi. ver. legitimam. Legitima licet ſtatuto ſit diminuta, tamen eius ſupplementū adhuc peti poteſt, ſi alia bona adſint, quæ nō ita ſunt in illo loco, vbi ſtatutū viget, Schrad. in materiâ conſuetud. A. Reyger.

QVAMVIS Interpretes iuris multum varient, An legitima ex cauſa non ſolum diminui, verùm etiam per ſtatutum, vel conſuetudinem in totum tolli poſſit † Pleriſque exiſtimantibus, eam in totum tolli poſſe: in quam ſententiam *Panor. ex facto conſultus reſpondit conſi. 56. primò eſt videndum. num. 19. verſi. ſed his non obſtantibus. vol. 1. Idémque. Iaſon voluit in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſt. & ſequitur Roch. à Curt. Pag. in tract. de conſuet. num. 437. verſ. communis opinio eſt. multique alij Dd. in eadem opinione fuerunt, quos refert Ioan. Nicol. Arelat. in addi. ad Alciat. in tract. de præſump. reg. 2. præſu. 8.* † Attamen
Domini Camerales in cauſa appellationis dominæ Mariæ, Comitiſſæ de *VVertheim*, contra tutores nepotis ex fratre 1.
Georgio Comite de *VVertheim* impuberis 2.

contrariam opinionem amplexi ſunt, nempè legitimam filiorum minui quidem, ſed in totum tolli non poſſe, quam Hiero. Cagnol. *in l. iura ſanguinis. num. 5. ff. de reg. iur.* crebriorem, & veriorem aſſerit, idémque *Pet. Raue. in Alph. aureo in Verbo, legitima. Deci. conſil. 19. Sali. in auth. nouiſſ. num. 10 C. de inoffic. teſta. Iaſ. ibid. num. 56. Panor. in c. Raynutius num. 12 iuncta apoſtil. de teſta. item Boer. deciſ. 188. num. 6. & Carol. Molina. in addi. ad conſi. Alexand. conſi. 75. Verbo, legitimam. num. 11. Vol. 1.* fatetur, & de hac communi vide etiam *Soci. conſi. 159. num. 3. Vol. 1. & Curt. Iun. conſi. 10. & quæ ego ſcripſi in prima dec. Reſpon. iuris, conſi. 10. num. 43 & aliquot ſeqq. quæ huc accumulari poſſunt.*

OBSERVATIO XLIV.

Gail. 1. obſ. 40. & obſ. 74. nu. 10. Herman. Vult. ca. 30. nu. 43. lib. 2. Iuriſpr. Roman. A. Reyger.

Procurator quomodo poſt litem conteſtatam reuocari poßit?

1. *Procurator regulariter ante litis conteſt. reuocari poteſt, poſteà verò non, niſi ex cauſa.*
2. *Et quæ ſint illæ cauſæ.*
3. *Reuocatio procuratoris iudicialis, Iudici, vel Parti intimari debet.*
4. *Si procurator reuocationi poſt lit. conteſt. factæ conſentiat, non requiri cauſæ cognitionem.*
5. *Dummodò pars aduerſa non contradicat, aliàs ſecus.*

Procurator poſt litem côteſtatam ſit Dominus litis. VVurmſ. ti. 5. de procurat. obſ. 14. num. 2. Et quando reuocari poſſit per principalẽ. VVurmſ. tit. 5. de procur. obſ. 3. A. Reyger.

1. REGVLA eſt † quòd ante litis conteſtationem procurator liberè à domino reuocari poſſit, poſteà verò non, niſi ex cauſa, *l. ante diem cum. l. ſeq. C. d. de proc.* de qua etiam cauſa ſummariè cognoſcendum eſt *per gloſſ. ſingularem in l. in cauſa. C. eod. tit.* † Quæ autem ſint illæ cauſæ, ex quibus licita ſit procuratoris reuocatio etiam poſt acceptum iudicium, habetur plenè *in l. ſi filius. §. Vlt. cum multis ll. ſeqq. ff. de procur.* Inter cæteras autem iſta pro iuſta habetur, ſi procurator ſit præſens, & patiatur ſe reuocari, *iuxta Bart. in l. Vnica. C. de ſatiſdat. per gloſſ. in l. ſi procuratorem. C. de procur. & fac. not. per Bart. in l.*
2 *procuratorib. C. eod. tit.* & ſecuti ſunt Domini. Camerales in cauſa fractæ pacis publicæ Epiſcopi Bambergenſis contra Marchionem Albertum Brandenburgenſem,
anno 1553. † Prædictis adde, quæ latiſſimè 3.
ſcribit Felin. *in cap. ex parte decani. de reſcr.* vbi inter cætera etiam tradit, reuocationem procuratoris iudicialis intimandam eſſe iudici, vel parti: aliàs geſta per ipſum valere, quo ad præiudicium reuocantis, *cap. mandatum. de procur. cum concord. ibi in gloſſ. de quo vide & Bart. Bald. & Salic. latiſſimè in l. Vnica, C. de ſatiſdat. & Felin. in d. cap. ex parte decani. num. 24.* † Amplius tradit Felin. 4.
ibidem num. 27. etſi requiratur cauſæ cognitio in reuocando procuratore poſt litis conteſtationem, tamen hoc ceſſare ſi procurator reuocationi conſentiat: *de quo vide plenè per gloſſ. & Dd. in cap. 2. de procur. lib. 6. Vbi dicit Anchar. in 3. notab.* † Quando re 5.
uocatio ſit poſt acceptum iudicium, non ſufficere, quod fiat volente procuratore: ſed requiri etiam conſenſum aduerſarij, cum quo procurator per litis conteſtationem quaſi contraxit, *l. 3. § idem ſcribit. ff. de pecul.* & hunc quaſi contractum non poteſt dominus, vel procurator diſſoluere aduerſario inuito: *idémque tenet Panor. in c. auditis. col. 3. Verſ. ſed ſaluandi de procur.* quia intereſt aduerſarij, vt procurator ſine cauſa non reuocetur, ne iudicium varietur perſonarum immutatione.

OBSERVATIO XLV.

De Commiſſario teſtis idioma ignorante.

1. *Si commiſſarius alicuius teſtis idioma ignoret, quem examinare debet, Interprete uti poteſt & num. 6.*
2. *Inter perſonas diuerſi idiomatis, per Interpretem ſtipulari poteſt.*
3. *Et matrimonium iniri.*
4. *Et ſententia ferri per Interpretem.*
5. *Teſtamentum quoque nuncupari poteſt coram teſte alterius idiomatis, dummodò is ſenſu percipiat quid agatur, ſcilicet per interpretem.*
7. *An in prædictis caſibus Vnius Interpretis fides creditur?*

CVM in cauſa fractæ pacis publicæ vertente inter communitatem in *Huttin-*

Digitized by Google

Huttingen contra gubernatorē Blancken-
burgenſem in Lotharingia, ciúſque con-
ſortes, nonnulli teſtes examinandi, ignari
eſſent linguæ Germanicæ, & Commiſſa-
rius iudicialiter datus idioma Gallicum
neſciret, rei autem conuenti nouum com-
miſſarium Gallicæ linguæ callentem de-
1. ſtinari peterent: † Cōcluſum fuit per Do-
minos Camerales, priori Cōmiſſario, qui
iam inceperat examen teſtium, conceden-
dum eſſe, vt interprete vti poſſet ad reli-
quos teſtes examinandos, per ea, quæ ha-
2. bentur *in l.1.§.ult.ff.de verb.oblig.* † vbi
traditur, Inter homines diuerſarum lin-
guarum ſe inuicem non intelligentium,
poſſe cōtrahi ſtipulationem per interpre-
3. tem: † Quemadmodum etiam contractus
matrimonij inter perſonas diuerſi idio-
matis iniri poteſt per interpretem, *Canoni-*
4. *ſta in c.ex literis de ſponſal.* † Itē poteſt Iu-
dex ferre ſententiam inter diuerſæ linguæ
homines adhibito interprete, qui idioma
Iudicis partibus exponat, *Bald.in l.iudicis.*
5. *C.de ſent.interlocut.* † Sicut etiam teſtator
poteſt nuncupare ſuam vltimam volun-
tatem coram teſte non intelligente eius
ſermonem, dummodò talis teſtis ſenſu
percipiat, quid agatur, *l.qui teſtamento.§.*
ult.ff.de teſta. quem text. ibi intelligunt Caſtr.
& *Alex.* ſcilicet per interpretem adhibi-
tum per teſtatorem, *quod etiam Bald.&*
Salic. tenent in l.hac conſultiſſima.§.ult.C.de
6. *teſt.* † Et hoc etiam producendum eſſe
ad examen teſtium, teſtatur *Bart.in d.l.*
1.§.ultim.numer.4. ubi quærit, Quid fiet in
iudicio, ſi Theutonicus illiteratus producitur
in teſtem inter Latinos? Et reſpondet, Iu-
dex interrogabit eum per interpretem: &
dicit ſe ita de facto feciſſe, cùm Aſſeſſor
7. *eſſet Piſis.* † Sed quomodo hic dicto vnius
interpretis fides adhibetur? Et concludit
Bart. quòd ſi interpres ſit Notarius, illum
ſufficere: aliàs adhibendos eſſe duos teſtes,
ſi haberi poſſint: ſin minùs vnum ſufficere:
& hoc communiter teneri, Iaſon refert *in*
d.§.ult.poſt.num.10. de quo vide Alex.conſ.
179.vol.2. ibi plene diſſerit, An dictum v-
nius interpretis faciat plenam probatio-
nem? & fatetur prædictam Bart. opinionē
communiter receptam eſſe: cui adde
Bald.*in l.comparationes.verſ.venio ad ſextam*
quæſtionem.C.de fide inſtr.Angel.in Nouel.
ut præp. Imp. nom. doc. & c.col.9.Rom.conſil.
20.Felin.c.propoſuiſti.de probat. Zaſium. *d.l.1.*
§.ult. vbi dicit eleganter, ideò credi inter-
preti, qui vnus eſt, quia interpres non
adhibetur vt teſtis, ſed vt artifex linguæ
interpretandæ Si tamen partes concorda-
re non poſſunt ſuper interprete, conſul-
tum fore cenſuerunt Domini, vt iudex
accipiat duos interpretes, vt ita fides fiat
geſtis coram ipſo.&c.

OBSERVATIO XLVI.

Famam regulariter ſemiplenè probare, & quæ ad famam probandam ſint neceſſaria?

1. *Fama regulariter ſemiplenam facit probationem.*
2. *Ad famam probandam quæ requirantur: & n.3.4.& 5.*
6. *Fama interdum plenè probat: remiſſiuè.*
7. *Fama & Rumor quomodò differant.*

FAMA † regulariter ſemiplenam pro- 1.
bationem facit, non autem plenam, *de*
quo vide, quæ dixi in rub.ext. de probatio.nu.
47. & habetur in l. 3. §. eiuſdem quoque,
iuncta gl.ff.de teſt. c. 1. ibi gloſſ. de appell.cap.
illud de præſum. & c.ex literis de iureiur.
Et hanc eſſe communem, tradit Coraſ.*in l.*
admonendi.n.8.ff.de iureiur. † Cæterùm ad 2.
famam probandam plura eſſe neceſſaria,
obſeruandum eſt. Primùm, quòd teſtis aſ-
ſerat, ſe à pluribus audiuiſſe, nominétque
ſingulariter aliquas perſonas, etſi non fue-
rit interrogatus, *iuxta Inno.in c.qualiter &*
quando.2. de accuſat. & Bartol. in leg. de
minore.§ plurimùm ff. de quæſt. † Alterum, 3.
quòd teſtes dicant, ſe audiuiſſe à maiore
parte populi eius loci, in quo erat fama:
nec ſufficit, ſi aſſerant, ita publicè dici, quia
potuiſſent audiuiſſe in loco publico per
paucos, *Bartol.d.§.plurimum.num.21.Alex.*
conſil.94.num.11.lib.3.idem conſil.151.num.11.
conſil.35.& conſ.101. num.15.lib.7. & vtrobi-
que Molina.in add.item Decius conſ.37.num.
4.& Hipp.de Marſ.conſ.58.numer.12. † Ter- 4.
tiò requiritur, quòd teſtes exprimant cau-
ſam propter quam fama ſit orta, vt putà ex
inimicitia, ex minis, ex iniuria, vel alia

Digitized by Google

ſimili cauſa , *Salic.in l.ea quidem. C.de ac-*
5. *cuſat.* † Addunt plerique etiam Quartum
requiſitum,nempe quòd fama præceſſerit
accuſationem, *vt per Anchar. conſil.* 253. *&*
de hoc vide plenè per Hipp.ſing.97.& in
pract. §. diligenter. numer. 8. & conſil. 10. &
Thom. Gram. in voto. 34. vbi plures allegat.
6. † Sunt tamen plerique caſus,in quibus fa-
* ma plenam facit probationem, *vt per Do-*
ctores in l. admonendi. præcipuè Lanfr.col.13.
verſic. excipiuntur tamen ff. de iureiur. &
Salic. *in l. ea quidem C. de accuſat.* Ho-
rum caſuum octo recenſet Deci. *in d.c.1.*
col.4.verſic.in gloſſ.in verbo , famam.de ap-
7. *pellat.vbi vide.* † Obſerua etiam,magnam
eſſe differentiam inter famam & rumo-
rem. Fama enim eſt,ſermo vulgatus à cer-
tis aliqua de re in vulgum ſparſus: Rumor
verò dicitur aliqua de re vulgatus , cuius
autores ignorantur, *de quo vide,quæ à me*
annotata ſunt in d.rubr.de probat.numer.47.

antiquitus ſolitam infeudari , non ſolùm
extraneis, ſed etiam conſanguineis ſuis &
affinibus : *Ita Bald.in l.1 ff.de rerum diuiſ.*
quæſt.25. Aluar.c.1 ſi de inueſt.inter dom. &
vaſall. lis orta. Frid. de Senis conſil. 52. &
Panorm.cap.vt ſuper.de rebus Eccleſ.non alie. *
Debet enim fauorabilior eſſe ſuis , quàm
extraneis, dummodò nō ſit ſuſpicio,quod
ius Eccleſiæ per hoc deterius reddatur.
† Et hanc ſententiam , velut magis rece- 4.
ptam, firmat quoque Iaſ. *in prælud.feud.nu.*
19. & Zaſ. in tract. de feud. par. 5.conclu.4.
n.51.vbi pariter communem dicit, poſt Iac.de
Belu.in c.1.qui feud.dar.poſſ. † Et huic etiam 5.
ſententiæ communis Germaniæ conſue-
tudo ſuffragatur. † Interim tamen verum 6.
eſt, ſi Eccleſia vellet retinere feudum pro *
ſe, nec cuiquam de nouo concedere, hoc
ei licere *per text.in c.2.de feudis* : & eſt hæc
quoque communis opinio , *iuxta Zaſ.in*
conſ.8.n.44.lib.2. & Ruin.conſ.152.lib.1.

OBSERVATIO XLVII.

Schrad. p. 4. c.2. nu. 18. in tract.feud.

Eccleſia de feudis ſibi apertis , alios de nouo inueſtire poterit.

1. *An feuda ad Eccleſiam reuerſa rurſus infeudari poſſint, valde eſſe diſputabile inter Dd.*
2. *Negatiua opinio aſſeritur communis eſſe.*
3. *Affirmatiua magis communis. & numer.4.*
5. *Affirmatiuam opin.communi Germaniæ conſuetudine adprobari.*
6. *Poteſt tamen Eccleſia feudum ad ſe reuerſum retinere,ſi velit.*

Eccleſia accipiens feudum an ſeruare debeat, quod alij feudatarij. Hart.Hartm. tit.54. obſ.4. n.10. A.Reyger.

1. IN hac quæſtione , † An bona feudalia
reuerſa ad Eccleſiam, rurſus aliis in feu-
dum concedi poſſint,tam variè loquuntur
Interpretes , vt quæ verior ſit opinio,
magiſque recepta,vix dici poſſit. † Nam
id fieri non poſſe,tenent, *Decius conſ.131.n.*
2. & conſil.328. Rom.conſil.22. & Alex.conſil.
80. *lib.* 1.vbi aſſerunt,hanc eſſe communem
nec ab ea in iudicando recedendum : *alle-*
* *gatque Alexand. And. Sicul. idem traden-*
2. *tem in c.1.de locat.col.6.* † Alij contrà pu-
3. tant , licitum eſſe prælato infeudare rem

OBSERVATIO XLVIII.

Clericus,ſiue Monachus, an etiam ſuccedant in bonis feudalibus?

1. *Clericus , ſiue Monachus an in feudo ſuccedat, intricata quæſtio.*
2. *Affirmatiua opinio.*
3. *Negatiuam plures tenuere : & numero 5.*
4. *Nemo militans Deo ſecularibus ſe negotiis implicare debet.*
6. *Tertia opinio , diſtinguendo conſilians priores duas.*
7. *Limitatio opinionis affirmatiuæ.*
8. *Secundam opinionem, tanquam veriorem in Camera adprobatam, & magis communem eſſe.*

QVAESTIONIS † non minus con- A
trouerſæ eſt apud Dd.num in feudo
clericus , ſiue monachus , ſuccedere poſ-
ſit ? adeò quòd L iur. Sylu. *conſ.3.n.52.lib.1.*
dicat , tot in ea eſſe ſententias ferè , quot
capita: cuius varietatis meminit Anto.Ca-
pyc. *deciſ.10. & 31.in addi.* Poſſunt tamen
hæ omnes in tres principales opiniones
reduci. † Prima eſt affirmatiua,quòd cle- 2.
ricus in feudo ſuccedere poſſit. ita tenet
expreſsè

Digitiz

expreſsè *Salic.in authen.ingreſſi,C.de ſacro-
ſanct. Eccleſ. vt eum refert Iac. de S. Georg.
de feud. verſic. & quibuſcunque hæredibus,
& ibi plures alios, Dd. allegat, maximè Ca-
noniſtas in c. in præſentia, idem ſentientes.*
3. † Altera negatiua opinio eſt, quòd ſcilicet
clericus in feudo non ſuccedat, ſed pror-
ſus ſit incapax, per text. *in c.1. ad fin. de feud.
fœm. & c. qui clericus, ſi de feud. contro. fuerit
inter dom. & ag. vaſal. & cap.1. ad fin. in tit.
an mut. vel ſurd.* qui textus expreſsè vo-
lunt, quod qui clericus efficitur, hoc ipſo
feudum amittat: quod & rationem habet.
4. † Nemo enim militans Deo, ſecularibus
ſeſe negotiis implicare debet, *21. quæſt.*
5. *3.c.placuit.* † Et in hanc ſententiam incli-
nant *Felin.d.cap.in præſentia, num. 44. refe-
rendo plures Canon. idem tenentes, Curt.
de feud.2.part. prin. quæſt. 10. Rui. conſil. 42.
num.9.lib 4.Chaſſa.in Conſuet.Burg.rub. des
fiedz. §.1. verſ. excepto les religieux. per to-
tum vſque ad §.9. Afflict.cap.1.de mil.vaſ.
qui ar.dep. & d.c qui clericus, Alciat. conſil.
222.in princip.Rol.à Valle conſil. 23. num. 19.
20. & ſeq.lib.1 & nouiſſimè Sonsbec.in Com-
ment.feud.part.12.nu.137. & ſeq* Quamplu-
rimas etiam autoritates pro hac opinio-
ne adducit Petr.à Duen. *regula* 103. regu-
lam ponens, quòd clericus in feudis non
ſuccedat: quam tamen 13. modis reſtrin-
git, *vt ibi per eum* Zaſ. quoque *in epit.
feud. part.5. num. 71. & 72.* multis argu-
mentis eandem ſententiam comprobat,
6. licet iudicium ſuum ſuſpendat † Tertia
deniq. opinio eſt, quòd diſtingui debeat,
an feudum talis naturæ ſiue qualitatis ſit,
quòd ſeruitium pro eo debitũ æquè præ-
ſtari poſſit per clericum, ſiue monachum,
ſicut per ipſum vaſallum: vt quia ſeruitiũ
ſit reale, vel etiam perſonale, quòd tamen
honeſtè, vel per ſe, vel ſubſtitutum, ſi im-
pedimentum interuenerit, præſtare cleri-
cus, vel monachus poterit, tunc ſuccedat:
an non ſit talis naturæ, & tum excludatur
à ſucceſſione. *ita Card. Alexand.in ca.1. §.
& quia. & ibi Laud.de his, qui feud. dare poſſ.
Ioan.And.in Add. ad Specul. tit. de ſtatu mo-
nachor. §. 1. Calder.conſi. 12. Bald. auth.niſi
rogati, Cod.ad Trebell. Ant.de Butr. & Ar-
chi.c.ſi mulier.19.quæſt.vlt.* vbi volunt iuxta
hanc diſtinctionem intelligendos eſſe
textus contrarios ſuprà in prima opinio-
ne citatos. † Limitant tamen hanc doctri- 7.
nam, vt procedat non quò ad feudum per-
petuò, eiúſque dominium retinendum,
ſed tantùm ad hoc, vt clericus, ſiue mo-
naſterium habeat illud, quò ad commo-
ditates, durante vaſalli vita: *ita Bald. d.c.1.
de mil.vaſ.quem ſequitur Alex.conſil.* 10. *lib.*
5. † Verùm, vtcunque ſit, Dominis Came- 8.
ralibus viſum eſt, ſecundam opinionẽ cæ-
teris veriorem, magiſque communem eſ-
ſe: *quod* Ioan. *Fich.in addit. ad Villalu.com.
opin.poſt num.29. pariter fatetur per argumen-
ta ab eius opinionis ſequacib. ſuprà allegatis
recenſita*: vide etiam hanc quæſtionem latè *
tractatam ab Octa. Cache. *in deciſ.* Pede-
*mon.deciſ.*32. vbi facit regulam negatiuam:
Clericum, aut alium, qui religionem vo-
uerit, feudum retinere, vel in eo ſuccede-
re non poſſe, eandem tamen aliquot fal-
lentiis illuſtrat, *vt ibi videre licet: cui adde
Iul.Clarum in §.feud.quæſt.*78.

Schrad. p 7. c.5.n.30. vide copioſè diſputantem magnũ Dn. Hart.Piſt.lib. 2.q 32. A. Reyger.

OBSERVATIO XLIX.

*Si procurator, vel Actoris, vel Rei, cau-
tionem de rato præſtet, & poſteà ſeſe
non legitimet, ad quid teneatur?*

Procurator Actoris & Rei, ſi de eius mandato dubitetur, quomodo ſatiſdet: Vide VVurm. tit. 10. de ſatiſd. obſ. 2. & 3. per tot. A Reyger.

1. *Explicatio Ordin. Cameræ tit. 21. parte 1. ad quid teneatur procurator Actoris vel Rei, cauens de rato, & ſe poſteà non legitimans? & nu.2.*
3. *De Actoris procuratore.*
4. *De procuratore Rei conuenti.*

IN Ordinatione Cameræ *part. 1. tit. 21.* 1.
inter cætera ſtatuitur, † Procuratores, ſi
caueant de rato, admittendos eſſe, vſque
ad litis conteſtationem excluſiue: & ſi po-
ſteà ſeſe non legitiment, exhibendo man-
datum cum ratificatione priùs actorũ, te-
nentur expenſas litis de ſuo ſoluere.
Quod ſi procedant abſque mandato, nec
ante concluſionem producant ratificatio-
nem domini, tùm non ſolùm expenſas
litis, ſed omne intereſſe, tàm parti aduer-
ſæ, quàm ipſis iudicibus ex ſuo refundere
ſunt obnoxij. † Quamuis autem Ordina- 2.
tio ibi generaliter loquatur de procura-
toribus, tamen obſeruanda eſt diſtinctio

Digitized by Google

inter procuratorem actoris & rei, quantum ad proceſſus, aut ſententiæ validitatem attinet.
3. † Nam Actoris procurator, qui de rato cauit, tenetur quidem ex cautione ad intereſſe, *l. ſi ſine, ff. rem rat. hab.* Imò etſi de mandato non promiſiſſet, tamen eo ipſo, quòd ad inſtantiam Rei, non poteſt de mandato docere, ad intereſſe obligatur, *l. 1. C. cred. euic. pig. non deb. Bart. l. licet. C. de b. proc.* Proceſſus tamen & ſententia contra talem falſum procuratorem
* non valet, quia non habet executionem.
4. † Secus verò eſt in falſo procuratore Rei, quia valet in ſui præiudicium, & contra eum fit executio ſententiæ, *l. Plautius, ff de procur.* Et hoc, ſi ſciebat, ſe non eſſe procuratorem: ſecus, ſi per errorem proceſſiſſet, *d. l. Plautius, ſecundum Bart. l. de pupill. §. fin ff. de no. op. nunc* Ioan. *And. ad Specul. tit. de execut. ſent. §. ſequitur. verſicul. ſed pone. Lud. Bolog. in add. ad conſ.* Ioan. *de Ana. conſil. 96.*

OBSERVATIO L.

An & quando in ſupplicationibus & citationibus inſeri debeant nomina litigantium?

1. *Tam in ſupplicationibus quàm citationibus inſerenda eſſe nomina eorum pro quibus & contra quos proceſſus petuntur.*
2. *Etſi alicui legitimè ſit facta executio, ſi eius nomen in proceſſu non fuit expreſſum, non tenetur comparêre.*
3. *Prædictum axioma fallit in cauſis alicuius collegij, ciuitatis, vel communitatis: quia ſufficit, ſi in genere exprimantur.*
4. *Ætiologia huius limitationis.*
5. *In obtinendis proceſſibus contra aliquem violatorem pacis pub. eiuſque ſocios, ſociorum nomina in ſpecie deſignanda ſunt, aliàs proceſſus non valent.*

QVANVIS Ordinatio Cameræ diſponat,
1. † ſupplicationibus & citationibus inſeri debere nomina litigantium,
Gail. 1. obſ. 49. hoc eſt, actoris & prouocantium, quorum nomine proceſſus petuntur, & ſi hoc prætermittatur, non valere citationem, etiamſi, ei, cui inſinuari debuerat, inſinuata ſit: (prout deciſũ eſt in cauſa *Mulhum*, contra *Furſtenbergk*. † Vnde etiam ſe- 2.
quitur, quòd is, qui non exprimitur, non ſit obnoxius comparêre, vtcunque ipſi legitimè facta ſit executio.) † Attamen prę- 3.
dicta, non procedunt in cauſis alicuius collegij vel ciuitatis & communitatum: ibi enim ſufficit, conſulem, ſenatores, & plebem in genere exprimere, qui etiam in generè abſoluuntur, vel condemnantur: idque in cauſis quoque fractæ pacis locum habet, & ita ſæpe ſententiæ pronũciantur. † Quod ideò eſt, quia huiuſmodi 4.
collectiua nomina certam iuris determinationem habent, certúmque corpus repræſentant, *vt pulchrè Oldra. docet conſ. 100. per tot. & Io. And. in add. ad Spec. tit. de Syndic. n. 16.* † Quid igitur, ſi cõqueratur, Titiũ 5.
& eius ſocios me bello impetere: quæritur, an contra ſocios in genere citatio, ad videndum ſe declarari in pœnam banni, decerni poſſit? Reſpon. non poſſe, niſi in ſupplicando nomina ſociorum in ſpecie exprimantur: aliàs enim contra non nominatos executio fieri, & per conſequentiam in contumaciam, procedi non poſſet, neque proclama contra innominatos decerni: ne igitur citatio reddatur eluſoria, nomina citandorum expriméda ſunt. Ita determinatum fuit à Dominis, cùm Norinbergenſes citationẽ aduerſus Marchionem Albertum, &c. & eius adhærentes peterent, anno 1552.

OBSERVATIO LI.

De executione proceſſuum in perſonas Principum, an & quatenus valeat?

1. *Si nuncius Cameræ proceſſus emanatos contra Principem, non ipſi Principi, ſed alicui ex ſuis Adminiſtris inſinuauit, qui dixerit ſe eoſdem ſuo Principi tradidiſſe, &c. an talis executio ſit habenda pro valida?*
2. *Nuncio publico in ſuis relationibus credendum eſſe.*

3. Nun-

Digitized by Google

3. *Nuncij qualiter citationes exequi debeant, remiſsiuè.*

CIRCA executionem proceſſuum dubitatum fuiſſe memini de illa quæ-
1. ſtione, † ſi Princeps domi ſuæ non ſit, ſed alibi, & nuncius eum conuenire volens, non potuerit: quidam autem ex miniſtris ſuis proceſſus à nuncio acceperit, eique promiſerit, velle, ſe eos Principi offerre & inſinuare: cui confidens nuncius originales proceſſus ei tradiderit, & poſterò die idem miniſter reſponderit ſe literas Principi tradidiſſe, eáſque ab ipſo lectas, indignatúmque fuiſſe Principem, quòd ipſius procurator in Camera non præcauiſſet, aut impediuiſſet huiuſmodi proceſſus, maximè cùm ad ipſum ſcripſerit, vt eum excuſaret: controuerſum fuit, vtrùm hæc executio pro legitima eſſet habenda? Et quamuis pleriſque videbatur iuxta literam Ordinationis in tit. 38. part. 1. eam non ſufficere: tamen de iure pro legitima habendam eſſe, Domini frequentiùs cenſuerunt.
2. † Tum, quia credendum eſt nuncio publico in ſuis relationibus, quò ad officium ſuum, *gl. in c. cùm parati, de appel.* idque propter electam fidem perſonæ, & iuramenti religionem, quo Camerali iudicio obſtrictus, eſt, *l. magis puto §. nec tamen, ff. de reb. eo. qui ſub tut. latè Spec. tit. de citat. §. ſequitur, num. 6.* Tum, quia ſatis eſt, citationes in notitiam citati perueniſſe, licet non omninò legitimè & formaliter: cùm habeat ſuum effectum & rationem, ne pro inſciente, & non vocatâ parte contra eum procedatur, *per not. Dd. in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. fac. c. eum qui certus, de reg. iur. in 6.* Denique cum Princeps iuxta reſponſum miniſtri proceſſus eoſdem ſe recepiſſe dicatur, in hac relatione fides eſt adhibenda nuncio: videtur Princeps per hanc ſcientiam, & patientiam ſeu taciturnitatem ſuam, quod non contradixit, executioni nuncij acquieuiſſe, *per pulchra iura quæ collegit Hipp. de Marſ. ſing. 350. 340.*
3. 377. † Cæterùm de hac materia, an & qualiter nuncij citationes exequi debeant, & quoties ipſis credendum ſit, vide *quæ ſuprà ſunt annotata cent. 1. obſer. 77. 78. & 79. & quæ latè habentur apud Alexand. conſi. 2. vol. 3. Lud. Rom. conſi. 454. & conſi. 457. Spe. tit. de citat. § ſequitur, col. 2. & 3.* Et quòd regulariter citatio ſit facienda, eſt *gl. in c. cauſam, de do & cont u. Bart. l. 4. § ait prætor, ff. de dam. inſec.*

OBSERVATIO LII.

De perſonis iuriſdictioni Camerali ſubiectis: & an in criminalibus Camera cognoſcat, vel cauſam remittat ad magiſtratum loci?

1. *Aſſeſſores Cameræ, & aliæ perſonæ iuriſdictioni Camerali ſubiectæ, coram Iudice & Aſſeſſoribus ibi in perſonalibus actionibus conueniri debent: & num 2.*
3. *Idem in peregrinis aduenientibus & in Camera morantibus locum habet.* VVurmſ. li. 24. de appel. obſ. 8.
4. *Quid in criminalibus cauſis corporalem pœnam merentibus obſeruetur.* nu. 3. & 4. A. Reyger.

CIRCA 1. & 2. §. tit 49. Ordinationis in 1. parte olim concluſum fuit per Dominos, † in perſonalibus actionibus Aſſeſ- 1.
ſores Cameræ conueniendos eſſe coram iudice & Aſſeſſoribus, *per tit. C. vbi aſſeſſ. & clariſſ. & ibi Bart. l. 1. C. vbi de hære. agi opor. & l. hæres abſens. ff. de iudi. & per Innoc. in c. ex parte. de foro comp.* & licet Bald. *in d. l. 1. verſi. quartò quæro*, contrarium aſſerere videatur poſt Butrig. nempè quòd de contractibus alibi celebratis in Camera non poſſint conueniri: tamen ita decreta fuit citatio cuidam Nurenbergenſi aduerſus doctorem *Drachſtet*, anno 1531. menſe Auguſto † Idem quoque dicendum eſt 2.
de aliis perſonis iuriſdictioni Camerali ſubiectis, prout recenſentur in prædicto tit. 49. † Quibus addendi ſunt peregrini 3.
aduenientes, & in Camera morantes, vel ſollicitantes: quia & hi Camerali iuriſdictioni ſubſunt, non Spirenſibus, in Ciuilibus cauſis: & ideò tales perſonæ, habentes cauſas in Camera ratione contractus & obligationis perſonalis, qui celebrati ſunt in loco Cameræ, non ſolum in iudicio, de quo non eſt dubium, ſed etiam extra in ciuitate, vel in ſuburbiis, conueniri in Camera poſſunt. Atque ita decreta eſt citatio aduerſus cuiuſdam patris filium qui ſollicitandi cauſa Spiram venerat, & cùm iam re-

ceſſurus extra vrbem apud currus meritorios vidiſſet aduerſarium patris ſui, eum grauiſſimis iniuriis affecit: qua de cauſa in-
4. iuriatus eum in Camera conuenit. † Cæterùm ſi cauſa ſit Criminalis, quæ corporalem pœnam mereatur, eam Camera committere ſolet magiſtratui loci, nempè ſenatui Spirenſi, etiamſi propter delictum alibi commiſſum, in Camera quis capiatur, prout factum eſt in cauſa *Gothartem Muller*, contra *Ach*: Cognoſcere tamen priùs ſolent Aſſeſſores ſuper maleficio, an cauſa ſit criminalis: quemadmodum factum eſt an. 1549. die 26. Aug. Nam cùm Spirenſes cepiſſent quendam Chriſtoph. Kuhn, qui erat ſcriba Cameralis, & obtuliſſent ipſum iudici Cameræ, eique tradidiſſent claues ad carcerem, quas Bidellus ex commiſſione iudicis acceperat & ſeruarat: tametſi poſteà eum ob maleficium puniendum ipſis remitti petiiſſent, tamen quia in pleno ſenatu concluſum fuerat, delictum illud non mereri pœnam corporalem, remiſſio fuit ipſis denegata.

OBSERVATIO LIII.

Qui prohibetur exigere, an vltrò oblatum recipere poſſit?

1. *Procuratores in Camera ſi puniantur, pœnam ex ſuo propria ſoluere tenentur, & non exigere à clientulo.*
2. *Sed nec vltrò oblatum recipere poſſunt: & num. 4.*
3. *Notarij etiam à ſponte ſoluentibus vltra debitum aliquid accipientes puniuntur.*

IN Ordinatione ſalubriter diſponitur,
1. † Procuratores ære proprio pœnas luere debere, & ſub pœna periurij ſiue volente, ſiue nolente clientulo ſuo, eas recipere procurator non poteſt, §. *vltim. tit. 52. in prima parte.* Dubitatum tamen fuit circa præ-
2. dictam conſtitutionem: † An illi, cui non licet exigere, ſaltem vltrò oblatũ recipere liceret? Et allegabatur Deci *in l. inuitum. §. quod cuique ff. de reg. iur.* vbi videtur dicere, quòd non, citando *c. exigit, de cenſibus, lib. 6.* vbi ſicut non poteſt quis exigere, pariter à ſponte ſoluente recipere non licet, *& gl. ibi in verbo, volente.* ad quod etiam facit gl. *in l. vni[...] pub. laet. vel conſ. lib. 12. in verb. accipientem*, quæ dicit, pari pœna puniri illum, qui accepit à ſponte dantibus, & illum, qui exigit: *quam gloſſ. Ioan. de Plat. ibid. notat.* † Atque Bald. *per illum* 3.
text. in auth. ſed hodiè C. de Epiſcop. & cler. quòd notarij puniantur, ſi vltra debitum aliquid accipiant à ſponte ſoluentibus. Cre-
brius ergo placuit: † Quòd ſi ſtatutum, ſiue 4.
ordinatio prohibeat ſalariũ accipere, cùm iſta verba ſint generalia, comprehendant etiam ſponte ſoluentes: ſecus, ſi quis eſſet prohibitus petere, quia non prohibetur accipere à ſponte ſoluente, *cap. dilectus. 2. extra. de ſimo.*

OBSERVATIO LIIII.

Poſitioni continenti factum alienum, an ſit reſpondendum? Gail. 1. obſ. 82.

1. *Poſitioni etiam factum alienum continenti reſpondere debet ſi factum ad cauſam faciat, & reſpondens intra terminum reſpondendi certificari poſſit.*
2. *Contraria & negatiua opinio, quod non ſit reſpondendum.*
3. *In Camera ſi reſpondens ignoret factum alienum, licitè poſitionem negare poteſt.*

GENERALIS eſt regula, † Poſitioni 1.
continenti factum alienum, reſpon- Gail. 1. obſ.
dendum eſſe, dummodò factum ad cau- 82. num. 4.
ſam faciat, & reſpondens ad terminum datum ad deliberandum certificari poſſit per text. *in l. Marcellus. § 1. ff. rer. am. item gloſſ. verb rationabili cauſa, & verb. item ſi ſit de facto alieno. cap. 2. de confeſſ. lib. 6. Spec. tit. de poſit. §. ſeptimò videndum, verſ. 4. conſiderandum. & §. quinto ſupereſt. verſ. & notatur. eod. tit. Ferra. in practica ſua in for. lib. except. contra poſſ.* † Contrarium ve- 2.
rò tenet gloſſ. *verbi, Exiſtimat. verſi. item non de facto alieno. l. 2. §. quod obſeruari, C. de iuram. prop. cal. praeſt.* prohibens huiuſmodi poſitioni reſpondendum eſſe: quam glo. ibid. ſequitur Cyn. *ad fi. §. dummodò factum alienum faciat ad cauſam*: idémque tenet Bart. *ibid. & reſpondet ad d. l.*

Mar-

Marcellus. additque Bart. quòd ſi quis dubitet, dandus ſit illi terminus ad deliberandum. Sequitur Baldus cum moderatione aliqua, ſi deliberando ſuper tali facto in reſpondentem cadere poteſt certa opinio legis, ſi poſſit animum ſuum informare ad credendum. Caſt aſſentitur *in d. §. quod obſeruari. col. 5. verſ. primus caſus. Lanfranc. in rep. cap. quoniam contra, de probat. verb. reſponſiones, verſ. quarta regula. num. 8. Geminian. in ſuo tract. reſponſ. ſeu interrogat in cap. 1. de confeſſ. lib. 6. Iac de Ana. in tract. de poſit. & interrog. verſi. ſi primo breuiloquio.* qui dicit Bartoli opinionem communem eſſe. Vide O. di. Cam *in 3. part. tit. 15 § 4.*
3. *Zum andern, & §. Begeb ſich aber.* † Si reſpondens ignoret factum alienum, quod aduerſarius articulauit, abſque periurio poſitionem negare poteſt: quia facti alieni probabilis eſt ignorantia, *l. vlt. ff pro ſuo. & gloſſ. in ca. 1. de confeſ lib. 6.*

OBSERVATIO LV.

Feudũ hæreditarium per partem alienari poteſt. Vide Gail. 2. obſ. 154. n. 12. Alienatio patris filiis regulariter præiudicet in feudo hæreditar. VVurm. ti. 51. de feud. obſer. 4. per tot. Elegantiſſimè Dn. Hartman. Piſt. lib. 2. qu. 11. & prolixè Schrad. p. 8. ca. 8. per tot. præcipuè verò n. 11. & 18. A Reyger.

Caſus, vbi patre feudum antiquum alienante in extraneum, reuocationi locus non eſt, etiam alienatore mortuo.

1. *Feudo antiquo in extraneum alienato, filius ſtatim reuocare poteſt, ſi precium reſtituat: agnatus verò in primis poſt mortem alienantis, nullo refuſo precio.*
2. *Si quis conſentiat alienanti feudum antiquum, obligando ſe alienationi non contrauenturum, nec eam reuocaturum præiudicat filiis, vt ne mortuo quidem alienatore reuocare poßint.*

SVPRA *cent. 4. obſer. 85* inter cætera annotauimus. † ſi feudum antiquũ alienetur in extraneum, filios ſtatim illud reuocare poſſe etiam in vita alienantis, dummodò emptori precium reſtituant: agnati verò demum poſt mortem alienantis nullo refuſo precio: quòd ſi alienatore adhuc viuo reuocare velint, precium actori red-
1. dere teneantur, *per iura ibidem allegata.*
2. † Eſt tamen caſus, vbi reuocatio etiam alienatore defuncto non permittitur. Nam ſi proximior agnatus conſentiat agnato alienanti feudum paternum, ſiue antiquũ, in extraneum, cum conſenſu domini, non ſimpliciter, ſed ſe obligando, quòd huic alienationi contrauenire, aut etiam illud reuocare nunquam velit: tunc præiudicat filiis, adeò quod alienatore etiam mortuo filius reuocare feudum non poſſit, *prout diſtinxit Iac. de Belus. & poſt eum Bald. in cap. 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud.* Et hanc ſententiam poſt multam diſputationem ſecuti ſunt domini in iudicando in cauſa appellationis inter Paulum *von Rerman,* contra Iacobum & Ioannem *die VVeschen.*

OBSERVATIO LVI.

De promotorialibus in Camera ad conſequendam iuſtitiam obtentis, & earum reproductione.

Vide Gail. lib. 2. obſ. 28. num. 7

QVANDO quis in Camera obtinet literas promotoriales ad conſequendam iuſtitiam aduerſus Principem, vel alium Statum: tunc poſt lapſum termini, etſi docuerit promotoriales Principi, vel Statui per nuncium Cameræ iuratum, vel legalem notarium inſinuatas, non ſolet decerni citatio in Camera ex capite protractæ, vel denegatæ iuſtitiæ niſi doceat, & alleget ſe poſt inſinuationem inſtitiſſe apud Principem de iuſtitia ſibi miniſtranda: & ſi poſteà in proceſſu requiſitionem non probauerit, remittenda eſt cauſa ad petitionem, ſiue auocationem illius Principis, ſeu Status. Ita iudicando ſæpè definitum eſt: ad quod videntur facere not. Iaſ *in l. vniuerſa, §. ſeptimò facit, C. de precibus Imp. offer.*

OBSERVATIO LVII.

Vide Gail. 1. obſ. 141. De proſequẽdæ appellationis fatalibus vide Hart. Hart. titu. 19. nu. 1. & ſeqq. Obſeruandum hic Dominum Obſeruatorem hac in obſer-

De termino perſequendi appellationem in Camerali iudicio.

1. *Fatalia ſex menſium ad introducendum appellationem conceſſa in Ordin. Cameræ à quo tempore currant.*
2. *Intra ſemeſtre tempus appellationem inſinuare, & proceſſus reproducere oportet: alias appellatio deſerta erit.*
3. *Et ea in re Appellantes cauti eſſe debent.*

Rationem Proſecutionem impropriè pro introductione vſurpaſſe, prout eodē modo à Dn Roberto Maranthâ & aliis practicis vſurpatum legimus: Nam hunc locum ordinat. Can. nō eſſe accipiendum de appellatione proſequenda, ſed introducenda, haud obſcurè ex ipſis verbis ord. poteſt intelligi, & quidem ex illis verbis *Anhengig zu machen.* Item tit. 8. §. 9. verb. *anzubringen vnd anhengig zu machen*, & §. 10. verb. *anzu bringen &c.* d. p. 2. Et quod fatalia appellationis proſequendæ non currant tradit Gail. d. obſ. 141. num. 7. A Reyger.

IN Ordinatione Cameræ, † ſex menſes præfixi ſunt appellanti ad proſecutionem appellationis, *tit. 30 § 1. & § 5 part.* 2. qui incipiunt currere non a die latæ ſententiæ, ſed a die interpoſitæ appellationis, *per textum in auth. ei qui. C. de appell. & Dd. ibid. text. in Clem ſicut. de appellat.* Vbi *determinata eſt concertatio Doctorum & gl. in l. Vlt. § illud, C. de temp. appell.* † Nec ſufficit, ſi Appellans citationem in termino ſex menſium à iudice impetret, ſed intra ſemeſtre illud tempus parti quoque eam inſinuari & in iudicio reproduci oportet: aliàs reus poſt lapſum ſex menſium ad comparendum non arctatur, & Appellatio deſerta efficitur, ſupérque deſertione pronunciatur. Nam reproductio cum effectu fieri debet: ſicut & aliàs per arctum validum præſcriptio interrumpi debet: *Guil. de Cun. l. ſicut, C. de præſcript. triginta, Vel quadraginta annorum, Ang. Alb. in rubr ff. de in ius voc. Bald. l 2. ibidem, Bald. & Alexand. l. Vlt. in prin. ff. de eo. per quem, &c.* Et ita fuit iudicatum in Camera, ante mea tempora, nempe anno 1542. die. 27. Octob. in cauſa Henrici *Malers*, contra Margaretam, Georgij *Dietzens* viduam & hæredes, & meo quoque tempore multoties. † Itaque cauti eſſe debent Appellantes ea in re, vt intra ſex illos menſes non ſolum citationem extrahant, ſed eandem reproducant.

OBSERVATIO LVIII.

Cauſa fractæ pacis indiſtinctè ad Cameram ſpectat.

1. *Homines cuiuſcunque ſtatus ratione violatæ pacis publicæ in Camera conueniri poſſunt.*
2. *Sola domus Burgundica exempta eſt.*
3. *Item Eccleſiaſtici, qui non ſunt ſtatus Imperij, ſed mediatè Imperio ſubiecti.*
4. *Secus eſt in iis, qui immediatè Imperio ſubſunt.*
5. *Eccleſiaſtici aliter, quàm Seculares banniuntur in Camera: & quæ ſit diuerſitatis ratio nu. 6.*
7. *Mulieres quomodò banno feriantur.*
8. *Diſcrimen inter Bannum & Priuationē.*
9. *Denunciatio Banni interdum permittitur.*
10. *In cauſis fractæ pacis declinatoria non habet locum.*

1\.
2\.
3\.
Gail. de pac. publ. cap. n.

OMNES † Principes & cuiuſcunque ſtatus homines, ratione Publicæ pacis, ſubiecti ſunt iuriſdictioni Cameræ: hoc eſt, non obſtante vllo ipſorum priuilegio, quo declinare alias forum poſſent, ob violatam pacem publicam in Camera conueniuntur. 1. Gail. 1. obſ. 2. & 3. & de pac. publ. lib. 1. c. 1. A. Reyger. Vnde etiam Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſis, tanquam Principes & Electores Imperij, & Dux Lotharingus, qui priuilegio Imperatorio ex iudicio Cameræ exempti ſunt: ſi ipſi, eorúmve ſubditi pacem publicam violarent, conueniri in Camera poſſunt. Ita etiam domus Auſtriaca, etiamſi exemtionem habet à tribunali Cameræ, tamen in hoc fractæ publicæ pacis caſu, Cameræ iudicio ſubiecta eſt. † Sola domus Burgundica, etiam in 2. hac ſpecie cum ſuis Ducatibus libera eſt, prout ex cōcordia Auguſtæ Vindelicorum, ann 1548. in magnis Comitiis inter Carolum V. & ſtatus Imperij edita, patet. † Ex- 3. cipiuntur quoque Eccleſiaſtici: qui nō ſunt ſtatus Imperij, ſed mediatè Imperio ſubiecti: hi enim regulariter ob fractam publicam pacem in Camera conueniri nequeunt, ſed ſuos Eccleſiaſticos habent iudices, quemadmodum in Conſtit. pacis publicæ expreſsè continetur. † Fallit tamē hoc 4. in iis, qui ratione dignitatis, regalium & feudorum Imperialium immediatè Imperio ſubſunt; nam contra eos decernitur citatio ex Conſtit. pacis publicæ & probato delicto condemnantur. † Sed non eo 5. modo, quo Seculares, hoc eſt, ordinaria Banni pœna, ſed duntaxat regalibus, & priuilegiis Imperij ſententia declaratoria priuantur: idque non publicè ſub dio, vti Seculares, ſed in ipſo Conſiſtorio, Iudice ſedente pro tribunali. †. Sed cur tam 6. variè? quæ ratio diuerſitatis? Reſpondeo: quia Imperator ob delictum non habet iuriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, niſi ratione regalium & beneficiorum ſecularium, ideò plus ab iis auferre nequit, quàm ipſis dedit: & per conſequens pœnam ſanguinis, aut vitæ neciſque periculum irrogare non poteſt: quoniam criminis cognitio

cognitio, & pœna corporalis ad forum Eccleſiaſticum pertinet, *iuxta Canon. communiter in c. ſi diligenti. de fo.comp. & c. at ſi clerici. de iudici. & §. nos Freder. Verſic.item ſtatuimus, de ſtatu. & conſue.in Vſibus, feu. & in §. ſi clericus, de pa. tenend.*
7. *& eius Vol. ibi Bald. & Afflict.* † Eodem quoque pacto mulieres banno feriri non poſſunt, ſed tantummodò bonis, defenſio-
8. nibus, & priuilegiis priuari ſolent. † Et obſeruandum eſt hoc diſcrimen, inter Bannum & Priuationem, quòd bannitus denunciatur & publicatur ſubſidio: priuatus autem, ſiue exutus ſuis priuilegiis, & regalibus nequaquam. Deinde bannum non profertur ſub conditione, & comminationibus: priuatio autem huiuſmodi comminationes admittit. Hæc obſeruari cùm Archiepiſcopus Bremenſis Chriſtophorus, ſententia priuationis puniretur: item cùm *Agnes im Hoff.* ciuis Colonienſis eadem
9 pœna feriretur. † Vidi tamen interdum, quando magni Principes banniendi eſſent, quòd denunciatio fuit prætermiſſa, & priùs (præter morem tamen) hoc negotium Imperatori ſignificatum, ipſiſque banno talis comminatio adiecta, vt ſi bannitus intra menſem editis proceſſibus non obtemperaret, aut cum actore tranſigeret, ratione denunciationis, & publicationis banni, ampliùs debeat fieri, quod iuris eſt. Et ſi elapſo termino aduerſarius imploret iuſtitiam, admittitur banni denuncia-
10. tio, & more ſolito fit publicatio. † Ex prædictis ſequitur, quòd in cauſa fractæ pacis publicæ nunquam poſſit declinari forum: & ideo etiam non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus litis conteſtationem iniungendam eſſe, vt indies fit: Defenſiones tamen, ſi merita cauſæ reſpiciant, & aliquo pacto ad rem, vel abſolutionem, vel ſaltem ad moderationem pœnarum denique, vſque poſt litis conteſtationem reſeruantur & admittuntur.

OBSERVATIO LIX.

Gail. 2. obſ. 47. n. 8. 9. & ſeq.

Læſus enormiſſimè, an poſſit venire cõtra renunciationẽ vel actum iuratũ?

1. *An quis renunciationi iuramento firmata ob enormiſſimam læſionem contrauenire poſſit.*
2. *Iuramentum habet vim clauſulæ, Actum valere omni meliore modo.*
3. *Renunciatio etiam iurata retractari poteſt ob enormiſſ. læſionem, & hanc eſſe communem, inque Camera receptam opinionem, & n. 5.*
4. *Caret enim tale iuramentum comitibus in eo neceſſariis, ſcilicet, veritate, iudicio, & iuſtitia.*
6. *Alexandrum in materia iuramentorum nimis ſuperſtitioſum eſſe.*
7. *Cornas in hac quæſtione diſtinctio.*
8. *Ex enormiſſima læſione dolus arguitur: & ideo reſciſſioni locus eſt.*

Ex qua cauſa iuramentum remitti poſſit, vide Hart. Hatt. tit. 25. de iuramen. obſeruate. 5. num. 6. A. Reyger.

IN cauſa appellationis Sophiæ *Schenckin* de *Schenckenſtein*) contra Caſparum *Schencken* ſuum patruum, inter cætera in diſputationem venit, † Vtrùm dicta Sophia, quæ iam nubilis facta, ad perſuaſionem patruorum ſuorum ſub prætextu aſſertæ cuiuſdam conſuetudinis Franconiæ (quòd filiæ legitimis dotibus prouiſæ tenerentur renunciare in fauorem agnatorum) renunciauerat paternæ hæreditati iuratò, cùm enormiſſimè eſſet læſa, poſſet venire contra ſuam renunciationem iuratam? Nam hoc illi non licere ex eo videbatur dicendum: † Quòd iuramentum haberet vim clauſulæ, Actum valere omni meliori modo, quo valere poteſt. *l. cum pater. § filius matrem. ff. de leg. 2. quod etiam eſt de mente Bart. in l. ſi quis pro eo. in 5. memb. ff. de fideiuſſ.* quam ſententiam, velut communem, refert Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo. num. 10. ff. de verb. obligat. idem conſ. 27. num. 2 conſ. 42. num. 3. cum ſeq. & conſ. 125 nu 3. lib. 1.* addendo, ab ea in iudicando, vt quam communis ſtylus & obſeruantia approbet, non eſſe diſcedendum.
† Verùm Domini Camerales in præfata cauſa contra contrariam ſententiam, velut communiorem, & etiam de iure veriorem, amplexi ſunt, cùm ipſam Sophiam enormiſſimè læſam fuiſſe, ex actis euidenter conſtiterit: ideóque ex capite enormiſſimè læſionis ad bona paterna fuit per ſentẽtiam admiſſa, non obſtante renunciatione ſua iurata: † Quia quando iuramentũ eſt appoſitũ ſuper contractu, per quem quis grauiſ-

Vide integrũ reſpõſum ſiue conſil. Dn. Myn̄ſing. de hac cauſa, in ordine 56. 1. centur. A. Reyger.

ſimè læditur, non habere comites requiſi-
tos ſcilicet veritatem, iudicium, & iuſti-
tiam, *c. animaduertendum. 22. quæſt. 2. & c. etſi Chriſtus, de iureiur. cum ſimil.* Defi
cit enim veritas propter dolum partis: Iu-
dicium, id eſt diſcretio iurantis: item & Iu-
ſtitia eius, quod iuratur, propter enormiſ-
ſimam læſionem: Ergo non obligat, &
5. contrauenire poteſt: † cùm talis enormiſſi-
ma læſio videatur à iuramento & renun-
ciationibus excepta, *Decius conſi. 31. & 38. 139. 176. 180. 183. 203. 216. 479. & 551. poſt An-
char. in c. 1. arti. 11 de conſti. Guid. Pap. de-
ciſ. 519. Curt. Iun. conſi. 141. nu. 8. Iaſ. conſi. 133. nu. 8 & 9. lib. 4. Bened. Cap. in ſuis reg. c. 78. nu. 126.* & ſequitur Did. Couar. *lib. 2. Var. reſol. c. 4 nu. 5.* vbi refert ita iudicatum
fuiſſe Romæ, & in regio Granatenſi præ-
torio: & *eandem tenuerunt etiam Panor. in c. cùm contingat nu. 23. de iureiur. Deci. c. in præſentia. n. 36. de probationib. & conſ. 111. nu. 2 & 3.* Cagn. latiſſimè *in d. l. 2. n. 80.*
vbi hanc veriorem & communiorem aſ-
ſerit, & ab ea in iudicando & conſulendo
non eſſe recedendum, *& plerique alij, re-
late à Vaſq. lib. 1. controuer. illuſt. c. 2. nu. 17.*
6. † itémque Carol. Molin. *in add. ad Alex. in d. conſi. 27. 42. & 125.* vbi ait, omnes hu-
iuſmodi ſententias eſſe de iure falſas, & A-
lexandrum in hac materia nimiùm ſuper-
ſtitioſum fuiſſe, & malè conſulere ſolitum,
ſéque refert ad ſuos comment. in Conſuet: Pariſ. tit. 2. §. 62. in 3. quæſt. nu. 12. cum ſeq.
7. † Cornæus quoque *conſi. 166. & conſi. 189. lib. 1. & conſi. 27. lib. 4.* diſtinguit, an ſit ex-
ceſſus in modico vltra dimidiam, & non
reſcindatur: ſecus, ſi ſit maxima & enormis
læſio, vt quia contingat vltra dimidiam iu-
8. ſtæ æſtimationis in magno exceſſu: † quia
ex tali enormiſſima læſione dolus argui-
tur, & conſequenter reſciſſioni locus eſt.
Et hoc etiam Dec. vbique tam docendo,
quàm conſulendo ſecutus eſt, *vt in conſi-
liis ſuprà allegatis, & in l. cum te. C. de tranſ-
actionibus*: item Socinus Iunior *conſi. 98. nu. 17. lib. 2.* Vide etiam integrum Conſil.
56. hoc in themate à me conſcriptum in 1.
cent. meorum reſponſ. deca. 6.

OBSERVATIO LX.

Quæ dicatur læſio enormis, vel quãdo aliquis enormiter læſus eſſe cẽſeatur?

1. *Variare Dd. quæ dicatur enormis læſio.*
2. *Aliqui putant, ſi quis in ſexta parte ſit læſus.*
3. *Alij arbitrio iudicis committendum aſſerunt.*
4. *Et hanc poſteriorem opinionem eſſe magis communem.*

IN eadem cauſa inter cætera controuer-
ſum fuit, † Quando aliquis enormiter 1.
cenſeretur eſſe læſus, vel Quæ diceretur
enormis læſio? † Et nonnulli putabant, læ- 2.
ſionem enormem dici, quando aliquis in
ſexta parte debitæ quantitatis læderetur,
*ſecundum Bartol. in l. ſocietatem, §. arbi-
trorum, verſi. pro declaratione, num. 25. ff. pro ſocio,* *quem cæteri ibi ſequuntur, idem
tenent Lanfr. in tract. de arbit. in vlt. part. quæſt. 14. & Raph. Cuma. conſil. 50. num. 4. circa finem.* † Alij tamen frequentiùs eò 3.
inclinabant, cùm hoc non ſit à lege nomi-
natim deciſum, *argum. l. 1. ff. de iure delib.*
arbitrio iudicis id committendum eſſe, ad
idque allegabant *Bald. in l. cùm antea, nu. 4. & 5. C. de arbit. gl. in verb. definierit, cir-
ca fin. in §. precium. & ibi Angel. nu. 7. In-
ſtitut. de empt. & vendit. Panor. in c. Quin-
tauallis, nu. 33. de iureiur.* vbi licet varias
hoc in themate ſententias referat: † Tamen 4.
hanc, vt veriorem, ibi quoque amplecti-
tur: & ſecundum eamdem, velut magis re-
ceptam, iudicandum eſſe conſulendo tra-
dit *Soci. Iun. conſi. 48. nu. 22. lib. 1. vbi plures
autoritates recenſet: idémque refert Deci. conſi. 39. nu. 7. & Thom. Ferra. in tractatu cau-
tel. caut. 8. vbi vide.*

OBSERVATIO LXI.

Pro legato conſequendo quæ actiones competant: & an etiam viâ executiua agi poſſit?

Gail. 2. obſer. 113. nu. 9. Et quando peti poſſet trib. actionibus, Hart. Hartm. tit. 42. de legat. obſ. 1. nu. 12. 13. & ſeqq. A. Reyger.

1. *Legatario tres actiones dantur pro conſe-
quendo legato.*
2. *An pro legato viâ quoque executiuâ a-
gi poſſit, controuerti inter Doctores.*
3. *Alexandri opinio negatiua.*
4. *Affirmatiua opinio à pluribus tra-
dita.*

5. *Eiuſ-*

Digitized by Google

5. *Eiuſdem opinionis potiſſimum fundamentum.*

6. *Et eandem approbatam eſſe in Camera Imp. tanquam veriorem, & communiorem.*

1. NOTI iuris eſt,† legatarium trib actionibus pro conſequendo legato agere poſſe, nempe actione Perſonali ſiue actione Rei vendicatione, ex teſtamento, & actione Hypothecaria, *vt per Doctores communiter in l.1. ff. de legat. 1. l.cum filius, §. Varus, ff. de legat.2 & l.1.C.com.de leg.* Cum autem ex facto contigiſſet, quòd Sebaſtianus de G. ſuæ ſorori Dorotheæ in teſtamento quaſdam ædes legaſſet, & ipſa ad conſequendum tale legatum aduerſus hæredes prædicti Sebaſtiani de G. egerit via execu-
2. tiua:† dubitabatur, An hoc ei liceret: An potiùs ordinario iudicio experiri debeat? Et Doctores ſanè in huius quæſtionis reſolutione non conueniunt.† Nam Alex. *in*
3. *l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, num.* 60. *Verſi. quartò limita. ff. ſoluto mat.* expreſsè tenet, legatarium non poſſe executiuè agere pro legato conſequendo: quod etiam repetiit *in l. ait prætor, §.1. num.5. Verſi. ſed aduertendum eſt, C. de edict. diui Adriani tollendo:* cui ſubſcribit etiam Menoch. *in tract. de adipiſc. poſſ. remed.4. num.694. Verſi. hoc etiam intelligitur, & Zuchard. in l.*
4. *Vlti. n.136. C. de edi. di. Adr tol.* † Contrariam verò ſententiam, quòd pro conſequendo legato via executiua agi optimè poſſit, veriorem eſſe dixit Ang. *in § illud. nu.57. Nouel. de hæred. & Falcid.* & Alex. ſibi contrarius *in l. fin nu.3. Verſi. alium ponit, C. de edict. diui Adriani tollendo*, & ibi Iaſon *in §. nota. num 6. Verſi. tertius notabilis.* vbi hoc tradit pro ſingulari, & dicit mente eſſe tenendum, velut cotidianum: idem Iaſon *in l. pactum inter hæredem, num.7. ff. de pac.* & Deci. ſibi pariter contrarius, *in l. in teſtamentis, n. 6* ibidémque Cagn. *nu.9. ff de reg. iur.* ſequitur Alciat. *in l. pecunia verbum, §.*
5. *actionis, num.10 ff. de verb. ſig.* † Et huius poſterioris ſententiæ potiſſimum fundamentum eſt in text. *d. § illud, Verſi. iuſtum autem iuncta gloſſ. ibi, in verbo, decreto.* vbi dicitur Quòd legata conſequi poſſunt per interlocutoriam iudicis. præcipiendo per ſe, vel mediante nuncio, quod hæres ſatisfacere debeat legatario: quæ deciſio alibi non reperitur, *vt dicit Iaſon in d. l. fin. num.6. & d. l. pactum inter hæredem, num.7.* & proptereà nullus alius deſideratur libellus, ſed impetrato præcepto contra hæredem exequi poterit, niſi hæres ſoluat: *ita Iaſon in d. l. fin. nu 6.* & Alex. *d. § eo autem tempore, Verſi. quartò limita.* † Et hanc ſententiam, 6.
tanquam veriorem, amplexi ſunt Domini in prædicta cauſa: cum hoc tamen moderamine, quòd legatario non liceat executiuè agere ex remedio dictæ l. fin. propter contradictorem, quia ſemper adeſt hæres, qui contradicit: idque communiter obſeruari & teneri, ſin verò legatarius executiua via procedat, in tentando alias actiones executiuè ſiue competentes, (de quibus ſuprà in principio diximus) tum nullum eſſe dubium, quin legatarius executiuè agere poſſit: & ita intelligenda eſſe tradita in dicto §. illud. Nouel. de hæred. & Falcid. & quæ ibi per Doctores referuntur pro hac opinione allegatos, vt loquantur extra remedium d. l. fin. Quod velut ſingulare & memoratu dignum, obſerua: ſic enim ſuprà dictæ opiniones facilè conciliari poterunt.

OBSERVATIO LXII.

De transactione in crimine fractæ pacis.

Gail. 1. de pac. publ. c. 11. n. 16. An ſuper crimine admittatur tranſactio vide plene Hartm. Hartman. tit. 22 de pact. & tránſact. obſer. 1. & 2. per tot. A. Reyger.

1. *Quamuis fractæ pacis publ. crimen ſit publicum, in eo tamen tranſigere licet, & ante & poſt Banni ſententiam, ex Ordin. Impp. & Cameræ, contra ius commune.*

2. *Et ſi bannitus ſeſe iuxta bonum & æquum ad concordiam offerat, & aduerſarius differat inire tranſactionem, bannitus iniuncta ei ſufficienti cautione, à banno abſolui poteſt.*

3. *Aduerſario verò deſignationem damnorum & expenſarum offerente, ordinario proceſſu proceditur, &c.*

EX conſtitutionibus Impp. Maximil. I. & Caroli V. itémque ex Ordin. Cam. *Part.2. tit.18.* notum eſt,† licet crimen vio- 1.
latæ pacis publicæ dicatur crimen publicum, tamen ſuper eo & ante & poſt ſen-

tentiam banni poſſe transfigi, *contra not. in l. accuſationem, C. qui accuſ. non poſſ. l. tranſigere, C. de tranſact.* quemadmodum ſuprà *cent.2. obſer.79.* quoque annotauimus, idque adeò verum eſt, vt etiam bannito, ſiue ob contumaciam, ſiue ob delictum, offerenti ſeſe erga ſuum aduerſarium ad transigendum, ſi is æquas conditiones reſpuat, abſolutionem tam ab Imperatore, quam Camerali iudicio petere cōcedatur,
2. *iuxta d. tit. 18. part. 1.* † Et tali caſu, quando bannitus ita ſeſe offert ad concordandum ſecundum bonum & æquum, & aduerſarius, qui ſententiam obtinuit, differt, nec quicquam agit ad huiuſmodi oblationem, iniungi poteſt ipſi bannito plena & ſufficiens cautio de reſarciendo damna & expenſas ipſi læſo victori, & ſe componendo cum fiſcali pro intereſſe publico: qua cautione præſtita, à banno abſoluendus eſt.
3. † Sin verò oblata cautione aduerſarius ſtatim compareret, & produceret deſignationem damnorum & expenſarum, peterétque ſuper eo procedi & cognoſci, tum oblata banniti cautione non attenta, cùm ordinarius iam proceſſus ſi præ manibus, ſuper iſto puncto procedendum eſt, iſque diſcutiendus, & fine debito terminandus: quia tum locum habet regula, Hodie conſtat, hodie agatur, &c. Atque deciſum eſt in cauſa *Schmecker*, contra *Clauſz. Luke & Negendanck*, 7. Iulij, anno 1550. idémque poſteà meo tempore obſeruatum fuit.

OBSERVATIO LXIII.

Vide Gall. 2. obſer. 40. num. 13.

Beneficio l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. an poſſit renunciari.

1. *Donatio facta ab eo, qui non habet liberos, tacitam habet conditionem, ſi donans non ſuſceperit liberos: & conditione exiſtente donatio reuocatur.*
2. *Ætiologia huius axiomatis: & ratio decidendi l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. & nu. 3.*
4. *Intricata quæſtio & perplexa. An pater expreſsè poſſit renunciari Conſtitutioni d. l. ſi vnquam, etiam in præiudicium liberorum.*
5. *Affirmatiua opinio: quam plerique communem aſſerunt.*
6. *Negatiua, quod non poſſit renunciari d. l. ſi vnquam conſtitutioni.*
7. *Hanc pariter communem dici:*
8. *Et in eandem Cameræ Imperialis Aſſeſſores inclinaſſe.*
9. *De rationibus decidendi d. l. ſi vnquam.*
10. *Fauori alterius nemo renunciare poteſt in ipſius præiudicium.*
11. *Etiamſi iuramentum interueniat.*
12. *Tiraquelli ſententia in hac perplexa quæſtione. & n. 13. & 14.*

NOTVM eſt ex conſt. l. ſi vnquam C. de reuocan. don. † quod donatio ab eo 1. facta, qui caret liberis, intelligatur habere tacitam hanc conditionem, ſi donans non ſuſceperit liberos, vel, vt reuocetur, ſi donans poſtea liberos ſuſceperit: & ideò ſi aliquos ſuſcipiat exiſtente conditione, reuocatur donatio. † Huius autem conſtitutio- 2. nis ratio, & velut fundamentum ponitur in amore, affectúque parentū in liberos, quos ſi ſibi futuros præuidiſſent, aut cogitauiſſent; ipſi veriſimiliter aliis non donaſſent, ne exteros liberis & poſteritati ſuæ anteponere viderentur: ob idque cenſentur ea lege donaſſe, vt ſi liberos poſtea ſuſceperint, irrita exiſtat donatio, *gl. Bal. & Ang. & communiter Doctor. in d. l. ſi vnquam, & in l. Titia Seio, §. Imperator de leg. 2.* † Et ſic d. l. ſi 3. vnquam. fundatur in illa veriſimili & præſumpta mente donantis, quòd ſi de liberis futuris cogitaſſet, veriſimiliter extraneis nō donaſſet, arg. eorum, quæ habentur *in l. cùm auum. ff. de cond. & demonſt. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. & l. generaliter, §. vlt. ff de inſtit. & ſubſti.* quarum legum baſis ſimiliter in illa veriſimili & præſumpta mente teſtatoris conſiſtit, quòd ſi de liberis liberorum cogitaſſet, veriſimiliter non ſubſtituiſſet extraneum: cùm non ſit veriſimile, quòd alienas ſucceſſiones propriis anteferre voluerit. † Magnus eſt au- 4. tem, & tantùm non perpetuus inter Iuris interpretes conflictus, An pater poſſit nominatim, & expreſsè renunciare conſtitutioni dictæ l. ſi vnquam. etiam in præiudicium liberorū? † Quod prima facie videtur, 5. cùm

cùm tunc prorſus ceſſet ſuprà dicta ipſius
præſumpta voluntas, nec in rebus apertis
& claris locus ſit coniecturis, *l. continuum,*
§. cum ita. ff. de verbor. oblig. cedátque præ-
ſumptio veritati, *l. nuptura filio. ff. de iur.*
dot. in quam ſententiam plures fuerunt,
quos Tiraquellus allegat in dicta l. ſi vn-
quam in prin. num. 86. putà Bart. Bald. Imol.
Raph. Cuma. Specu. Alber. Anchar. Roma.
Paul. de Caſtr. Maria. Socin. Barbat. Ca-
pol. Deci. & And. Alciat. itémque Iaſon. *con.*
125. lib. 1. vbi hanc dicit eſſe communem o-
5. pinionem. † Contrariam verò ſententiam,
* quòd donans non valeat prædictæ conſti-
tutioni renunciare, aut aliter derogare,
quin locum habeat, latiſſimè proſequitur
Curt. ſenior *con. ſuo 1. per totum*, eandémque
eſſe veriorem, æquiorem & amplectendam
ſcribit: quam approbârunt quoque ante i-
pſum *Oldrad. con. 175. Ioan. And. ad Spec.*
tit. de inſtr. edit. §. porro. Petr. Ferra in for.
libel. quo ag. pro donat. verb. irreuocabili-
ter. Nic. Milis in ſuo Repert. verb. donatio
facta extraneo. Vital in tra. clauſu. in rub.
an legibus. inſi. ext. renun. poſ. & rub. & poſſ.
renun. l. ſi vnquam Roman. ſibi contrarius,
con. 269. Soc. con. 22. in rep. l. cum auus, col.
7. *19. ff. de cond. & demon.* † vbi dicit, hanc
* eſſe communem Mod. (vt appellat) opinio-
nem Curt. Iun. *con 15.* vbi ait, ita vidiſſe ſe
conſultum per plures ætatis ſuæ Dd. excel-
lentiſſimos, & Stephanum Bert. *con. 280. nu.*
9. lib. 2. & con. 20. & 135 lib. 4. & hanc opi-
nionem dicit æquam Barb. *in c. Rayn. de*
teſta. licet contrariam eodem loco ſequa-
8. tur. † Verum ego in hanc poſteriorem ali-
quando Dominos Camerales crebrius in-
clinaſſe memini, non quidem iudicando
(neque enim cauſa ad definiendum adhuc
deducta fuerat:) ſed ſimul amanter ſuper
hac tam dubia quæſtione conferendo: ad
9. quod mouebantur potiſſimum: † Quod ſæ-
pè d. l. ſi vnquam ratio ſola non eſſet præ-
ſumpta illa, de qua ſuprà diximus, Volun-
tas donantis, ſed alia quoque, nempe Fauor
10. filiorum. † At fauori, iurique alterius nemo
renunciare poteſt in præiudicium illius. *glo.*
l. inuitus. §. 1. de reg. iur. Bart. Bald. & alij l.
pen. C. de pactis. Imol. & Panor. c. ex conque-
ſtione de reſtit. ſpoliat. cum ſimil. etiamſi al-
ter à renunciante ius cauſámque habeat,
quod de bonis. §. fi. ff. ad l. Falc. l. 2. & l. pen.
cum ibi notat. per gl. C. vt in poſſ. leg. & quod
not. Bart. in l. hac edictali. in fi. prin. per illum
textum. C. de ſecundis nupt. † *Vbi & hoc di-* 11.
cit procedere, etiamſi interueniat iuramen-
tum, *de quo & per Canon. in c. ſi diligenti. de*
for. comp. Item cum hic duę rationes adſint,
nempe præſumpta & veriſimilis voluntas
patris, & fauor filiorum, ceſſante altera tan-
tum, id eſt, illa præſumpta voluntate, non
ideò ceſſat huius legis diſpoſitio, cùm alte-
ra, nempè fauor filiorum, integra maneat,
per l. ſi non lex, ibi Bart. & Bald. ff. de hæred.
inſtit. & l. liberorum ibi Bart. ff. de iis, qui
not. inf. † Tiraquellus tamen valdè dubi- 12.
tat, num hac in ſpecie fauor liberorum cō-
ſiderandus ſit, ad hoc vt non poſſit pater
huic legi renunciare, & ita etiam non poſ-
ſit pater donare in præiudicium futurorum
liberorum, qui nondum ſunt in rerum na-
tura, cùm poſſit tamen (ſecundum eum) in
præiudicium eorum, qui iam nati ſunt vſ-
que ad legitimam, velut debitum bonorum
ſubſidium: & ſi amplius donauerit, valeat
tamen eatenus donatio, *per ea, quæ not. in*
l. 1. C. de inoffi. donat. prout latiùs hoc proſe-
quitur Tiraquel. in d. l. ſi vnquam. in prin. nu.
90. & aliquot ſeqq. † Et tandem concludit, 15.
probabiliorem eſſe eam opinionem, quæ
& expreſſa & tacita eius legis renunciatio-
ne, adeóque etiam liberorum cogitatione
aſſerit, eam legem tolli, nec ei locum eſſe, 14.
vt ibi per eum. † Conſtituit itaque ibi re-
gulam, quòd donans poſſit huic legi ex-
preſsè renunciare, vel tacitè cogitando de
liberis derogare: hanc tamen quatuor mo-
dis declarat & limitat, *vt eum ibidem nu. 95.*
96. 100. & 108. Verùm vtcunque ſit, hæc cer-
tè Doctorum concertatio tanta eſt, vt Cæ-
ſarea deciſione indigere videatur.

OBSERVATIO LXIV.

Donans quando præſumatur de libe-
ris cogitaſſe?

1. *Donans an in dubio de liberis præſumatur cogitaſſe.*
2. *Affirmatiua opinio.*
3. *Negatiuam magis receptam eſſe.*
4. *Aetiologia huius negatiuæ opinionis.*
5. *Prædicta doctrina in filiis naturalibus & legitimis procedit, ſecus in natu-*

ralibus tantum poſteà legitimatis.

6. *Ceſſat item, ſi quis in ipſo matrimonij contractu donaret, & n.8.*

7. *Finis matrimonij eſt, procreare liberos.*

9. *Sed etſi in aliqua parte donationis mentionem liberorum fecit, de iis cogitaſſe cenſetur.*

10. *Baldi ea in re diſtinctio reprobata.*

De inofficioſa donatione vid. Hart. Hartman. tit.44. de donat. obſeru.4. & VVurmſ. tit. 43. de don. obſ. 1. per tot. A. Reyger.

ILLVD quoque circa prædictam l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. controuerſum
eſt, † An donans in dubio præſumatur cogitaſſe de liberis, vt etiam in dubio ceſſet
huius legis diſpoſitio, niſi donans probet contrarium? † Quod videtur, cùm natura
ad hoc homines produxerit, vt liberos procreent, *l. maximum vitium. C. de libe. præter.* & vix è multis millibus vnum excipere liceat, qui gignere non poſſit, aut non
1. expetat, nempe cum liberorum procreatio
2. & educatio iuris naturæ ſint, *l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur. & facit optimè l. ſi quis*
3. *poſthumos. in prin. ff. de lib. & poſthu.* † An
potiùs donans non cenſeatur cogitaſſe, & ſic tantiſper duret huius legis diſpoſitio, donec à donatario probetur contrarium, nempè donantem de liberis cogitaſſe? Quod verius magiſque receptum eſt, *autoritate Bart. in l. Titia Seio. §. imperator. ver. quid ſi in dubio. ff. de legat. 2. quem Dd. ferè omnes ſequuntur: atque Imol. in c. vlt. ver. attende. de donat. hoc mente tenendum.*
4. † Et iure quidem: alias enim ferè nunquam, locus eſſet reuocationi ob ſuſceptos poſteà liberos, cùm rari liberis gignendis inhabiles reperiantur: & ſic nimium reſtringeretur d. l. ſi vnquam. quæ cùm generaliter loquatur, ideo etiam generaliter in dubio debet procedere, *l. 1. §. generaliter. de leg. præſt. cum ſimil.* Poſſunt enim hæc ſimul ſtare, ſperare & deſiderare liberos, & tamen de illis non cogitare, *quemadmodum*
5. *Bart. in d. §. imperator. declarat.* † Prædictum tamen dogma intelligitur procedere in filiis naturalibus, & legitimis non etiam in merè naturalibus poſteà legitimatis, niſi in caſu, quem ponit Paul. de Caſtr. *con. 435 lib. 2 & Tiraque. d. l. ſi vnquam. ver.*
6. *ſuſceperit liberos. num. 78* † Item ceſſat, ſi quis donaret in ipſo contractu matrimonij, vel dotis, quia tunc veriſimiliter cogitaſſe videtur de liberis, *Signor. con. 99. Soc. l. 2. in 1. not. ff. ſolut. matrim. & conſil. 53. viſo inſtrumento lib. 4.* † Cùm cauſa finiſque ma- 7.
trimonij præcipuus ſit, procreare ſobolem, *vt not. in l. 1. ff. ſolut. matr.* † Si modò 8.
contrahentes exiſtant tam maturæ ætatis, vt veriſimile ſit eos cogitare de liberis, dum matrimonium contrahunt: aliàs ſi tam teneræ ſint ætatis, vt nec liberos, nec aliud quippiam futurum cogitent, (id quod ſæpè fieri ſolet, maximè in partibus ſuperioris Germaniæ) ſecus eſt, & donatio reuocatur, ſi liberi ſuperueniant, *Franc. de Ripa d. l. ſi vnquam quaſt. 22. Tiraq. ibidem in prin. num. 69. Corn. conſ. 11. lib. 3. & conſ. 30 lib. 4.* † Idem quoque iuris 9.
eſſe volunt, ſi donans in aliqua parte donationis mentionem liberorum fecerit, quia tum de iis cogitaſſe cenſetur, *per l. qui filiabus. in prin. ſed Bald. de legat. 1.* Quod tamen Baldus ita demum verum recipit, ſi filiorum mentionem faciens, de ipſis aliquid diſponat: ſecus, ſi obiter & velut per tranſennam eorum meminerit, nihil de illis diſponens, *vt in Baldus con. 157. quidam Franciſcus tunc carens. lib. 5.* † Licet Tira- 10.
quellus exiſtimet, hoc eſſe contra mentem omnium, qui ſimpliciter dicunt hanc legem non habere locum, cùm donans cogitat de liberis, nec vllum omnino verbum faciunt, vtrum donans de illis diſponat, necne.

OBSERVATIO LXV.

Feudum an refutare vaſallus poßit domino inuito?

Intempeſtiua feudi refutatio, vel ex eo fundamēto non valet, quia feudū vtriuſque gratia datur, Hartman. Hartm. ti. 54. de feu. obſ. 8. n. 4. A. Reyger.

1. *Vaſallus an feudum totum eiúſve partem Domino inuito refutare poßit, valdè controuerti.*
2. *Feudum eſt contractus vltrò citróque obligatorius.*
3. *Feudo conditionato renunciari poteſt, inuito Domino: ſecus in feudo recto, ac puro: & hoc communiter teneri.*
4. *Ætiologia huius communis opinionis.*
5. *Eadem refutatur tanquam erronea.*
6. *Intellectus c. 1. de vaſallo qui con. conſt. Loth. benef. alie.*
7. *Feudum inuito Domino indiſtinctè refutari*

tari poſſe, ſiue ſimplex & purum ſit feudum, ſiue ad certa ſeruitia conceſſum, & n. 13.

8. *Ratio huius ſententiæ.*

9. *Reſpondetur ad argumenta contraria: & nu. 11.*

10. *Iuramentum regulariter intelligitur ſecundum ſubiectam materiam.*

12. *Refutatio feudi intempeſtiuè facta Domino, non valet.*

14. *Is in cuius fauorem refutatio feudi eſt facta, intra tempus legitimum inueſtituram petere tenetur: aliàs feudum amittit.*

ILLVD in Camerali iudicio non ſe-
1. mel in controuerſiam venit, † An re-
nunciare, ſiue refutare feudum, vel eius
partem inuito domino vaſallus poſſit? nam
quòd poſſit, videtur eſſe text. expreſſus *in*
2. *c. 1. de vaſal. qui cont. conſt. Loth. ben. f.*
alie. † Sed huic ſententiæ videtur repu-
gnare, quòd feudum eſt contractus vltrò
citróque obligatorius, neque dependet ex
vnius voluntate, *l. ſicut. C. de actio. & oblig.*
c. 1. §. domino. ſi de feu. deſun. contro. ſit, &
facit c. 1. de feu. ſin. cul. non amit. Et hanc
opinionem, tanquam veriorem, Iulius Cla-
rus amplectitur *in lib. Recep. ſent. §. feud.*
3. *quaſt 34. verſ. contrariam.* † Alij porrò, &
quidem crebriùs, diſtinguendum cenſent
inter feudum cõdicionatum, hoc eſt, ad cer-
tum ſeruitium in ſpecie deputatum, & feu-
dum rectum, ſimplex, ac purum, vbi certa
ſeruitij ſpecies deputata non eſt: vt priori
caſu vaſallus non poſſit renunciare feudo:
altero verò, ſi feudum ſimpliciter ad in-
certa ſeruitia conceſſum ſit, poſſit: ita glo
* *in c. 1. §. vlt. de cap. qui cur. vendit.* quam
Iac. de Belui. Bald. Iſer. Aluar. & commu-
4. niter ferè omnes ſequuntur. † Hanc in ſum-
ma rationem adducentes, quòd obligatio
certorũ ſeruitiorum in ſpecie ſtringat ma-
gis vaſallum, quàm incertorum ſeruitio-
rum generalis promiſſio. idem ſentiunt
Canoniſtæ, maximè Felin. *in c. qua in Ec-*
5. *cleſiarum. de conſt.* † Verùm prædictam o-
pinionem, vtcunque frequentiùs receptam,
prorſus erroneam eſſe, Zaſius *in epi feu.*
part. 12. & Baro à Tautemb. *in d. c. 1.* itém-
que Sonsbec. *de feu. part.* 12. *n.* 116. aliquot

Huic Zaſij & Auctoris opinioni expreſsè contradicit

argumentis oſtendunt, putántes eorum — Schrad. p. 8. c. 1. à n. 61. ad 65. A. Reyger.
fundamenta, qui ipſam tenent, nihil ma-
gis circa certa ſeruitia, quam incerta ſtrin-
gere, cum generalis obligatio: non niſi in
ſpecie, ſolui poſſit, *l. cum incertis. ff. de l.* 1.
† Quare putant textum *in d. c. 1. de vaſal.* 6.
qui cont. conſt. Loth. &c. indiſtinctè intel-
ligendum eſſe tam de feudo conditiona-
to, id eſt; ad certa ſeruitia facienda dato,
quam puro & recto, in quo ſeruitia præ-
ſtanda ſunt incerta *vt ibi latius per eos.* † 7.
Et huic ſententiæ, (nempè quod vaſallus,
ſiue ad certum ſeruitium feudum fuerit
datum, ſiue indeterminatè conceſſum, do-
mino inuito feudum refutare poſſit) quam
ergo intrepidè ſequendam, ſubſcribit etiam
Hieron. *Schurff. conſ. 27. n. 6. & 7. cent. 1.* ad
cuius confirmationem facit quoque: † 8.
Quòd feudum principaliter in fauorem
vaſalli conceditur: & conſtat, vnumquem-
que fauori pro ſe introducto renunciare
poſſe: *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. c.*
ad apoſtolicam. de regularibus. Ergo & va-
ſallo licitum eſſe debet huic ſuo fauori re-
nunciare: licet hoc non ſit in aliis contra-
ctibus, quia illi ex pòſt facto ſunt neceſ-
ſitatis, *l. ſicut. C. de act. & oblig.* Schurff. *d.*
conſi. 17. n. 7. † Nec aduerſatur, quod vaſal- 9.
lus domino iuramentum præſtiterit: il-
lud enim adſtringit vaſallum, quamdiu feu-
dum obtinet: ſed cùm illud refutat ex iuris
permiſſione liberatur ab obſeruatione iu-
riſiurandi *arg. l. vlt. ff. qui ſatiſd. cog.* † Iura- 10.
mentum enim regulariter intelligitur ſe-
cundum ſubiectam materiam, ſuper qua
interponitur: *ita* Schurff. d. *conſ. 27. n. 8 & 9.*
Similiter vaſallus liberatur ab obligatione
naturali, qua tenebatur ſeruire domino,
modò ipſi domino etiam poſt factam re-
futationem exhibeat debitam reuerentiam,
ac ab omni offenſione abſtineat in memo-
riam priſtini dominij, prioriſque habitæ a-
micitiæ, *d. c. 1 de vaſal. qui cont. cõſt Loth. &c.*
Ardiz. c. 112. *& Mart. Land. d. c. 1. n. 3.* † Non 11.
obſtat porrò huic dogmati regula, quod
ſemel placuit &c. *c. quod ſemel. de reg. iur.*
lib. 6. nec id quod dominus & vaſallus ad pa-
ria obligentur: ac ideò ſicut dominus vaſal-
lo feudum ſine culpa auferre nequeat, ita
viciſſim vaſallum domino abſque ipſius cul-
pa feudum refutare non poſſe *c. 1. §. domino*
committente, ſi de feud. contr. ſit, &c. quia, vt

Digitized by Google

Sonsbec. in tract. feud. part. 11. *num.* 113. *rectè ait,* refutatio nihilominus conſiſtere poteſt, cùm feudi natura eam admittat. † Prædicta tamen cum tali temperamento accipienda ſunt, videlicet quod refutatio intempeſtiuè domino facta nihil valeat, nulliúſque ſit momenti: vt ſi in ipſo procinctu belli fieret, in quo dominus iam opera vaſalli egeret, *Bald. c. qua in Eccleſiarum, de conſt. Sonsbec. de part.* 12. *num.* 117. aliàs eam, iuſtè fieri poſſe, ex ſuprà dictis patet.

12\. (margin)

13\. † Feudum ergo ſiue ſit nouum, ſiue paternum, in manibus domini etiam eo inuito rectè refutari poteſt, vt inueſtiatur de eo alius, qui priori qualis ſit, ac omnia officia & ſeruitia quæ prior fecit, præſtare, feudúmque ab eodem domino agnoſcere velit, *d. c.* 1. *de Vaſal. qui cont. conſt. Loth. &c. & c.* 1. §. *ſi verò. Verſ. Vel feudum in manum domini. & Verſ. eo excepto. qual. feud. olim alie. pot. Aluar. Laud. & Ba-*

14\. *ro. ibid. Sonſbec. d. part.* 12. *nu.* 118. † Neceſſe tamen eſt, vt hi in quorum fauorem refutatio facta eſt, tempore legitimo, id eſt, intra ſpacium vnius anni ac menſis inueſtituram petant, etiam viuente refutante, *c.* 1. *quo temp. Vaſ. inueſt. pet. deb.* Hoc enim ſi negligerent, feudum amitteretur, *Aluar. & Iſer. c.* 1. §. *ſed etiam res per quos ſi inue. Sonſbec. part.* 12. *num.* 119 Nec poteſt dominus petenti inueſtituram iure negare. Quòd ſi eum inueſtire recuſet, nihilominus is, qui feudum poſſidet, poſſeſſionem ſuam continuare poteſt, *iuxta Baro. poſt Aluar. in d. c.* 1. §. *ſi verò Qua. feud. ol. alie. pot. num.* 1.

OBSERVATIO LXVI.

Nobiliſſ. Dn. Hart. Piſt. l. 2. quæſt. 45. A. Rÿger.

In alienatione feudi, an vtriúſque domini, minoris, & maioris, conſenſus requiratur?

1. *Si duo ſint feudi alicuius Domini, ſuperior ac proximior, an vtriuſque conſenſus in alienatione, vel refutatione requiratur?*
2. *Affirmatiua opinio, vtriuſque conſenſum exigi.*
3. *Contraria opinio ſuperioris ſiue maioris Domini conſenſum ſufficere, in iure verior eſt: & hanc eſſe communem, num.* 6.
4. *Aetiologia huius ſecundæ opinionis.*
5. *Iure feudali nemo tenetur pro vno feudo plures habere dominos.*

QVANDO in alienatione, † ſiue 1. etiam refutatione alicuius feudi concurrunt maior, ſiue ſuperior, ac proximior dominus, (quemadmodum fieri ſolet, quandò ſubinfeudatio facta eſt, & feudum ita tranſlatum de vno in alium) qua de re ſuprà *cent.* 1. *obſeruat.* 61. latè diximus, An tum conſenſus maioris domini præiudicet proximiori in alienatione feudi, ita quod proximioris conſenſus non ſit neceſſarius? † Et prima fronte dicen- 2. dum videtur, conſenſum maioris domini non poſſe proximiori præiudicare, ſed vtriuſque conſenſum requiri, cùm vtriuſque interſit: & quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari, *c. quod omnes de reg. iur. lib.* 6. prout huius ſententiæ *poſt Ardizo. in c.* 103. egregius propugnator exiſtit Sonsbec, *in tract. feu. par.* 12. *nu.* 91. *&* 92. qui etiam putat, cùm reſpectu omnium alienatio prohibita ſit, omnes debere in alienationem conſentire. † Ve- 3. rùm contraria ſententia, qua dicitur in alienatione feudi conſenſum maioris domini, ad quem etiam feudum iniuſtè alienatum, ſecundum nonnullos, reuertitur, ſufficere, in puncto iuris videtur eſſe verior, *propter expreſſam gloſſ. in c.* 1. §. *illud quoque. Verſ. niſi requiſitus. de proh. feud. alie. per Fede. ac præcipuè per Baro. à Tautemb. qui in d.* §. *illud quoque, nu.* 1. *hoc expreſſè & in terminis tradit: eandémque probant Aluar. & Iac. de Belui.* Nam cùm à capite ineunda ſit ratio, & origo quærenda, prior dominus accedatur: niſi is longo terrarum ſpacio diſſitus commodè adiri non poſſet, nec breui reuerſurus putaretur, *argum. c. vnic. in fin. ne ſede vac. aliq. innou. lib.* 6. † Aetiologia eſt, quòd 4. vaſallus proximior dominus illud iuris, quod in feudo habuit, ſcilicet vtile dominium, ſubinfeudando ſtatim in ſecundum tranſtulit, ita vt reliqui nihil penes eum manſerit, niſi aliqua vmbra ſolum priſtini vtilis dominij: ac niſi hoc verum eſſet, & penes omnes ſubinfeudatos vtile maneret domi-

Digitized by Google

dominium, ſequeretur hoc abſurdum,
videlicet plures in ſolidum vnius rei do-
minos eſſe quod de iure eſt impoſſibile, *l.*
5. *3.§.ex contrario ff.de acquir.poſſ.* † Et alias
iure feudali nemo cogitur pro vno feudo
plures habere dominos, *Spec.de feud.§.*
quoniam.n.51 Nec obſtant, quæ contra hanc
rationem Sonsbec.*ex Fabro.in §. adeò Inſtit.*
de locat & cond. adfert. Pugnant enim ea
omnia cum d.l.3.§.ex contrario. Itaque de
6. iure ſubſiſtere nequeunt: † Et ipſemet
Sonsbec cogitur fateri, hanc ſententiam eſ-
ſe communiorem.

OBSERVATIO LXVII.

Legatum pauperibus relictum, quomodo diſtribuendum?

1. *Legato relicto pauperibus, illud non vni dari, ſed in plures diſtribui debet: & hanc eſſe communem, & iure veriorem, n.5.*
2. *Rationes huius axiomatis: & n.3 & 4.*
6. *Hæres iuſſus poſt mortem ſuam diſtribuere bona pauperibus, id in ſua vita facere non poteſt, in præiudicium pauperum, qui poſt eius mortem erunt.*

QVAESITVM eſt, Si quis in teſtamen-
to leget certam quantitatem paupe-
ribus diſtribuendum an ea quantitas in v-
num pauperem conferri poſſit? Et plerique
cenſuerunt id fieri poſſe, *autoritate Bart.*
in l. vnum ex familia. §. ſi fundum.ff. de le-
1. *gat.2 & Alexand.in l.4.§.1.ff.de leg.1.* † Alij
frequentiùs contrariam ſententiam am-
plexi, & illam in iudicando ſecuti ſunt:
quam & Bart. ſibi contrarium tenuit in l. 1.
ff.de oper lib. veluti magis proficiſcẽtem ex
mente teſtatoris, quæ ſemper attendenda
2. eſt: † Tum, quia locutione pluralis numeri
eſt vſus, & pluralis locutio in pluribus ve-
ra eſſe debet *l.vbi numerus ff.de teſt.c.plu-*
3. *ralis.de regul.iuris l.6.* † Tum quia diuer-
ſa eſt ratio in pluribus quàm in vno, cùm
magis pium ſit pluribus ſuccurrere quàm
4. vni: † Tum etiam, quia quodammodò plu-
ribus pauperibus ius quæſitum videtur,
Ergo non poteſt in eorum præiudicium
vni pauperi diſtribui: per hoc enim cæteri
pauperes priuarentur iure ſuo: imò tali ca-
ſu omnem ceſſare quæſtionem voluntatis,
oportet, cùm in verbis teſtatoris nulla re-
periatur ambiguitas, *l.ille. §. vlt ff.de legat.*
3. † Et hanc, velut in puncto iuris veriorem, 5.
approbat quoque Paul. de Caſtr. *con.336.in*
teſtamento Michaelis. & Franc. Viui. *in ſuis*
commu. opi. litera T. verſ.teſtator iubens.
vbi illud quoque memoratu dignum ſub-
iicit: † Quòd hæres grauatus poſt mortem 6.
ſuam diſtribuere bona inter pauperes, hoc
non poſſit facere in vita ſua in præiudi-
cium pauperum, qui poſt ejus mortem e-
runt, *vt notant communiter Dd. in l.poſt mor-*
tem.C de fideicom & Alexand. in l.ſtipulatio
iſta.§ ſi quis dolum. ff.de verbor. obligat. de
quo vide etiam Deci. in l.cùm tempus. ff.de
reg.iur.

OBSERVATIO LXVIII.

Vide Gail. 2. obſ. 128. nu.12. Add. Menoc. de præſum.li. 1 quæ 33.

Præſumptioni Iuris ſtandum, donec probetur contrarius?

1. *Præſumptio iuris pro aliquo militans, transfert onus probandi in aduerſarium:*
2. *Adeò, vt contrarium probare volens duriore grauetur probatione.*
3. *Nec deferri poſſit eo caſu iuramentum in ſupplementum probationis.*

Ex præſumptionibus iuris & de iure an fiat cõdemnatio in criminalibus VVurmſ. tit.11.de præſumpt. obſeru.1.& Hartman. Hartman. tit.50.de accuſ. obſ. 16.nu.4. A. Reyger.

TRITA iuris regula eſt, † quòd quan-
do iuris præſumptio eſt pro aliquo, re-
leuetur ipſe ab onere probandi, & in ad-
uerſarium transferatur, *vt per Bar.in l.in*
illa. in fin. ff.de verb. obligat. fac. l. ab ea.ff.
de prob. & c.bona fides. extrà, de depoſito,
cum vulg. vt per Capol. conſ.33. multa poſ-
ſent, & Hippol. de Marſ. ſing. 451. decreui.
† Quinimò ſtante ita iuris præſumptione 1.
pro aliquo, aduerſarius, qui contrarium
probare nititur, duriore grauatur proba- 2.
tione, ſic quod efficaciores probationes e-
xigantur, *per text.quem ad hoc ponderant.*
Albe. Raph. Fulg. & Iaſon.in 6. not. in l.ſi
extraneum. ff. de cond.ob cauſam, & text.
vbi expreſſe not. Panorm. in c. quia veriſi-
mile. de præſump. ad idem facit text. cum
gloſſ. in l. vlt. & ibi Bald ff. de eo quod met.
cauſa, cum alijs pluribus concordantiis per
Marſ.in d.ſing.451.annotatis: † Adeò quòd 3.

Digitized by Google

etiam tùm non ſit locus delationi iuramẽti in ſupplementum probationis, ſi ſemiplenè probaſſet per vnum teſtem, vel alio modo. *per glo ſing. in d. l. Vlt. & ibi expreſſè notat. Bald. Hippol. d. ſing. 451 & Iaſ. in lect. l. admonendi nu. 106 de iureiur. & multa egregia dicta ad hoc cumulat idem Iaſ. in repet. l. admonendi col. 95 Ver. ex hoc correlatiue inferuntur, &c. eo ſit relatio.*

OBSERVATIO LXIX.

Carcerati qualiter tractandi & quomodo aduerſus eos procedendum, vide Matt. Hart. tit. 50. de accuſa. obſ. 4. num. 8. Et quo modo Iudex per iniuriam aliquem in carcerem coniiciens, iniuriarum teneatur, vide ibid. num. 12. A. Reyger.

Iudex an in cauſis criminalibus indiſtinctè poſſit incipere à captura?

1. *In cauſis criminalibus iudex à captura incipere poteſt, etiam iudiciis non præcedentibus, ſecundum quoſdam.*
2. *Sed Verior, & communior opinio eſt, habendam eſſe aliqualem informationem, priuſquam ad capturam procedatur: & n. 3.*
4. *Quæ ſint conſideranda iudici, antequam, aliquem carceri mancipet.*
5. *Contra iudicem iniuſtè aliquem incarcerantem iniuriarum agi poteſt.*
6. *Et hoc in Camera Imp. obſeruari.*

1. QVAMVIS multi iuris Interpretes exiſtiment, † in cauſis criminalibus ſemper incipi poſſe a captura, *Bart. l. ſacrilegij. §. Labeo. num. 2. ad leg. Iul. pecul. Bald. l. eo ſententiarum. nu. 11. C. quem & quan. iud. ſent. & l. 2. num. 3. C. de his qui lat. vel alt. cri. re. oc. & Par. de Put. in tract. de ſynd. verbo, captura. num. 13 & Verbo. quia plerunque nu. 1. Vbi plures eiuſdem farinæ refert*: quòd plerique etiam intelligunt Iudici licere indiciis non præcedentibus, *Bald. etſi certus ff. ad Syll. Ang. l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. prout eos allegat Hippol. de Marſil. in l. 1. not. 1 ff. de quæſt. & ſing.*
2. *93. iudex licet ſine indiciis.* † Sanior tamen, magis pia, & crebrius recepta eſt eorum ſententia qui incarcerationem, ſiue capturam tum demum in criminalibus admittunt, ſi prius habita ſit aliqualis informatio, prout voluerunt *Salic. l. nullus. num. 4. C. de exh. & transmit. reis & l. Vlt. circa fin. C. de quæſt. Ang. in tract. at. malefic. Verſi. hæc eſt quædam inquiſitio, Ver. ſecundò principaliter. num. 30. & verb. quod fama publ. præced. num. 4. Ver. animaduertendum. & in Verbo, iudex commiſit, quod latenter: num. 4. Verſi. ſed cauti iudices, Vbi hoc adhuc melius declarat Fran. Brun. in tract. de indic. & tor. qu. 9. part. 2. num. 4. Dec. con. 189: Hipp. in pract. crim. Verbo conſtante, num. 1. & aliquot ſeqq. idem in l. quis eadem. num. 19. C. ad l. Corn. de ſic.* † Et hanc opinionem tanquam magis approbatam, Moderni communiter ſequuntur, quorum aliquos recenſet Laur. Kirchou. *cent. 5. com. opin. concluſ. 30.* vbi plura hac de re memoratu non indigna congeſſit: 3.
† Inter cætera baſin & fundamentum huius eſſe dogmatis in l. 1. ff. de cuſt. & exhib. reor. aſſerens, vbi traditur: De cuſtodia reorum Proconſulem æſtimare ſolere vtrùm in carcerem recipienda ſit perſona an militi tradenda, vel fideiuſſoribus committẽda vel etiam ſibi: hoc autem vel pro criminis, quod obiicitur, qualitate vel propter honorem, vel propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ vel pro dignitate eius, qui accuſatur, facere ſolere. 4.
† Quare ſi iudex omiſſa talium circumſtantiarum conſideratione alias aliquem carceri mancipârit, quem non debet, contra ipſum iniuriarum agi poteſt, *l. nec magiſtratibus. ff. de iniur.* per quam conſequitur damnum & recompenſam iniuriarum, *l. pen. ibi. cùm etſi nihil in 6. ſua cenſu, & C. qui bon. ced. poſſ. l. ſi creditores in fin. de priu. cred. l. ſi Verò § 1 qui ſatiſd. cog. & l. ſtatu liber rationem ff. de ſta. lib. Hier. Schurff. con. 87 in princ. & con. 98. cent. 3.* † Ita olim in Camera iudicatum. & ſenatum Coloniẽſem cuidam Petro Quitinck, propter iniuſtæ incarcerationis iniuriam in 600. aureos condemnatum fuiſſe, meminit Frid. à Tautemb. *in ſuo Virid. concluſ. iuriſ. concluſ. 58.* 5.

OBSERVATIO LXX.

Dominus territorij an teneatur deprædatis damna reſarcire? Gail. 2. obſ. 64.

1. *Domini territoriorum quatenus ad cuſtodiam ſui territorij obligentur & num. 5.*
2. *Domini terrarum habentes pedagia, itinera tenentur tuta conſeruare: alias ad damna reſarcienda ſunt obnoxij.*

3. Quod

3. *Quod maximè procedit in his, qui pro ſaluo conductu tributum, vel pedagium accipiunt.*

4. *Hoc tamen intelligendum eſt de viis, per quas communiter iter fieri conſueuit: aliàs ſecus.*

6. *Ampliatio ſupradictæ doctrinæ.*

7. *Officialium negligentia de Dominorum voluntate facta præſumitur.*

8. *Securitatem itinerum publicæ vtilitatis ratio exigit.*

9. *Principes ideo Regalia ab Imp. habent, vt vias publicas ſecuras teneant.*

10. *Vias publicas inter Regalia computari.*

Dominus loci tenetur de Robaria facta in territorio ſuo, Vvurmſ. in Miſcel. obſ. 5. per tot. A. Reyger.

1. DOMINI † terrarum ad cuſtodiam ſui territorij de iure eatenus tenentur, vt ſi rapina, vel deprædatio in eorum ditione, etiam per extraneas perſonas contingat, ipſi ad damnum reponendum ſint obligati, *iuxta gloſſ. in l. ne quid. ibi Bart. Ang. & alij ff. de incen. ruin. nauf.* dum tamen eius potentiæ ſint, quòd prohibere huiuſmodi malefacta poſſint, & non prohibeant. Et putat Ang. dominos tunc non prohibuiſſe cenſeri, ſi cuſtodias in inſidioſis locis collocare poterant, & id facere prætermiſerunt: Bald. *c. 1. §. conuenticula: 2. col. verſi. ſed iſtud. de pac. ten. & iur.*
2. *firman.* † Vbi dicit valde eſſe notandum, quòd domini terrarum colligentes pedagia, itinera tuta reddere debeant, adeò vt ſi deprædatio aliqua in eorum territorio ſiue diſtrictu committatur, obnoxij ſint, vel reſtituere ablata, vel malefactorem exhibere: *allegat. d. l. ne quid, & Archid. 24. quæſt. 3. c. ſi quis Romipetas. & idem Bald. in titulo. Qui feud. dari poſſ. §. marchio, col. 2. verſi. ex quarto. & in tit. quæ ſint regalia. Quod & And. de Iſer. ante Bald. docuit in tit. de ſtatu. & conſuetud. §. nauigia. in vſibus feud.* † Et hoc
3. maximè procedit, quando Principes, Duces, Comites, aut alij territoriorum Domini, penſionem aliquam, putà tributum, vel pedagium, à peregrinantibus accipiunt pro ſaluo conductu, *iuxta Bald. in c. vnico. §. marchio. numer. 5. tit. de his qui feud. dare poſſunt. Idem in capit. vnico. §. conuenticula. numer. 7. de pa. iur. fir. & Afflict. in dicto c. vnico verbis, via publica, Quæ*
4. *ſint regal.* †. Hoc tamen intelligendum eſt de viis ſolitis per quas vulgò ſolet iter fieri, nam ſi quis per aliam non conſuetam viam inceſſit, & deprædatus fuit, dominus territorij illi non obligatur ad damni reparationem, *Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de eo quis dete. vel eſſ. ad.* Pro prædictis faciunt l. in nomine. C. de offic. Præfect. Præt. Aphr.
† vbi Imperator mandat, fines prouinciarum diligenter cuſtodiri. l. 1. §. quies. ff. de offic. Præfecti, Vrbi, dum ait: Et ſanè debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi, quid vbique agatur: *quem text. Barb. in add. ad Bal. in l. ſi quis, non dicam. col. 3. C. de Epiſc. & cler. ſingularem & aureum ad hoc eſſe dicit.* item & in l. 3. ff. de offic. Præſid. dicitur: Præſidem curare debere, vt malis hominibus prouinciam purget: nec diſtinguitur, vnde ſint, concordat l. congruit. ff. eod. tit. *quibus adde, quæ traduntur per Floren. in l. ſciendum. ff. ad legem Aquil. Alexand. d. l. ne quid. qui allegat Innoc. c. ſi quod met. cauſa. Bal. l. vit. C. de capti. Rom. l. 1. §. ff. de public. l. 1. cum rubr. C. de iti. & litt. cuſt. lib. 12. idem eleganter tenet Capol. in tract. ſer. tit. de ſeru. ruſt. c. de via 23. quæſt. verſic. ergo in hoc articulo. vbi vltra ſuprà citata allegat 23. quæſt. 2. c. dominus. verſi. ſi gens. & quæ 5. c. adminiſtratores. in prin. auth. vt diff. ſint iud. §. pen. Hoſt. in Summ. tit. de cenſib. §. ex quib. Odofr. auth. habita. C. ne filius pro patre* † Et prædicta obtinent etiam 6.
ſi datorem damni domini neſciant, *iuxta Laur. Calc. conſi. 61.* vel ea in re familiares ipſius domini & regentes culpabiles fuerint, *vt eleganter tenet Bar. in d. l. ne quid. verſi. ſed ſi poneres.* † Officialium enim & ſub- 7.
ditorum negligentia de dominorum voluntate facta præſumitur, *vt dicit Roma. conſil. 151.* & per manus traditur, ex malitia familiarum præſumi contra dominos, *Felin c. nullus. de accuſ.* Nec dicitur dominus territorij in huiuſmodi ſpecie de alieno puniri delicto, ſed proprio, id eſt, ex propria negligentia, ex qua prauus animus præſumitur, *argumen. leg. reprehendenda. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus. & facit c. conſtitutis. de teſtibus.* † Et hanc ſecuritatem, ſeu tuitionem, 8.
publicæ vtilitatis ratio exigit: publicè enim intereſt, ſine metu & periculo per itinera

commeari *l. 1. §. ſumma. ff. de his qui deie-*
cerunt, vel effuderunt: & ibi Floran. poſt
Bart. & Bald. idem Baldus in l. conuentio-
9. *num, in fine, de pactis.* † Et principes ideò
Regalia ab Imperatore habent, vt iis pro-
pter excellentiam dignitatis regaliter v-
tantur, hoc eſt, regia manu vias publicas
ſecuras & purgatas latronibus, furibus,
plagiariis, ac prædonibus ſuis ſumptibus
10. teneant. † Vias autem publicas inter Re-
galia connumerari, docet, *c. 1. & ibi Bald.*
nu. 1. Quæ ſint regal. & faciunt iura ſuprà
allegata. Et prædicta omnia diligenter
notari debent, præſertim hac noſtra æta-
te, vbi deprædationes admodum ſunt fre-
quentes.

OBSERVATIO LXXI.

Vide Gail. 2. obſ. 64. nu. 7. & 8. A. Reyger.

Deprædatus quomodo damnum pro-
bare poſſit?

1. *Damnum rapinæ an iuramento probari poſſit à deprædato? & reſpondetur, quod non poſſit, ſed teſtibus probari debeat. nu 2.*
3. *Et hanc eſſe communem.*
4. *Duo requiruntur vt ſtetur iuramento, nempè probandi difficultas, & delictum ipſius conuenti.*

IN præcedenti obſeruatione dictum eſt,
dominos terrarum ex rapina ſiue de-
prædatione in ipſorum ditione facta, te-
neri deprædatis ad repoſitionem damno-
1. rum † iuxta hoc quæri ſolet, An damnum
rapinæ hac ſpecie probari iureiurando
poſſit à deprædato? & Ioan. And. *in add. ad*
Spec. tit. de raptor. incend. & violat. Eccle.
verſi. ſed pone inter ſtatuta, in verbo. Pa-
dius, itémque Cyn *in l. ſi quando quæſt. 11.*
2. *C. vnde vi* † diſertè reſpondent, quod non.
Nam cùm petatur emendatio damni ex
facto alieno, quòd non dolo, ſed culpa il-
lius contingit, qui potuit præuidere, ideò
probari per teſtes debet: quam ſententiam
Panor. quoque ſequitur *in c. ſuper eo. in*
gloſ. 1. ext. quod metus cauſa. Quærit enim,
nunquid ſuper quantitate rerum amiſſa-
rum ſtandum ſit iuramento deprædati? Et
determinat, quòd non: cùm non agatur
contra delinquentem: ſecus, ſi aduerſus il-
lum ipſum ageretur, qui ſpoliaſſet: † At- 3.
que ita communiter legum Interpretes
concludere ait *in d. l. ne quid. ff. de incen. rui.*
nauf. & in d. l. ſi quando. † ſubdens; Duo 4.
requiri, vt ſtetur iuramento: primum eſt,
probandi difficultas: alterum, maleficium
ipſius conuenti: *alleg. gloſſ. in authen. ſed*
hodie nouo iure. C. de iud. & Bart. in l. ſi quan-
do quod etiam repetiit Tantemb. in verid. con-
cluſ. iurid. concluſ. 112.

OSERVATIO LXXII.

Feudum nouum deficientibus maſcu-
lis ad dominum reuertitur. Gail. obſ. 59. num. 4.

1. *Vaſallus de nouo feudo inueſtitus, ſi ſine deſcendentibus maſculis moriatur, feudum ad dominum reuertitur.*
2. *Secus eſt in feudo paterno, ſiue antiquo, quia non domino, ſed agnatis aperitur.*
3. *Hypotheſis ad hanc obſeruationem: deciſio eiuſdem nu. 5.*
4. *Hæredis nomen ab homine prolatum ampliatiuè venit, maſculos & fœminas continens.*
6. *Verbum, Hæres, in feudis ad ſolos maſculos pertinet.*

INDVBITATI iuris eſt, † feudum 1.
liberè ad dominum reuerti, ſi vaſallus
de nouo beneficio inueſtitus, ſine deſcen-
dentibus maſculis moriatur, *per text. in c.*
1. §. his verò de grad. ſuc. c. 1. § hoc quoque.
de ſucceſſ. feud. c. 1. de nouo beneſi. inueſt. &
c. 1. § vlt. de feud. March. cum ſimilibus.
† dixi notanter, De nouo beneficio: quia ſi
fuit feudum paternum, ſiue antiquum, &
vaſallus ſine liberis maſculis deceſſerit, v-
bi non ſunt culpæ, feudum agnatis aperi-
tur, *iuxta Aluar. in c. 1. §. pen. quæ fuit pri-*
ma cauſa beneſ. amit. concl. 9. & 40. alleg.
Bald. in c. 1. ſi vaſal. feud. priu. & c. 1. de
vaſal. qui cont. conſt. Loth. † Modo conti-
git in facto, quòd vaſallus quidam, cui
pro ſe ſuiſque hæredibus (verbo Hæredi-
bus, ſimpliciter probato) de nouo erat
conceſſum feudum, deceſſerit ſine hære-
dibus

Transfuſſales non ſuccedunt in feudo nouo. Hart. Hart. tit. 54. de feud. obſ. 16. n. 2. & 13. vbi limitationẽ reperies. A. Reyger. 2.

dibus maſculis, relicta tamen filia iam nuptui tradita: ſic enim ſonant verba inueſtituræ, *So haben Wir ſeine Bitt angeſehen, ihme vnd ſeinen Erben die vorgeſchriebene ſtuck vnd guter zu Lehenrecht vnd redlich geliehen &c.* hoc eſt, Igitur precibus illius inclinati, eidem, eiuſdémque hæredibus, prædicta bona in feudum recte ritéque conceſſimus. Iam cùm dominus bona feudalia, tanquam ad ſe reuerſa vendicaret, prædictæ filiæ maritus nomine vxoris ſuæ, veluti hæredis vnicæ prædefuncti patris, prætendebat feudum non eſſe apertum domino, ſed ad ſuam vxorem pertinere: & videbatur prima fronte iuxta tenorem inueſtituræ (quæ dat legem *cap. 1. de duob. fr. et. & l. 1 §. ſi conuenerit ff. depoſiti.*)
4. Filiam ſuccedere poſſe † nam Hæredis nomen ab homine prolatum, ampliatiuè venit, maſculos & fœminas complectens: atque ita quoſdam antiquos ſenſiſſe, refert
5. Bald *in l. libertis. C. de oper. libert.* † Verũ Domini vnanimi calculo contrarium determinârunt, filia ſcilicet excluſa feudum domi-
6. no libere apertum cenſeri. † Licet enim appellatione Hæredis, communi iure omnes ſucceſſores, & ſic filiæ veniant, *l. hæreditatis, ff. de verb ſig.* tamen in feudis diuerſum obtinet, & nomen Hæredis tantum pro maſculis ponitur, id eſt, qui à vaſallo maſculina linea deſcendunt, *cap. 1. § hoc autem de iis qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. filia. de feud. ſucceſſ. cap. 1. §. ad filium. de ſuc. fra. & gra. ſuc. in feud. & cap. 1. §. profecto. de l. Conr. vide etiam Bald. in dicta l. libertis. verſic. modo formabitur quaſt. & Bart. in l. ex facto. § vlt. ff. ad Trebell. Prepoſ. in prælud. in diuiſ. feud. 10. col. 3. qui allegat Canoni. in cap. in præſentia. de prob. & dict. cap. 1. §. cùm vero. de his, qui feud. dar. poſſ.* Atque ita in prædicta cauſa pro Domino iudicatum fuit, feudum illud nouum ad ipſum Dominum, & non ad defuncti vaſalli filiam pertinere.

Vid. Gail. lib. 2. obſ 154. nu. 10. & 21.

OBSERVATIO LXXIII.

Hartm. Piſtor. p. 2. q. 38. nu. 47. & ſequ. Schrad. p. 7. ca. 4. nu. 5. Feudũ emptum pecunia quãdo transferatur ad fœminas. vid. VVurmſ. ti. 51. de feu. obſer. 14. per tot. A. Reyger.

Feudum emptitium an deficientibus maſculis apud filias remanere debeat, vel ad dominum reuertatur?

1. *In feudo empto fœminas non quidem iure feudi, ſed ex natura contractus admittendas eſſe, ſi maſculi deficiãt.*
2. *Et hanc opinionem multos Interpretes amplecti, eamque de iure veriſſ. & communem eſſe: & num. 3.*
4. *In Camera contrarium deciſum, quod nec ex hoc capite fœmina admittantur.*
5. *Regula quod fœmina in feudis ſimpliciter non ſuccedant.*
6. *Feudum etiam emptitium retinet naturam feudi, nec ad fœminas tranſit, idque crebrius receptum eſſe.*

PORRO in eadem cauſa adhuc alia, & quidem grauior quæſtio tractabatur: † quia in ſupra dicta ſpecie maritus filiæ 1.
defuncti vaſalli ſe vel ea ratione nomine vxoris ſuæ admittendum eſſe ad bona feudalia prætendebat, quòd pater ipſius illud feudum non ex gratia, ſed titulo emptionis obtinuiſſet: & ſic filia, etſi ex natura feudi non poſſet ſuccedere, tamen ex natura contractus eſſet admittenda: † 2.
Et quod in feudo emptitio fœmina magis ſuccederet ex natura contractus, quàm vi feudi allegabatur Baldus, qui ita ſentire videtur *in cap. 1 § & quia vidimus. in fin. de his, qui feud. dar. poſſunt. allegans Odofr. ita tenentem in ſumma feud. tit. qui ſucc. in feud. & hoc dictum eſſe notandum, &c.* ad idem faciunt, quæ tenet Præpoſ. *in c. 1. tit. qui ſucc. verſi. quæro, dominus feudi.* vbi poſt Andr. de Iſer. voluit feudum emptum penes emptorem & liberos remanere, & non reuerti ad dominum: *allegat dictum cap. 1 § & ſic clientulus de alien. feu. & cap. nuper. de donat. inter virum & vxorem.*
† Et hanc ſententiam tenet etiam Curt. *de feu. part. 3 in primo memb. verſ. ſexto limita.* vbi dicit eam de iure veriſſimam eſ- 3.
ſe: eámque communem aſſerunt. *Dec. conſ. 392. num 7 & Pariſ. conſi 4 nu. 39. lib. 1. itemque Alciat. reſpon.* 170. *num.* 4. † Domini 4.
tamen Aſſeſſores filiam nec ex hoc capite admittendam eſſe cenſuerunt: & rectè, meo iudicio. nam cum regula aperta ſit in iure feudali: † Quod fœminæ non ſuccedant 5.
ſimpliciter in feudis, (*cuius regulæ rationes quinque refert Bald. in l. quoties. C. de ſuis & legit. quarum meminit etiam Curt. in tract. de feud. par. 3 fo.* 210.) nec regula

aliqua vel text. in contrarium adferri poſ-
6. ſit: vtique regulæ ſtandum eſt. † Conſtat autem, quòd feudum etiam emptitium nõ ceſſet eſſe feudum, ſed retineat naturam ſuam, iuxta gloſſ & ibi Aluar. *in cap. 1. de benef frat.* atque ita expreſsè tenent *Laud. in d. §. & quia vidimus. num. 31. Præpoſ. ibid. nu. 62. Iacob in verb & fœminis. num. 6. Hanneto. li 6. feu cap. 8 Zaſ. de feu. par 12. verſi. 3 conclu. & par. 8. num. 37* Idem Zaſius *conſi 13. num. 27. & ſeq lib. 1. conſi. 8. num. 33. & conſi. vlt. num 22 & 23. lib 2.* vbi hanc ſententiam communem teſtatur: & Sonsbec. *in tract. feud. par 9. nu 121. & 122.* vbi fatentur, ſuprà dictam Odofredi opinionem communiter
* non eſſe receptam: * ſicut etiam Bald. recitando eam ab ipſa recedere videtur. Quinimò Mart Laud & Andr. de Iſer. *in d. cap. 1. § verò & §. & quia vidimus.* eandem expreſsè improbant, prout eos allegat Iacob de S. Georg. *in tractat. feud. verb & fœminis, in 6. fall.* qui & ipſe ab ea diſcedit, ſubiiciens, ſe in quæſtione facti iudicaſſe contra eam, *adde, quod Sonsbec. in 2 par. num. 8 defendit, feudum emptum eſſe proprium feudum contra communem Dd. opinionem, vt ibi per eum.*

OBSERVATIO LXXIV.

De feudo conceſſo ſeu recepto pro ſe & fœminis, vid. Hart. Hart. titu. 54. obſ. 15. num. 4. A. Reyger.

Feudum pro hæredibus maſculis & fœminis acquiſitum, quando ad fœminas deuoluatur?

1. *Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus, non includit fœminam.*
2. *Fallit, ſi conceſſum ſit pro ſe, & ſuis hæredibus maſculis & fœminis: quia deficiente maſculo fœmina ſuccedet.*
3. *Extante verò maſculo, ſolus filius feudum conſequitur, excluſa filia.*
4. *Si filius poſtea ſine liberis moriatur relicta ſorore, feudum ad Dominum reuerti ſorore excluſa: & hanc eſſe communem, & num 7.*
5. *Fallit tamen hoc dogma, ſi maſculus mox poſt patrem decederet abſque liberis: tunc enim ſoror admittitur.*
6. *Vixiſſe non cenſetur, qui ſtatim mortuus eſt.*
8. *Contraria opinio, quod mortuo fratre ſine liberis feudum non ad Dominum, ſed ad ſororem pertineat, defenditur aduerſus communem: & nu. 9.*

QVOD ſuprà dictum eſt. † etſi feu- 1.
dum ſimpliciter conceſſum ſit pro ſe & hæredibus tamen fœminam excludi, propterea quòd nomen Hæredis, in feudis ſolos maſculos comprehendat: id non ha-
bet locum, † Quando dominus pacto con- 2.
ceſſerit feudum alicui pro ſe & ſuis hæredibus maſculis & fœminis: quia tali ſpecie maſculis non extantibus filiæ ſuccedent ex pacto, *iuxta cap 1 § filia de ſuc. feud. cap. 1. verſic. hoc autem notandum de iis, qui feud. dare poſſunt. cap. 1. verſi. ad filias. de ſuc.*
frat & cap 1. de natur ſuc. feud. † Si tamen 3.
vaſallus reliquerit filium & filiam, ſolus filius feudum obtinebit: non etiam filia ſimul cum fratre, *per text. in cap. 1. § quin etiam Epiſc. vel Abb.* quia iſta copula, ET, in ſubiecta ſpecie, attenta natura feudi, quæ exiſtente maſculo fœminam non admittit, *d. § filia.* non coniungit ſenſum, ſed magis ordinem inſinuat: ſicque, potiùs in vim ordinis, quàm in vim copulæ poſita cenſetur, *vt ibi poſt cæteros Fridericus à*
Tautemb. eleganter declarat. † Quid autem 4.
ſi filius, ad quem feudum erat deuolutum, poſtea ſine liberis decedat relicta ſorore, num ipſa fratri in feudo ſuccedet, vel ad dominum reuertetur? Et communis eſt Interpretum opinio, feudum ad dominum reuerti, *per dictum. § quin etiam.* & ſic filia ſemel per exiſtentem maſculum excluſa a feudi ſucceſſione, in perpetuum excluſa manebit, nec vlteriùs vel ipſa, vel eius liberi, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, ad feudum admittentur, ſecundum eos, *cap. vnico. §. quin etiam. tit. Epiſcop. vel Abb. feud. da. non poſſ. ibi. Bald in 3. Alu. num. 3. & 4. & Zaſ de feu.*
par 8 tit. de ſucceſſ. feu. num. 8 † Quod ta- 5.
menverum limitant, niſi maſculus natus confeſtim moreretur poſt obitum patris, nullis relictis liberis: illo enim caſu volunt adhuc admitti ſororem ad feudum, *per*
gloſſ. ibid † Non enim extitiſſe aut vixiſſe 6.
videtur, qui ſtatim mortuus eſt, *argum. l. ſi pro patre. §. verſum ff. de in rem verſo & cap. quanto. cum gloſſ. verbo, perdurare. 61. di-*
ſtinct. † Et hanc opinionem maior Docto- 7.
rum caterua amplectitur, prout eos refert & etiam ſequitur Curt. *in tract. de feud. in ter-*

Conſentit Schrad. p. 7. cap. 1. nu. 83. vbi amplıat. & limitat.

in tertia parte prin. Ver. 27. quaro. num. 32. pro qua etiam conſuleruͤt plurimi, qui omnes potiſſimum innituntur vnico textui in d. §. quin etiam. qui tamen hoc non dicit.

8. † Verum vtcunque hæc ſententia crebrius ſit recepta, adeò vt piaculum videatur ab ea recedere: tamen contrariam ſententiam, quod ſcilicet fratre poſt acceptatum feudum ſine liberis mortuo, feudum non ad dominum, ſed ipſius ſororem pertineat, & ad ipſam tranſmittatur, iure veriorem & æquiorem eſſe certò crediderim *: quam etiam multi clariſſimi Iuriſconſulti, tam veteres, quam recentiores, ſecuti ſunt, *putà Iacob. de Belui Iacob. de Ardiz. Mart. Laud. Pet. de Montefor. Matt. Afflic. Card. Rui Pariſ. Grat. Mar. Soc. Ioan. Bap. Ferr. Ioan. Caph. & Iul Clarus*, vt eos cum pluribus aliis in ſecunda editione additis recenſet Ioan. Fichardus celeberrimus noſtræ ætatis Iuriſconſultus *in ſuis addition. ad com. opin. Villalu. poſt Ver. filia excluſa.* quam ſe quoque aliquoties conſulendo, tanquam magis veram & æquitati conſonam, ſecutum, imo hanc ipſiſſimam eſſe veritatem fatetur.

* [illegible] d. contrariam ſententem [illegible] Hart. p. ſt. l. [illegible] q. 35. per tot. vbi pleniſſimè hæc diſputat in vtramque partem. A. Reyger.

9. † Et dicit Iul. Clarus *libro quarto in t. capit. §. feudum. qu. 80. Verſi. ſed quid ſi è conuerſo, &c.* quò ad ipſum dominum ſe credere abſolutè, quod exiſtente fœmina, licet per maſculum ſemel excluſa, quæ eſſet ex vocatis in inueſtitura, feudum non aperiatur domino, ſed ad ipſam fœminam deuoluatur: tametſi putet locum eſſe ſæpè d. §. quin etiam. quando ageretur inter fœminam & alium agnatum in caſu, in quo maſculi & fœminæ eſſent vocati inueſtitura, *Vt ibi latius per eum.* At verò quia hanc poſteriorem ſententiam reperio diligentiſſimè & grauiſſimis argumentis aduerſus communem propugnatam, defenſámque eſſe etiam à Franciſco Sonsbec. *in nona parte ſuorum comment. feu. nu 131 & aliquot ſeqq* vbi eam cum æquitati, tùm rationi, & voluntati maximè contrahentium, ipſiſque iuribus feudalibus prorſus conuenire luculenter oſtendit, ideò breuitatis cauſa iuris ſtudioſum ad ipſius annotata remitto.

OBSERVATIO LXXV.

Gail. 1. obſ. num. 54. & ſeqq. vide ſup. obſ. 89.

Lis inter Dominum & Vaſallum orta coram Paribus Curiæ decidenda eſt.

Cent. 4. Schrad. p. 10. ſect. 6. à num. 134. ad 141. Iudex quis in cauſa feudali, vide Hartman. Hartman. tit. 54. de feudis obſ. 21. & 22. A Reyger.

1. *Contentio inter Dominum & Vaſallum orta, coram Paribus decidenda ex Iure feudali.*
2. *Idque obtinet ſiue Vaſallus Dominum, ſiue Dominus Vaſallum conuenire velit.*
3. *Quando Dominus ſuum aduerſarium negat Vaſallum eſſe, cauſa coram Ordinario loci ventilari debet.*
4. *Idque maximè procedit, quando dominus agit ad dimittendum ſibi bona ab aduerſario occupata.*
5. *Si tamen aduerſarius excipiat rem feudalem eſſe, de hac quæſtione, tanquam præiudiciali, Ordinarius prius cognoſcet, & ſi feudalem reperiat, cauſam ad Pares remittet: & nu. 6.*
7. *Qui iudex eſt ſuper iure reali, procedente ex aliqua cauſa, non cenſetur iudex eſſe ſuper obligatione perſonali ad ipſum ius conſtituendum.*

IN ſuprà dicta cauſa, cùm dominus feudi maritum filiæ prædefuncti vaſalli in Camera Imperiali conueniſſet, ad dimittendum bona quondam feudalia, &c. inter cætera diſputatum fuit ſuper competentia: num maritus, feudum ad ſuam vxorem deuolutum eſſe aſſerens, ibi conueniri poſſet, vel hæc controuerſia coram Paribus curiæ ventilanda eſſet. † Nam videbatur primò eam coram Paribus agitari debere, per iura feudalia quæ dicunt, ſi inter dominum & vaſallum oriatur contentio, eam coram Paribus decidendam eſſe, *cap. 1 §. præterea, Ver. ſi inter dominum, de prohib. feud. alie per Frid. cap. 1. de contr. feu. ap par. term. cap 1 de contr. inter Vaſal & Epiſc. ca. 1. § 1 de alie. feu. part. cum ſimilib* † Quod quidem locum habere videtur, ſiue vaſallus dominum conueniat, ſiue dominus vaſallum: cùm Pares curiæ ſint iudices reales reſpectu feudi, ſiue ille agat, ſiue alter, *Panorm. in ca. cæterum. poſt princ. Verſ. Vltimò induco de iud.* & ſatis probatur per generalitatem iurium feudalium *in ca. 1. ſi de inue. cont. inter dominum & vaſallum, &c. cum ſimilib ſuprà allegatis*: imò videtur eſſe indubitatum, per text. *in c 1 in prin. ſi de feud. fue contro. inter dom. & agnat.* vbi clarè habetur, ſi contentio ſit inter dominum & agnatos defuncti, domino nouū, agnatis verò pa-

Margin numbers beside text: 1. (at "Nam videba-"), 2. (at "Quod qui-")

ternum feudum aſſerentibus, talem litem coram Paribus terminari, ſed interim agnatos in poſſeſſione conſtitui debere.

3. † Sed prædictis non attentis domini Aſſeſſores crebriùs concluſerunt, quod cùm dominus feudi neget aduerſarium, ſiue filiam defuncti eſſe vaſallum, cauſa coram Ordinario loci (ſicut in hoc caſu fuit Camera Imperialis) ſit tractanda: *idque ex mente Innoc. in d. c. cæterum, prout eum declarat*

4. *Panorm. in addit. ibidem.* † Et hoc eò magis putabant in hoc themate procedere, cùm præfatus feudi dominus contra dictæ filiæ maritum ageret ad dimittendum ſibi bona feudalia ad ſe reuerſa, quæ occupárit: & hoc coram Ordinario loci fieri debere, expreſsè tenet *Abb. poſt Innoc. in d. c. cæterùm, ad fin. Verſi. ſi quæro, quid ſi dominus.*

5. † Veruntamen ſi aduerſarius exciperet, rem eſſe feudalem, de hac exceptione, tanquam præiudiciali, Ordinarius primitùs cognoſcet: & ſi feudalem eſſe compererit, ideſt, ſi fides facta fuerit, bona non fuiſſe reuerſa ad dominum, ſed adhuc ſub iure feudali adſtricta eſſe, tunc remittenda erit cauſa ad Pares, & non antè. Cognitio itaque Parium non prius habebit locum, quàm certum ſit, bona illa conditionem

6. feudalem non dimiſiſſe. † Prædictis adde, quæ eleganter traduntur per Fran. de Aret. *in d. c. cæterum. colum 4. ad fin. cum ſeq. Ver circa primum.* vbi poſt Abb. inquit: *Si de ipſo feudo, ſcilicet an feudum ſit, vel non ſit, inter dominum & vaſallum quæſtio vriatur, iudicem ordinarium eſſe adeundum, non pares curiæ: cùm ille caſus in vſibus feudorum non ſit expreſsim deciſus: itaque deciſioni iuris communis eſſe ſtandum. alleg. c. 1 de feud. cog.* & aliàs dicitur, quod de vno conceſſum eſt, de aliis negatum cenſeri, *l. maritus, C. de procurat. l. cum prætor, ff. de iudic.* & omiſſum pro omiſſo haberi, *l.*

7. *commodiſsimè, ff. de lib. & poſth.* † Colligit ergo ibi Fran. de Aret. elegans dogma, quòd ille qui eſt iudex ſuper iure reali procedente ex aliqua cauſa, (ſicut Pares curiæ ſunt iudices, vt ita dicam reales occaſione feudi) is non intelligitur iudex eſſe ſuper obligatione perſonali ad ipſum ius conſtituendum. Pares ergo curiæ in ſuprà dicta ſpecie non poterunt iudicare, cùm bona huius controuerſiæ negentur eſſe feudalia, tanquam ad dominum liberè reuerſa: licet ipſe reus, nempe relictæ filiæ maritus, ſibi ea in feudum conſtitui debere prætendat: quæ cognitio ad loci Ordinarium pertinet: vbi idem reus vel per inueſtituras antiquas, vel præſcriptione, vel ſucceſſionis ſerie aliquod ius deduxerit, per quod doceatur, dicta bona præſenti tempore eſſe feudalia, cauſa remittẽda erit, & non antea. Et ex his fundamentis præfata cauſa apud tribunal Imperij tum retenta fuit, & reo conuento litis conteſtatio impoſita.

OBSERVATIO LXXVI.

In feudalibus cauſis & cõtrouerſiis definiendis ad quid reſpiciendum? — Vide Schrad. p. 1. quæſt. 6. per tot vbi diſputat, quod ius Canonicũ pro ciuilibus legibus in cauſa feudali attendatur. A. Reyger.

1. *In cauſis feudalibus principe loco tenor inueſtituræ conſiderandus.*
2. *Si ex tenore inueſtituræ caſus emergens definiri nequeat, ad conſuetudinem loci & curiæ recurri debet.*
3. *Conſuetudo ſpecialis loci, derogat conſuetudine feudorum generali.*
4. *Ceſſante ſpeciale conſuetudine, ad vſus feudales reſpiciendum.*
5. *Vſibus feudalibus pariter ceſſantibus, ad ius commune redeundum.*
6. *Iure communi deficiente ad ſimile conſuetudinis recurrendum.*
7. *Illo quoque deficiente, ad ſimile legis reſpiciendum.*
8. *Ceſſantibus prædictis omnibus, per argumenta legalia, & feudalia, ad definitionem cauſæ procedendum.*
9. *Et quod ſit in eo iudicantis officium.*

QVIA ſæpè contingit dubitari in controuerſiis feudalibus, quo iure ritè debeant terminari, prout id Feudiſtæ, nec tamen in omnibus conuenientes, latiſſimè tractant *in c. 1. tit. de feud. cog.* non inutile fuerit, in vnum velut faſciculum connectere, quæ iuri magis conſentanea eſſe putauero: vt eò recurrere iuris ſtudioſi poſſint, ſi quæſtiones in feudali materia emergentes, decidendæ occurrant. † Et primò omnino ſpectandus eſt & conſiderandus tenor inueſtituræ, cùm per illum & conſuetudini & iuri feudali, & omni naturæ feudi derogetur, *c. 1. Ver. niſi facta fuerit eo pactio inueſtituræ, de fra. de no. benef. inueſt. &* 1. — Vide Gail. 2. obſ. 50. n. 15.

c. 1. in

c.1. in fin. ver. ſi propter naturam inueſtitu-
ra, de duo. fra. à Cap. inueſt. & ibi Bald.
qui hoc ipſum commendat in c. 1. de feud.
non hab. prop. feudi naturam. Pacta enim
etiam inſolita & contra communem feu-
di naturam in inueſtitura appoſita, ſunt
obſeruanda, *Vt ibi, & l.1.§.ſi conuenerit.ff.*
depoſiti, & l. ſemper in ſtipulationib. ff. de
reg. iur. Aluar. in §. vlt. tit. quid ſit inueſt.
2. † Secundo ſi caſum emergentem tenor, pa-
ctave inueſtituræ definire nequeat, ad
ſpecificã cõſuetudinẽ loci & curiæ domi-
ni, à quo feudum conceſſum eſt, conſide-
ratio accommodari debet, & ſecundũ eã
3. iudicari: † Quia cõſuetudo ſpecialis loci
derogat cõſuetudini feudorum generali,
cum regula iuris dictante, generi per ſpe-
ciem derogatur, *Bal. conſ. 170. ad euiden-*
tiam præmittendum eſt. lib. 2. ſic. in arg. l. ſi
ſeruus plurium, §. vlt. ff. de legat. 1. Vbi an-
te omnia ipſius patris familias conſuetudo,
deinde regionis, in qua conuerſatus eſt, ex-
4. *quirenda eſt.* † Tertiò ceſsãte pacto & ſpe-
ciali conſuetudine loci & curiæ domini,
qui feudum conceſſit, ad generales con-
ſuetudines & vſus feudorum, in lib. Feud.
comprehenſos, confugiẽdum eſt, *d. c. 1. de*
5. *feud. cog.* † Quartò: ſi nec iura feud. obortã
cõtrouerſiã determinarint, ad leges Rom.
id eſt, ius commune recurri debet, *d. c. 1. §.*
6. *ſtrenuus.* † Quintò, ſin etiã ius ſcriptũ, ſi-
ue ius commune, nõ inueniretur, confu-
giendum eſt ad ſimile conſuetudinis. *l. de*
quib. Verſ. & ſi qua in re hoc defecerit. tunc
quod proximum & conſequens ei eſt, ff. de
7. *legib.* † Sextò illo quoque deficiẽte ad ſi-
mile legis reſpiciendum eſt, *arg. l. non poſ-*
8. *ſunt. ff. eod. tit.* Septimò, ceſſantibus ſu-
prà dictis omnibus, per argumenta lega-
lia & feudalia ad definitionem cauſæ pro-
cedendum erit, *ſecundum Prepoſ. in d. c. 1.*
de feud. cognit. poſt Bald. Aluar. & alios.
9. † Cæterum caſu hoc poſteriore, ſi ad cau
ſæ definitionem argumenta tum ex legi-
bus, tum ex feudalibus placitis deprom-
pta accommodent litigantes, iudicis erit
æſtimare, vtrorum vis & proprietas de-
beat præferri: ſecundum eum pronuncia-
turi, qui ſimiliora, cõgruentiora & aptio-
ra in medium protulerit rei ſubiectæ, *ſe-*
cundum Iac. de Belui. & Alu. ib. arg. l. vlt.
C. de edict. diui Adri. tollen. vbi ei poſſeſſio
acquiretur, qui potiora ex legitimis modis
oſtenderit iura.

OBSERVATIO LXXVII.

Confeſsio rei in iudicio purgat omne vi-
tium proceſſus.

Confeſſio partis quõ modo probet veritatẽ, vide Hartim. Hart. 11. de confeſſion. obſ vn. nu. 4. A. Reyger.

PVLCHRVM dogma eſt, & à Cameralibus iudicibus aliquoties ſeruatum: Etiamſi libellus ſit ineptus, & proceſſus ex qualibet cauſa nullus, ſi tamen reus conuentus confiteatur crimẽ in forma iudicij, talem confeſſionem purgare omne vitium proceſſus: adeò quidem, vt non reſpecta nullitate poſſit reus condẽnari ſuper cõtẽtis in libello: *ita Bart. tradit in l. ſi confeſſus, ff. de cuſt. reor. & ibi multa ſunt concord. in apoſt.* Innoc. *in c. qualiter & quando, de accuſ. item in c. 2. de confeſ. & eſt caſus in c. 1. de accuſ. lib. 6. & not. in c. Piſanis. de reſt. ſpol. adde Panor. in c. at ſi clerici. de iudi. Bald. l. 1. in fi. prin. & l. properandum. C. de iudi.* vbi dicit, quòd etiam perempta inſtantia, ratione confeſſionis poſſit quis condemnari. idẽ expreſſe tenet Ang. *in tract. malef. in gl. cõparent inquiſiti. & confitentur totũ. verſ. quæro, an confeſſus.* vbi multa de hoc annotat: pro quo facit etiam, quòd in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnãdo, *l. proinde, §. notandum. ff. ad l. Aquil. & fac. d. l. confeſſus.*

OBSERVATIO LXXVIII.

De varijs pœnis violantium pacem publicam.

Vide Gail. lib. 1. de pace publ. c. 15 nu. 23. & 16. & c. 6. nu. 8 & 9. A. Reyger.

1. *In violatores pacis publicæ varias pœnas conſtitutas eſſe.*
2. *De pœna pecuniaria violatorum pacis publicæ.*
3. *De Banni pœna in eoſdem deſtinata.*
4. *Actoris arbitrio relinquitur ad huiuſmodi pœnas, vel coniunctim, vel diuiſim agere.*
5. *Violatore pacis publicæ ante litis conteſtationem mortuo, heredes ipſius quò ad pœnam non tenentur: ſecus quò ad mandatum reſtitutionis.*

Digitized by Google

6. *Et quomodo eo caſu pronuncietur in Camera.*

1. IVRE † Pandectarum & Codicis ad l. Iul. de vi pub. in aliis Cõſtitutionibus, variæ, & quidẽ acerbiſſimæ proditæ ſunt pœnæ aduerſus fractores pacis publicę: in Ordinatione autem Imperij, in illo tractatu, qui de Pace publica inſcriptus eſt, duas pœnas reperio, vnam pecuniariam,
2. alteram corporalem *fol. 95. in ant. 9.* † Pœna pecuniaria eſt 200. marcarum auri puri, & perditio priuilegiorum, quæ ab Imperatore conceſſa ſunt *in conſtit. pac. pub.*
3. *fol. 3.* † Secũda eſt bannum, per quod quis bona & corpus perdit: *in Ordinatione Cameræ part. 2. tit. 9.* Cum ergo violans pacem publicam varijs ſubijciatur pœnis, tàm de Iure communi quàm Ordinatione: quæritur, An actor vnam pœnam eligere, vel omnes cõiungere, vel (vt dici-
4. tur) commutare poſſit? † Et Ordinatio relinquit hoc arbitrio actoris liberum, vt quamcunque pœnam, cõiunctim, vel diuiſim, petere poſſit. Pone nunc, quod cõnexim petantur pœna & reſtitutio, reuſque ante litis conteſtationem moriatur: an & ipſius hæredes ad dictas pœnas cõ-
5. ueniri poſſit? † Reſpõdeo, quamuis poſt litis conteſtationem hæredes teneantur, tamen ſi (vt dicitur) coniunctim petitio facta eſt, hæredes, quò ad pœnam, non coguntur iuri ſtare: quia vulgò notum eſt, pœnales actiones ante litis conteſtationem non tranſire ad hęredes: quò autem ad mandatum reſtitutionis, illud eſt in hæredes tranſitorium, & iuxta Conſt. pac. pub. *antiq. fol. 8. & nouam fo.*
6. 45. in Camera conueniri poſſunt. Pronunciatúrque inſtantiam quò ad citationem, *auff den Landfrieden*, peremptam eſſe: & hoc, quò ad partes controuertentes: ſecus tamen, quòd ad iudicem: is enim, cùm ex actis ſibi de crimine innoteſcit, reum viuentem bannire ex officio in eadem inſtantia poteſt. Ita fuit bannitus Ioan. Bran.bach nobilis, mortuo Comite de *Hanaw* accuſatore. poſt concluſionem in cauſa in eadem inſtantia, ex officio iudicis, & bona eius publicata. Sic ante mea tempora fuit alius Actore mortuo abſolutus, cùm crimen fractæ pacis non eſſet probatum, in cauſa Rudolphi de *Ebingen* contra *Neunecken* decima Nouemb. anno 1540.

OBSERVATIO LXXIX.

Priuata ſcriptura an fidem faciat in factis antiquis?

Vide Gail. 2. obſ. 10. n. 1. & obſ. 71. nu. 7. A. Reyger.

1. *Scriptura priuata regulariter non probat: fallit in ſcriptura veteri, de antiquo facto faciente mentionem.*
2. *Antiquitas quantum tempus requirat in materia probationis.*
3. *In Camera illud iudicis arbitrio relinquitur.*

LICET † ſcriptura priuata non probet, maximè contra tertium, iuribus 1.
vulgatis: tamen hoc ceſſat in ſcriptura veteri, & de facto antiquo mentionem faciente, *iuxta Felin. & alios in c. 2. de fide inſt. Iaſon. in lect. l. admonendi nu. 77. in fi. & in repet. num. 90. ff. de iuriur. H pp. de Marſ. ſing. 436.* † Et quamuis multùm va- 2.
riant Interpretes, quanto tempore dicatur antiquitas in probationum materia: *prout varias opiniones recenſet Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 5. nu. 63. in* 3.
1. part. † Tamen quia tempus illud nõ reperitur determinatum, nec poteſt certò determinari, cùm à ſingularibus factorũ circumſtantiis pendeat, *l. mora. ff. de vſur.* concluſum fuit à Dominis in cauſa Comitis de *Henneberg.* contra duces Bauariæ, in hoc iudicis eſſe arbitrium: *idque autoritate Butrij & aliorum in c. illud, de præſumpt. per regulam l. 2. de iure delib. c. de cauſis, de offi. deleg.* ſaluo tamen, quòd vbi agitur de graui prẹiudicio alterius, non ſufficiat minus tempus, quàm triginta annorum, *iuxta Molin. in loco iam citato, nu. 64. vbi vide latius.*

OBSERVATIO LXXX.

Interdum præſumi pro procuratore, etiã ſi de mandato ſiue conſtitutione ipſius non conſtet.

Poſt litem cõteſtatam præſumitur pro procuratore, quia per litis conteſtationem.

1. *Præſumitur pro procuratore poſt litem conteſta-*

Dominus litis factus cẽſetur. Vvurmſ. tit. 5. de procu. obſ. 14. nu. 2.

conteſtatam, licet de ipſius mandato non conſtet.

2. *Idque ad ſaluanda priorum inſtantiarum acta prodeſſe.*

3. *Appellato nihil opponente de falſitate procuratoris, vel nullitate ſui proceſſus in cauſa appellationis, omnia per ipſum geſta ratificare cenſentur.*

4. *Sola ſcientia Domini principalis, mandati præſumtionem inducit.*

5. *Si in actis dicatur, mandatum procuratoris fuiſſe productum, hoc ſufficit, etſi originale deficiat.*

1. QVANDO † lis eſt cõteſtata cum aliquo, tanquam procuratore, licet de ipſius mandato non conſtet, præſumitur pro procuratore, donec cõtrarium probetur: *ita Imol. in l. ſciendum, ff. de verbor. obligat. Ang. §. vlt. Inſt. de ſatisdat.* † Quod
2. eſt diligenter notandum pro ſaluandis actis priorum inſtantiarum in quibus ſæpe omittuntur conſtitutiones procuratorię.
3. † Item quãdo in prioribus actis non reperitur mãdatum procuratorium, tamẽ victus nihil opponit contra falſitatem ſui procuratoris ſuper nullitate ſui proceſſus, ſed proſequitur appellationẽ per ſe, vel per procuratorẽ illũ interpoſitum, eo ipſo videntur omnia geſta per ipſum ratificari, vt de proceſſus validitate amplius in Camera, vel alia inſtantia non ſit quærendum, *per l. 3. §. vlt. ff. rem rat. hab. gloſſ. vlt. in l. licet. C. de procu.* Imò etiamſi victus opponat defectum mandati ſui procuratoris, ſi tamen eo præſente procurator agit, præiudicatur domino, *arg. l. ſi ſine. C. ad Velleia.*
4. † Et ſola ſcientia domini principalis inducit præſumptionem mãdati, niſi dominus probet contrarium, *Innoc. c. cùm in iure. de off. deleg. Imol. d. l. ſciendum.*
5. *& ibi D. ſtores alij. ff. de verb. obl g.* † vbi traditur, ſufficere, ſi in actis dicatur, fuiſſe mandatum productum, etſi originale ipſũ deficiat. Item quid, ſi ante ſententiam exprimatur, vide *Ang. d. §. vlt. Ioa. de Ana. & ibi Lud. Bolog. in add. con. 96 & conſi. 104.*

OBSERVATIO LXXXI.

Gail. 1. obſ. 9. & 10. 11. & 12. vid. ſup. cent. 3. obſer. 78 &

Quo pacto, & in quibus cauſis ex l. diffamari. in Camera agi poſſit.

Infr. cent. 6. obſeru. 90.

1. *In obtinendis proceſſibus ex l. Diffamari. C. de inge. manu. tria conſideranda eſſe.*
2. *In quibus cauſis ex ea lege agi poſſit tam in Camera quàm de iure communi.*
3. *Diffamare eſt tacitè prouocare ad iudicem ipſius rei Ordinarium.*
4. *Vt ex l. diffamari, proceſſus decernantur in Camera, oportet ſupplicantem immediatè imperio ſubiectum eſſe.*
5. *Item, vt de diffamatione prauia prius habeatur cognitio.*
6. *Eo tamen casu narratis ſupplicantis, & nudis copijs fides adhibetur.*
7. *Proceſſus ex d. l. diffamari, decerni in Camera, etſi necdum contra pacem pub. actum ſit, ſed tamen id euenturum timeatur.*

VT ex conſtitutione † Imperiali, quæ 1.
in Ordinatione Cameræ par. 2. ti. 25. extat, agi poſſit, & proceſſus obtineri ex l. diffamari, ad tria præcipue attendi debet. Primò, qualis ſit cauſa ipſa. † Et licet con 2.
ſtitutio illa loquatur tãtùm in cauſis fractæ pacis publicæ, *In Landfriedbrüchigen Sachen vnd andern dergleichen Sachen,* iniuriarum, & ſimilibus, in quib. huiuſmodi diffamatio ſubdole, captioſè, vel alio pacto aliquẽ circumueniendi & grauandi cauſa peragitur: & ſic in cauſis, quę famã & exiſtimationẽ alicuius quoquo modo lædãt, proceſſus ex l. diffamari, vigore huius conſtitutionis decerni valeant: tamen ex diſpoſitione Iuris cõmunis fere in omni genere cauſarum, ex quibus aliquis diffamatur, ex ea lege actio datur, vt per Abbatem *in c. ſignificauit. nu. 4. de teſtibus.* & Boer. deciſ. 255. vbi dicit, legem illam in Gail. d. obſ. 9. num. 1.
omnibus cauſis diffamationũ habere locũ. † Diffamare enim eſt tacitè prouoca- 3.
re ad iudicẽ ordinarium ipſius rei, *Alex. con. 52. vol. 2.* Si quis igitur in poſſeſſione ſua, vel quaſi poſſeſſione iuris alicuius turbatur, ex hac lege agere poterit: atque ita citatio decreta fuit in cauſa Archiepiſcopi Mogũtini contra Ducem Saxoniæ, &c. † Deinde non aliter proceſſus ex lege 4.
Diffamari, in Camera decernuntur, niſi ſupplicans in cauſa principali immediatè Imperio, vel Cameræ ſubiectus ſit, & ſic iudex diffamati, adeundus eſt,

ed by Google

non diffamantis, *Alex. con. 105. lib. 5. Salic. l. Vnica, C. vt nemo inui. &c. Bal. l. acceptam, C. de Vſuri.* idque hodie eſt expeditum, licet antiqua Ordinatio Cameræ anno 1532.
edita requireret, vtramq. partem Cameræ
5. ſubiectam eſſe. † Tertio, prius quàm ex ea
lege decernantur proceſſus, prævia cauſæ
cognitio de diffamatione habēda eſt puta per literaria documēta, vel alia indicia, *iuxta Hoſt. in Sum. d. lib. e. lat. §. vtrum poſſit actor. Fabianum d. l. diffamari, Verſ. caue. Ang. tract. de malef. Verbo, nec non ad querelam Titij, Ver. quæro, an iudex. Bart. in l. Titia ff. de accuſ.* Et hoc idem diſertis etiam verbis exigit prædicta Conſtitutio Imp. Idemque tenet *Boer. deci. 275. Arg. ad rub. Inſt. de actio. & Gabriel. com. opin. lib. 2.*
6. *tit. de iudi. conclu. 6. num. 24.* † Et hoc caſu
nudis copiis & narratis creditur, ſicut factum eſt in cauſa Archiepiſcopi Colonienſis, contra Ducem Iuliacenſem. Is enim prætendebat, ſe ius reluēdi ad ciuitatem *Zintenich*, & remigium habere: quod cùm ei Coloniēſis per aliquot ſcripta negaſſet, orans ne hanc reluitionem de facto, ſed ſecūdum formam iuris faceret: interim tamen animaduerteret, hoc ipſum facturum. exhibitis nudis illarum ſcripturarum copiis, quæ inter dictos Principes inuicem ſcriptæ fuerant, per ſupplicationem in Camera proceſſus ex l. diffamari, aduerſus Iuliacenſem vnà cum mandato de Non offendendo, obtinuit, qui proceſſus 13. Octobris, anno 1551. à Dominis
7. decreti ſunt. † Ex quibus etiam liquet,
quòd ex dicta lege diffamari, proceſſus decernantur, etſi publica pax necdum violata ſit, ſed timeatur frangi. idq. maxime locum habet inter Principes, ne ſcilicet magno ſubditorum incōmodo ad arma veniant. Eadem quoque ratione meo tempore proceſſus decreti ſunt, cum magna tamen deliberatione, Archiepiſcopo Treuirenſi contra reginam Mariam, & Brabantinos, &c.

OBSERVATIO LXXXII.

Gail 2. obſ. 28. numer. 2. & 3.

Quando cauſa per iuris denegationem, ſiue protractionem, ad Imperialem Cameram deuoluatur?

1. *Si iudices Ordinarij partibus petentibus detrectent, vel differant ius reddere vltra menſem, cauſæ ad Cameram deuoluuntur.*
2. *Si tamen pro iuſtitia reddenda requiſiti. idque probetur.*
3. *Limitatio ſupradicti axiomatis.*
4. *Quod ſi coram inferiori iudice cauſa iam ſit cœpta, & tum denegetur, vel differatur iuſtitia, cauſa non deuoluitur ad Cameram, niſi per viam appellationis.*
5. *Dummodò de hoc doceatur, & inſtrumentum factæ appellationis producatur.*
6. *Et poſſunt tali caſu vel mandatum cum clauſula contra iudicem inferiorem, vel etiam promotoriales decerni.*
7. *Quando ob negligentiam iudicis ſuperior adiri poſſit, & tum iurisdictio inferioris ad ſuperiorem deuoluatur: & de auocatione cauſarum, rem ſi uè: & num. 8.*

PRO regula traditur, † ſi iudices ordi- 1.
narij intra menſem partib. petentibus nolint iuſtitiam miniſtrare, & vt dici ſolet, iudicium aperire, vel illud denegent, aut calumnioſè protrahant, tum cauſa ad Cameram Imperialem ita deuolui, vt illic citationem contra aduerſarium impetrare liceat: quemadmodum de hoc diſponitur titul. 26. in 2. parte Ordinationis.
† Quod tamen verum eſt, ſi pro iudicio & 2.
iuſtitia requiratur: ſecus eſt, ſi ab aliis forte, vt paſſim fieri ſolet, abſque apertione iudicij poſtuletur. Et hoc caſu aliquo documēto requiſitionis opus eſſe, nōnulli cenſuerunt. † Et hæc regula vera eſt, ſi Iudi- 3.
ces, vel cauſa alioquin immediate in prima inſtantia ad Cameram pertineat: ſecus eſt, ſi iudex ille Ordinarius adhuc alium mediatum, ſe tamē ſuperiorem iudicem, Principem ſcilicet, vel Comitem habeat: tum cauſa ad illum ipſum, & non ad Cameram deuoluitur. † Prædicta omnia in- 4.
telligenda ſunt de protractione & denegatione iuris, quando coram Ordinario iudice cauſa nec dum iudicialiter cœpta eſt: nam ſi iudicium ſit apertum, iudices conſtituti, cauſa iudicialiter cœpta, & differatur, vel denegetur iudicium, vel iuſtitia, tū nullo pacto in cauſa decernitur citatio, neq. iure poteſt: quia talis denegatio, vel dilatio iuſtitiæ, nō deuoluit cauſā,

niſi

niſi fortè iure ab illo appellatum ſit: idq. fieri poſſe, tradit Abb. *in c. ex parte. ext. à*
5. *de appel.* † Et hoc etiam in Camera ſeruatur, ſi modo legitime doceatur, & iudex immediate Camerale iudicium agnoſcat, & tam in inſtrumento appellationis opus eſt: quemadmodum factum eſt ad appellationem Senatus ciuitatis Brunſuicenſis, con-
6. tra Ducem Henricum &c. † Poteſt tamẽ hoc caſu, & interdum ſolet mandatũ cũ clauſula decerni, vt intra certũ terminũ iudex adminiſtret iuſtitiam, & ſi hoc non faciat, in pœnam mandati condemnetur: niſi iuſtis ex cauſis ſe protraxiſſe iudiciũ, docere poſſit. Sed & Promotoriales hac ſpecie decerni poſſunt, idque meo tempo-
7. re ſæpius factum eſt. † Cæterum quando propter negligentiã iudicis ſuperior adiri poſſit, v. de *Soc. in c. licet ex iuſcepio, poſt nu. 9. de for. comp. Alex. in l. 3. §. in cũ. ff. de damno infect. eundem poſt Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ff. de no. oper. nunt.* Et quomodo per negligentiam iudicis inferioris iuriſdictio deuoluatur ad ſuperiorem, habes etiam *Matth. de Afflict. in conſtit. reg. Sicil. iuci. iuſtitiarij 19. notab.* † De auocatione autem cauſarum per ſuperiorem, tractat *Guid. Pap. dec. ſ. 440. & Gemin. in c. de perſona. 11. quaſt. 1.*

OBSERVATIO LXXXIII.

Vide Gail. 1. obſ. 113.

Appellatio in Camera non recipitur, niſi ſumma ſit quinquaginta florenorum.

1. *Aureus Rhenenſis cuius ſit valoris, tam in Ordin. Camera, quàm aliis contractibus.*
2. *Quid ſit valor, quando dicitur* Gold, *vel* Goldgulden, *vel* gut von Golde, *vel* Gold vnd ſchvver von Gevvichte, *vel* gute volvvichtige, genehme Reiniſche Goldgulden.
3. *In fundanda iuriſdictione iudicis, conſiderari debet, quid petatur, & non quid probetur.*
4. *Diuerſas ſummas ad fundandum Camera iuriſdictionem coniungi poſſe.*
5. *Cumulatio ſortis & cenſuum in Camera admittitur.*
6. *Quinquaginta aureorum ſumma in Camera hodie ad 150. aureos aucta eſt.*

QVOD ſuprà *cent. 3. obſer. 89.* diximus, in Camera appellationem non eſſe recipiendã, niſi capitalis & petita ſumma excedat quinquaginta florenos † Hoc de 1.
florenis Rhenenſibus, qui ſinguli quindecim batziorum, ſiue ſexaginta crucigerorum valent, intelligendum eſt: qui valor aureorum, non modo in Ordinatione, ſed etiã in aliis contractibus & obligationibus locum habet, vt quoties in illis mentio ſit aurei, maxime Rhenenſis, intelligatur aureus quindecim batziorum, ſiue ſexaginta crucigerorum. † Si tamen verbum *Gold* o- 2.
der Goldgulden, adiiceretur, aureus iuſti ponderis in auro ſoluendus eſſet, maxime ſi ſit inſerta illa vulgaris, & conſueta clauſula *gût von Gold, vnd ſchvver von Gevvichte*: vel ita, *recht gevv genemer Reiniſcher Goldgulden, landsvvering.* Atque ita iudicatum fuit in cauſa *Auingen* contra *Vngelter, de quo vide l. cùm certum, & ibi Doctores. ff. de auro & argento legat.* Ex prædictis conſtat, quod petitio & æſtimatio hoc caſu, & non condemnatio inſpiciẽda ſit. † Et recte: quia in iuriſdictione iudicis 3.
fundanda, quid petatur, & non quid pronuntietur, conſiderari debet, *l. cùm quadam puella, ff. de iuriſdictione omnium iudicum.* † Quid autem ſi ab vno vel pluribus cre- 4.
ditoribus plures ſummæ petatur, quarum quælibet per ſe non contineat quinquaginta aureos, an ſummæ coniungi poſſint pro fundanda tuendáque iuriſdictione? & Domini eas coniungi poſſe cenſuerunt, *per ea qua habentur in l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdict.* † Eadem ratione cumula- 5.
tio ſortis & cenſuum in Camera admittitur, vt quia forte ſors ſit 41. aureorum, cenſus verò octo, vel nouem, ſi facta tandem cumulatione ſortis & cenſus, integra ſumma, quinquaginta ſcilicet aureorum, cadat, in Camera agi poterit, atque ita ſæpe iudicatum eſt. † Cæterum prædictam 6.
quinquaginta aureorum ſummam hodie auctam, & productam eſſe ad centum & quinquaginta aureos ſuprà *cent. 4. obſ. 40.* admonuimus.

Vide Conſtitut. Elect. Saxon Auguſti part. 2. const. Di. *Vvenn Reiniſche Gulden, etc.* 29.

A. Reyger.

OBSERVATIO LXXXIIII.

Conſtitutiones procuratoriæ in Camera

Mandatum procuratoris quid continere debeat, vide VVurmſ. tit. de ſatiſd. obſ. 2 n. 2. A Reyger.

qualiter fieri debeant?

1. *In Camera conſtitutiones, ſine Mandata procuratorum non recipiuntur, niſi ad totam cauſam ſint directa.*
2. *Id tamen in executiuis non tam anxiè ſeruatur.*
3. *Exemplum conſtitutionis generalis ex Cicerone valdè elegans.*

EX Ordinatione Camerali notum eſt, 1. † conſtitutiones procuratorias nõ eſſe admittendas, niſi ad totam cauſam ſint directę. Quare ſi quis petat cauſam remitti, & hoc caſu velit tãtummodò ad remiſſionem impetrandam, vel alium ſimilem actum cõſtituere, is nullo pacto recipitur: prout deciſum eſt in cauſa N. Comitis Palatini Rheni, contra *Deutſchen Meiſter*, idémque ſuprà *cent. 1. obſer.* 46. annotatum 2. eſt. † Prædicta tamen regula non tàm anxiè ſeruatur in executiuis: ibi enim vidi datam ſolùm cõſtitutionem ad exceptionem proponendam, eamq. admiſſam: idq. factum in Cauſa Bamberg contra *VVirtzburg.* 3. † Porrò quia pulchrum huiuſmodi generalis conſtitutionis exemplum extat apud Ciceronem in Epiſtolis, vbi ipſe Scipioni vices ſuas committit ſpeciatim in omnibus negociis Romæ, & alibi expediundis, eius epiſtolę verba ſubiicere lubet, cum hac forma propemodum adhuc in foro vtamur: *NIHIL TAM arduum, tàmque difficile, Scipio, eſt, quod ego tua cauſa non libenter ſubirem: quia ſic amor & beneuolentia poſtulat. Vnde efficitur, vt de te quoque non minorem fiduciam habeam, vt tu etiam in omnibus negotiis meis peragendis ſis diligentiſſimus futurus. Quapropter cùm multa mihi ſint negocia Romæ peragenda, quæ ego nunc potiſſimum ob cauſas expedire non poſſum: ſtatui ea tibi committere, vt quia præſens omnia faciliùs agere poteris, ea commodiùs expedias: in quorum omnium peractione, vt nemine obſtante vicem & autoritatem meam ſubeas, per præſentes literas te meum procuratorem & nuncium ſpecialem conſtituo, & ſpecialiter ſuper illa cauſa, quæ mihi eſt cum M. Antonio in controuerſia: generaliter verò ad omnia mea negotia, tam iſtic Romæ, quàm etiam alibi meo nomine tractanda, ad vocandum quemcumque opus erit in iudicium, & ſuper ipſis negotiis libellos producendos, teſtes & inſtrumenta. Et ſi ab aduerſario vocatus fueris, ad reſpondendum, & meo nomine degciendum, ad lites conteſtandas, & generaliter ad omnia peragenda, quæ merita cauſarum exigunt, & requirunt. Super quibus omnibus do tibi omnem autoritatem & poteſtatem, vt ea agere & tradere poſſis, ac ſi ego ipſe perſonaliter adeſſem: promittens me omnia ac ſingula, quæ per te in hiſce meis negotiis geſta fuerint, grata & rata habiturum, ſub obligatione omnium bonorum meorum. Tibi igitur omnem cauſam commendo, meque ipſum tibi trado ac dedo.*

OBSERVATIO LXXXV.

An in Citatione neceſſariò cauſa, vel tenor libelli inſeri debeat?

Vide Gilſ. 1. obſeru. 31. Citatio etiamſi tenor libelli illi non ſit inſertus perpetuat iuriſdictionem delegati VVurmſ. tit. 2. de iudicibus delegat. obſ. 1. nu. 1. A. Reyger.

1. *Citatio cauſam continere debet in Camera, ob quam quis vocetur, & n. 8.*
2. *Idémque iure communi obtinet.*
3. *An inſertio cauſa ſit de Citationis ſubſtantia non conuenire inter Doctores: vt num. 4. & 5.*
6. *Communis opinio, quod cauſa ſit inſerenda Citationi.*
7. *Euſdémque ratio.*
9. *Si iudex totum libelli tenorem citationi inſerat, eiúſve copiam tranſmittat, nulla citato danda eſt vlterior dilatio ad deliberandum.*
10. *Item per hoc litis pendentia inducitur.*

IN † Citatione inſerendam eſſe cauſam, 1. ob quam quis citatur in Ordinat. Cameræ expreſſe diſponitur *titul.* 11. §. Vnd ſollen in ſolchen Ladungsbrieffen, *part.* 3. quòd ideò eſt, vt vocatus intelligat, cur citetur, ſicque inſtructus & paratus ad iudicium venire poſſit. † Et hoc etiam iure 2. communi probatur *per text. in c. præterea, ibi gloſſ. in verbo, plenè, de dilat. & Panorm. nu.* 8. *c. cùm dilecti de do. & cont. gloſſ. in cle. attendendum, de ſta. monac. & c. 2. de maio. & obed. Idémque Spec. tradidit in ti. de Citation. nu.* 30.

3. *nu.*30 & 50. † Controuertūt tamen Doctores, num ſit de ſubſtantia citationis, vt cauſa inferatur? an verò valeat etiam ſine
4. cauſa? † Bar. *in extrauag. Ad reprimendū, verſ. ſuper dicto crimine.* ſentit, citationē ſine cauſa valere, tàm in ciuili, quàm in criminali iudicio: *item quæ traditur dec. 249 conc. Neapol* cui plerique alij cōſentiunt. Panorm. verò *in d. c. præterea. col.3.* diſtinguendū putat, an quis citetur de longinquo, & cauſa ſit exprimenda in citatione, vt vocatus venire inſtructus poſſit: an verò ex propinquo: & tunc cauſam in citatione omittere poſſit iudex. Idē refert Marſ. *de Ord. iud. 6. tit. de citat n.69.* ſubiungens tamen, in regno Siciliæ cauſam in citatione ſemper exprimandā eſ-
5. ſe, aliàs eam non valere. † Et Seb. Vant. *in tit. de null. ſent. ex defe. citat. n.50.* dicit, ſi in citatione cauſa omittatur, citatione in diſcretam & obſcurā fore, allegãs ad hoc *l. ex quacúmque ff. ſi quis in ius vo. & c. c. Maximil. iuncta gl. diſt. 81. c. ſi propter ... 5. q. 2. c. vlt. in prin. de dolo. d. c. cùm dilectis. & c. licet. de accuſa.* in quibus locis Pontifex, tàm in cauſa ciuili, quàm criminali
6. citando, cauſam exprimit. † Et quod hoc communiter obſeruetur, Bart. ipſe refert *in l. inter accuſatorem, ff. de pub. iudi. & in*
7. *auth. offeratur, nu.3. C. de lit. cont.* † Nec caret hæc opinio ratione: quia cum citationis cōmiſſio & decretū reputatur pro interlocutoria, *iuxta gloſſ. in l. ſi interpelletur. ff. de arbit. & in l. cum clericis. C. de Epiſc. & cler. &* Bart. *in l. quoties, in fi. C. de dignit. lib. 10.* Ideò requirit aliquale cauſæ expreſſionē. *arg. l. filiusfa. §. Diui cū ibi not ff. de legat. 2.* per quam rationem hoc idē Bald. docuit *in d. auth. offeratur. col.3. verſ. ſed hic quæro.* ſubdēs, hoc maximè procedere in Delegato: quia in Ordinario iudice præſumitur cauſa *ſecundum eum, vt in*
8. *l. conſentaneum, C. quo. & quan. iud.* † Equidē, vt ſuprà ab initio dixi, in Camera Imp. cauſa citationib. ſēper inſeritur, ſaltē in genere, explicitè tamē, vt vocat⁹ cognoſcere poſſit, quā ob cauſam ſibi cōparendū ſit: idque iure etiam communi receptius eſſe, *Panorm. in d. c. præterea, Iaſ. in rub. C. de eden. nu.5 & Ang. ibid. nu.2. item Mar. Socin. in tract. de Citat. art. 20. nu.10. & Vant. loco ſuprà citato nu.52.* fatentur.

† Si tamen iudex aliquis totū libelli tenorē citationi inſereret, eiúſve copiam cū citatione tranſmitteret (ſicut in quibuſdā conſiſtorijs prouincialib. Germaniæ fieri ſolet) hoc inde cōmodū ſequeretur, quòd citato nulla daretur amplius dilatio ad deliberandū, verū litigare, an deſiſtere velit, *per text. in d. c. præterea & glo. ibid. in verbo plenè, & Panorm. ibi nu 8. & Bart. in d. auth. offeratur. nu.3.* † Habet etiam talis libelli inſertio hanc vtilitatē quòd per hoc litis pendētia inducatur, & operetur effectū, vt lite pendente nihil innouandū ſit. *per glo. ſing. in cle. 2. verb. plenè. & lit. pend. Roma. ſin. 32. & Fel. latè in c. 1. l. de libel. obl.* 9. 10.

Gall.1.ob 51

OBSERVATIO LXXXVI.

De intellectu §. vlt. tit. 12. in 3. part. Ordinationis Cameræ: & quando ducatur circumductus terminus citationis?

Gail.1 obſ. 48. n.8 obſ 51. & 39. nu.1 23. Vvurmſ. ti 6. de citat obſeru 16. per tot. A. Reyger.

1. *Explicatur §. vlt. tit. 12. in 3. part. Ordin.*
2. *Citatus ad duo tenetur, ad comparendum, & ad comparendum in termino: poteſtque poſteà à comparente, vigore generalis citationis contra non venientem procedi in contumaciam.*
3. *Et hanc ſententiam communiter receptam eſſe.*

CIRCA † intellectum §. vlt. tit. 12. in 3. part. Ordinationis Cameræ, anno 1548. editæ, multū diſputaſſe dominos Aſſeſſores ab initio reſtaurati Iudicij memini: partim propter ignorationem litigatorum, iudicium Camerale rurſus cœpiſſe: partim etiam ob amotionem quatuor procuratorum ab officio procurationis, quorum cauſæ non poterāt in primo termino introduci: & concluſum tū fuit in pleno ſenatu, hunc §. vtraque parte abſente circumducentem citationem factam, & omnes eius terminos (ſicut citationes ad totam cauſam fieri ſolent in Camera) repugnare iuri communi. Quanquam .n. circumducatur edictum quò ad illum terminū, & actū in eo expediendū, nō tamē, quò ad alios terminos. † Citatus namque ad duo tenetur, ad comparen- 1. 2.

Digitized by Google

1. *Poſt factam litis conteſtationem repeti debet libellus articulares, loco articulorum, vel poſitiones exhibendæ.*
2. *Articuli neceſſario non ſunt dandi: & in quem finem dentur.*
3. *Et quomodo ſint formandi.*
4. *Ad articulum iuris nemo reſpondere tenetur.*
5. *Secus eſt in poſitione ſuper conſuetudine.*
6. *Ius, quod ex facto articulato oritur, articulari poteſt.*

NOTVM eſt tàm iure communi, quàm Ordinatione Cameræ *tit.14.in 3.par-*
1. *te,* † quod facta litis conteſtatione, actor, eiúſve procurator repetere debeat libellum loco articulorum ſi articulatus ſit exhibitus, vel ſi libellus fuerit ſummarius, exhibere ſuas poſitiones vel articulos, *Vt*
2. *ibi latè.* † Sed an neceſſario articuli dandi ſint? Reſpondeo, quod non, *per l. Offilium §. ex diuerſo.ff. de leg.3.c 1.de confeſſ. lib. 6. & c.Vnico, de litis conteſt. Doctores in l.2.C. de iuram.propter calum.* Articuli verò dantur ad eliciendam confeſſionem, ſiue veritatem, *gl in c.1.de confeſſis.* nam per confeſſionem reuelatur quis ab onere probandi,
3. *c. per ſedem, de reſcri.* † Formandi autem ſunt ex ſubſtantia & corpore ipſius libelli, *Spec. tit. de poſit. §. quinto Verſi. & not.* alias dicuntur impertinentes, & non admittendi, *c. cùm olim, de offi. de leg. l. confeſſionibus, ff. de inter. actio. Doctores in l. per hanc, C. de temp. appel.* debéntque eſſe ſuper facto
4. & non iure. *glo.c.2.de conſuet. lib. 6.* † Quia ad articulum iuris nemo reſpondere obnoxius eſt, *Panorm.c. Vt ſæpè, de appell. Bar.*
5. *l. ornamentorum.ff. de au. & arg.leg.* † Secùs eſt in poſitione ſuper conſuetudine huic enim reſponderi debet. *Bald. in l. 1. Verſi. ſuper ſtatuto, C. quæ ſit long. conſuet. Idem in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.*
6. † Poteſt tamen articulari ius, quod ex facto articulato oritur, *ſecundum Ioan. And. in add. ad Spec. titul. de teſti. §. nunc. poſt princ.* iura verò non ſunt expreſsè alleganda, ne diſputationibus detur occaſio, *Spec. titul. de aduo §. conſequenter, Verſ. item caueat, niſi iudex eſſet imperitus. Spec. tit. de allegat. §. 1. Par. de Put. in tract. ſyndica. in Verbo, teſtes qui ſemel. col.2. Vbi dicit,* Leges non eſſe allegandas in Conſiſtorio principis, &c. idque ſeruatur in Curiis Galliæ, qui dicunt aduocatis iura allegantibus: *Venite ad factum, Curia ſatis intelligit iura: ita Bart in præfat. legum Longobard.* Sed hoc in Camera Imperiali non obſeruatur: & fortaſſis malè.

OBSERVATIO LXXXIX.

Exceptiones ſiue defenſiones rei, iure Camerali ſimul in vno termino proponi debent.

QVAMVIS iure communi reus conuentus ſuas exceptiones, ſeu defenſiones articulatim poſſit edere quocunque tempore ante publicationem teſtium, *Vt tractatur in l. præſcript. & l. ſi quidem, C. de except. aliíſque locis:* placuit tamen Statibus Imperij non ſine boni & æqui ratione, vt in ſuo termino omnes ſimul, & côiunctim proponantur, vel ſaltem prius quàm prima dilatio detur actori ad probandum: nec poſteà audiendus ſit reus, niſi iureiurando affirmare poſſit, quòd iam primum ad notitiam exceptio illa peruenerit, quam poſteà obiicere contendit: prout hoc in Ordinatione Cameræ *par.3.tit.13 § fi. & tit.24.* conſtitutum reperitur, *Vbi Vide.*

OBSERVATIO XC.

Prædicta latiùs declarantur, & de appellatione à Parib. curiæ ad Cameră. Gall.1. ob ſ. 1.nu.56. De appellatione in feudalib. cauſſis, vide Hartman. Hartm. tit. 19. obſer.25. per tot. A. Reyger.

1. *Regula eſt, quòd poſt libellum iudici porrectum reus omnes ſuas exceptiones ſimul & articulatim in ſcriptis exhibere debeat.*
2. *Aliquoties tamen hæc regula fallit: & num.5.*
3. *In cauſis feudalibus in Camera declinare forum non licet.*
4. *Quando in feudalibus cauſis gradatim appellari debeat.*

PRo regula traditur in Ordinatione
Cameræ. † (vt in præcedenti obſerua- 1.
tione dictum eſt) quod reus mox poſt oblatum ab actore libellum, in ſcriptis, & articulatim omnes ſuas exceptiones ex-

Digitized by Google

hibere debeat, *in 3. part. Ordinationis tit. 24.* idque in omnibus cauſis Simplicis querelæ, Appellationis, & mandatorum Sine clauſula, item protractæ vel denegatæ Iuſtitiæ, locum habet. In iis enim & ſimilibus cauſis admittuntur exceptiones dilatoriæ: & ſi quidem probentur, cauſa nequaquam
2. acceptatur. † Fallit tamen hæc regula in cauſis Fractæ pacis publicæ: item Pignorationem, ſi pignora capta, vel homines in carcerem protruſi dicantur, & in cauſis Fiſcalibus: quamuis hæ exceptiones rurſus patiantur reſtrictionem, vt ſuo loco dice-
3. tur. † Illud tamen controuerſum memini, An etiam in cauſis feudalibus in Camera forum declinare quis poſſet? veluti ſi quis dicat, cauſam non deuolutam, ideò quod non gradatim à Paribus curiæ ad Imperiale tribunal ſit appellatum. Et reſponſum eſt, non poſſe: atque ita iudicatum eſt in cauſa *Hartzfeld* contra *Lager:* vtcũque Abbas *in c. cæterum, extra, de re iudic.* videatur decidere contrarium. Ibi enim putat, quod etiam in feudalibus gradatim appel-
4 landum ſit: † Quod admittendum cenſuerunt Domini, ſi ille Iudex, qui Paribus curiæ adiunctus eſt, ſit ſpecialis alicuius cauſæ feudalis commiſſarius, & non generalis: hoc enim caſu vulgò notum eſt, a delegato ad delegantem appellandum eſſe, *l. 1. C. qui & à quibus appell. poſſ.* Secus autem, ſi Princeps aliquis generalem ſtatuiſſet Iudicem cauſarum feudalium: tunc enim omiſſo Principe ad Cameram appellari poteſt & debet, non obſtante quacunque conſuetudine, *iuxta c. 1. de conſuet. lib. 6* Tamen & hoc caſu vidi admiſſos eſſe articulos, in quibus aſſerebatur, notũ eſſe & inueterata conſuetudine introductum, quod a iudice feudali Epiſcopi Bambergenſis ad ipſum Epiſcopum appellaretur, non ad Cameram: idemque in Monaſterienſi Epiſcopatu obti-
5. nere volunt. † Fallit denique ſupra ſcripta regula, vbi principalis a cauſa incidente, puta iuriſdictionis ſeu competentiæ, ſeparari non poteſt: illic enim in principali procedi ſolet, non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus.

OBSERVATIO XCI.

In cauſis Nullitatum quomodo in iudicio Cameræ procedi debeat, duabus regulis exponitur.

Vide Gail. 1. obſer. 127. Vide inf. obſ. 38. cen. 6. Quomodo nullitas ſine appellatione per viam querelæ proponi poſſit, v. de VVur. tit. 24. de appellat. obiectu. 35. A. Reyger.

1. *Nullitas in Camera & principaliter & incidenter deduci poteſt.*
2. *Nullitas quando dicatur deduci principaliter.*
3. *Nullitate principaliter deducta, ſi de ea euidenter conſtet, poteſt iudex ex officio, etiam lite non conteſtata, ſuper ea pronunciare.*
4. *Si actor in Nullitate deficiat, cauſa ad Ordinarium iudicem remittitur, cũ expenſarum condemnatione.*
5. *Cauſa vero in Camera reſeruata, expenſa compenſantur.*
6. *Si appellatum ſit ad Cameram, & appellatio ibidem pro deſerta declarata, adhuc tamen ratione Nullitatis citatio obtineri poteſt.*
7. *Cauſa appellationis deuoluit Nullitatem, etſi de Nullitate non ſit facta mentio.*
8. *Nullitas incidenter inſtituta ſimul cum principali cauſa peragenda eſt.*
9. *Quando dicatur incidenter fieri.*
10. *Multum referre an Nullitas principaliter, vel incidenter proponatur: & diuerſos eſſe effectus inter vtramque formulam: remiſſiuè.*

QVOMODO Nullitas & iniquitas in iudicio proponi debeant, ſintque peragendæ, ſuprà *cent. 4 obſ 63. & 64* annotatum a me eſt: id tamen nunc duabus declarare regulis lubet, vt tyrones iuris rem 1.
eò facilius percipiant. Prima regula: † Nullitas in Camerali iudicio & principaliter & incidenter deduci poteſt: vbi autem principaliter deducitur: tùm in cauſa nullitatis procedendum eſt in extraordinariis, tanquam in cauſis ſimplicis querelæ. † Tum 2. Gail. 2. obſ. 41.
autem dicitur Principaliter & diſtinctè cauſa nullitatis deduci, ſi dicatur, ſententiam, vel actum, ſeu proceſſum eſſe nullum, eiúſque reſciſſio petatur abſque vlla mentione appellationis, hac ſpecie in Camera citatio impetrari poteſt, dummodò iudex immediatè Cameræ ſit ſubie- 3.
ctus: † Et, ſi tum euidens nullitas doceatur, (vt quia fortè prophani iudices de-
ſpiri-

ſpirituali cauſa ſententiam dixerint) iam
ante litis conteſtationem, imò etiam ex
officio, proceſſus & ſententia annullari
debent *iuxta Felin. in c. cum venſſent. de*
4. *iudic.* † Et hoc caſu ſi in nullitate actor
deficiat, cauſa vna cum condemnatione
expenſarum remittitur ad Ordinarium
5. iudicem: † Alioqui ſi cauſa in iudicio Ca-
meræ referretur, expenſæ ſolent compen-
ſari: prout factum eſt in cauſa *Flotavv,*
6. contra Ducem Megapolitanum † Circa
hoc tamen dubitatum quoque memini, ſi
quis a ſententia appellet, & deinde in Ca-
mera appellatio pronuncietur deſerta,
vel non acceptetur an etiam hoc caſu ci-
tatio ratione nullitatis impetrari poſſit?
Et determinatum fuit, non ſolum poſſe
citationem impetrari, ſed etiam obtineri,
vt executio tantiſper impediatur, donec
ſuper nullitate prouinciatum ſit: atque
ita iudicatum fuit in cauſa Ioannis *Fer-
ber*, contra Alexandrum Fabri. *de quo dixi
etiam ſupra cent. 2. obſer. 77 & cent 4. ob-*
7. *ſer. 64* Sic itaque cauſa appellationis de
uoluit nullitatem, etiamſi de nullitate
nulla ſit facta mentio, *iuxta Bart. in d. l. ſi
expreſſim. de appel.* Secunda regula eſt:
8 † Nullitas vbi incidenter inſtituitur, tum
alternatiuè & ſimul cum principali cau-
9. ſa ventilari peragique debet. † Dicitur au-
tem Incidenter fieri, quando diſiunctim
appellatur, Dico ſententiam nullam, & ſi
qua eſt, appello; *gloſſ. in l. 1. C. quand. pro-
uoc. non eſt neceſſ.* Et ſic obſeruatur, quod
nota. Nam etſi pronuncietur, malè iudi-
catum, tamen de nullitate amplius agi
non poteſt, niſi & eadem nullitas in hac
inſtantia peracta, vel ſententia contine-
ret expreſſum iuris errorem, *d. l. ſi expreſ-*
10. *ſim de appell.* † De hoc tamen, quando
Nullitas principaliter, & quando inciden-
ter deducatur, vide latius Sebaſt. Vantium
*in tracta de nullit. ſent. tit. quot & qui. mo.
nu. 10 & Dida. Couar. pract. quæſt. lib. 1. c.
24. nu. 7 & aliquid per Alexand. conſ. 2.
num 13 lib 3. & Deci. in c. dilecto nu. 7. de
appell.* vbi pulchrè docet, quanti referat,
principaliter, aut incidenter nullitatem
proponere, *numer. 24. cum ſeqq.* nam mul-
ta ſunt inter vtramque formulam diſcri-
mina, diuerſique effectus, *vt per Van. & Co-
uar. in locis ſuprà citatis.*

OBSERVATIO XCII.

Coram quo iudice, Nullitas peragenda ſit, & quamdiu duret?

Gail. lib. 1. obſ. 17. n. 5. & ſeq. Nullitatis cauſa etiã coram inferiore Iudice ſine via appellationis per viã ſimplicis querelæ proponi poteſt. VVurm. tit. 24 obſ. 25. nu. 1. & 2. A Reyger.

1. *Sicut in appellatione, ita quoque in nullitate proſequenda, gradatim eundum eſſe.*
2. *Nullitas non iure actionis, ſed officio iudicis proponenda. & quamdiu id fieri poſſit.*
3. *Si de nullitate eorum, quæ fiunt extra iudicium, agatur, nullitas coram Ordinario locis peragenda eſt.*
4. *Sin vero de nullitate in iudicio commiſſa, ſit quæſtio, diſtinguendum eſſe inter nullitatem ante ſententiam diffinitiuam commiſſam: & quid tum iuris ſit.*
5. *Si tractatur de nullitate poſt diffinitiuam, intereſt, an coram Ordinario, vel Delegato proceſſum ſit.*
6. *Quid obtineat, ſi coram Ordinario, vel incidenter, vel principaliter agatur.*
7. *Quid item ſi Delegatus ſit iudex qui pronunciauit.*

ILLVD quoque obſeruandum eſt, † quã- 1.
do de nullitate agendum eſt coram ſu-
periore, adeundum eſſe immediatè ſupe-
riorem, & ſic etiam gradatim eundum, ſi-
cut in appellatione, *iuxta Bald. in l. ſi, vt
proponis. 1. C. quo. & quand. iu. Felin. c. in
fin. de offic. deleg.* † Proponendaque eſt non 2.
iure actionis, ſed officio iudicis, *Innoc. c.
vlt. de offi. iud.* quod triginta annis durat,
ſicut alia perſonalis actio. Non tamen
ſemper ratione nullitatis aditur ſuperior,
ſed interdum etiam prior iudex de ea po-
teſt cognoſcere. Quare vt hæc quæſtio
(quæ variis modis a Dd. tractatur, & etiam
in diuerſis locis, *vt patet ex his, quæ ponit
Dyn. in reg. quod ſemel. in prin. de reg. iur.
lib. 6. & Bar. in l. ſi expreſſim. col. pen. ver-
ſic. quæro, coram quo iudic. ff. de appell. & in
l. ſi vt proponis. 1. vbi etiam Bal. C. quo &
quand. iud. & in l. præſes. vbi Ang. C. eo-
dem Bald. in addit. ad Spec. tit. de ſent.
verſic. ſententiarum. Innoc. & communi-
ter Cano. in c. de cætero de re iud. & c. dile-
cto ibi Phil. Fr. latiſſimè quæſt. 26. de app.)
plana ſit, & ſine ſcrupulo,* duo principalia

3. capita conſiderari debent: † An ſcilicet de
nullitate eorum agatur, quæ fiunt extra
iudicium, putà contractuum, teſtamento-
rum, & ſimilium: & tunc ſine controuerſia
eſt, nullitatem ſemper coram Ordinario
loci proponendam eſſe, *iuxta Bald. in d. l.*
ſi, Vt proponi 1. *in gloſſ. fin. Fran. d. c. dile-*
4. *cto. quæſt.* 28. † An vero de nullitate eorum,
quæ in iudicio peraguntur: quo caſu di-
ſtinguendum eſt. Aut enim volumus age-
re de nullitate ante ſententiam diffiniti-
uam, puta alicuius decreti, vel interlocu-
toriæ: & tunc refert, An nullitatem ſeor-
ſim, & abſque appellatione, Vel vnà cum
appellatione proponamus: quia Priori ca-
ſu, ne continentia cauſæ diuidatur, coram
eodem iudice proponi debet, coram quo
fuit cœpta, & pendet controuerſia, *iuxta*
Innoc. in d. c. dilecto. & ibi Fran. q. 27. Al-
tero verò, coram iudice appellationis: ſi
modò nullitas deducatur, tanquam gra-
uamen pro iuſtificatione appellationis in-
terpoſitæ, idque expreſſum ſit in eadem:
ſin autem nullitas in appellatione non ſit
expreſſa, iudex appellationis de ea non
cognoſcet, cùm per ſimplicem appellatio-
nem ab interlocutoria nullitas non de-
uoluatur, ſed grauamen dumtaxat expreſ-
ſum, *per not. in c. Vt debitus. & c. Roma. de*
app. & Guid. Pap. q 67 *in tractat. de appel.*
Licet in appellatione à diffinitiua ſit ſe-
cùs, quia etiam nullitas ad iudicem ap-
pellationis tacite deuoluitur, & ſuper v-
troque cognoſcere poteſt, *Vt per Franc.*
5. *poſt Innoc. in d. c. dilecto. q.* 46. † Quòd ſi
tractetur de nullitate poſt diffinitiuam,
rurſus diſtingui ſolet, an coram iudice
Ordinario, vel Delegato proceſſum fue-
6. rit. † Si coram Ordinario: tunc ſi prætèn-
dens ſententiam nullam, petat principa-
liter eam ex eiſdem actis reformari, habi-
ta prima pro nulla, ex quo principaliter
de reformatione, & incidenter de nullita-
te agitur, ratione huius incidentis quæ-
ſtionis nullitas coram priori iudice pro-
poni, déque ea cognoſci debet. Sin verò
nullitas principaliter deducatur, petatúr-
que ſententiam declarari nullam, tunc eſt
in optione grauati, vel coram eodem iu-
dice qui pronunciauit, vel coram eius ſu-
periore, nullitatem in iudicium deducere.
Atque ita vulgo Doctores diſtinguunt,
prout atteſtatur Felin. in d. c. in literis. col.
pen. & c. per tuas. col. Vlt. de ſent. excom.
poſt Imol. in l. ſi iudex. de re iudi. † Cæte- 7.
rùm ſi iudex, qui diffinitiuè pronunciauit,
ſit Delegatus, cùm iuriſdictio ipſius per
ſententiam etiam nullam expiret, ad dele-
gantem, vel alium ſuperiorem eundum e-
rit, *l. ſi, Vt propon. ibi gloſſ. Bald. & alij:*
& in d. c. in literis. Secùs eſt, ſi non ſuper
toto principali negocio, ſed tantùm ſuper
illius parte, aut inſtantia, vel proceſſu pro-
nunciaſſet: quia tunc eius officium adhuc
duraret, poſſétque inſtar Ordinarij de no-
uo pronunciare, *argum. c. examinata. & c.*
pen. de iudic. Cano. in d. c. in literis. Vbi Felin.
de hoc octo limitationes ponit.

OBSERVATIO XCIII.

Nullitas proceſſuum in Camera quan- Gail. 1. obſ.
dò attendatur? 4. num. 7. & ſeqq. A. Reyger.

1. *Regula. Quòd in Camera nullitas non conſideretur: ſi de meritis cauſa conſtet, aliquot caſibus non procedit: Vt nu.* 2. 3. *&* 4.

5. *Clericus ſi per laicum condemnatus ſit, nec proceſſus, nec ſententia Valet.*

6. *Clerici etiam in Camera in actionibus realibus conueniri poſſunt, ex longæuo Vſu.*

7. *Si clericus ſit à laico ſpoliatus in ſua præbenda, Vel bonis ad eum pertinentibus, Camera poteſt eſſe iudex.*

SVPRA *centuria* 1. *obſeruat.* 27. an-
notauimus. † nullitatem proceſſus com- 1.
miſſa in priori inſtantia, non attendi in
Camera, ſi de meritis cauſæ principalis
conſtet: ſed de meritis cauſæ nihilominus
diffiniri ſolere. Hæc tamen iuſtiſſima re-
gula quia non eſt perpetua, ideò quando
ea non procedat, in vſum ſtudioſorum iu-
ris paucis ſubiicere lubet. † Fallit autem 2.
primò, ſi adducta nullitate parti aduerſæ
in principali cauſa irreparabile damnum
inferretur. † Secundò fallit, ſi ex prioribus 3.
actis, velut tumultuariè conſcriptis, ſtatus
cauſæ percipi non poſſit: quo caſu plerun-
que in Camera etiam ex officio annullari
proceſ-

Digitized by Google

proceſſus ſolet , iniungique litigantibus,
vt aptè , & ordine in principali cauſa procedere
debeant. Hoc tamen ſi fiat , acta
4. probatoria illibata ſolent reſeruari. † Tertio
fallit , ſi ex actis tàm manifeſta nullitas
eluceat , quæ in alia inſtantia non poſſit
iuſtificari: tum enim , vt diximus, ex officio
ſemper nullitate pronunciatur, *iuxta Felin.
in c. cùm venißent. de iud.* Quòd ſi quæras,
quæ ſit tam euidens nullitas ? reſpondeo,
quòd meo iudicio poſſet eſſe, veluti ſi
ex actis appareat , laicum iudicem in matrimonio
, vel alia merè ſpirituali cauſa
5. ſententiam dixiſſe. † Quid ergo, ſi voluntariè
forte clericus per laicum condemnatus
ſit, valebitne proceſſus & ſententia? Et
ex c. ſi diligenti de for. compet. conſtat quicquid
peractum fuerit, prorſus ruere & concidere.
6. † Vſus tamen obtinuit quòd etiam
in Camera clerici , maximè in realibus actionibus
conueniri poſſint, prout deciſum
eſt in cauſa conuentionis *Schwartzenberger,*
contra *Mulendunck de quo vide Iaſon in
l. ex quacúnque. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.
& dixi de hoc etiam aliquid ſuprà cent. 4. ob-*
7. *ſer. 95. vbi vide* † Quinimò etſi Eccleſiaſtica
perſona ſpolietur a laico in ſua præbenda,
vel bonis ad præbendam pertinentibus, aut
in ea turbetur, tali caſu Camera iudex eſſe
poteſt, prout factum eſt in cauſa clericatus
Mindenſis contra ciuitatem Mindenſem:
& in cauſa Capituli Hamburgenſis contra
ciuitatem ibidem: ídque ea ratione dominus
Nezerus receptum dicebat, quòd turbulento
hoc tempore laici prorſus non curarent
, imò deriderent Eccleſiaſticam iuriſdictionem.

OBSERVATIO XCIV.

Gail. 1. obſ. 111. nu. 14. VVurmſ. tit. 25. obſ. 3. per tot. A. Reyger.

Quis mandet ſententiam appellationis executioni?

1. *Quando iudex appellationis expreßè priorem ſententiam confirmat, ad ipſum pertinet executio: & num. 2.*
2. *Quod ſi tacitè confirmet , tunc primus iudex exequitur.*

IN cauſis appellationum iam definitis
ſæpiùs dubitatum fuit , quis mandare
debeat ſententiam appellationis executioni
, an iudex primæ inſtantiæ , vel appellationis,
qui priorem ſententiam confirmauit?
Et breuiter dicendum eſt: † Hoc ad iu- 1.
dicem appellationis pertinere , *ſecundum
Bart in l. eos qui. §. 1. in fin. C. de appell. alleg.
gloſſ. in l. præcipimus. verſ. ıs autem omnibus
& verſ. officiis. C. de appel. vbi plenè:
adde Spec. & ibi Ioan. And. in tit. de execut.
ſent § nunc dicendum. verſi. ſed pone,
quod iudex ibidem Bart. l. à diuo Pio. §.
ſententiam. & ibi Zaſium. ff. de re iud.* † In- 2.
tellige tamen prædicta tum habere locum,
ſi iudex appellationis expreßè confirmet
priorem ſententiam , tunc enim ipſe exequitur.
† Secus, ſi tacitè, putà per lapſum 3.
fatalium , aut omiſſionem alicuius ſolennitatis:
tunc enim, qui ex prima ſententia
agitur, prior iudex exequitur , *iuxta Cyn.
in dicta. l. eos, qui & Bartol. in l. tale pactum.
§. qui prouocauit. ff. de pactis , & eundem in
d. l. à diuo Pio. in princ. col. pen & vlt. ff de re
iud.*

OBSERVATIO XCV.

Decendium currere à die latæ ſententiæ, non expectato conditionis euētu: ídque declaratur exemplo.

Gail. 1. obſ. 139. Appellationis decem dies quomodo currant, vide VVurm. tit. 24 obſ. 1. A. Reyger.

NOTI iuris eſt , quemadmodum ſupra
etiam *cent. 2. obſ. 2.* diximus, in
ſententia currere tempus decendij ſtatim
à die latæ ſententiæ, non expectato conditionis
euentu : *Doctores in l. 1 § biduum.
ff. quando appell. ſit, l. duo iudices, ff. de re
iudic. Ioan. And. c. præterea. de appell. Phil.
Fran. ibidem , & in c. quò ad conſultationem,
de appel. & Legiſta in l. generaliter. §. omnis
igitur. C. de reb. cred.* Exempli gratia: iudex
ſententiam ſuam ita pronunciat , *Si actor
iuret , tantum ſibi à reo deberi, quantum
in petitione comprehenſum ſit , tum reus ipſi
eam quantitatem ſoluere debet* : Actor
verò poſt latam ſententiam deliberat vltra
ſemeſtre tempus, num iurare velit, ita
vt vigore Ordinationis Imperij tempus
interponendæ appellationis iam ſit effluxum:
poſteà venit, & offert ſe paratum ad
iurandum & iuſiurandum præſtat : Reus
verò ab illa præſtatione iuramenti in continenti
appellat: quæſitum eſt, an talis appellatio
admittenda ſit, & num fatalia ap-

T

pellationis ab hac conditionali ſententia ſint lapſa? Deciſum fuit a Dominis, quando expreſſa condemnatio, vel abſolutio in euẽtum, in ſententia ponitur, vt in exemplo iam allegato, tunc ſtatim à die latæ ſententiæ fatalia decendij currere, nec exſpectandum eſſe, donec pars ad iurandum ſeſe offerat, alias ſecus: atque ita obſeruatum fuit, & iudicatum: *ad quod vide etiam Gui. Pap. conſil 189. fol 244. eundem conſil. 622. & Henning. de* Goden, *conſil. 15 vol 5.*

OBSERVATIO XCVI.

De conſuetudinis probatione.

Gail. 1. obſ. nu. 16. & 2. obſeru. 31. A. Reyger.

1. *Allegant conſuetudinem incumbit probatio regulariter.*
2. *Doctori atteſtanti de conſuetudine eſſe credendum: & num 3. vbi aſſeritur hanc eſſe communem opin.*
4. *Eandem in Camera Imp. receptam eſſe.*
5. *Contraria opinio, Doctori conſuetudinem atteſtanti non eſſe credendum, à pleriſque amplexa.*
6. *Generalis & notoria conſuetudo non indiget probatione.*
7. *Iudex in notoria conſuetudine ſupplere poteſt.*

1\. ETsi regulariter, † allegans conſuetudinem, eam probare ſit obnoxius cum ſit facti, & in facto conſiſtat, *c. 1. de conſtitut. lib 6. l. in bello. § facta. ff. de capt. & poſtl. reuer. Deci. in l. quatenus. num. 2. ff. de reg. iur. & Iaſ. conſi 5. num. 109. lib. 1* ea autem quæ ſunt facti, etiam prudentiſſimos fallunt: *l. 2 ff. de iur. & fac. ign.* 2. † Tamen Doctori alleganti conſuetudinem fides danda eſt, & ei acquieſcendum, *iuxta Bart. in l. de quibus. 4. quaſi princ. ff de legibus Bald. ibidem, Feudiſt. in c. 1. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder. gloſſ. vlt. in l. dos a patre C. ſolut. matrim. Caſtren. conſil. 162. Capol conſi. 40. in 3. col. vbi ſic dicit: Quando gloſſæ dicunt, quod ita ſeruatur de conſuetudine, etſi illa conſuetudo non reperiatur ſcripta, ſufficit teſtimonium gloſſæ. Et ſubdit ibidem eſſe, ſi plures Doctores de conſuetudine atteſtentur, quod ei ſit credendum: idem Capol. conſil. 59. Franciſ. de Accol. conſil* 105 *Ioan. de Imol. in l. 1 § nunciatio. ff. de noui oper nunc Hening. de* Goden, *conſi 22. num 1. 2. vol 2.* † Et quod conſuetudo probetur per Doctores, dicentes ita eſſe conſuetudinem communem aſſerit *Decius conſi. 54 num* 10. *& in l 2 §. mutui datio. in vlt lect num. 13 cum ſequen ff. ſi cert. pet & Alexand. quamuis ipſe diſcrepat. in d. l poſt dotem, num. 29 ff ſolut matrim.* 3.

† Et hanc approbarunt etiam Domini Aſſeſſores in cauſa comitis VVilhelmi de *Henneberg*, contra Ducem Bauariæ, relata anno 1549 Pro qua communi opinione vide etiam *Alexand. conſi. 55 vol. 4 & Curt. iunior. conſ 60 num. 5. Gratum conſ. 12. num. 58. item Decium plene conſi 694. nu. 3. vbi etiam alios Doctores idem ſentientes allegat.* † Alexander tamen ſibi contrarius, non credi Doctori quantumuis excellenti & celebri, atteſtanti conſuetudinem, indiſtincte tenet *in dicta. l. poſt dotem. nu. 29. cuius ſententiam Franc. Aret conſ. 133. Roman ſing. 367. Ioſon in d. l. de quibus & quidam alij ſequuntur, quos allegat Roch in c fin gloſſ. vlt. verſi. quinto quæro de conſuet* Verum cum prior opinio in Camera, vt dixi fuerit approbata, iure ea in iudicando in poſterum ſequenda erit. 4. 5.

† Quod autem ſupra dictum eſt, conſuetudinem cùm ſit facti probandam eſſe: hoc fallit in generali & notoria conſuetudine, ea enim probatione non indiget, *iuxta Bald. in l ſi fugitiui num 3 C. de ſer. fugi.* † Et dicit Deci. *conſi* 483 *num* 20. iudicem in notoria conſuetudine ſupplere poſſe: *Idemque Bart volust in l lege Iulia num. 3. ff. de teſtibus & Alex. con 14 vol 5. idem Alex in l. vnica. C. vt quæ deſ. adu. vbi plenè examinat, an notoriam conſuetudinem allegare neceſſe ſit.* 6. 7.

OBSERVATIO XCVII.

Quæ ſit poteſtas principis in tollendo iure tertij, & an contra ius diuinũ, naturale, gentium, vel ciuile ſtatuere poſſit?

Gail. 2. obſ. & obſe. 18. Adu. Gabr. lib. 3. R. ut. de iur. quæs. non toll. concl. 1. 2. 3. & 4. Vide ſup. obſer. 61. cent. 3. A. Reyger.

1. *An & quando Princips ius tertij liceat tollere, perplexa & intricata eſt quæſtio.*
2. *Princeps ex cauſa ius diuinum limitare poteſt, ſi de ea expreſſè conſtet, &*

in temporalibus ſtatuat.

3. *Poteſt item Princeps ex cauſa ſtatuere contra ea, quæ ſunt iuris naturalis, vel gentium: ſine cauſa non poteſt, & num. 7.*

4. *Et alicui rem ſuam, vel bona auferre, dummodo ſit ſibi ſubditus, & n. 5. vel res, quæ ei aufertur, in ſuo territorio ſita: n. 6.*

8. *In dubio non præſumitur Principem, vel in modico alteri præiudicare voluiſſe.*

9. *Nec præſumitur iuſta cauſa in Principe ſtatuente aliquid contra ius naturale, vel gentium.*

10. *Contra ius ciuile & poſitiuum Princeps ſtatuere & reſcribere poteſt, & in eo præſumitur iuſta cauſa, ſi motu proprio id faciat: ſecus ſi ad alterius petitionem.*

1\. QVAE † & quanta ſit poteſtas princi-
pis in tollendo iure alicuius, etſi non
ſatis conueniat inter Doctores, vt per eos
communiter *in proœ. ff. & in l. vlt. C. ſi cont.
ius vel vtil. pub. l. conuentionum. ff. de pactis.
l. 1. vcinus ff. de quæſt. l. item. ſi verberatum §.
1. ff. de rei vend. l. quoties l. reſcripta. C. de
prec. Imp. offer. & l. bene à Zenone. C. de quad.
præſcrip. & per Canoniſtas in c. quæ in Ec-
cleſiarum de conſtit. & c. in noſtra. de iniu.
cum ſimilibus*: poteſt tamen hæc concerta-
tio tribus concluſionibus expediri, quas
2\. ſubnectere lubet. † Prima eſt: Principem
ex cauſa Ius dignum limitare poſſe, *Decius
poſt alios in d. c. quæ in Eccleſiarum. nu. 13.
tradit. vbi multa allegat*, dummodò de cau-
ſa, & eius veritate expreſſe conſtet. alias
cauſa non præſumitur: & Princeps ſtatuat
in pertinentibus ad ſuam iuriſdictionem,
nempè in temporalibus, *vt per Dec. ibidem
3\. latius n. 11.* † Secunda concluſio: Princeps
ex cauſa poteſt ſtatuere contra ea, quæ ſunt
Iuris naturæ, vel gentium, *vt per D. in lo-
4\. co ſuprà citato* † Vnde infertur, Principem
ex iuſta cauſa alicui rem ſuam, vel bona au-
ferre poſſe: *Deci. ibi n. 19.* & per conſequens,
etiam iura & actiones ipſi competentes,
quæ appellatione bonorum continentur, *l.
5\. bonorum, l. ſubſignatum § bona. ff. de verb.
ſig.* Dummodo ſibi ſit ſubditus: alias ſecus,
*Decian. ibidem numer. 24. Caſtr. conſil. 281.
primum dubium. & conſil. 216. præſuppoſito
verſi. ſed dubium eſt* † Vel ſaltem res quæ 6.
ei aufertur, ſit in territorio, & iuriſdictio-
ne Principis auferentis ſita, *arg. c. ſanè & c.
fin. de for. comp. & l. vlt. C. vbi in rem actio.*
† Sine cauſa vero Iuri naturali vel gentium
derogare non poteſt, *Panor. & alij in d. c.
quæ in Eccl ſiarum. Dec. ibid. n. 24. Bar. &
Dd. d. l. vlt. C. ſi cont. ius vel vtil. pub.* nec
directò nec per obliquum *Aret. l. 1. in prin.
col. 3. ff. de acq. poſſ.* niſi de modico præiudi-
cio ageretur, *Panorm. & alij d. c. quæ in Ec-
cleſiarum. per d. l. quoties. C. de precib. Imp.
offer. Alex. conſ. 215. lib. 2.* dummodo eui-
denter conſtet de voluntate principis, *prout
loquitur d. l. quoties* † Alias in dubio non 8.
præſumitur Principem, vel in modico alte-
ri præiudicare voluiſſe. *per gloſſ. ſing. quam
ibi ponderat Domin. in c. cum olim verb. ſi-
ne præiudicio de conſuet. Moder. c. ſuper eo.
de offic. deleg. Dec. in d. c. quæ in Eccleſia-
rum nu. 26. verſ. quæ ius caſus. vbi abun-
dè reſpondet tenentibus contrarium* † Nec
præſumitur iuſta cauſa in Principe ſtatuen- 9.
te aliquid contra Ius naturale, vel gentium,
vt ſuprà cent. 4. obſer. 8. latè diximus. Ter-
tia concluſio: † Princeps contra ius ciuile, 10.
ſeu poſitiuum ſtatuere & reſcribere poteſt,
cùm ipſe ſit ſupra ius, *Dec. d. c. quæ in Ec-
cleſiarum n. 29. vbi iura allegat* Et hoc caſu
ſemper præſumitur iuſta cauſa moueri
princeps, ſi tamen MOTV PROPRIO ali-
quid faciat, & non ad poſtulationem alte-
rius: alias ſecus, *vt per Roma. conſ. 43. quod
indultum Petro. n. 19. & per ea, quæ in d. ob-
ſeru. 8. cent. 4. ſuprà annotata ſunt, quæ omnia
huc quoque referri poſſunt.*

OBSERVATIO XCVIII.

De reſtitutione aduerſus lapſum fatalium.

Gail. lib. 1. obſ. 143. vide VVurm. tit. 5. obſ. 18. n. 2. A. Reyger.

1. *Impeditus appellationem proſequi intra fatalia an iis elapſis reſtitui debeat? diſtinguendi ſunt aliquot caſus.*

2. *Si quis ex facto proprio impediatur iuſtè.*

3. *Si impedimentum ex facto iudicis proueniat.*

4. *Si impedimentum proficiſcatur ex*

Digitized by Google

facto mixto Appellantis ſcilicet, & Appellati.

5. *Si impedimentum ex facto ſolius Appellati oriatur.*

7. *Impedimentum ex facto Tertij deſcendat.*

1. CVM in quadam cauſa appellationis controuerteretur, † an appellans, qui impeditus fuerat proſequi appellationem, & ſic fatalia eſſent elapſa, deberet reſtitui? (de qua quæſtione Dd. communiter tractant *in c. ex ratione de appell.*) Domini diſtinguendum putabant. Quandoque enim quis impeditur ex facto proprio, vel impedimento concernente perſonam propriam: quandoque ex facto iudicis: quandoque ex mixto facto, appellantis ſcilicet & appellati: quandoque ex appellati tantum: quan-
2. doque ex facto tertij † Primo caſu, quando ex facto Proprio impeditur iuſtè, vt quia propter inopiam non potuerit appellationem intra legitimum tempus proſequi, ex communi Doctorum ſententia conceditur ipſi ſecundum fatale, nempe ex iure communi ſecundus annus, ex Ordinatione verò Cameræ ſecundum ſemeſtre tempus.
3. † Secundo caſu, quando impedimentum reſultat ex facto iudicis, tunc aut contingit impedimentum per Principem, ad quem fuit appellatum, & impeditus iure illæſus ſeruatur, nec ſibi tempus currit, ideò altero fatali non indiget, *c. ex inſinuatione, de appellationibus. auth. ſed hic. C. de appellat.* aut proceſſit per inferiorem Iudicem, & tunc ſecundus annus datur, & non vltrà, *l. vlt. C. de temp. appel. Nouel. de his, qui ingred. ad appel. §. primo. & Alex. conſi. 72 li.*
4. 2. † Tertio caſu, ſi impedimentum prouenit ex mixto facto Appellantis & Appellati, vt quia compromiſerint in primo fatali, tunc ipſo iure non currit, nec opus eſt vlteriori tempore, *clem. quandiu. de appel-*
5. *lat. auth. ſi tamen. C. de temp. appel.* † Quarto caſu, quando impedimentum ex facto ſolius Appellati proficiſcitur, tunc appellanti pariter non currit tempus, ſed ſeruatur illæſus, *iuxta Panor. in dicto c. ex ratione. poſt. n. 8 vbi allegat. Rota deciſ. 119. in antiq.*
6. † Quinto denique caſu, ſi impedimentum ex facto Tertij deſcendat, tum ex communi Doctorum ſententia, primum danda eſt impedito actio ad intereſſe, aduerſus illum tertium, & ſi non ſit ſoluendo, tum demum reſtitui debet contra aduerſarium, *iuxta gloſſ. in d. c. ex ratione, & ibi iura, & per Matth. de Afflict. deciſ. 344. vbi etiam vide quando recurſus habeatur contra procuratorem.*

OBSERVATIO XCIX.

Statutum de lucranda dote per maritum, quomodo intelligatur?

Vide Gail. obſerua. 124 VVurm. tit. 41. de ſucceſ. obſ. 4. n. 4. & 5. vid. Sebaſt. Med. in tr. de legib. & ſtatut. q. 12. p. 4. Coler. p. 1. c. 3. Dauth. de teſtam. nū. 458. A. Reyger.

1. *Statutum de lucranda à marito dote, vxore mortua intelligendum eſt, ſi non ſuperſint filij ex priori matrimonio, iuxta l. hac edictali. C. de ſecun. nup.*
2. *Niſi ex coniecturis, verbis, aut mente ſtatuentium, contrarium colligi poßit: quia tunc ſecus eſt.*
3. *Multò magis ſi ſtatutum expreßè dicat maritum vxore defunctâ ſine liberis, in præiudicium filiorum primi matrimonij dotem, eiúſve partem conſequi debere.*
4. *Quæ ſit euiuſcemodi ſtatuti ratio.*

QVANDO † lege municipali, ſiue ſta- 1.
tuto ſimpliciter diſponeretur, maritum vxore mortuâ dotem lucrari debere: tale ſtatutum intelligendum eſt ſecundum terminos. l. hac edictali C. de ſecun. nupt. id eſt, ſi non ſuperſint filij ex priori matrimonio: nam illis exiſtentibus maritus à lucro dotis excluderetur, *ita Bar. Bal. Salic. & cæteri communiter ſentiunt in d. l. hac edictali, communémque hanc eſſe opinionem expreßè teſtatur Curt. Iun. poſt alios in authen. prætereà. C. vnde vir & vxor, & ſimiliter. Soci. con. 52. ſupra hac. vol. 3. ibi plura conſilia deducens.* † Si tamen ex conie- 2.
cturis, mentéque talis ſtatuti, atque ex illius verbis inferri poſſet, ſtatutum huic iuri communi derogare voluiſſe, etſi id expreſſè & in ſpecie non ſit factum, (vt quia d. l. hac edictali non ſit facta mentio) volunt enim Interpretes, eo caſu maritum etiam ſuperſtitibus filiis ex primo coniugio lucrum dotis facere: *ita Salic. in d. l. hac edictali. quæſt. 6. Bal. conſi. 485. col. 2. vo. 6. Caſt. conſil. 192. volum. 2. Roma. conſil. 44. col. 4. & la-*

Digitized by Google

& latiſſimè Pariſ. conſil. 91. lib. 3. vbi aſſeue-
rat hoc communiter teneri : ad quod vide
etiam Roland. à Valle , poſt alios per eum re-
relatos. in tract. de ſtatu. & lucr. do. quaſt.
3. *25. nu. 1. & 3.* † Qua ſententia exiſtente,
multò magis hoc locum habebit in ſta-
tuto, quo expreſſim caueretur vt defunctâ
vxore ſine liberis , in præiudicium fi-
liorum primi matrimonij , maritus do-
tem , illiúſve partem lucrifaceret , *iuxta*
Bald. in d. l. hac edictali, & eundem in l. 1.
col. 3. C. de inoffic. dot. Caſtr. ibid. col. 2. & d.
conſ. 192. & conſ. 448. vol. 2. itémque Boer. de-
4. *ciſ. 113. nu. 4.* † Cæterùm huius ſtatuti ra-
Gai. 2. ob. 79. tionem eſſe volunt, fauorem matrimonij
publicamque vtilitatem, vt ſcilicet viduæ
citiùs , & faciliùs rurſum nubere valeant,
vt per Bald. in d. conſil. 485. & Dec conſil. 19.
itémque Alciat. in tract. de praſumpt. in 1. reg.
praſump. 8. num. 6. quòd, velut memoratu
non indignum, ſerua.

OBSERVATIO C.

Statutum de lucranda dote, an locum ha-
beat in dote promiſſa?

1. *Si ſtatutum permittat marito dimidiam*
dotem lucrari, alteram verò dimidiam
reſtitui iubeat, an de dote ſoluta tan-
tùm, vel etiam de promiſſa intelligi de-
beat, non conuenire inter Dd.
2. *Et plerique hoc tam de ſoluta , quàm*
promiſſa dote intelligunt.
3. *Contraria verò ſententia , quod de*
ſoluta tantùm dote accipi debeat , in
Camera obtinuit: eáque cõmunior eſt.
4. *Eiuſdem opinionis ratio.*

SED pone, † legem municipalem per- 1.
mittere quidem marito , vt dimidiam
partem dotis lucretur, ſed iubere, vt alte-
ram dimidiam reſtituat : vtrùm tali caſu
dotem promiſſam maritus lucrifaciat, an
verò dotem tantùm perſolutam: † Et Bart. 2.
in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſ. Eccleſiis,
Et poſt eum Ang *conſil. 158. Iaſ. l. ſi dona-*
tionis. §. vit. ff. de cond. cau. da. Alexan. *l. non*
tantùm. col. 6. ff. de re iud. & plerique alij
exiſtimárunt, maritum ex huiuſmodi ſta-
tuti forma non modò ſolutam , ſed pro-
miſſam lucrari dotem. † Verùm per Do- 3.
minos crebriori calculo concluſum fuit,
quòd marito ſolutæ tantùm dotis dimi-
dia debeatur: Quam ſententiam, velut tu-
tiorem , magiſque receptam , approbat
quoque Salic. *in l. ſi conſtante. C. de donat.*
ant. nup. eandémque Bart. ſibi contrarius,
amplexus eſt *conſil. 133. Statuto ciuitatis*
Angulina. & Iaſ. *in rubr. ff. ſolut. matrimon.*
col. 6. itémque Boer. *deciſ. 22. num. 5. 7. 8. &*
13. † Et huius ratio eſt, quòd Dare & Acci- 4.
pere nihil differre videantur, & mulier ex
ſola promiſſione dicatur habere dotem,
vt not. in l. cùm poſt. §. 1. ff. de admin. tut. &
l. 1. §. accedit. C. de rei vxor. act.

QVINTÆ CENTVRIÆ FINIS.

SINGVLARIVM OBSERVATIONVM IVDICII Imperialis Cameræ,

Centuria V I.

OBSERVATIO I.

De Repreſſalijs, & earum origine.

SVMMARIA.

Vide Gall. de pignor. obſ. 1. Repreſſaliæ conceſſæ contra Peruſinos, nunquid etiã poſſint expediri cõtra eũ, qui origine eſt Peruſinus, ſed alibi habet domicilium? Grib. ſuper ff. fol.6. item cõtra Peruſinos conceſſæ, an intelligantur cõtra incolas, an verò cõtra originarios tãtum? Grib. ſup. ff. fol.8 A. Reyger.

1. *Repreſſalia quid ſit: & earundem vſum à Romanis legibus originem ſumpſiſſe: & num 2.*

3. *Repreſſalia quibus caſibus iure ſint permiſſa, & num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

10. *Cauſam dans repreſſalijs, tenetur omne damnum inde proueniens, damnum paſſo reſarcire: niſi iniuſta conceſſa ſint,*

NOTVM eſt, † quòd Repreſſalia ſit poteſtas impignorandi de terra debitoris, data creditori pro iniuriis & damnis, c.
1. etſi pignorationes. de iniur.
2. & dam. da. lib. 6. † Et Repreſſaliarum vſum non nouitiâ receptum eſſe conſuetudine, quod Bartolus voluit, ſed à vetuſtiſſimis Romanis Legibus radicem ſumſiſſe, eleganter Zaſius tradidit *in l. 2. §. & ita leges quaſi in. ff. de orig. iur.* tametſi nõ negat, vocabulum illud fœdum eſſe & barbarum, ſed tamen apud Iuriſperitos
3. nunc vſurpatum. † Quibus autem caſibus Repreſſaliæ iuris permittantur cùm frequenter ea de re diſputetur, nos præcipuos, & quidem breuiter, ac ſuccinctè annotabimus. † Cùm ergo quis requiſitus
4. iuſtitiam adminiſtrare neglexit, vel recuſauit: & ſuperioris copia haberi non poteſt, Repreſſalias peti poſſe Bartolus rectè cenſuit, *in tract. Repreſſal. quæſt. 2.* † Idẽ 5.
locum habet, quãdo Iudex alterius renuit dare arbitros, aut iudices delegatos extra locum, vbi quis aduerſarij potentiam perhorreſcit. † Vel ipſe aduerſarius denegat 6.
prorogare iuriſdictionem iudicis non ſuſpecti: *ita Bart. in d. loco, & Iacob. à Canibus in eleganti ſuo tract. Repreſſ. n. 20. per c. ſtatutum. §. cùm verò. de reſcrip. lib. 6.* † Poſſunt etiã tum peti Repreſſaliæ, quan- 7.
do ſit iniuſtitia à populo, tanquam ab aliquo Tyranno, vel populo erigẽte ceruicẽ, & non agnoſcente ſuperiorem aliquẽ, *iuxta Iacob. de Canib. in d. tract. nu. 21.* † Et 8.
non ſolùm ob iuſtitiam denegatã, vel dilatã, ſed & ob iniuſtitiã illatã Repreſſaliæ indulgẽtur aduerſus iudices, ſi per viã iuris nequeant conueniri: veluti ſi quis iniuſtè condemnatus cogatur ſoluere condẽnationẽ: is enim Repreſſalias cõtra talem iniuſtitiã impetrare poteſt, cùm nõ poſſit ei conſultum eſſe alio remedio, *iuxta Par. de Put. in tract. de Syndic. in verbo, quidam. fol. 28. vbi plura exempla recenſet, & Iacob. de Canib. in d. tract. d. nu. 20. allegantem ad hoc Bart. cuius verba adſcribere lubet: Quando non vult ciuitas (inquit) reuocare ſententiam latam à ſuo iudice in fauorem ſui, tunc poſſunt concedi repreſſaliæ ei, qui læſus eſt, contra illam ciuitatem, quæ ipſum læſit: & conſequenter talis læſus iure belli contra illam ciuitatem poteſt capere perſonas & bona, & ducere ad iudicem,*

dicem ſuum, vt de ipſis ſatiſfaciat per venditionem, vel retentionem, iuxta l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. credit.

9. † Sed & propter delictum, ſi quod iudex
cõmiſit, pro quo omnes ciues puniũtur,
repreſſaliæ concedi poſſunt. idque probat
text. mirabilis *in l. iudices. C. d. de Nauicu-*
la. lib. 11. quem textũ inducit idem Bartol.
quòd ob denegatam iuſtitiam à iudice,
vel rectore loci repreſſaliæ aduerſus om-
nes concedi poſſint. Et de prædictis vide
etiam Canoniſtas communiter *in c. etſi*
pignorationes de iniur. lib. 6. cum ſimilibus.
Sed & repreſſalia cõtra clericum debito-
rem indulgeri poſſe. Guid. pap. *deciſ.* 34. &
eam communem refert. † Illud pro coro-
nide addendum. Quòd is, qui cauſam re-
preſſaliis dedit, ſeu cõmunitas aliqua ſit,
vel priuatus quiſpiam, damnum ex illis
10. paſſo omne reſarcire tenetur: Idque vul-
* gò receptum, atque indubitatum ait Vi-
uius *lib. 2. opi. 35. poſt Iaſ. in l. 2. §. vlt. col. vlt.*
* *verſic extat gloſ. ff. de verb oblig.* Quod ta-
men non procedet, cũ iniuſte, & contra
æquum & bonum conceſſæ illæ arguen-
tur, *l. ſi per imprudentiam. ff. de euict. & d.*
§. vlt. Quæ autem forma in concedendis
repreſſaliis ſeruanda ſit, *vide Iac. de Canib.*
in d. tract. repreſſ. num. 23. & 24.

Repreſſaliis conceſſis, is qui vtitur iis vbi res aliquas cepit, iudici conſignandas debet offerre: vel in præſentia publicarum perſonarum debet inuẽtariũ illarum rerũ facere, zuarez alle. 18 n 7. & 8. A. Reyger.

OBSERVATIO II.

Confœderationes & ligæ an & quando iure ſint permiſſæ?

1. *Omnes confœderationes & ligæ regulariter ſunt prohibita.*
2. *Et in dubio ſemper præſumuntur illicita.*
3. *Duo faciunt conuenticula licita, permiſſio iuris & autoritas ſuperioris.*
4. 5. *Ius permittit confœderationes, ſi fiant ad aliquod bonum: vt putà ad defenſionem tam rerum, quàm perſonarum.*
6. *Societates & ligæ inter ciuitates, vel principes, inita ad defenſionem, ſiue ſuperiorem agnoſcant, ſiue non, iure ſunt licita.*
7. *Contra ſupremum tamen Principem nunquam valent ligæ.*
8. *Sunt & tum licita, ſi quis timeat ſe de facto ſpoliatum iri.*
9. *Etſi ſtatutum prohibeat colligationem fieri, ſi tamen plures ſe colligant ad finem boni, non incurrunt pœnam ſtatuti.*
10. *Cõſideratio Epiſcoporum* VVirtzburg *&* Bãberg, *& ciuitatis* Nurmberg, *contra Marchionem Albertum, in Camera pro licita iudicata eſt.*

REGVLARITER verum eſt, † omnes 1.
confœderationes, coniurationes, cõ-
ſpirationes, ſiue ligas ciuitatum, ſeu alio-
rum illicitas eſſe & iure prohibitas, *l. de-*
nunciamus, C. de his qui ad Eccleſ. confu.
l. 1. & 2. C. de ſeditio. l. conuenticula. C. de
epi. & cler. & ff. de colleg. ill. per totum, c. ſi
qui clericorum. 11. q. 1. & facit text. in c. con-
uenticula. de pac. iura. fir. & ibi Bart. in
verbo, occultè adeò vt etiam pœnæ in
eos conſtitutæ ſint, qui illicita conuenti-
cula congregant, *dictis iurib. & c. hac edi-*
ctali. de pa. tenen. & eius viol. † Et in dubio 2.
ſemper præſumuntur illicita, *iuxta Innoc.*
in c. 1. de ſchiſma. & Ioan. And. in c. 2. de
verb. ſignif. Verùm hæc regula duas habet
inſignes limitationes, iuxta Bald. *in l. 1. ff.*
quod cuiuſque vni. no. † vbi dicit duo face- 3.
re collegium licitum, videlicet permiſſio
nem iuris, & autoritatẽ ſuperioris. † Per- 4.
mittit autem ius conuenticula, & colliga-
tiones hominũ, ſi fiant ad aliquod bonũ:
putà ſi quis timeret ſe oppreſſum iri à ſuo
aduerſario, licitè poteſt fœdus cũ aliqui-
bus inire, ad ſe defendendum contra ſuũ
aduerſarium. † Nã cũ defenſio tàm rerũ, 5.
quàm perſonarũ licita ſit, & iure permiſſa
l. vt vim. & ibi Dd. ff. de iuſti. & iur. l. 1. C.
vnde vi. cum ſimilib. talem vtiq; conſocia-
tionẽ ſiue ligam facere licet nec incurri-
tur vlla pœna legis, quia iure permittẽte
ſit, *arg. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. &*
l. 1. C. de his qui ven. ata. imp. † Et hoc expreſ 6.
sè tenet Bart. *in extrauag. Ad reprimen. in*
verbo, occultè, vbi dicit, ligas, vel ſocietates
quę hodie fiũt inter ciuitates, vel barones
aut alios recognoſcentes ſuperiorẽ, ſi fiãt
ad ipſorum defenſionem, iure ſubſiſtere.
Pari ratione valent huiuſmodi cõfœdera
tiones, ſi ineantur à ciuitatibus, vel princi
pibus non agnoſcentibus ſuperiorem,

Digitized by Google

vt notanter ait Bart. in l. vlt. ff. de colleg.
7. *illi* † Aduerſus ſupremum tamē principé nunquam valere ligas, ſiue cōfœderationes, recte Bald. docuit *in d. l. 1. ff. quod cuiuſque Vni. no. allegans Archid. in c. ſi quis.*
8. *& c. coniurationum. 11. q. 1.* † Porrò & tum licitæ ſunt ligę & conſociationes, quādo quis timet ſe ſpoliatū iri de facto: poteſt enim confœderationem cum aliis facere, vt ſe adiuuent & reſiſtant ſpoliatoribus, ne eiiciatur, *l. 3. §. eum ff. de vi & vi arm.* vel ſi deiectus eſt, vt poſſit recuperare poſ ſeſſionem: Idq; pacis publicę conſtitutio
9. pariter admittit. † Hinc Bar. & Ang. tradunt *in l. 1. C. de delat. lib.* 10. quòd ſi plures communicato cōſilio ad finem boni ſeſe colligant, non poſſint puniri vigore ſtatuti prohibētis colligationem fieri. † Atque
10. ita in iudicio Cameræ Imp. anno 1553. fœdus inter Epiſcopos VVirtzburgēſem & Bambergenſem, ac ciuitatē Norimberg. aduerſus Marchionem Albertum initum, pro licito fuit iudicatum, cùm illud non ſolum legibus permittētibus ad ſui, ſuorúmque defenſionem inierint, ſed id quoque fecerint hortatu, ac iuſſu imperatoris Caroli V. (piæ memoriæ) qui mandârat ſtatibus Franciſci Circuli, vt fœdus inter ſe ſancirent, de obuiādo omnibus, qui in poſterum ipſos inuadere violenter conarentur: tametſi prædictus Marchio hoc ipſum fœdus, tāquam illicitam conſpirationem contra ſe factam in Camera grauiter impugnaſſet, &c.

OBSERVATIO III.

De NOTORIO, & eius probatione.

Vide Gail. 1. obſ. 51. n. 4. 5 & 6. & lib. 1. obſ. 27. nu. 14. 15. 18. Notorium demonſtratione non indiget, Hartm. Hartman. in Miſcel la. c. 1. obſer. 8. num. 3. A. Reyger.

1. *Facta ferè omnibus nota pro notorijs habenda, ac ſuper his iudicari poſſe, allegata ſolùm notorietate, communis eſt opinio.*
2. *Facta quando dicantur eſſe notoria.*
3. *Facta ſubiecta notorio non indigent probatione.*
4. *Notorium ab onere probandi releuat, non autem ab onere proponendi.*
5. *Multum variare Dd. an & quando in notorijs probatio requiratur.*
6. *Notorium facti permanentis, ſiue continui non indiget probatione: ſecus eſt in notorio facti tranſeuntis, ſiue momentanei, illud enim probari debet: & hac eſt communis.*
7. *Manifeſtum & Notorium differre inter ſe.*
8. *Euidentia facti, ſiue Notorium inter ſpecies plenæ probationis refertur.*
9. *Circa Notorij probationem de duobus controuerti ſolet.*
10. *Primum, an Notorium probari debeat, quò ad hanc qualitatem, quod ſit Notorium.*
11. *Alterum, an factum ipſum ſubiectum Notorio probari debeat: & in Camera concluſum, Notorium non indigere probatione, tamen allegandum eſſe: & n 12.*

QVOD † facta multis & ferè omnibus, 1. altem eius loci, in quo allegantur contigiſſe, nota & manifeſta, pro Notoriis ſint habenda, deſupérque iudicari poſſit, deducta & allegata ſaltē notorietate, tradunt communiter Doctores *in l. ea quidē* 2. *C. de accuſa. Bart. & alij in l. ſi verò, §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. Inno. in c. tua, de coha. cleri. & mul.* Canoniſtæ communiter *in c. veſtra. eo. tit. & c. ad noſtram. 3. de iureiuran.* † Quibus locis dicitur, ſatis noto 2. ria facta tùm dici, quando teſtis eſt populus, vel ſi omnibus, aut maiori parti pateāt Nā tūc ſuccedit communis interpretum theorica † Quòd ſcilicet facta ſubie- 3. cta Notorio non indigeant probatione, ſatiſque ſit, ſi ea in iudicio allegentur. Et hoc eſt, quod vulgò dicitur: † Notorium 4. ab onere probādi releuare, non autem ab onere proponendi: *gloſſ. in cle. appellant. verbo iudicii. de appellat. text. in c. manifeſta. 2. q. 1. & c. euidentes. ibidémque Felin. de accuſa. & Iaſ. in d. l. ſi verò §. qui pro rei. num. 11. & 12. Bart. in l. ciues. C. de app. idem in l. 1. cir. fi. & ibi etiam Bar. ff. de excep. & in l. 1. C. quo. & quan. iud.* † Et quanquam multum cōtrouertant Dd. an & quādo in 5. Notoriis probatio requiratur, adeò vt Inno. *in d. c. tua*, quinque opiniones: & Butr. *in tract. de Notorio, art. 3. n. 30.* octo recenſeat: † Tamen prædicta doctrina ſine cō- 6. trouerſia vera eſt in Notorio facti permanētis ſiue cōtinui: illud enim probationē non deſiderat, quia ſe ipſum exhibet, nec occultari, vel vllo colore obfuſcari poteſt.

Iacob Nouel. tr. conſ. crim. fol. 45. num. 12.

Secus

Digitized by Google

Secus etiã eſt in notorio facti interpolati Nouell. d. loc. Item in notorio extra locũ a … ſij. Item quando dubium, notorium ſit nec ne ibid. Manifeſtum quid dicatur vide Gail. 2. obſ. 72 num. 2. A. Reyger.

Secus eſt in notorio facti tranſeuntis, ſiue
momentanei: quia illud iuxta receptiorem Dd. ſententiam probari debet, quemadmodum Doctores in locis iam citatis
notant. quibus adde Bald. *in l. cum fratrem.
C. de his qui. vt indig.* & Salic. *in d. l. ea
quidem.* Et tum potius Manifeſtum, quam
Notorium appellant. † Hanc enim differentiam inter Manifeſtum & Notorium
conſtituũt: quòd Notorium ſit, quod omnibus eius loci, vbi contigit, hominibus,
vel ſaltem maiori parti conſtet, neque vllo colore obtegitur: Manifeſtum verò di-
7. catur, quod probabili aliqua excuſatione
contegi poteſt: idque regulariter in his
rebus eſſe dicitur, quæ ſunt facti tranſeuntis: ideóque Manifeſtum probationi ſubiicitur, Notorium verò non. Atque hinc
eſt, quod euidentia facti, ſiue notorium etiam inter ſpecies plenæ probationis à
Doctoribus referatur, *prout in rub. De-*
8. *cret. de probatio. annotaui.* † Hi tamen, qui
rem exactius ponderant, (quemadmodum in cauſa Epiſcopi Bambergen. contra Marchionem Albertum ab Aſſeſſori-
9. bus iudicij Imp. factum memini) † circa
Notorij probationem de duobus cõtrouertiaiunt: Primùm, an Notorium iudici
probari debeat quò ad hanc qualitatem,
quod ſit notorium: alterũ, an ſit neceſſe,
factum ipſum ſubiectum notorio proba-
10. re. † In primo puncto concludit Butr. *in
eleganti ſuo tractatu de Not. art. 3. num.
28. & 29.* Quòd ſi factum ſit geſtum in
conſpectu Iudicis pro tribunali ſedentis,
non exigatur probatio, cùm de eo ſibi
conſtet vt Iudici: ſin autem notorium
contigerit extra conſpectum iudicis, tum
referre cenſet, an iſta qualitas ſit neceſſaria ad fundandam iudicis poteſtatem, &
tunc neceſſe ſit, qualitatem Notorij probare. An verò requiratur ſolùm ratione
proceſſus, eo caſu communis eſt opinio,
proceſſum valere, non habitâ informatione de qualitate Notorij, dũmodò verum ſit, notorium eſſe, & hoc poſteà con-
ſtet, *ita Butr. in d. loco. & Milu. in ſuo re-*
11. *pert. verbo Notorium. verſi. 27.* † In altero
puncto, an factum ipſum ſubiectum Notorio probandum ſit, pro regula traditur:
Notorium non indigere probatione, licet
12. allegari debeat, *vt ſuprà diximus.* † Et
hanc ſententiam amplexi ſunt Domini
Aſſeſſores in ſuprà dicta cauſa, exiſtimantes ſatis fuiſſe, quòd actores euidentiam
facti, & ipſam notorietatem facti Permanentis, atque adhuc actu exiſtentis allegárint, nec vlteriori aliqua probatione opus eſſe ad conuincendum reum.

OBSERVATIO IIII.

Executio trium conformium ſententiarum an per exceptionem nullitatis impediri poſſit?

Gail. 1. obſer. 33 num. 11 & 12. & obſ 72 n. 4. Quãdo nullitas impediat Executionem. vid. VVurmſ. tit. 24. de appellat. obſer. 34. per tot. A. Reyger.

1. *Si tres conformes ſententiæ ſint latæ, petatúrque executio, & aduerſus eam nullitatis exceptio opponatur, an executio ſit differenda; variare Dd.*
2. *Franciſci de Ripa in ea quæſtione diſtinctio.*
3. *Habens pro ſe tres ſententias appellatione non ſuſpenſas, earum executio facienda, non attentâ nullitatis exceptione: poteſt tamen, factâ priùs executione, ſuper nullitate agi.*
4. *Niſi in continenti nullitas probari poſſet.*
5. *Quid dicatur in continenti fieri.*
8. *Vel exciperetur de incompetentia iudicis: ea enim exceptio etiam contra tres conformes ſententias admittenda eſt, vt cunque altiorem exigat indaginem: & nu. 7.*

DIXIMVS ſuprà *cent. 1. obſ. 15.* exceptionem trium conformium ſententiarum in Cameræ iudicio non atten-
di: † Sed pone, in cauſa aliqua tres cõformes ſententias eſſe latas, & cum earundem executio peteretur, ad eam impediendam obiectam fuiſſe exceptionem
nullitatis, an excipiens ſit audiendus, & executio differenda, præſertim ſi ſe illicò
nullitatem probaturum aſſerat? Et Doctores multum ſe torquent in huius quæſtionis deciſione, *in Cle. vt calumnijs. ibi
Imol. & Cardin. de re iudi. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.* vbi Dd. communi-

2. ter.† Fran.de Ripa *ibi.n.15* ſic diſtinguen-
dum cenſet, vt Imo. & Cardinalis opinio
procedat, quando aliter, quàm per acta
iudiciaria nullitatis probatio offeratur:
tunc enim excipientem de nullitate non
eſſe audiendum: ſecus ſi nullitas ex eiſ-
dem actis probari poſſit, quia tunc admit-
ti debeat, & executio ſuſpendi: Idémque
Oldrad. ex facto conſultus pridem reſ-
pondit, *conſil.106. de quo vide latius* De-
cium & Iaſ. in d. §. condemnatum. Soc. conſil.
78. lib.3. & Roland. de Valle conſ.29. n.44 &
3. *conſil 39. nu.14. lib.1.* † Zaſius verò *in d. §.*
condemnatum nu. 3. pro regula tradit, Si
victor habeat tres conformes ſententias
appellatione non ſuſpenſas, exceptionem
nullitatis non admittendam, ſed proce-
dendum eſſe ad executionem: factâ autem
executione poſſe condemnatum, ſi velit,
inſtituere actionem ſuper nullitate. Hæc
eſt elegans doctrina *in cle. 1. de re iudi.*
quam Bald. quoque pulchrè ſubſequitur
4. *in l. 1. C. ne lice. ter. pro no.* † Si tamen op-
ponens exceptionem nullitatis offerat ſe
eam in continenti probaturum, audiri de-
bet, & impeditur executio. † Dicitur autē
5. in continēti fieri, quod fit, intra terminū
à iudice præſcriptum pro arbitrio, *arg. l.1.*
ff. de in. aclibe. Exempla allegat Zaſi. *ex l. ſi*
Prætor. §. Marcellus, cum §. fin ff. de iudi. vt
ſi quis dicat, ſententiam fuiſſe venalem,
hoc facile probabitur: vel à ſciente iudice
dolo eſſe latam: vel ſe tempore ſententiæ
fuiſſe infirmum modo ſontico, *l. quæſi-*
tum, §.1. ff. de re iudi. vel ſi probet, ſe cauſa
Reipub. abfuiſſe: iſtæ & ſimiles exceptio-
nes habent expeditam probationem, & in
6. continēti explicari poſſunt. † Cæterùm ſi
excipiatur de incompetentia iudicis, vt
quia dicat reus, tu homo, qui pergis iudi-
care, cur procedis ad executionem? cùm
non ſis meus iudex: iſta exceptio (inquit
idem Zaſ.) ſemper perimit executionem,
etiamſi contra reum latæ eſſent tres con-
formes ſententiæ: quia licet contra tres
ſententias conformes, non ſit recepta ali-
qua exceptio nullitatis, *per d. cl. 1 de re*
7. *iudi.* † nihilominus ſi reus condemnatus
allegaret, Titium non fuiſſe ſuum iudi-
cem etiamſi mille ſententias dediſſet, hęc
exceptio admittenda eſt, tametſi altio-
rem exigat indaginem, *per gloſſ. notab. in*
clem. 1. ad fi. de ſequeſt. poſſ. & fruc. quam
probat. Zaſ. in d. §. condemnatum. numer. 10.
eandémque ſequitur Iohan. de Imol. *in l. de*
pupillo, §. qui opus, ff. de ope. no. nun. quod no-
ta tanquam ſingulare.

OBSERVATIO V.

Si ſtatuto caueatur, nullas exceptiones ad-
mittendas eſſe, attamen pleræque ad-
mittuntur, & quæ ſint illæ?

Facit huc doctrina Gail. 1. obſ.66. n.5. A. Reyger.

1. *Etſi ſtatuto introduci poteſt, nullas ex-*
ceptiones admittendas eſſe: tamen ple-
raque non cenſentur excluſa.
2. *Vt putà exceptio notoria, & nullitas:*
numer.3.
4. *Exceptio ex defectu citationis deſcen-*
dens:
5. *Aut ex defectu contrarietatis, vel perple*
xitatis.
6. *Exceptio fundata in iudiciali partis*
confeſſione.
7. *Exceptio inepti libelli.*
8. *Exceptio ex defectu competentiæ Iudicis*
deſcendens.
9. *Idem de Arbitro dicendum, vltra com-*
promiſſi formam iudicante.

Illud ſtatutum intelligitur tantum de friuolis & apertè perperam obiectis, non de aliis Pet. Gregor. Toloſan. lib. 50. c.2. nu. 10. A. Reyger.

QVAMVIS † ſtatuto, ſiue lege muni-
cipali introduci poſſit, vt nullæ ex-
ceptiones admittātur, ſed omnes ſublatæ
eſſe debeant: attamen per hoc non cen-
ſentur includi ſubſequentes: † Putà exce- 1.
ptio notoria. *iuxta Felin. in c. ex par. 2. n.7.*
ext. de offi. deleg. † Itē exceptio nullitatis
Ang. in l. non erit, §. dato. ff. de iureiur. & 1.
Fel. in d. c. ex part. 2. n. 17. † Item exceptio 2.
proueniens ex defectu Citationis, cùm 3.
citatio ſit de iure naturali: *Calde. tit. de re* 4.
iudi. conſi. 8. *Anchar. conſi.* 207. *& Felin.*
d. c. ex parte. 2. num. 10. † Item quæ oritur 5.
ex defectu contrarietatis, vel perplexita-
tis: vt quia iudex pronuntiarit iuxta con-
ſilia Doctorum, quæ tamen fuerint con-
traria: *Bart. in l. duo iudices, ff. de re iud.*
Ang. Bald & Caſt. in l. tale pactum, §. qui
procurauit, ff. de pact. † Item exceptio fun- 6.
data in confeſſione partis facta in iudi-
cio, *Idem Felin. in d. c. ex parte. 2. num.* 14.
† Item

Digitized by Google

7. †Item exceptio inepti libelli, *iuxta Bald. & Angel. in d. l. tale pactum. §. qui procurauit*, quæ eſt notoria, *Bart. in l. 1. C. de erro. cal.*
8. † Item exceptio deſcendēs ex defectu cōpetentiæ iudicis, vt quia iudex pronūciârit, plus quàm debuit: quia forte habebat limitatam iuriſdictionem: vel erat iudex cauſarū ciuilium; & pronunciauit in criminali.† Quod & in arbitro locum habet, vltra formā compromiſſi iudicante,
9. *ſecundum Ang. in l. non erit, §. dato ff. de iureiur. Bart. in l. 2. §. prætor. ff. qui ſatiſd. cog. & Bal. in l. ſi cauſam iudicati. C. de except. rei iudi.* Prædictæ exceptiones, & ſi quæ his ſunt ſimiles ſemper opponi poſſunt, etſi per ſtatutum in genere omnes exceptiones ſublatæ ſint: de quibus vide latiùs Dd. præſertim Fel. *in d. c. ex parte 2.* qui cæteris exactiùs hoc tractauit.

OBSERVATIO VI.

Regula, Ad vnumquemque actum citandum eſſe eum, cuius intereſt, ampliationes, & limitationes explicantur.

Vide Gall. 1. obſ. 48. nu. 1. & 2. Sup. obſer 91. Cent. 2. Citari ſemper debent de quorum præiudicio agitur, Hart Hart. tit. 15. de teſtibus obſer. 6. numer. 2. Et 4. Hart. Hartman. tit. 3. de citat. obſ. 2. per tot. A. Reyger.

1. *Regula: Ad vnumquemque actum citandos, quorum intereſt, & quibus præiudicari poteſt.*
2. *Et ea regula in Imperatore quoque locum habet.*
3. *Citatio cùm ſit iuris naturalis, nemini eſt auferenda.*
4. *Princeps non poteſt reſcripta, vel priuilegia dare in damnum tertij.*
5. *Limitationes aliquot recenſentur ad ſuprà dictam regulam.*
6. *Quando princeps ignorante, vel etiam inuitâ parte procedere poteſt, citatio non requiritur.*
7. *Idem obtinet ſi notoria appareat iniquitas, vel iniuſtitia partis.*
8. *Præſens in iudicio amplius non citandus: & hanc op. communem eſſe: fallit, vt num. 9.*
10. *Si iudex ad alicuius poſtulationem contra abſentem decreuit, poteſt is petere, vt idem reuocet, eo qui impetrauit, non vocato.*
11. *Sententia non in die Citationis, ſed proximè ſequenti lata valet.*
12. *Idque ex conſuetudine Germaniæ in vſu eſſe.*
13. *Quando periculum eſt in mora, actus expediri poteſt parte alterâ non vocatâ: vt in exemplis. numer. quatuordecimo & 15.*
16. *Si perſonæ alicuius examinatio committatur, citatio non requiritur.*
17. *Semel vocatus in iudicium ampliùs non citandus.*
18. *Si quem concernat quidem negotium, ſed non principaliter, etſi is non citetur, actus tamen contra principalem valet.*
19. *Iudex poteſt verba ſententiæ, partibus etiam non vocatis, emendare, dummodò tenor ſententiæ non mutetur.*
20. *De pluribus caſibus citationem non requirentibus: remiſſiuè.*

REGVLARE eſt: & valdè tritum do-
gma,† Ad vnūquemque actū vocan- 1.
dos eſſe, quorum intereſt, & quibus præ-
iudicari poſſet: *iuxta l. de vnoquoque, ff de
re iudi. & l. nam ita Diuus ff. de adoptio.*
† Idque procedit etiā in ſummo Princi- 2.
pe, ſiue Imperatore, qui quantumcunque
legibus ſit ſolutus, contra abſentem ta-
men non vocatum procedere, aut aliquid
in ipſius damnum concedere non poteſt,
*per text. ad hoc ſingul. in cle. paſtoralis. de
re iudi.*† Quia cùm citatio ſit iuris natu- 3.
ræ, ideò nemini auferri debet, *cap. 1. ext. de
cau. poſſeſſ. & propri. & l. vltim. Cod. ſi per
vim, vel alio mo. &c.* vbi non poteſt prin-
ceps dare priuilegium, vel confirmatio-
nem violento poſſeſſori.† Sic etiam non 4.
licet principi dare reſcripta, vel vlla pri-
uilegia in damnum tertij, Doctores cōmu-
niter *in c. cùm olim. de re iudi. & c. inter quatuor. de maio. & obed.* & eſt text. *in l. vl. ff. de
natal. reſt.* vbi, niſi patrono conſentiente,
Imperator non reſtituit Libertum natali-
bus, id eſt, non facit eum ingenuum, quia
patrono noceretur in iure patrona-
tus. Et quamuis Cald. *in l. 2. C. quo. & quan.
iud. & in l. ne cauſas. C. de appel.* contrà
ſentiat: eius tamen opinio cōmuniter im-
probatur, & contrarium ipſemet docuit *in
l. vlt. C. de legib.*† Nec tamen perpetua eſt 5.
ſuprà dicta regula, ſed in pleriſq. caſibus

Digitized by Google

ceſſat,qui cùm valdè notabiles ſint & ele-
6. gantes,eos breuiter ſubiicere lubet. †Pri-
mùm ergo nõ procedit in Principe,ſi poſ
ſit procedere vel aliquid decernere igno-
rante vel inuita parte altera: quia tunc
etiam eo abſente poterit,*per l.qui poteſt.ff.
de regu.iu.* & de hoc eſt caſus apertus *in c.
cùm ol.m.circa me.1.ext.de re iudic.*vbi Pon-
tifex abſenti & non vocato abſtulit Ar-
chidiaconatum, quia erat notoria ſurre-
7. ptio commiſſa.† Sic vbicunque adpareret
manifeſta & notoria iniquitas, iniuſtitia
partis,vel alia iuſta cauſa, princeps abſq.
partis citatione rectè procedet: exempla
ſunt *in l.item ſi verberatum. ff. de rei vend.*
8. *& in l.Lucius.ff.de euict.* † Deinde ſi pars
aduerſa ſit præſens,non amplius eſt vocá-
da:quid enim neceſſe eſt,citari præſentẽ?
eſſet actus plane ſuperuacaneus. Et quam-
uis Bar.*in l.1 ff. de in ius vo.* exiſtimet, non
ſufficere,aliquem præſentem eſſe in iudi-
cio,niſi etiam ſit citatus:ſanior tamẽ,ma-
giſque recepta eſt prior opinio *à Dd.in d.
l. de vnoquoque.præſertim Ang. & Imol. tra-
dita*,pro qua facit etiam text. *in l. etiamſi
patre.* §.*ſi ab hæreditate.ff. de mino.* vbi iſta
duo diſtinguũtur, Præſente creditore,vel
euocato:ibique notatur,ſi præſens ſit cre-
ditor,non opus eſt eũ vocari, at ſi abſens
9. eſſet vocaretur. † Si tamẽ quis in iudicio
præſens eſſet ex alia cauſa (vt quia fortè
vocatus ab aliquo ibi cõparuit) & tertius
quiſpiam ipſi litem intẽdere vellet, eique
libellum porrigeret,tali caſu vera eſt Bar-
toli doctrina, vt abſque præuia citatione
non teneatur litem ſuſcipere:& ita ſerua-
tur paſsim in Conſiſtoriis, niſi is præſens
forte eſſet homo fugitiuus,vel talis,qui a-
liàs non facile conueniri poſſet;ea ſpecie
nõ excuſaretur. Cæterùm ſi præſens in iu-
dicio impediretur à ſuo aduerſario in lite
inter ipſos pendente, vt quia exceptionẽ
aliquam contra eum offerret, aut peteret
publicari teſtes,vel iurari de calũnia, vel
alia,quę in iudiciis incidunt,præſens ob-
noxius eſt, etiã non citatus procedere ad
illos actus, ſicque talibus caſibus ſtatur ſu-
10. pra dicta regulæ.† Tertiò nõ procedit re-
gula,ſi iudex aliquid pro te ad tuam po-
ſtulationem decreuiſſet in damnum meũ
me abſente,& nõ vocato, petere poſſum,
vt id etiam te non citato reuocet:quia ſi-
cut tu de facto me abſente tale decretum
impetraſti,ita rurſus de facto poſſam eiuſ
dem decreti reſciſſionem petere, te non
vocato:per regulam,Nihil eſt tam natura
le.ff.de regu.iu. *ita Ioan. And. in addit.ad
Spec.tit.de ſentent.* §.*ſpecies.Ver. eſt quoque.
Butr.& Abb.in c.ceſſante.de appell.& Bal.
in l.ſi pacto, C. de pac.* † Quartò fallit, ſi 11.
ſententia non die citationis,ſed proxime
ſequenti pronuncietur: quia etſi ad eum
diem quis non ſit citatus,tamen ſentẽtia
valet, *Ioan.de Imol. in c.conſuluit.1 tul per
illum text.ext.de offi.dele.* Et quamuis Ang.
in d.l.de vnoquoque repugnet:† Attamen in 12.
conſiſtoriis Germaniæ prouincialibus
conſuetum eſt, vt ſi non poſsit ferri ſen-
tentia in termino citationis, deinde al-
tera, vel etiam tertia die actus conſiſtat,
nec ob miſſam citationem inualidetur. 13.
†Quintò non procedit,ſi periculum eſſet
in mora,vel in cõtinenti alicui ſubueniẽ-
dum eſſet: quia tũc actus expediri poteſt,
parte altera non vocata,per text. *in l.de pu
pillo.ſi quis riuos.ff de no. ope. nun.* † vbi ha- 14.
betur,quòd tempore nimboſo, cũ flumi-
na excurrunt,ea ab agris meis, etiamſi ti-
bi noceatur,auertere poſſum,te iudiciali-
ter non citato: quia antequam vocareris,
& iudex cognoſceret, agri mei perderen-
tur. Et per text. *in l.ait prætor.§.debitorem.
ff.de his quæ in frau. cred.* † vbi debitorem 15.
meum fugientem, vel ſuſpectum de fuga
capere,vel vt capiatur,efficere poſſum,ſi-
ne præuia citatione: quia ſi citaretur pro
debito,forte interea aufugeret. † Sextò,ſi 16.
committatur examinatio alicuius perſo-
næ,an ſit idonea: vel non, vt quia Prin-
ceps mandet examinari Titium, an ſit a-
ptus ad hoc munus vel officium, non eſt
opus,vt examinandus citetur, *per gloſſ.in
c.3.ext.de offi.deleg.& Dd.in c.vlt.de præ-
ſum. Bald.in l ſi per calumniam.C.de Epiſc.
& cler.*† Septimò non procedit regula, ſi 17.
ſemel vocatus in iudiciũ mox peregre pro
ficiſcatur in loca remotiora: quia cũ ipſo
facto declaret ſe cõtumacẽ, ampliùs non
eſt vocandus:*iuxta Bal.in l.ab eo. C.quom.
& quand.iud.allegantem not.per Innoc.in c.
ad petitionem de accuſ.* † Octauò,ſi quem 18.
cõcernat quidẽ negociũ,ſed ſecũdariò, &
minus principaliter, & ſi is nõ ſit citatus,
actus valet aduerſus principalem: Exem-
pla

Videtur huic contradicere G.ll.d.1.obſ. 48 nu.2. A.Reyger.

Conſuetudo Germaniæ in ferendis ſententiis. A.Reyger.

Digitized by Google

pla habentur *in l. 1. §. pen. ff. de Sen. inſti. in l. in diem. & ibi. Bart. ff. de aq. plu. arc. & in l. ſæpe, in prin. ff. de re iud. Vbi vide.*

19. † Tandem ceſſat ſuprà dicta regula in caſu l. actorum in ſecunda lectu. ff de re iud. vbi Accurſ. tenet. iudicem partibus etiam non vocatis, emendare, reponere, & ſarcire verba ſententiæ poſſe, dum modò tenor ſententiæ non mutetur. Et prædictas limitationes veluti potiores, quæ aliàs diſperſim tractantur, tanquam in faſciculum collectas, cùm ſint notatu dignæ, diligenter obſerua.

20. † Sunt tamen & alij, caſus, in quibus abſque citatione procedi poteſt, de quibus vide *Mar. Soc. in rub. de dila. Vbi 30 recenſet: & Anto. Micel. in tract. de concord. gloſſ. iuris Ciui. & Cano. concord. 52. Vbi centum & quindecim caſus enumerat, citationem non requirentes, qui tamen ad multò pauciores, & ſub aliquot regulas reduci potuiſſent: ad eos igitur recurre.*

OBSERVATIO VII.

Vide Gail. 1. obſ. 48. n. 7. 8. 9. & n. 24. Pet. Gregor. Tholoſ. lib. 48. ca. 3. nu. 1. & num. 32. Citatus à non ſuo iudice debet ſaltem venire & allegare ſuũ priuilegiũ. VVurſm. tit. 6. obſ. num 4. A. Reyger.

Citatus à iudice incompetenti, an comparere debeat?

1. *Si quis ab incompetenti iudice citetur, an comparere debeat, ad allegandum ſuum priuilegium? non ſatis expeditum eſſe.*
2. *Affirmatiua opinio in l. ſi quis ex aliena. ff. de iud.*
3. *Negatiua, ex l. contumacia. ff. de re iudicata.*
4. *In diſſoluenda prædicta quæſtione tres caſus diſtinguendos eſſe, Vt num. 5. 6 & 7.*

1. QVIDAM † priuilegiatus in ius vocatus eſt ab incompetenti iudice: dubitabatur, an comparere eſſet obnoxius, ſaltem ad allegandum ſuum priuilegium, vel non veniendo, incurrat contumaciam?

2. † Et primò videbatur, quod teneretur comparere, *iuxt. l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. & l. ſi quis in ius Vo. non ie.* in quibus locis habetur, Si quis à iudice etiam incompetenti citatus prætendat, ſe ad comparendum non teneri, quod nihilominus venire debeat, & allegare ſuum priuilegium, & cauſas quare non teneatur. † In contrarium verò allegabatur *l. contumacia. & ibi Dd. ff. de re iud.* vbi habetur, ſi notorium ſit, aliquem citari a iudice incompetenti, non teneatur venire, nec per hoc incurrat pœnam contumaciæ. Et dicit ibidem Ludo. Bolog. ſi quiſpiam ſit priuilegiatus ne coram tali, vel tali iudice compareat, nõ eſſe neceſſarium, vt ſuum priuilegium exhibeat, ſi ſit manifeſtum. 3.

† Ad diſſoluendam hanc antinomiam aiebant Domini, tres caſus eſſe diſtinguendos, idque autoritate *Ioan. de Imol. in d. l. contumacia.* 4. † Primus eſt, ſi certum ſit, citatum de iuriſdictione citantis eſſe, tunc meritò comparere debet, ne reddatur contumax *per d. l. contumacia in fine, cum ſimilibus* 5. † Secundus, ſi manifeſtum ſit, & euidens, citantem non habere iuriſdictionem in perſonam citati (ſicut iudex laicus in clericum non habet iuriſdictionem) tunc non opus eſt vel comparere, vel allegare priuilegium: imò iudex incompetens excommunicari poſſet, quo vſque deſiſteret: *cap. ſi iudex laicus, de ſent. excom. lib. 6.* 6. † Tertius caſus eſt, ſi ſit probabile dubium, an vocatus eximi à iudice citante, & excuſari poſſit, tunc vocatus comparere & allegare debet ſuum priuilegium. Sic omnes Imperij ciuitates, item Comites, & multi nobiles habent priuilegia, ne compareant coram prouinciali iudicio: ſed iſta non ſunt manifeſta & notoria, debent ergo allegari: idque ſeruat notiſſima conſuetudo Germaniæ. 7.

OBSERVATIO VIII.

Citatus à ſuperiori & inferiori magiſtratu ad vnum eundémque terminum, quem ſequi poßit impunè?

Citatus primum corã vno Iudice, non tenetur cõparere coram alio poſteà citatus. VVurmſ. ti. 6. de citat. obſer. 13. num. 2. A. Reyger.

1. *Citatus ad eundem terminum à diuerſis iudicibus, puta ſuperiore & inferiore, coram quo comparere debeat?*
2. *Et ſi quidem ſuperiori immediatè ſubſit citatus, coram ipſo comparere tenetur.*
3. *Sin autem ſuperiori non ſit immedia-*

Digitized by Google

tè ſubiectus, tunc coram inferiore magiſtratu ſe ſiſtere debet.

4. *Quod ſi non ad eundem terminum quis citatus ſit, ſed ad diuerſos, tunc vtrobique comparere obnoxius eſt.*

5. *Citatus ad paria tribunalia à diuerſis iudicibus & ad diuerſos terminos & in diuerſis cauſis, vbique reſpondere obligatur.*

6. *Sin in eundem diem vocatus ſit, alteri præ altero gratificari poteſt.*

7. *Fallit tamen in caſibus hic relatis.*

8. *Citatus à diuerſis iudicibus in eundem diem, ſi coram neutro compareat, ab vtroque puniri poteſt.*

1. PVLCHRA & notabilis quæſtio eſt, † quando quis ad vnum, eundémque terminum citatus eſt, primò ab inferiore, deinde a ſuperiore magiſtratu ſiue iudice, coram quo comparere & ſe ſiſtere debeat? quam eleganter Zaſius examinat, & determinat præ cæteris *in l. contra pupillum, num 11. & ſeq. ff de re iudi.* Ex cuius lectura ſequentia notandi ſunt ad v-
2. ſum forenſem † Si citatus ad inferiorem iudicem, in eundem diem a maiori, vel ſuperiori pariter vocetur, apud ſuperiorem ſe ſiſtere debet: *per text. in l. 2. ff de in ius vocan.* ſi tamen is iuriſdictionem habeat immediatè in ſubiectum inferiori magiſtratui: quales ſunt Domini temporales, Comites & nobiles, qui ſub ſe certos habent pagos & villas, quibus ſinguli præſunt Sculteti (vt vocant) habentes iuriſdictionem ſimplicem: hoc caſu ſi ſubditus citetur, à Sculteto ab inferiore magiſtratu, & Comes, vel nobilis eundem in ius vocet, in alia fortè cauſa ad eundem terminum vel diem, coram ſuperiori comparere debet, & non inferiori magiſtratu.
3. † Sin autem magiſtratus ſuperior non poſſet adiri immediatè, niſi via appellationis & quis ab eo citaretur in eundem diem, qui ab inferiori ad comparendum præſcriptus eſſet, tunc coram inferiore ſe debet ſiſtere, non maiore: *iuxta Io. de Imo. in d. l. contra pupillum. in fi. qui dat exemplum de Archiepiſcopo. & Epiſcopo, & allegat cap. paſtoralis. de offic. ordi. qua eſt materia cap. Romana. per tot de fo.*
4. *comp. lib. 6.* † Dixi autem notanter, In eundem diem: ſi enim non in eundem diem, vel terminum quis citaretur a diuerſis tribunalibus, puta ab inferiori ad Kalen. Martias, & à maiori ad Kalen Iunii s, tunc ſic vocatus vtrobique comparere obligatur: quia termini in ſeſe non coeunt; nec colliduntur, *iuxta gl. in l. qui de crimine. & ibi Dd. C. de accuſa.* † Porrò ſi quis vo- 5.
cetur ad paria tribunalia a diuerſis iudicibus, parem habentibus iuriſdictionem (vt ſunt Sculteus, & Magiſter ciuium) & ad diuerſos terminos, in variis tamen cauſis vbique reſpondere tenetur, *iuxta gloſſ. in d. l. qui de crimine.* † Sin in eundem diem 6.
vocatus ſit ab vtriſque alteri præ altero gratificari poteſt. *Imola ſic docente, & ad hoc allegante l. 2. § pen. ff de cuſto. reo. Vbi Bart. hanc materiam latè tractat:* † Ceſſat 7.
tamen iſta gratificatio, ſi altera cauſa ſit grauior, vel non poſſit moram pati, aut periculum ſit in mora: vel actio eſſet temporo peritura, cuiuſmodi ſunt cauſæ iniuriarum, quæ finiuntur anno: cauſæ redhibitoriæ, vel quanto minoris, dum venduntur pecudes morboſæ, iſtæ poſſunt redhiberi intra ſex menſes, & ſic talis actio non vltra tempus ſemeſtre duraret. Hæ inquam cauſæ, & ſimiles quæ temporo intereunt, præferuntur: quod notatu dignum eſſe Zaſius refert. † Cæterum ſi 8.
citatus à diuerſis iudicibus in eundem diem, coram neutro compareret, poſſet ab vtroque puniri. *iuxta Zaſ. & Ang. in d. l. contra pupillum qui allegat l. 3. § ſi cum omnes ff. ad S.C. Sillena.*

OBSERVATIO IX.

Quarta Citatio an poßit addi ad conuincendam abſentis, vel contumacis malitiam, & quæ ea dicatur?

1. *Vt quis dicatur contumax trina citatio requiritur, vel vna pro tribus quæ vulgò Peremtoria dicitur.*
2. *Peremptoria diſtincta dierum interualla continere debet, ac ſi tres eſſent citationes editæ, in Camera obſeruari.*
3. *Interdum etiam quarta peremtoria conceditur, ad conuincendam abſentis malitiam: & tunc priores citationes*

Aduerſus contumacé quomodo procedatur. Vide Gail. 1. obſer. 59. & 60. Ad peremptoriam citationem quomodo perueniatur. Vide VVur. tit. 6 de citat. obſeru. 7. per tot. Et quando treſcitatio-

nes præcisè requiratur. Vide Vvurmier. d.t.1. 6. de citat. obs 2. nu. 5. A. Reyger.

tationes desinunt peremtoria eſſe.

4. *Peremtorium ſtare in arbitrio iudicis.*

TRITVM & vulgare eſt, † ad hoc, vt quis dicatur contumax, trinâ opus eſſe citatione, vel vt Hermogenianus loqui-
1. tur, *in l. contumacia. ff. de re iud.* tria proponẽda eſſe edicta, aut vnum pro tribus, quod
2. vulgo Peremtorium appellatur: † Dummodò id in ſeſe contineat diſtincta dierum interualla ac ſi eſſent tres citationes quemadmodum in Camera Imp. in citationibus generalibus ad totam cauſam communiter obſeruari notum eſt: & habetur *in l. peremtorium ff. de iud. d. l. contumacia. ff. de re iud. & l. conſentaneum. C. quo. & quan. iud. & apud Specul. t.t. de cita. § iam nunc. ver. viſo.*
3. † Quandoque etiam potest etiam quartum peremptorium ad conuincendam rei abſentis malitiam proponi per textum elegantem *in l. & poſt edictum. ff. de iud.* Et tunc iſta quarta citatio dicetur Peremtoria, aliæ verò tres ceſſabunt peremptoriæ eſſe:
4. † Et ſi Peremtorium ſtat in arbitrio iudicis, an concludatur in finibus trinæ citationis, an verò manum ad quartam porrigat, ſicut pulchrè Zaſius loquitur *in d. l. contumacia, nu. 12 poſt Alex. ibidem:* quod eſt notatu dignum.

OBSERVATIO X.

Gail. 1. obſ. 54. per tot.

De requiſitis ad legitimam citationis executionem.

1. *Citatio qualibet tria extrema habet, & quæ ſint illa.*
2. *Eaque omnia actis iudiciariis inſerenda ſunt, aliàs totus proceſſus corruet.*
3. *Primum Citationis extremum eſt, Commiſſio iudicis.*
4. *Nuncio aſſerenti ſibi mandatam eſſe Citationis executionem, nõ creditur: niſi aliter conſuetudine receptum ſit: num. 5.*
6. *Alterum citationis extremum eſt, Executio eiuſdem.*
7. *Nuncio referenti ſe citaſſe, creditur.*
8. *Tertium extremum eſt Relatio nuncij: de qua conſtare debet, iudici priuſquam in contumaciam procedat.*
9. *Iudici ſemper liquere debet id, quod eſt cauſa iuriſdictionis ſuæ exercendæ.*
10. *Sufficit relationem nuncij actorum magiſtro, ſiue Notario fieri.*
11. *In Camera Imp. nuncij tenentur ſuam relationem ad finem executæ Citationis ſcribere.*

CVM citatio † quælibet tres partes habere dicatur, vel tria extrema requirit, nempe Commiſſionem iudicis citantis, Executionem nuncij, eiuſdemque Relationem citationis ab ipſo executæ, *iuxta Bald. in l. vlt. C. de ſen. & Felin. in c. gratum. de* 1.
offic. de leg. † Ea omnia actis inſerenda ſunt a conſcriptore, ſiue Notario actorum, vt ſic de his conſtare poſſit, extentque horum in actis teſtimonia: alias citatio, & ſententia, atque adeò totus proceſſus, in contumaciam factus, eſſet nullus, ſicut de hoc olim d. c. 11. *in c. Quoniam contra falſam. in verb. Citationes. num. 52 extr. de probat.* & habetur apud Maran. *in tract. de ord. iur. par. 6. t.t. de citat. nu. 14.* † Quoad primum ex- 2.
tremum, quod Citatio committi debeat, tradunt Bart. & Bald. *in l. neminem. C. de exhib. reu.* & plene Felin. *in c. 1. col. 6. de iudi.* idemque probatur per text. *in l. cum clericus: C. de Epiſc. & cler. & in l. ſed ſi hac §. prætor ait. ibi. in ius ſine permiſſu meo, ne quis vocet. & c. ff. de in ius voc. Et in c. de illicita. circa med. 24 quæſt. 3. & c. ex par. in ver. autoritate iudicis citatus, & c. de reſc. & in § quadrupli. vbi Dd. Inſt. de actio.* † Nuncio 3.
autem aſſerenti, ſibi mandatam eſſe citationis executionem, non creditur: cùm ſolennitas commiſſionis ſit extrinſeca, quæ regulariter non præſumitur, niſi probetur, *l. ſciendum. & ibi communiter Dd. ff. de ver. obli. cum ſimi.* † Si tamen aliter in quibuſ- 4.
dam locis conſuetudine receptum ſit, huic ſtari debet maximè in cauſis ciuilibus, *iuxta Bald. in d. l. cum clericus. & l. vlt. C. de exhib. reu. Maran. d. par. 6. tit. de citat. num. 25 & Vant. tit. de Nullit. ex def. cita. num. 40. & 41.* † Alterum extremum, quod cita- 5.
tionis fiat executio per ſe patet, cum ad hunc effectum committatur citatio, vt citando inſinuetur: † Et nuncio referenti ſe 6.
citaſſe credendum eſt, cùm in hoc officium ſuum, in quo iurauit, verſetur, *Ioan. And. in* 7.
add. ad Spec. titul. de cita. §. verſi. ſed nunquid credatur, Bart. in l. 1. §. cura. ff. de offic. præſ. & Iaſ. in d. §. quadrupli. Dicit tamen

Abb. *in c. cùm parati, de app.* Si citatus eſſet perſona circumſpecta & fide digna iuratóque aſſereret, ſe nûquam citatum fuiſſe, huic magis credendum eſſe quàm nuntio.
8. † Tertium denique extremum, nempè Relatio nuntij, cùm ſit actus ſubſtantialis, de ea conſtare debet iudici, priuſquam in contumaciam citati procedat, alias proceſſus contra citatum abſentem prorſus exiſtet nullus: *per text. in l. hoc autem. §. 1. ff. de quibus cau. in poſſ. & tradit Bart. in l. ſi finita. § Iulianus. colum. 4. verſ. Quaro vtrum. de dam. infec. idem in l. multum ff de cond. & demon. & Bald. in l. conſentaneum. col. pen. in fi. C. quo. & quan. iud.*
9. † Iudici enim ſemper conſtare, & liquere debet id, quod eſt cauſa ſuæ iuriſdictionis exercendæ alias non valet, quod agit, vt dicunt Dd. in locis iam allegatis. quibus adde *Maran. vbi ſupra num. 54 & ſeq. & Vant. tit. de nulli. ſent. ex defec. Citat. num.* 146
10. † Poteſt tamen relatio nuntij ſoli notario, ſiue magiſtro actorum fieri abſque præſentia iudicis qui eandem actis inſerere obligatur, vt ſic liquere poſſit iudici de contumacia citati. *iuxta Bart. Imol. & Alex. in d. §. Iulianus. & Sal. in l. eos. § ſuper C. de appell. & in aut. qua ſupplicatio. C. de preci. Imp. offe. itémque Maran vbi ſuprà num. 57.*
11. † In Camera Imp. prouiſum eſt, *par. 1 tit 38* quòd nuncij iurati Cameræ relationem ad finem originalis citationis conſcribere debeant, ad hoc vt ſit pars actorum, & vt iudex videat, an ritè & ſecundum formam Ordinationis facta ſit: nam ſi eam non rectè factam cognouerit, nuntium compellet, eam ſuis ſumptibus de nouo facere: idque meo tempore aliquoties contigit.

OBSERVATIO XI.

Gail. obſ. Hartman. Hartman. ti 7. de procurat. obſ. 1. n. 5. Maran. in l ſi actor, de procurator. A. Reyger.

Sententia an in dominum, vel procuratorem ſit ferenda?

1. *Procurator litem conteſtando iure communi efficitur litis dominus, & in ipſius perſonam ſententia concipi debet.*
2. *Aliter obſeruari in Camera Imp.*
3. *In cauſis iniuriarum etiam in Camera ſententia quandóque in procuratorem feruntur ad euitandam infamiam.*

De iure communi notum eſt, † quòd ſi quis in iudicio litiget per procuratorem, iſque litem ſit conteſtatus, per hoc efficiatur litis & cauſæ dominus: ideóque ſententiæ verba pariter in ipſius procuratoris, & non in ſui principalis perſonam concipi debent *l 3 § idem ſcribit ff. de procur. l. nulla dubitatio C. eo. & c. 1. §. 1. ext. eo tit. & per Spec. in tit. de ſent. § qualiter autem. numer. 6.* 1.
† Aliter tamen in Cam. Imp ſeruatur: quia licet ibi omnes cauſæ per procuratores agitentur, idque ex Ordinationis præſcripto, *par. 1. tit. 5.* nihilominus ſententiæ non in Procuratoris, ſed in ipſius Domini, ſiue principalis perſonam indiſtinctè profeuntur, ſiue dominus in initio litis comparuerit, litémque conteſtatus ſit, ſiue nunquam in iudicio præſens fuerit. 2.
† Quod tamen non procedit in cauſis iniuriarum, in quibus ad euitandam infamiam ſententia in procuratorem ferri poteſt, ſi ita iudici ſederit; eſt enim hoc in ipſius arbitrio, ex qualitate & atrocitate iniuriarum poſitum atque ita factum eſſe memini in cauſa iniuriarum *Vogelsberger*, contra Comitem VVilhelmum de *Furſtenberg*) & pleriſque alijs cauſis. 3.

OBSERVATIO XII.

De fatalibus interponẽda, introducenda & proſequenda appellationis.

Gail. 1. obſ. 139. cum duab. ſeqq. Hartman. Hartm. tit. 19. de appellat. obſ. 2. per tot. A. Reyger.

1. *Fatalia appellationum tria eſſe interponenda, introducenda & proſequenda appellationis.*
2. *Priora duo ſunt continua tàm in Camera, quàm iure communi, & numero 3.*
3. *Fatale, quod iudex à quo praefigit ad introducendam appellationem, ſimiliter continuum eſt.*
5. *Fatalia legis & hominis eiuſdem ſunt effectus.*
6. *Quamuis fatalia proſequenda appellationis in Camera non conſiderentur, nec ſuſtantia triennio pereat: tamen iis coram iudice à quo non ſeruatis appellatio pro deſerta in Camera habetur.*

7. Cau-

7. *Cautela procuratoribus vtilis, ne eis labantur fatalia.*

1. **F**ATALIA † ſiue tempora appellatio-
num tria eſſe, notum eſt: quædam e-
nim ad interponendam appellationem,
quædam ad introducendam coram iudice
appellationis, alia ad finiendam appella-
2. tionem ſpectant. † Priora duo, nempe in-
terponendæ & introducendæ appellatio-
nis tempora ſunt continua, & de momento
in momentum numerantur in Cam. puta
decendium intra quod appellari debet, &
ſemeſtre tempus ad introducendam appel-
lationem in Cam. præſcriptum, vel etiam
tempus, quod iudex, à quo appellatum
fuit, præſtituit. Niſi enim huiuſmodi tem-
pora exactè ſeruentur, appellatio pro de-
3. ſerta habetur. † De decendio eſt text. *in
auth. hodiè, & ibi Dd. C. de app. c. quò ad
conſultationem vbi dixi. ext. de re iudi. &
c. ſignificauerunt. de teſtib. & ibid. gl. in ver-
bo dies.* De introducendæ appellationis tē-
pore habetur text *in c. ſæpè vbi Phil. Fran.
nu. 15 & c. cùm ſit Romana. ibi elegans glo.*
4. *& c. perſonas. de appel.* † Idem eſt in fatali
à iudice à quo, ad introducendam appella-
tionem præſcripto. † Sunt enim vtraque
5. fatalia legis & hominis, eiuſdem effectus:
niſi quod Legis, à iudice à quo minui, non
autem prorogari poſſint: *glo. in d. c. cum ſit
Roma: verbo receſſiuus.* Hominis verò fatalia
ab ipſo iudice à quo intra terminum à ſe
conceſſum rectè prorogentur, *iuxta Fran.
6. in d. c. perſonas n. 17.* † Quamuis autem (*vt
ſuprà cent. 2. obſer. 48. diximus*) fatalia pro-
ſequendæ appellationis in Camera non at-
tendantur, nec inſtantia triennio pereat: ta-
men ſi huiuſmodi tempora coram inferio-
ribus iudicibus non ſint ſeruata, appella-
tio in Camera ſimiliter velut deſerta reii-
citur, nec acceptatur, ſed cauſa ad priorem
iudicem pro executione remittitur: quod
7. diligenter notandū eſt. † Et ideò pro cau-
tela traditur, vt procuratores coram iudici-
bus non ſemel, ſed pluries de ſua diligen-
tia, & fatalibus non lapſis, vel labendis pro-
teſtentur: *de qua vide latiùs Phil. Fran. in
c. ex ratione. n. 49. cum ſeq. de appel.*

OBSERVATIO XIII.

Vide Gail- ob. 6. n. 7. & obſ. 147. n. 8 A. Reyger.

An, & quibus caſibus à ſententia in poſſeſſorio iudicio lata appellari poſſit?

1. *Regula, Quod iure ciuili à ſententia in poſſeſſorio lata non appelletur, vera eſt, quò ad impediendam executionem, ſecus quò ad deuoluendam cauſam ad ſuperiorem: & hanc eſſe communem, num. 2.*
2. *Cauſam poſſeſſorij non ſemper modici eſſe præiudicij.*
4. *Ab omni interlocutiora in poſſeſſorio lata, etiam iure ciuili appellari poſſe.*
5 *Si de magno tractetur præiudicio, licita eſt appellatio in poſſeſſorio, etiam de iure ciuili.*
6. *Declaratio l. vni. C. ſi de momen. poſſeſ. & c. quod loquatur de tali poſſeſſione, quæ faciliter recuperari poſſit.*
7 *Pulchra illatio ex eo intellectu, d. l. 1. C. ſi de momen. poſſ.*
8 *Si miſſus in poſſeſſionem lucraretur fructus, appellatio licita eſt etiam in poſſeſſorio: idque in Camera obſeruatum.*

QVOD pro regula traditur, † à ſenten- 1.
tia, in Poſſeſſorio iudicio lata iure ci-
uili appellationem eſſe impermiſſam: hoc
verum accipitur, quò ad effectum retardā-
dæ executionis, quia per hoc executio la-
tæ ſententiæ non impeditur, *iuxt. text &
ibi Bal. in l. 1. C. ſi de momen. poſſ. & c.* Valet
tamen appellatio, quò ad deuoluendum
negotium ad iudicem ſuperiorem, *iuxta
Bart. in l. 2. col. 3. ff. de appel. recip. & Bald.
in d. l. 1. Item Panor. in c. cùm ad ſedem. cir-
ca fi. de reſtit. ſpoliat.* & Deci. *plenè con. 28.*
vbi tamen exiſtimat, indiſtinctè non appel- 2.
lari in poſſeſſorio. † Verùm ſuprà dicta
diſtinctio crebrius recepta eſt, & ſeruatur
etiam in practica: *ſicut Rob. Maran. teſta-
tur in tract. de ord. iudi par. 6. num. 294. I-
démque Panorum. con. 55. lib. 2. Lud. Rom. con.
224. in prin. & Spec. tit. de appel. § in quib.
ver. 6. ſequuntur, & ad hoc eſt text. in cle. 1.
in fi. de ſequeſtra. poſſ. & fruc. & in c. ex con-
queſtione. de reſtit. ſpoliato.* † Neque enim 3.
verum eſt ſimpliciter, cauſam poſſeſſorij
eſſe modici præiudicij. maximè quando a-
gitur de perdenda poſſeſſione, vt pulchrè
declarat Coraſ. *in l. naturaliter. § nihil cō-
mune, n. 26. ff. de acqui. poſſ.* & plenius Ma-

ran. *d. par. 6. ver. ſecundus actus. nu.* 301. vt
ſtatim dicam. † Porrò licet a diffinitiua la-
4. ta in poſſeſſorio iure ciuili non appelletur,
ſecus tamen eſt in interlocutoria: quia ab
omni interlocutoria lata ante diffinitiuam
in poſſeſſorio appellari poſſe, Angel. reſpõ-
5. dit *con. 46. in fi. & con.* 188. † Item iſta ap-
pellationis prohibitio in poſſeſſorio pro-
cedit generaliter, quando cauſa eſt leuis &
modici præiudicij, & tractatur de poſſeſſio-
ne momentanea, quæ ſcilicet momento ſit
permanſura apud vincentem, vt quia ſint
probationes ſuper petitorio in promptu:
ſecus vbi probatio petitorij eſſet difficilis,
& ſententia in poſſeſſoria lata traheret ſe
cum effectum perpetuum: eo caſu quia tra-
ctatur de magno præiudicio, indiſtinctè
appellari poterit etiam iure ciuili, ad im-
pediendam executionem, *iuxta Panorm. in
d. con. 55. Decs. con. 28. Bart. in l. 2. col. 2. & 3.
ff de appel. recip.* Ang. & Dd. communiter
6. *in d. l. 1. C. ſi de mom. poſſ. & c* † Vbi vulgò
modicitatem præiudicij in poſſeſſorio pon-
derant. Loquitur enim ea lex de poſſeſſio-
ne momentanea, innuens, quòd ſit talis
poſſeſſio, quæ de facili recuperari poſſit
7. per probationes in petitorio. † Ex quo e-
leganter infert Maran. *vbi ſupra num.* 301.
ad lites, quæ ſuper poſſeſſoriis nemorum,
& aquarum, aut ſimilium rerum inter vni-
uerſitates & communitates agitari ſolent,
quia vt plurimum propter temporis anti-
quitatem, cùm non extant inſtrumenta, di-
ſtinctionis territorium, per quæ probari
poſſit petitorium, idcò ſolùm ſe fundant ſu-
pra poſſeſſionem, quod ſcilicet ab antiquo
ſic poſſederint: hoc caſu ſi aliqua vniuerſi-
tas ſuccumbat in poſſeſſorio, difficulter ha-
bitura eſſet probatio in petitorio, & ſic ta-
lis ſententia haberet effectum petitorij,
& eſſet maximi præiudicij: meritò ergo
admittenda erit appellatio ad impediendá
executionem: non obſtante d. l. 1. C.
ſi de moment. poſſeſſ. quæ ſolùm de
momentanea poſſeſſione loquitur: er-
go ad poſſeſſionem longiore tempore
duraturam extendi non debet: quod
eſt memoratu dignum, quia huiuſmodi ca-
8. ſus cotidie contingunt. † Sed etſi miſſio
in poſſeſſionem talis eſſet, quòd miſſus in-
terim lucraretur fructus, appellatio pari-
ter licita eſt, *iuxta Ang. conſi.* 252. *& Af-
flict. deciſ.* 77. Et iuxta prædicta memini
in Camera Imp. iudicatum fuiſſe in cauſa
der Reicharten Gebruder) contra Virum
Braiten Vvinder) menſe Maio, anno 1551.
Sunt & aliæ pleræque exceptiones ſuprà
dictæ regulæ prohibitiuæ, nempè in poſſeſ-
ſorio iure ciuili non appellari, quas Dd.
communiter recenſent, in d. l. vnica. & ha-
bentur apud Mar. *vbi ſuprà à num.* 195. *vſ-
que ad num.* 305. *incluſiuè.* eò iuris ſtudio-
ſos remitto.

OBSERVATIO XIV.

Si teſtis aliquid dixit extra iudiciũ: & productus iudicialiter in teſtem, contrarium depoſuit, cui dicto ſtandum ſit?

1. *Quandò teſtis vnum dixit extra iudicium, & in teſtem iudicialiter productus contrarium aſſeruit, cui dicto ſtandum ſit, Dd. variare.*
2. *Communis opinio eſt, ſecunda atteſtationi iudiciali credendum eſſe: & num. 3.*
4. *Si teſtis in iudicio contrarium depoſuit eius, quod prius extra iudicium dixit, producens iuſtam habuiſſe cauſam litigandi præſumitur.*

Gail. 1. obſ. 104. nu. 78. Teſtiũ autem in eadem cauſa coram arbitrio & Iudice examinatorũ quibus dictis ſtandum, Vvurmſ. tit. 18. de teſtibus obſeru. 8. num. 1. A. Reygoſ.

SI teſtis in diuerſis iudiciis contraria di-
xerit, an & quando fidem faciat, ſuprà
cent. 2. obſeru. 86. latè diximus. † Quid au- 1.
tem, ſi teſtis aliquid verum aſſeruit extra
iudicium, & productus deindè in teſtem
in iudicio contrarium depoſuit, cui dicto
credendum ſit, quæritur? Sanè interpretes
in hac quæſtione variè loquuntur, & ſibi
parùm conſtant, *vt per eos in c. per tuas.
ext. de. probat. in c. cùm cauſam. ca. cum in
tua. & c. de teſtib. ext. de teſtib.* plæriſque
volentibus primo dicto extraiudiciali, aliis
contrà ſecundo dicto iurato ſtandum cen-
ſentibus: nonnullis denique neutro dicto
adhibendam eſſe fidem opinantibus: vt per
eos in dictis locis, & Bart. *in l. eos. 2. ff. de
falſ.* vbi addit etiam, talem teſtem de falſo
puniendum: *per d. l. eos.* 2. quæ tamen hoc
non probat: quia de his loquitur, qui varia
& diuerſa teſtimonia in iudicio protulerũt.
† Communiter tamen in hoc itũ eſt, in tali 2.
ſpecie

Digitized by Google

ſpecie ſecundæ aſſertioni iudiciali credendum eſſe, cùm illam ſub iuramenti religione dixerit: licet ei aliqualiter detrahatur ex priori dicto contrario, *vt Pan. ait in d. c. per tuas poſt nu* 11. Et hanc ſententiam primò tradidit gl. in d c. cum cauſam. & ibi Ioan. Andr. vbi dicit, Canoniſtas ferè omnes contra Bart. tenere: quam deinde ſecuti ſunt *Bald. in l. nullum in princ. C. de teſtib. & in c* 1 *§. ſi enim duo teſt. Quid ſit inueſt. idem conſi.* 168. *licet aſſeſſores. lib.* 5. *Io. de Ana. in c. inquiſitionis. §.* 3. *de accuſ. Lud. Rom. in l. quis bona. § ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infe. idem conſi.* 405. *Cùm teſtis extra iudicium. Sal. in auth. ſi dicat. C. de teſt. Fel. in d. c. cum in tua. & nouiſſimè Crot. in l filiusf. § diui. n.* 161. *in fin ff de leg.*

3. 1. † Et hanc eſſe magis communem, atteſtatur *Alexan. conſ.* 74. *viſo teſtamento. & conſi.* 221. *viſa facti narrat. col.* 4. *lib.* 2. *idem Alexan. conſi.* 81. *n.* 20 *lib.* 3. *& conſ.* 154. *nu.* 11. *lib.* 5. *Grau. conſ.* 6. *colum.* 4 *& Hipp. de Marſil ſing.* 212. *& latè Ang. in tract. maleſ. verbo falſario. & Guid. Pap. deciſ.* 593. Illud quoque velut pro coronide addere

4. lubet: † Si teſtis in iudicio contrarium deponat eius, quod extra iudicium iactabat, per hoc excuſari producentem, adeò vt videatur iuſtam habuiſſe cauſam litigandi, *ita Iaſ. ſing. in l. properandum. § ſin autem alterutra. C. de iudic. idémque Bald. voluit conſi.* 138. *& conſ.* 386. quod memoria dignum eſt.

OBSERVATIO XV.

Appellare prohibitus, non prohibetur ſupplicare & de differẽtia vtriuſque remedij:

1. *Si ſtatuto vel priuilegio appellationes ad certam ſummam reſtricta ſint, intra quam appellare non liceat, ſupplicare tamen grauatis permittitur ad eundem iudicem.*
2. *Et talis ſupplicatio intra decendium fieri debet, ad inſtar appellationis.*
3. *Supplicationem & Appellationem in multis differre.*
4. *Appellatione pendente non poteſt fieri executio: ſecus eſt in Supplicatione.*

INTERDVM † appellationes vel ſtatuto vel priuilegio ad certã reſtringuntur ſummam, intra quam appellare ad ſuperiorem non licet (ſicut etiam in Ordin. Imp. Cameræ factum eſt par 2. tit. 28 §. *vnd ſonderlich:* quæ ſumma deinde in Comitiis Imp. anno 1570. Spiræ habitis ad centum & quinquaginta florenos aucta fuit, ad coercendam temere appellantium malitiam & temeritatem.) tunc ne hi, qui putant ſe eſſe grauatos, omni iuris auxilio excludantur, ipſis vel ſupplicare vel querelare permittitur, ad eundem iudicem, vt is cauſam, ſiue acta reuideat, & grauamen tollat: *iuxta Bald. conſ.* 272. *lib.* 2. *& Brun. in tract. de conſ.* † Et talis ſupplicatio vel querelatio intra decendium fieri debet, perinde vt in appellationibus, *per gloſſ. ſingularem in l. vnica. C. de ſent. praf. prato. & Bald. in l. vlt. C. de temp. appel. & Spe. tit. de ſupplicat §. ſupplicari.* In hoc enim parificantur ſupplicatio & appellatio: † Licet in multis alias differant, *iuxta Maran. in tract. de ordi. iudi. part.* 6. *actu.* 2. *n* 15. *& multis ſeqq & Dd. præſertim Iaſ. in auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. imp. offe. vbi vide.* † Inter cætera autem ſupplicatio ab appellatione etiam in hoc differt, quòd appellatione pendente non poteſt fieri executio, *toto titu. Nil innouan. appel. pend.* ſed pendente ſupplicatione executio permittitur: ſic tamen, ſi eam poſtulans ſatiſdet de reſtituendo, ſi ſententiam priorem retractari contingat, *per text. in d. auth. quæ ſupplicatio. idémque Panorm. tradidit in c. ex literis. ext. de reſtit. in integ. & Spec. titul. de ſuppli §. 1. verſ. ſolum tamen. & §. differt. itémque Bald. in d. auth. quæ ſupplicatio. in* 2. *notab. in quibus locis amplius videre poteſt.* 1. 2. 3. 4.

OBSERVATIO XVI.

Teſtẽ inopinatò repertũ in iudicio, examinari poſſe ſine citatione praeuia.

Facit doctrina Gail. 8. obſ. 51. n. 8. ſup. obſ. 6. nu. 8. A. Reyger.

1. *Teſtis ex improuiſo repertus in iudicio, ad teſtificandum, abſque citatione cogi poteſt.*
2. *Etſi ſtatutum in actu aliquo citationem requirat, ſi tamen partes ſint præſentes actu abſque citatione expediri poteſt.*

3. *Partibus præſentibus non opus eſt præcepto peremptorio.*

4. *Declaratio priorum axiomatum.*

1. QVÆRI ſolet, † An ſi teſtis aliquis inopinatò & præter ſpem reperiatur in iudicio, abſque citatione ad dicendum teſtimonium produci valeat? Et Iaſon cenſet, ſi præſens ſit in iudicio, eum ſine præuia citatione & iurare & examinari poſſe, *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. n. 27. ff. de offic. proconſ. & leg. vbi allegat Bald. ibidem in 6. col. per l. poſt legatum. §. ſi verò ff. de his quibus vt indig.* quia cùm finis citationis ſit, comparitio, fruſtrà citatus, qui aliàs eſt præſens in iudicio. *ſecundum Imo. & Ioan. And. in c. 1. de electio. lib. 6. & Butri. in c. in nomine ext. de teſtib.* † Hinc ſingulariter dicit Bald. *in*
2. *auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæred. abſtin.* etiamſi ſtatutum expreſſè requireret in aliquo actu citationem, ſi partes ſint præſentes, illum actum poſſe ſine citatione expediri: quod dictum commendat Lud. Roman. *in l. 1. col. 4 ff. de arbi.* † Amplius i-
3. dem Bald. tradit. *in d. auth. ſi omnes & in l. 1. & l fin. C. quo. & quan. iu.* partibus præſentibus non exigi præceptum peremptorium, quod tamen definitiuam præcedere debet † Verum prædicta ſic ſunt mode-
4. randa, dum modò præſens in iudicio certior fiat de actu celebrando, aliàs actus dicetur factus tanquam contra abſentem, & non ſubſiſtet. *ita Bart. eleganter in l. furioſo. in fin. ff. de re iudic.* Item niſi quis eſſet in iudicio ob aliam cauſam vel litem propter quam fuiſſet, citatus, ſecundum Bald. *in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ.* quem tamen Alex. reprobat *in l. de vnoquoque. col. 2. ff. de re iud.*

OBSERVATIO XVII.

Etſi ſtatuto cautum ſit, quod in cauſis ſumariè procedi debeat, proceſſus tamen ordinariè factus, valet.

1. *In cauſis ſummariis etiamſi ordinariè procedatur, proceſſus tamen valet.*
2. *Iudex in iudicio ſummario ab articulis incipere poteſt, iiſque deductis & probatis ad ſententiam procedere.*

SI lege † municipali alicuius loci diſpo- 1.
ſitum ſit, quòd in cauſis iudiciariis ſummariè procedi debeat, & iudex nihilominus ordinario proceſſu vſus fuerit in aliqua controuerſia, dubitabatur, an talis proceſſus iure ſubſiſteret; Et Domini (cum hæc quæſtio in facto contigiſſet) cenſuerunt proceſſum valere, per ea, quæ ſingulariter decidit Bald. *in l. nulla. circa finem. ff. de legibus.* arg. illius textus, & eorum, quæ habentur apud Innoc. *in c. nouit, col. 1. poſt prin. ext. de iudic.* vbi dixit, ſeruare ordinem iudiciarium in cauſis ſummariis non poſſe nocere: idémque reaſſumit idem Bald. *in l. teſtamentum. 3. notab. C. de teſt.* & vtrumque dictum commendat Fel. latè tractans *in c. cum dilecta colum. 14. verſi.* 2.
ampliatione de reſcript. † Ex quo conſequitur, iudicem etiam poſſe in tali caſu incipere ab articulis, eiſque deductis ac probatis confeſtim ad ſententiam procedere, quemadmodum ſingulariter Ioan. Mona. notauit *in c. vlt. de hæreti. lib. 6.* quod dictum refert, & ſequitur Lud. Rom. *conſi 519. in caſu propoſita.* cum aliis multis per Hipp. *ſingul. 1 2. incip. clauſula ſummariè* adductis: de quo quia ſuprà *cent. 3 obſ. 60* plura diximus, hîc repetere ſuperuocaneum fuerit.

OBSERVATIO XVIII.

Prælatus etſi feudum nouum, tanquam antiquum concedat, tamen non ſortitur qualitatem feudi antiqui, ſed nouum manet.

Gail. 2. obſ. 50. n. 1. ibi. Secus ſi potestatem &c. Cōſt. Schrader. p. 2. c. 3. à n. 72. ad 78. A. Reyger.

1. *Feudum nouum conceſſum iure antiqui feudi, naturam antiqui feudi ſortitur ex receptiori Dd. opinione.*
2. *Hoc in feudo tantùm ſeculari locum habet, non etiam in Eccleſiaſtico.*
3. *Curtij in ea quæſtione opinio: eiuſdémque limitatio.*

QVOD † ſuprà *cent. 4. obſ. 84.* docui- 1.
mus, communiori interpretum conſenſu receptum eſſe, ſi feudum nouum alicui concedatur tanquam antiquum vel paternum, illud antiqui feudi naturā ſortiri, *per iura ibi alleg.* † Ea tamen doctrina ſic 2.
temperan-

temperanda eſt, vt in feudo tantùm ſeculari obtineat, non etiam in Eccleſiaſtico. Prælatus enim non poteſt feudum nouum ita concedere, vt pro antiquo habeatur proptereà quòd Prælatus Eccleſiæ conditionem deteriorem facere, & res Eccleſiæ non ſolitas infeudari; in feudum dare prohibetur, *iuxta l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccleſ. & c. cùm apoſtolica: de his quæ fi. à præla. Atque ita Bal. ſingulariter in præla. feu. col. 10. ver. tertia diuiſio. Soc. con. 4 num. 18. ver. quinimò etiam lib 3. Lau in c. 1. in princ. n. 18. de his qui feu. dar. poſſ. & Alciat. in*
4. *tr. de præſum. reg. 3 præſu. 28. tenent.* † Curtius tamen *in tract. de feud. par. 1. q. 8. nu. 1c, cum ſeq.* in contraria opinione, ob id, quod feudum præſumatur antiquum, & non nouum Sed hoc tunc procedit, quando ab iis conceditur, qui nouum feudum iure antiqui dare poſſunt: quales ſunt Principes ſeculares, aliàs ſecus, iuxta communiter Dd. quod nota ad limitationem dictæ obſ. 84. ſupra cent. 4.

De Iudicibus in cauſa feudali vid. Gail. obſ. 1. n. 54. & ſeq. Paribus curiæ deficientibus vel ſuſpectis quis iudicet in cauſſa feudali. Hartman. tit. 14. de feud. obſ. 11. n. 4. A. Reyger.

OBSERVATIO XIX.

Controuerſia inter dominũ & Vaſallũ orta, in quibus caſib. nõ apud Pares, ſed corã Ordinario agitari debeat?

1. *Contentio inter Dominum & Vaſallum à Paribus decidenda eſt regulariter.*
2. *Limitationes & caſus ad prædictam, quibus ad Ordinarium iudicem recurrendum eſt: vſque ad finem.*

VVLGO receptum, clarique iuris eſt,
1. † controuerſiam inter Dominum & vaſallum exortam per Pares curiæ examinandam, finiendámque eſſe, quemadmodum ſuprà *cent. 4. obſer. 89.* annotauimus.
2. † Ab hoc tamen dogmate aliquot ſingulares caſus excipiuntur, in quibus Pares tali ſpecie non ſunt iudices, ſed ad Ordinarium loci recurrendum eſt: quales ſunt, ſi pares ſint ſuſpecti ex rationabili aliqua cauſa *iuxta Bald. in c. vnico. An apud iud. vel Cur. &c.* Vel ipſi Pares in teſtimonium producendi eſſent inter Dominum & Vaſallum, *ſecundum Feli. in c. cæterùm. ext. de iudi. & Curt. in tract. de feud. part. vlt. nu.* 38. Vel nulli pares extarent, *Panorm. in d. c. cæterùm. nu. 7. & gloſſ in c. Imperialem. §. præterea. de prohib. feu. alie. per Frid.* Aut denique inueterata conſuetudine inductũ eſſet, ne Pares curiæ ſint iudices: nam conſuetudini ſtandum erit, *per iura vulg.* Et iſtis caſibus ad Ordinarium recurrendum eſſe communiter obtinuit, vt is inter Dominum & Vaſallum cognoſcat. *Vide de hoc ſingulariter Blanc. de feud. in 4. par. n. 12. 14. & 18.*

OBSERVATIO XX.

Iudæi quale iuramentum in Camera præſtent, & ſi contraueniant, quomodo ſint puniendi?

Iudæo quomodo iurã dũ de calũnia, vvurt. tit. 14. de iuram. obſ. 6. per tot. A. Reyger.

1. *Iudæo in Camera Imp. iuramentum deferri poſſe.*
2. *De forma iuramenti à Iudæo præſtandi.*
3. *Iudæus ad obſeruantiam iuriſiurandi à ſe præſtiti, perinde, vt Chriſtianus, obligatur, aliàs contraueniens vt periurus punitur: etiam per Eccleſiam, num. 4.*

ALIBI diximus, † in Camera Imperia- 1.
li iuramentum Iudæo deferri poſſe: *cent. 5. obſ. 6.* Videndum ergo ſi quando illis in iudicio deferatur iuſiurandum, quomodo iurare debeant. † Et ſciendum, eos 2.
non per Chriſtum, nec per ſacra Euangelia, ſed per legem Moſaicam, & ſuper decem Dei præcepta iurare oportere, *ſicut declarat Spe. in tit. de iur. cal. § relat. ver. ſed pone Iudæus. item Fel. in c. 1 vlt. ext. de Iuda. Soci. con. 66. col. 10. vol. 1. Bart. in l iuſiurandum. §. ait prætor, in fin. ff. de iureiur. & And. de Iſern. in conſt. ſi quis in poſterum col. pen.* Quinimò hodie in Ordin. Cam. Imp. peculiaris forma præſcripta eſt, quam Iudæi iurando ſeruare coguntur. † Quod 3.
ſi iuramentũ aliquod ſub ea forma Iudæus præſtet, tunc ad eius obſeruantiam perinde ac Chriſtianus, à Iudice compellendus eſt: & ſi non obſeruet, ſed contraueniat, ipſum ad inſtar Chriſtiani tanquam periuriũ puniendum eſſe. And. Iſer. in loco iam citato rectè tradidit, quem Socin. *in d. con. 66. col. antepe. ver. primum quidẽ,* ſecutus eſt. † Addens, Iudæum periurum puniri poſſe etiã

per Eccleſiām, non quidem pro eius ani-
ma (quia Eccleſia non curat de Iudæi ani-
ma: *c. gaudemus. de diuort.* cùm damnata
priùs ſit, *iuxta Paul. de Caſtr. conſi. 9. col.
2.*) ſed vt caſtigetur ipſius corpus ratione
delicti, ne remaneat impunitum, *l. ita vul-
neratus ff. ad leg. Aquil. cum ſimilibus.* quam
ſententiam probat quoque Affli. *in conſt.
Eos qui ſcienter. col. 6. ver. nono quæro.* cui
adde Alex. & Iaſon. *in l. 3. §. iurari. ff. de iu-
reiur.* Et quod magiſtratus ſecularis poſſit
Iudæum delinquentem punire, voluit etiā
Gui. Pap. *deci. 63. & ibi pulchra diſtinctio ex-
tat, in prima addi. quam vide.*

OBSERVATIO XXI.

Pauperibus quomodo iudex gratis iuſtitiā adminiſtrare debeat. Vide Gail. 1. obſ. 43. nu. 16. & ſeq. A. Reyger.

*Caſus aliquot recēſētur, in quibus liti-
ganti, ſi pauper ſit, alimenta debēt
conſtitui vſque ad finem litis.*

1. *Litigans ſuper bonis communibus, vel ad ſe pertinentibus, ſi præſumptionem pro ſe habeat, nec ei ſufficiant ſumptus ad proſequendam litem, ſumtus illi decerni debent.*
2. *Idem in vxore locum habet, eique lite pendente miniſtranda expenſa.*
3. *Et in controuerſia filiationis, ſi ex Carboniano Edicto agatur.*
4. *Item in ſorore petente legitimam.*
5. *Sed etſi mulieri obiiciatur, eam non fuiſſe vxorem, alimenta illi danda ſunt, donec cognoſcatur, an ſit vxor.*
6. *Vxori cui dos non eſt reſtituta, quando alimenta debeantur Dd. variare.*
7. *Communis ea in quæſtione opinio.*

1. QVANDO † aliquis litigat ſuper bonis,
quæ prætendit communia, vel ad ſe
pertinere, & aliquam pro ſe præſumptio-
nem habet, tunc illa præſumptio tantùm
operatur[1], quòd aduerſarius interim obli-
getur ipſi ſubminiſtrare ſumptus litis, ſi a-
liundè non habeat, vnde litiget, & cauſam
proſequi poſſit: *ita eleganter Alcia. tradit in
tract. de præſum. regul. 3. præſum. 9. vbi iura
allegat.* Et (hanc doctrinam adprobârunt
Domini Aſſeſſores meo tempore in cau-
ſa Annæ *Sallerin*) contra defuncti ſui ma-
riti creditores, relata mēſe Maio, anno 1551.
& faciunt ad hoc, quæ ſcribunt Dd. *in c. ſi
qui teſtium. ext. de teſtib. & Bal. in l. vlt. C.
de ordi. cogni.* & quæ habentur apud Felin.
in c. ex parte. de accuſa. † vbi tenet, illum 2.
textum etiam in vxore locum habere, cui
pendente lite miniſtrandæ ſint expenſæ:
& ita ſingulariter ſcribit Hoſtien. voluiſſe
*in ſum. eiuſdem tit. §. ſi quis poſſit. ver. quid
ergo ſi contingat.* † Sic quoque traditum 3.
eſt, ſi controuertatur, An aliquis ſit filius,
& agatur ex Carboniano Edicto, ipſi filio
lite pendente præſtanda eſſe alimenta, *ſe-
cundum Spec. tit. de pri. & ſec. decre. § videm-
dum eſt, verſ. idem quoque. & Matt. de Af-
flict. deciſ. 152.* † Pari ratione ſororem pe- 4.
tentem legitimam alimentandam eſſe, e-
tiam in prima inſtantia, idem Afflict. cen-
ſuit *deciſ. 11.* † Quinimò etiamſi mulieri 5.
alimenta petenti obiiciatur, quod non
fuerit vxor, interim tamen alimenta ha-
bere debet, donec cognoſcatur, an ſit v-
xor, *per l. ſi neget. ff. de lib. agnoſ. &
Spe. tit. qui fil. ſint legi. ver. quid ſi mulieri.
n. 32.* † Cæterum an & quandò vxori de- 6.
beantur alimenta, cui dos non eſt reſtitu-
ta, variæ ſunt opiniones Dd. *vt apud Bar.
in l. atqui natura. §. non tantum ff. de neg.
geſto. Alex. conſi. 63. lib. 4. & Ang. conſi. 369.
vbi multas opiniones recenſet: item apud
gloſſ. & Bart. in l. vnica §. exactio. C. de rei
vx. act. vbi ſimiliter variè loquuntur:* in hoc
tamen communiter itum eſt: † Si vxor ha- 7.
beat alia bona, vnde ſe alat, non deberi, ali-
menta, aliàs ſecus: *& ibidem in addit. ſcribi-
tur, hanc eſſe communem, iuxta Dd. in l. di-
uortio ff. ſolut. matrim.*

OBSERVATIO XXII.

Gail. 2. obſ. 102. n. 13. 14. & ſeq. de pac. publ. lib. 1. c. 18. n. 21. & 23. Hart. Hartman. tit. 22. de pact. & tranſact. obſer. 1. & 2. per tot. A. Reyger.

*Tranſigens ſuper crimine aliquo, an
& quando pro confeſſo & conuicto
habeatur?*

1. *Tranſigens ſuper crimine inferente pœnam ſanguinis, non habetur pro confeſſo, nec infamiam incurrit.*
2. *Sub legis autoritate nemo decipiendus.*
3. *In aliis verò delictis, in quibus tranſactio iure prohibetur[1], tranſigens pro confeſſo habetur, punirique poteſt.*
4. *Cautela, vt quis ſuper huiuſmodi delictis tranſigens non habeatur pro confeſſo & conuicto: Remiſſiuè.*

Declara vt VVeſēbec. de trāſact.

QVÆSTIONIS eſt, An, ſi quis tran-
ſigat ſuper aliquo crimine, ſiue de-
licto,

Digitized by Google

n. 5. vbi q. ante inſtitutā accuſationem & cœptū litis cōteſtatiōe iudiciū liceat paciſci & tranſigere.
A. Reyger.

1. omnium. C. de teſta. † An teſtamentum factum coram Principe, vel apud acta inferioris iudicis abſque teſtibus ſubſiſtat & iure valeat? Nam Accurſ. *in d. l. omnium, verbo teſti.* videtur velle, quod requirantur teſtes, ſed numerum non exprimit.
2. mit. † Bartolus verò ibidem duos ad minus teſtes neceſſarios eſſe cenſet: cui Alexan. ſubſcribit *in verſ. Vtrum autem requirantur.* addens hoc pendere ab illo dubio, An acta iudicij exigant teſtes: de quo variant. Dd. *in l. donationibus C. de dona. glo. in Nouel. de hared.* & *falci.* §. *ſin verò abſint. verbo, quantum ad hoc.* Nam Bart. d. l. in donationibus ita ſummat, In actibus iudicialibus non ſunt neceſſarij teſtes: & ſubiungit, Tene menti iſtam legem, quòd illud verum ſit in his, quæ de ſui natura in iudicio ſunt explicanda: ſicque loquatur d. l. in donationibus. & ſic videatur, quòd ſi fiat in iudicio apud acta teſtamentum, vel alius actus, qui de ſui natura non ſit in iudicio expediendus, ſtandum eſſe regulæ, quæ dicat, † Quòd actus Notarij debent habere teſtes, *vt in* §. *oportet autem. in Nouel. de teſtib.* Idque potiſſimum iuxta Alex. & Bald. in teſtamentis ſeruandum videtur, in quibus iura maiorem ſolennitatem, quàm in aliis actibus adhiberi volunt. † Cæterùm Ricar. Malumb. Riminal. Raph. Fulgo. Caſtren. & Iaſon. *in d. l. in donationibus,* & *l. ſancimus. C. de donat.* contrà tenent, teſtamentum confectum coram iudice, ſeu actis cuiuſcunque iudicis inſinuatum, valere abſque teſtibus, nec vllos tali caſu teſtes requiri, † Et hanc ſententiam Camera olim ſecuta eſt, quæ vſu quoque, & in practica paſſim ſeruatur, & apertè probatur in d. l. omnium. Nam textus ibi æquiparat paria eſſe, vel quòd teſtamentum fiat apud acta, vel coram auribus priuatorum, & ſic coram ſeptem teſtibus Item probatur per d. l. ſancimus, C. de teſtam. dum inquit. Non minus tribus, vel inter acta, manifeſtauerit: & ſic textus alternatiuè loquendo euidenter innuit, quod acta habeant vim teſtium, quot alias requirantur in actu. † Ætiologia eſt: quia quandò actus fit coram iudice, non eſt neceſſarium teſtes interuenire: cùm in iudicio ſemper præſumatur adeſſe multitudo teſtium: quemadmodum Fulg. Caſtren. & Iaſon ibidem eleganter explicant, quos Moderni communiter ſequuntur: vide etiam *Guil. Bened. in c. Raynutius. verſ teſtam. nu.* 18. & 2. *de teſta. Boer.* 228. *n.* 3. *vbi plures refert.* & *Hier.* Schurff, *conſ.* 77. *cent.* 1. & *conſ.* 71. *cent.* 2.

3
4
5
6

OBSERVATIO LXX.

Alienationes oẽs in feudis prohibitas eſſe: & quid ſit in ſpecie alienationis, qua De alienatione feudi.

Digitized by Google

prohibita, vide Hart. Hautmán. tit. 54. de feudis obſ. 57. A. Reyger.

quæ fit ob vrgentem neceßitatem?

1. *Vaſallus hodierno iure feudum abſque conſenſu Domini alienare prohibetur: & n. 3.*
2. *Et Verbum Alienationis, in materia feudali largißimè accipitur.*
4. *Vaſallus an ob famem, vel aliam neceßitatem feudum abſque Domini conſenſu alienare poßit? & n. 5. vſque ad finem.*

1. EX iure feudali notum eſt, † Quòd Vaſallus hodie feudum abſque conſenſu
Domini alienare prohibeatur, *c. 1. de prohi. feu. alie. per Loth. & c. vni. de prob. feud. ali. per Fri.* adeò, quod nec vendere illud, nec
ad longum tempus locare, aut in emphyteuſim, vel dotem dare, vel alteri oppignorare, legare, aut donare, nec etiam pro ſalute animæ ſuæ, Eccleſiæ, xenodochio, aliiſ-
2. que piis locis concedere poſſit *iuxta Feudiſtas communiter in prædictis titulis.* † Quia
in materia feudali Alienationis verbum latiſſimè accipitur, vt prædicta omnia comprehendat, & omnem actum ſignificat, per
3. quem dominium transfertur. † Itaque cùm
feudum ſine Domini cõſenſu alienari prohibeatur, non diſtrahi tantùm vetatur, ſed & donari, legari, permutari, & in ſolutum dari: his enim modis omnibus dominium tranſit. Sed etſi dominium non amittatur deterior tamen quouis modo conditio rei fiat, alienata dicitur, *l. vlt. C. de reb. alie. non alie.*
4. † Quapropter in quadam cauſa, in
Camera Imp. diſcuſſa, dubitatum fuit, an ſaltem propter famis, vel aliam neceſſitatem vaſallus feudum ſuum abſque conſenſu Domini alienare poſſet? Nam Baldus (quem alij ſine controuerſia ſecuti ſunt) *in c. vnico. Quali. ol. feud. alie. pote.* tradidit, id eum non poſſe, *per textum in c. quam in*
5. *Eccleſiarum, de conſtit.* † Verùm Domini
hanc Baldi & ſui ſequacium opinionem ſic temperandam exiſtimârunt, vt vera ſit, ſi neceſſitas, quam Vaſallus patitur, non admodum vrgens exiſtit. Quamuis enim vaſallus feudum alienando directo dominio, quod penes Dominum remanſit, ſe non immiſceat: quia tamen feudi dominus in feudo ſuperioritatis ius habet, hoc caſu vaſallum ſine eiuſdem conſenſu, feudum ſuum alienare non poſſe probabile eſt, *arg. c. ſi quis propter neceßitatem. de furt.* Verùm ſi fames, aut alia neceſſitas tam vrgens ſit, vt niſi eidem per feudi alienationem ſubueniretur, vaſallo, vel liberis, vel eiuſdem vxori vitæ periculum adferri poſſet: hoc caſu vaſallum ad huiuſmodi neceſſitati ſubueniendum, feudum ſuum impune alienare poſſe, naturalis æquitas exigit. Nam & videmus huiuſmodi neceſſitatem actum alioqui improbiſſimum probabilem reddere, *l. vlt. C. de patri. qui fil. diſtra. l. vl. vim. ff. de iuſti. & iu. & cle. vnica in prin. de homi. vol. &c.* Ergo & alienationis actum non ita probabilem, reddet probabilem, *ſicut Hanneto. etiam tradidit in tract. de feu. lib. 3. c. 5. ad fin.*

Huic è diametro contradicit Schrader p. 8. c. 1. nu. 10. & 11. & cõmuniter feud. ſtæ, Bald. Alvarott. Præpoſ. & alij in c. 1. imp. arg illius text. Qual. feud. olim &c. Curt. in tracta. feud. 4. part. n. 107. Zaſ. in tr. feu. dal. 9. part. nu. 14. Dn. Hart. Piſt. Quæſt. 6. nu. 49. & ſeqq. Borcholt. in tr. feuda. c. 8. n. 66. Petr. Gregor. in Syntag. iur. lib. 6. c. 7. n. 4. in fi. A. Reyger.

OBSERVATIO XXXI.

An pater ſub conditione nubendi tali, vel tali, vel cum certo genere perſonarum, inſtituere filias poßit?

1. *Inſtitutio filiæ facta ſub conditione nubendæ perſonæ an iure ſubſiſtat?*
2. *Negatiua opinio.*
3. *Affirmatiua: & hanc eſſe communem, num. 5.*
4. *Exempla ex Oldrado & Fulgoſio.*
6. *Conditio nubendi cum certo genere perſonarum, generaliter admitti videtur: limitatur vt n. 7.*

QVIDAM. † Titius inſtituit filiam ſuam 1.
ſub conditione nubendi ex certa familia: dubitatum fuit, An talis inſtitutio
iure ſubſiſtat? † Et non videtur, cùm facul- 2.
tas nubendi libera eſſe, nec libertas matrimonij arctari aut reſtringi debeat, *iuxta c. 1. & ibi Ioan. de Butr. Abb. & Fel. de ſponſa. matri. & c. vlt. de ſecun. nup. Alex. conſ. 97. per totum. lib. 1. Deci. conſ. 231. per totum. idem in l. nuptias nu. 7. & multis ſeqq. ff. de regu. iur. Alcia. reſponſ. 53. nu. 15. 16. 17. & Guil. Bened. in c. Raynut. ver. Qui cum alia matrimonium contrahens. de teſta.* † In con- 3.
trarium vrget, quod vulgò traditur, & ſi quis metu pœnæ ad matrimonium adſtringi nequeat, ſpe tamen præmij ſollicitari poſſit, *per l. Titio centum. 1. vbi Bart. & alij. ff. de cond. & demon. Capel. Thol. decis. 292.*

Digitized by Google

4. *ibi latè Steph. Aufre.* † Hinc eſt, quod Old.
ex facto conſultus reſpondit, valere teſta-
mentum paternum, in quo pater filias in
triente legitimo inſtituit, & deinde in tota
hæreditate ſub conditione, Si nupſerint
mercatoribus, *in conſ. 16. incip. Thema tale
eſt, Titius.* Idem, ſi inſtitutæ fuerint ſub
conditione nubendi ciuibus non alienige-
nis, vt Fulg. reſpondit *conſ. 61. Domina Ca-
tharina.* vbi etiam idem obtinere tenuit. ſi
fuerint inſtitutæ ſub conditione nubendi
in certa familia. Idem latè tradidit Guil.
Bened. *in d. c. Raynut. ver. Cuidam Petro
tradid. n. 1. vſque ad nu. 12.* & Dida. Couar.
in epito. in 4. lib. Decret. ſecunda par. c. 3. §.
5. *1. n. 6. 7. & 8.* † Communitérque hoc re-
ceptum eſſe Alci. fatetur *in l. Titia. in princ.
n. 8. ff. de verb. oblig.* & Soc. Iun. *in l. ſtipula-*
6. *tio hoc modo concepta. ff. de tit.* † Quinimò
generaliter admitti videtur conditio nubē-
di cum certo genere perſonarum, quia ſic
non cenſetur adempta facultas nubendi:
vt tradit Bart. *in l. edictmus. C. de muriteg.
lib. 11.* & alij relati per Feli. *in c. 1. n. 23. verſi.*
7. *ſexto fallit. de ſponſa. & matri.* † Quod ta-
men ſic accipiendum eſt, ſi modò conditio
perſonarum illarum conueniat conditioni
mulierum, ita vt nuptiæ non ſint futuræ
dedecori ipſis mulieribus, & reſtrictio illa
ad certum genus perſonarum non ſit one-
roſa matrimonio: quia ſcilicet, non facilè
inter eas perſonas poſſint mulieres nuptias
inuenire: *per text. in l. cum ita legatum. l.
hoc modo. ff. de condi. & demon.* Et hanc
Bart. declarationem Oldrad. quoque *in d.
conſ. 16. q. 1.* Et Fulgo. *in d. conſi. 62. verſi. in
diuerſam partem*, itémque Bened. *in d. ver.
Cuidam Petro ſub n. 3.* ſecuti ſunt: eámque
non ſolum ex mente Bartoli, ſed etiam a-
liorum Doctorum procedere dixit, ita di-
ſtinguens Alciat. *in d. reſponſ. 53. n. 17.*

OBSERVATIO XXXII.

Gail. 1. obſ. 101. n. 1. 4. 5. Teſtes autē ſuper quibus iurare teneantur, vide VVurm. lib. 1. tit. 18. de teſtibus

Teſtibus an iuramētum remitti poßit?

1. *Teſtes ante depoſitionem iurare debent de veritate dicenda.*
2. *Niſi à partibus ipſis remiſſum ſit iuramentum.*
3. *An in tali iuramenti remiſſione neceſſaria ſit iudicis auctoritas, variant Dd.*
4. *In Camera iudicis autoritas non requiritur, nec de conſuetudine communi Germania.*
5. *Baldus reprehenditur, volens Notarium ſine mandato iudicis non poſſe recipere iuramentum communi partium conſenſu.*
6. *Iuramentum teſtis an ſit de ſubſtantia, vel de ordine.*

obſ. 9. A. Reyger.

QVOD † producti teſtes, priuſquam te- 1.
ſtimonium dicant, iureiurando ad
veritatem dicendam adſtringendi ſint, ex-
tra controuerſiam eſt, *l. iuriſiurandi. C. de
teſti. & c. fraternitatis, in fi. ext. eo. tit.* † Niſi 2.
conſenſu litigantium iuramentum ipſis
fuerit remiſſum: quod fieri poſſe, & tum i-
pſorum teſtimonia etiam ſine præuio iura-
mento valere, Doctores vtriuſque ſcholæ
communiter tradunt: idque iure pontificio
expreſsè conſtat, *ex c. tuis quæſtionibus ext.
de teſtibus.* de quo ſuprà *cent. 3. obſ. 80. &
cent. 4. obſeruat. 77.* ſatis multa diximus.
† Sed an in tali iuramenti remiſſione per 3.
litigatores facta, requiratur autoritas iu- *
dicis? non caret pugna. Nam glo. 2 in d. c.
tuis quæſtionibus tenet, abſque iudicis
conſenſu id fieri non poſſe: contrà Panor.
vtriuſque partis conſenſum ſufficere putat:
quod & Bart. voluit *in l. 1. poſt gloſſ. ibi. ff. de
feri. & in l. Lucius ff. de fideiuſ.* itémque Fe-
lin. *in d. c. tuis quæſt. verſic. in textu. ibi, re-
mittatur, num. 1.* vbi plura ſimilia ad hoc
propoſitum adducit. † Hanc poſteriorem 4.
ſententiam amplexi ſunt Domini in plu-
ribus cauſis, eadémque notiſſima Germa-
niæ conſuetudine approbatur: quæ fuit et-
iam Accurſij in tribus locis, *in l. iureiur. ff.
de teſtib. in l. 2. § ſed quia veremur, C. de
iura. prop. cal. & in d. l. 1. ff. de feri.* † Et per 5.
hanc impugnatur doctrina Bal. *in titul. de
pace conſtit. colum. 19. verſicul. ſecundum,*
volentis tabellionem ſine iuſſu & com-
miſſione iudicis non poſſe recipere iu-
ramentum de communi vtriuſque partis
conſenſu: quia hoc omninò falſum eſt.
Nam ſi litigantes mutuo conſenſu iuſ-
iurandum teſtibus remittere poſſunt,
vt iam dictum eſt, & communiter obti-
nuit: quantò magis conſentire pote-
runt, vt non noceat proteſtatio iuramenti
teſtium

teſtium minus ſolenniter facta à Notario? *per regulam l. vni. C. de rei vx. actio.*

6. † Et ſupra dictis rectè inferri poteſt, iuramentum teſtis non eſſe de ſubſtantia, ſed de ordine, vt Bald. cenſuit *in c. conſanguinei. in fi. de re iud.* aliàs non poſſet à litigantibus remitti. Panor. tamen putat, iuramenti præſtationem ſollennitatem ſubſtantialem eſſe: ſed quia reſpiciat fauorem partium principaliter, ideò ab eis remitti poſſe: ſecus, ſi fauorem publicum concerneret: *per not. in c. ſi diligenti. ext de fo. comp.* De prædictis vide etiam Ioan. And. *in reg. non eſt ſine culpa. verſi. in contrarium. de regu. in lib. 6*

Cent. 2. obſ. 3. ſup.

Iuramentũ teſtis an ſit de ſubſtantia?

a. Reyger.

OBSERVATIO XXXIII.

Nominatus in iudicio, alterius fori exiſtens, an & quandò auocare cauſam ad ſuum forum poßit?

1. *Nominatus in iudicio non poteſt declinare forum, ſed reum in ſuo foro defendere tenetur: & hanc eſſe communem.*
2. *Declaratio huius axiomatis.*

CIRCA materiam Nominationis in iudicio, de qua ſuprà *cent. 2. obſer. 58. & cent. 5. obſer. 14.* non pauca diximus, il-
1. lud quoque memoratu dignum eſt: † Quòd nominatus in iudicio, ſi perſona ſit priuilegiata (puta clericus) non poſſit declinare forum, ſed obnoxius ſit defendere conuentum in foro ſuo, per tex. expreſſos *in l. venditor. ff. de iudi. & l. 1. C. vbi in rem actio.* & in hanc ſententiam crebriùs itũ eſt, interpretibus *in c. quoniam frequenter. §. in aliis. ext. vt lite non conteſt. &c.* † Præ-
2. dicta tamen intelligenda ſunt, *vt Panor. ibidem declarat*, ſi clericus ad cauſam veniat defenſor voluntarius, & non neceſſarius, putà quia non principaliter contra ipſum, ſed contra poſſidentem agitur, &c. Alioquin enim obtinet, quod ſcribit Corneus *conſ. 79. in fi. vol. 4.* Generaliter (inquit) dicendum eſt, quòd in omni caſu Tertius veniens pro defendendo ſuo iure, non autem aſſiſtendo alteri, debet remitti ad ſuum iudicem, &c. *vide apud eum latiùs.*

OBSERVATIO XXXIIII.

An & quandò peritis in arte credendum ſit, tribus capitibus explicatur. Gail. 2. obſ. 81. nu. 7. 8.

1. *Quæſtio illa, an & quandò peritis in arte credendum ſit, tria habet capita.*
2. *Electio peritorum per quem fieri debeat, & nu. 3.*
4. *De numero peritorum, quot adhiberi debeant: nempè regulariter duo.*
5. *Quandóque etiam vnus peritus ſufficit, & nu. 6. & 7.*
8. *Noua declaratio, quot periti in quauis cauſa ſint aſſumendi: & nu. 9.*
10. *Sicut obſtetricum manus & oculus, ita & medicorum iudicia ſæpe falluntur.*
11. *Periti in arte iurare prius tenentur non de veritate, ſed credulitate: fallit tamen, vt nu. 12.*
13. *Si periti communi partium conſenſu electi ſint, iurare non ſunt obnoxij.*
14. *Alij caſus, in quibus periti non tenentur iurare: vſque ad fin.*

ELEGANS quæſtio eſt, † Quandò & qualiter peritis in arte credendum ſit: 1.
ad quam, quia in variis factorum negociis recurri ſolet, operæ precium fuerit, eam diligenter, ſuccinctè tamen explicare: de qua Dd. communiter *in l. 1. §. vlt. ff. de ver. oblig. in c. propoſuiſti. & c. cauſam matri. de probat.* † Habet autem hæc quæſtio tria 2.
præcipua capita. Primum, per quem electio peritorum fieri debeat: Alterum, de numero peritorum, quot in quauis facti ſpecie ſint neceſſarij. Tertium eſt, an periti iurare obligentur, vt eorum teſtimonio credatur. † Quò ad primum, communis 3.
interpretum opinio eſt, ſuborta quapiam controuerſia, in qua peritorum iudicio opus ſit, poſſe partes communi conſenſu tales peritos eligere, & iudici præſentare, vt illorum ſententia examinata iudex ſtatuat, quod æquum fuerit, *arg. l. hoc edictali. §. hiis illud. ibi, quos vtraque pars elegerit. C. de ſecun. nup.* Quod ſi partes in eligendo diſcordent, iudex ipſe eliget. *Io. And. in add. ad Spec. ti. de hom. §. 1. ver. ſed pone. Bar. in*

Digitized by Google

l. 1. §. ex hoc reſcripto. ff. de Ven. inſpi. & eſt
4. *caſus in l. 3. C. fini. regun.* † Plerique tamen exiſtimant, partes id non poſſe aliter, niſi iudice annuente & conſentiente: quia vbique iura permittunt & iniungunt iudicibus, vt ipſi adhibeant, quos peritos, prudentes, & honeſtos in ea arte putauerint: Idque ex textu *in d. c. cauſam matrimonij,* adparet, hiſce verbis: Deputare curetis: quæ verba non partibus, ſed iudici fiunt. Sic *in l. 1. §. 1. ff. de Ven. inſpi.* Iuriſconſultus ait: Quæ cum a te aſſumtæ fuerint, &c. non dicit, ab vtraque parte, ſed à Te, ſcilicet prætore & iudice. In altero puncto, ex ſententia Doctorum dicendum eſt, in quouis tali negocio peritos ad minus duos adhibendos eſſe, *c. ſignificaſti. de homicid.*
5. † Niſi partes litigantes vno ſolo perito contentæ eſſent, tum ille vnus ſufficiet, *arg. l. Theopompus. ff. de do. prale. Feli. in d. c. propoſuiſti. per l. ſi irruptione. ff. fin. regu. & c. quia iudicare. de praeſc.*
6. † Idem eſt in coperito, quem vt perſpectæ fidei & peritiæ virum in hoc præfeciſſet ciuitas, vel Reſpub. aliqua: nam illi ſoli credendum eſſe Bart. tradidit *in l. 2. per illum text.* C. *de ponde. & au. illa. lib. 11.* † Sed etſi in loco, vbi adhibendi ſunt peri-
7. ti, tantùm vnus reperiretur, is ſolus ſufficeret: *per text. opt. in §. quod autem Verſi. Vt neque in Nouel. de non alien. & c.* niſi fortè res eſſet ardua & valde perplexa, aut de graui ageretur præiudicio: tum enim ex vicinis locis aduocandos eſſe peritos Panormitanus exiſtimat, vt compleatur numerus, *per c. ſuggeſt.* 3. *q.* 9. *Vlt. diſtin. 65.* licet Dec. & Feli. *in d. c. propoſuiſti.* diuer-
8. ſum ſentiant. † Ego verò iſtud ſecundum caput ſic melius definiri poſſe exiſtimàrim, videlicet ſi aſſumendi ſint ad iudicem inſtruendum certæ alicuius artis gnari & periti, quorum ars conſtet indubitatis & certis regulis diſciplinæ, (quales videri poſſunt Arithmetici, architecti, agrimenſores, & ſimiles,) tunc in arbitrio iudicantis ſitum, an vnum, ſeu plures adhibere velit. Iura enim promiſcuè, nunc de vno, nunc de pluribus aduocandis loquuntur, *Vt in d. l. irruptione. §. 1. & §. Vlt. & in l. ſi quis. C. fin. regun. & d. c. quia iudicante.*
9. † Si verò aſſumendi ſint periti, quorum ars æquè non conſtet certis & indubitatis regulis diſciplinæ, ſed iudicium falli poteſt: tunc plures adhibendi erunt. Ita iura ſtatuunt de adhibendis obſtetricibus, ad probandum aliquam grauidam eſſe, aut virginem: Idemque de medicis & chyrurgis diſponunt, *c. ſignificaſti ibi, peritorum iudicio medicorum. de homici. & l. ſemel. C. de re milit. lib. 12.* † Quorum ratio 10.
eſt, quòd vt ſæpe manus & oculus falluntur obſtetricum, *per tex. in d. c. cauſam matri. & c. nec aliqua. 27. q. 1.* ita & medicorum iudicium fallitur, *teſte eorum principe Hippocrate in 1. aphoriſ.* In hac igitur, & conſimili ſpecie iudex non duos ſolum, ſed vel tres, vel plures, ſi adhiberi poſſint, pro ſuo arbitrio adhibebit, vt ſi variauerint iudicia, plurium ſententiæ ſtari poſſit: *iuxta d. l. 1. §. 1 de Ven. inſpi. ibi & ſi omnes, Vel &c.* † Tandem in tertio capite, com- 11.
muniter volunt Dd. Peritis in arte adhibitis ad aliquam rem, ſiue negocium, regulariter non credi, niſi prius iuſiurandum præſtent, non quidem veritatis, ne ſi fallantur, anceps periurium ſubeant, ſed duntaxat credulitatis, *ſecundum, Ioan. And. Panorm. Dec. & alios in ſæpè d. c. propoſuiſti. & in c. fraternitatis. de frig. & male. &* 12.
Bart. in proe. ff. in prin. † Quod tamen verum intellige, ſi alias certa rei notitia haberi non poſſit: nam ſi periti de re eiuſmodi deponant, quæ non ſolùm iudicio intellectus, ſed ſenſu etiam aliquo corporeo percipi valeat, (vt menſura agrorum per agrimenſorem) tunc periti iurare debent præciſè de veritate. Quid enim vetat agrimenſorem, vel arithmeticum de veritate iurare, cùm artis ſuæ regulis ad vnguem callère poſſit artem? *iuxta Bart. in d. proe. ff. Verſi. ſed dubitatur. & Bal. in hac edi-*
Bali. §. his illud. C. de ſecun. nup. & Moder. 13.
in d. c. quia iudicante. † Cæterum ſi periti communi partium aſſenſu electi ſint, iurare non tenentur, cùm eorum fides eligendo adprobata ſit ab vtraque parte: *Feli. in d. c. propoſuiſti. Bart. in l. Lucius. in fi.*
ff. de fideiu. † Idem obtinet, ſi cuipiam ceu 14.
bono viro, ſimplex facti alicuius delaratio committatur, non autem deſideretur artis alicuius peritia: aut modica ſaltem peritia exigatur, vt quia res facilè per artem percipi valeat: *iuxta Bart. in l. de ætate, col. pen. ff. de minor.* Vel iudex motu proprio

Digitized by Google

proprio ad dictum periti alicuius ſe in-
formare velit. *iuxta glo. & ibi Bald. in c. ſi
duo de pace tenen.* Aut denique peritus au-
toritate publica deſtinatus ſit alicui offi-
cio, & in principio ſuſcepti officij iuraue-
rit: talibus caſibus peritus iurare non eſt
obnoxius: *arg. c. ad audientiam. de fi. in-
ſtru. Nicol. de Neap. in d. l. 1. §. 1. & Bald. in
d. §. his illud. ſuprà alleg.*

OBSERVATIO XXXV.

Sententia lata ex relatione peritorum in arte an retractari poßit ex conſilio peritorum?

1. *Si iudex ex relatione peritorum in arte ſententiam dixerit, eámque poſteà cognouerit non eſſe conformem veræ diſciplinæ, poteſt illam reuocare: idque communiter teneri.*
2. *Eiuſdem ſententiæ comprobatio.*
3. *Sententia ex falſis inſtrumentis lata retractatur.*
4. *Sententia lata ex probationibus non veris, ſed priuilegiatis, non tranſit in rem iudicatam.*
5. *Item ſententia ex conſilio ſapientis pronunciata non ſortitur vim iudicati.*
6. *Panormitanus ſuprà dictam communem impugnat.*
7. *Sed reſpondetur ad Panorm. argumenta.*

ILLVD etiam circa prætactam materiam
1. controuerſum memini. † An iudex, qui
ex relatione peritorum cuiuſpiam artis
pronunciauit, ſi deinde à peritioribus in-
ſtruatur, priorum relationem, ſiue reſpon-
ſum fuiſſe falſum, vel non conſentaneum
veræ peritiæ & diſciplinæ, poſſit illam ſuam
ſententiam reuocare? Et crebriùs placuit,
* eum poſſe reuocare, etiamſi lapſum ſit tem
pus ad appellandum conceſſum, *iuxta Dd.
communiter in d. c. propoſuiſti, Ioa. And. in
add. ad Spe. de homici. §. 1. verſi. ſed pone.
Bal. in l. ab hoſtibus. § ſi vir. ff. ſolu. matri.*
2. † Quæ aſſertio comprobatur etiam per
text. in l. Diui fratres. ff. de iure patro. vbi
Imperator ipſe ſtatuit contra reſcriptum
& reſponſum ſuum, quod ad libellum par-
tis emanauerat, poſtquam cum pluribus
Iuriſperitis tractans pleniùs de veritate &
iure fuiſſet edoctus. † Prætereà, ſi ſenten- 3.
tia retractatur, quandò falſis inſtrumen-
tis circumuenta eſt religio iudicantis, *l.
admonendi ff. de iureiur. l. vlt. & per tot.
titul. C. ſi ex fal. inſtrum. &c.* cur non æ-
què retractaretur, quando circumuenta eſt
falſo & imperito eius reſponſo, cuius veri-
tate & imperitia ſola fretus iudex ſenten-
tiam tulit? † Sic quoque vulgò traditur, 4.
ſententiam latam ex probationibus non
veris ſed priuilegiatis, non tranſire in rem
iudicatam, veritatémque quoquo tempo-
re perſcrutari poſſe, *iuxta Inno. in c. tua
nos. verſi. ſed quod eſt mirabile. de cohabi.
cler. & mulie. Ang. in l. 1. C. ſen. reſcin. non
poſſ. l. ſub ſpecie. C. de re iudi. & l. Diuus. ff.
de teſta. milit.* † Ex quo Butrius *in d. c. pro-* 5.
poſuiſti. eleganter infert, ſententiam ex
atteſtationibus de credulitate, vel ex con-
ſilio ſapientis latam non ſortiri vim iudi-
cati, ſed ſemper retractari poſſe: cui *Ponta.
in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq.
hæred. & conſil. 228. & Alexand. in d. l. ab
hoſtibus. §. ſi vir. ſubſcribunt.* † Et licet Pa- 6.
norm. *in d. c. propoſuiſti.* ſuprà dictam com-
munem Dd. aſſertionem impugnet: tum
quia publicatis atteſtationibus propter
ſubornationis periculum non liceat alios
teſtes producere, *cle. 2. de teſt. c. fraternita-
tis. ext. eo. tit. & auth. at qui ſemel. C. de
probat.* tum quia ſi retractatio ſententiæ
concederetur, proceſſus (ſecundum ipſum)
produceretur in infinitum, quod fieri non
debet, *c. 2. de reſcript. lib. 6. & l. 1. C. de ſent.
quæ pro eo quod inter.* † Sed reſponderi po- 7.
teſt, ſubornationem illam, quæ in teſtibus
conſideratur, hic neutiquam ſubeſſe, cùm
periti illi potiùs iudices ſint, quàm teſtes,
*iuxta Bald. in d. c. propoſuiſti, & Bart. in
tract. teſtium. verſi. teſtis dicit aliqua.* &
autoritate iudicis inducantur, deponántque
de propria ſua peritia. Infinitas quo-
que facile moderari poterit à iudice, qui
non ſimpliciter admittet contrarium pro-
bare volentes, ſed habita præuia cauſæ co-
gnitione, *iuxta notab. dictum Innoc. in c. te-
nor. de re iudi. & Dec. in d. c. propoſuiſti.*

OBSERVATIO XXXVI.

Perfecta vēditione alicuius rei ad quē

Quomodo Vēditor traditione rei in emtorē dominium transferat. Vide Gail.2 obſ. 15. n.1. & ſeqq. Vēditor antequā tradit manet Dominus rei, VVur. tit. 31. de E. ob. 31. nu.1. A. Reyger.

ſpectet periculum & commodum rei vendita distinctione explicatur.

1. *Regulariter ſi perfecta ſit venditio, rei vendita commodum & periculum ad emtorem ſpectat.*
2. *Fallit tamen aliquot caſibus.*
3. *Si res intereat ante traditionem quomodo diſtingui debeat.*
4. *Emptione contracta ſub conditione, ante euentum conditionis res venditori perit.*
5. *Si res ſimpliciter ſit vendita, & nondum tradita, ad quem ſpectet periculum, diſtinctione explicatur.*

1. REGVLA eſt generalis, † Quòd perfecta venditione omne commodum,
vel incommodum rei venditæ, ad emtorem
2. ſpectet, *l. 1. C. de peri. & com. rei vend.* † Sunt
tamen plures notabiles caſus, in quibus
eadem ceſſat. quos (cùm in his Dd. varient)
3. ſequenti diſtinctione complectemur † Aut
enim res vendita perit ante traditionem:
& tunc ſi culpa, mora, vel calliditate venditoris
factum eſt, quo minus res tradita
ſit, periculum rei ad venditorem pertinet,
l. quod ſi neque. ff. de peri. & com. rei vend.
Aut per emtorem ſtetit, & periculum ad
ipſum ſpectat: Quod ſi neuter fuerit in
culpa, tunc rei nondum traditæ periculum
4. eſt emtoris, *l. vlt. C. d. tit.* † Quod ſi emtio
ſub conditione contracta ſit, tunc ante conditionis
euentum res perit venditori, *l. ne-*
5. *ceſſario. §. quod ſi vendente ff. eo. tit.* † Sin
autem res ſimpliciter vendita, & nondum
tradita ſit, ſiquidem expreſsè conuentum
eſt, ad quem periculum ſpectare debeat, &
pertinet ad illum, qui id in ſe recepit. *l. ſi
in venditione in princ. ff. de peri. & com.
rei vend.* Si nihil eſt conuentum, tunc periculum
ad illum pertinebit, cuius culpa
res tradita non fuit: ſi neutrius, ſpectabit
ad emtorem *d. l. vlt. C. de peri. & com. rei.
vend.* Et per hanc diſtinctionem facilè conciliari
poſſunt pugnantes Dd. hac in re opiniones.

OBSERVATIO XXXVII.

Gail. 1. obſ. 16. nu. 7. & lib. 2. obſ. 14 Euictarcad.

Si res vendita & iam tradita euincatur, ad quid teneatur venditor.

1. *In quaſtione illa, ſi res vendita poſt traditionem euincatur, ad quid venditor teneatur, diſtinguendos eſſe varios caſus, qui recenſentur ſub num. 2. 3. 4. & 5.*

quid agat, emtor Vide VVurm. tit. 31. de euict. obſ. 1. num. per diſcurſum A. Reyger.

VARIANT & in hoc Interpretes, ſi res vendita ſit iam emptori tradita, & poſt factam traditionem euincatur, ad
quid obligetur venditor? † Et omiſſis am- 1.
bagibus diſtinguere oportet. Aut enim expreſsè
conuentum eſt de Euictione inter
contrahentes, & ſimpliciter ſtari debet
conuentioni: † Aut nihil eſt pactum, & tūc 2.
aut res vendita euincitur ex cauſa venditionem
præcedente, ac ſi emptor id denunciet
venditori, periculum erit venditoris, *l.
1 C. de peri. & com. rei vend.* † Aut res e- 3.
uincitur ex cauſa ſequente venditionem,
tunc periculum ad emptorem deuoluitur.
† Aut venditor rem vendidit furtiuam, ſiue 4.
alienam bona fide, neſciens ſcilicet alienam,
vel alteri obligatam eſſe, eo caſu ſi
euincatur, iure ciuili non tenetur, neque
de precio reſtituendo, neque ad intereſſe.
Sin autem venditor ſciuit rem eſſe alienā,
& ſic fuit in dolo, tunc re euictā obligatur
emptori ad precium, non obſtante pacto
de remiſſione. Neque enim debet ſimplicitas
emtori obeſſe, & venditori dolus ſuus
prodeſſe, *iuxta l. tenetur. §. vlt. ff. de actio.
emp. & vend. & ibi Dd.* † Sic contrà in em- 5.
ptore: aut emptor ſciens emit rem furtiuam
ſiue alienam ſiue obligatam: ea euicta non
poteſt repetere precium à venditore, *l. ſi
fundum. C. de euictio.* Sin neſciuit rem alienam,
aut alij obligatam tunc venditor precium
reſtituere obnoxius eſt. *Ita communiter
Interpretes in locis iam allegatis ſentiunt.*

OBSERVATIO XXXVIII.

Gail. 2. obſ. 29. nu. 1. & obſ. 70. n. 1. Facit VVur. titulo 31. de emp. & vendit. obſ. 1. & 2. A. Reyger.

Quibus modis emptio & venditio reſcindatur, & qualiter deceptiones legibus ſint permiſſa?

1. *Emptio & venditio ſicut mutuo conſenſu contrahitur, ſic etiam mutuo diſſenſu ſoluitur.*
2. *Emptio propter rei vendita vitium ipſo iure annullatur*
3. *Quid iuris, ſi conſenſus deficiat ratione contractus propter dolum.*

4. Quid

4. *Quid item, ſi deficiat conſenſus reſpectu perſonæ.*
5. *Deceptiones inter contrahentes an & quatenus iure permittantur. n. 7.*
6. *Dolus ex propoſito contractui interueniẽs reddit contractum bonæ fidei ipſo iure nullum.*
8. *Deceptiones contrahentium non doloſæ, ſed re ipſa exiſtentes, cur leges concedant.*

GENERALIS regula eſt, Nihil tam
naturale eſſe, quam eodem genere
quodlibet, quo obligatum eſt, diſſolui: *l.*
nihil. & ibi Dd. communiter. ff. de reg. iur.
1. † Sicut igitur emtio & venditio contrahi-
tur mutuo partium conſenſu: ſic per mu-
2. tuum diſſenſum ſoluitur. † Ipſo iure
autem annullatur contractus emtionis
propter vitium rei venditæ, vt quando
res vendita ſit ſacra, ſancta, religio-
3. ſa, publica, liber homo, &c. † Et tunc
aut deficit conſenſus reſpectu ipſius con-
tractus propter dolum, qui dedit cauſam
contractui, & contractus ab initio ipſo iu-
re fuit nullus, nec reſciſſione opus habet.
Dolus enim dans cauſam contractui bonæ
fidei reddit contractum ipſo iure nullum:
ſicut dolus dans cauſam liberationi, reddit
liderationem ipſo iure nullam, *iuxta ea*
quæ notantur in l. de tutela, C. de in integ.
reſt. mino. & l. eleganter ff. de dolo. Sicut &
propter iuſtum metum emtio reſcin-
ditur per actionem Quod metus, cauſa,
4. *per tot. tit. C. quod me. cauſ.* † Aut deficit
conſenſus reſpectu perſonæ, vt ſi minor in
contractu ſit læſus, emtio reſcinditur per
reſtitutionem in integrum *tot. tit. C. ſi aduer.*
vendi. Sic ſi venditor ſit læſus vltra di-
midium iuſti pretij, tũc vel reſcinditur cõ-
tractus, vel alter ad ſupplemẽtum iuſti pre-
cij tenetur, *l. 2. C. de reſcin. vend. & c. cum*
cauſa. ext. de empt. & vend. Qua de re quia
ſuprà *centur. 4. obſer. 73.* ſatis multa anno-
tauimus, hîc ſuperuacanea repetitione nõ
5. eſt opus: vbi etiam diximus, † Deceptiones
inter contrahentes qualiter permiſſæ ſint,
& cur leges eaſdem concedant, vide *l. in*
cauſa cognitione, & ibi Dd. ff. de minori. v-
bi licet Vlpianus dicat in precio emtionis
& venditionis naturaliter licere contra-
hentibus ſe circumuenire, &c. minimè ta-
men approbat illas deceptiones, quæ ex
fraudulento, atque doloſo contrahentium
animo, conſilióque proficiſcuntur, ſed po-
tius damnat: † Adeò vt ſi dolus ex propoſi- 6.
to interueniat contractui, contractum bo-
næ fidei ipſo iure reddat nullum, *l. ex emto.*
§ is qui vinum emit. ff. de actio. emt. & vend.
& l. eleganter. in princ. ff. de dona. vbi idem
Vlpianus inquit, venditionem nullam eſſe,
ſi in hoc ipſo, vt venderet, circumſcriptus
eſt, &c. † ſed ſupra allegatæ leges de ea de- 7.
ceptione potiùs intelligendæ ſunt, quæ re
ipſa, vel qualicunque incuria, ſiue ſolertia
contrahentium contingit, quorum ex v-
traque parte votum eſt, vel precio vendere
plurimo, vel minimo emere, *l. ſi voluntate.*
C. de contrah. emp. Nemo enim debet eſſe
tam negligens, vel ſupinus, vt rei familia-
ris, quam venditurus eſt, pretium ignoret:
neque tam temerarius, vt rem ignotam nõ
adhibito conſultore emat. *l. quiſquis. ff. de*
reſcin. vend. &c. † Súntque hæ contrahen- 8.
tium deceptiones, vel potiùs induſtriæ, ſi-
ue *ſpêoa*, ideò legibus conceſſæ, quò peri-
culoſior omnium contractuum, atque ne-
gociorum inconſtantia euitetur: ita tamen
vt læſio illa immodica non ſit, nec iuſti, ſiue
communis precij mediam quantitatem ex-
cedat, quo caſu contractus etiam per mo-
dum reſtitutionis in integrum ex clauſula
generali, Si mihi iuſta cauſa videbitur, re-
ſcinderetur, *iuxta Bar. in l. 1. C. de reſcin.*
vend. vide & quæ nos in ſuprà dicta cent.
4. obſer. 73. annotauimus.

OBSERVATIO XXXIX.

Tutor & curator quomodo ritè inuentarium facere debeant: & id ſi omittant, in totum, vel pro parte, ad quid teneantur?

Tutor non faciens inuẽtarium, quomodo vt ſuſpectus remoueri poſſit. Vvurm tit. 38. de tutor. obſ. 8 A. Reyger

1. *Plura requiſita eſſe tutoris & curatoris, priuſquam poſſit adminiſtrationẽ ſuſcipere: nominatiuè.*
2. *Inter cætera exigitur, vt conficiatur inuentarium rerum pupillarium.*
3. *Quæ ſolennitates in inuẽtario conficiendo deſiderentur.*
4. *Tutor non ritè conſcribens inuentarium, dicitur eſſe in dolo, & bonorum vſurpator.*

5. *Et in duplo puniendus eſt rei non deſcriptæ in inuentario.*
6. *Poteſtque contra ipſum iurari in litem de omnibus damnis, expenſis & intereſſe.*
7. *Inuentarium expenſis pupilli fieri debet.*

Quod curator ad litem inuẽtarium facere non teneatur. vide Gail. 2.obſe.109. num.11. A. Reyger.

PLVRA † ſunt requiſita tutoris & curatoris, ad hoc, vt poſſit adminiſtrare, & gerere ſe pro tutore, & curatore, *de quibus vide Bar. in l. legitimos. in prin. num. 7. & ſeq. de legitim. tutor. & latè per Aretinum in §. actionum. numero trigeſimo tertio, & ſeq. Inſt. de actio. Rum. conſi. 29. lib. 5. & Aufre.*
1. *in addi. ad c. Tholo. deciſ. 67.* † Inter cætera exigitur, vt ante omnia inuentarium con-
2. ficiat rerum pupillarium. † Quomodo au-
3. tem illud fieri debeat, & quæ ſolennitates in eius confeſſione deſiderentur, plenè habetur *in l. tutor. qui repertorium. ff. de admi. tut. & Plotum in l. ſi quando n. 237. vſque ad nu. 243. C. vnde vi.* vbi colligitur, illud fieri debere per publicum inſtrumentum coram iudice cum eius decreto: & quod ſit purum, liquidum, & clarum, omniáque bona tam mobilia, quàm immobilia, præſentia & futura in eo deſcribantur per ſigna & confinia cum æſtimatione, ſeu valore eorundem: *idque tangit etiam Petr. à Duen. reg. 187. decretum. n. 15. & ſentit pulchrè Ro-*
4. *lan. à Valle conſ. 73. n. 43. vol. 2.* † Quod ſi aliter factum fuerit, & quid in eo ſit omiſſum, dicetur tutor iſte eſſe in dolo, & bonorum vſurpator: *Afflict. deciſ. 13. nu. 17. & deciſ. 44. nu. 33. & deciſ. 360. Corn. conſ. 216. nu. 6. vol. 1. Iaſ. conſ. 219. vol. 2. & Roland. à*
5. *Valle conſ. 49. nu. 18. lib. 1.* † Et dicit Cornel. Beninca. *in tract. de pauper. q. 9. ſpeci. 10. nu. 31.* talem puniendum eſſe in duplo, rei non
6. deſcriptæ in inuentario: † Et contra ipſum, tanquam ſuſpectum, poterit in litem iurari de omnibus damnis, expenſis & intereſſe, *iuxta afflict. deciſ. 207. num. 4 & Rum. d. conſ. 29. nu. 10. & Plo in d. l. ſi quando. nu. 240. 546. & 547. & Octauia. Cache. deciſ. 58. num. 22.* non tamen contra ipſius hæredes, niſi & ipſi in dolo eſſent, *Plot. d. l. ſi quando.*
7. *numer. 772. & ſeq.* † Debet autem talis inuentarij confectio expenſis pupilli fieri: *vt per And. de Iſer. ſing. 5. verſi. vtrum. vbi dicit hanc quæſtionem contigiſſe de facto Neap. & ita iudicatum fuiſſe: & Petr. Anchar. Regien. q. 61. in 2. part. num. 4. & ſequent.*

OBSERVATIO XL.

De varietate temporis humani partus ex Medicis & Philoſophis: Et quid leges ciuiles ea in re ſtatuant.

Vide Gail. 2 obſ. 97. n. 10. & 11. Alciat. de præſump. Reg. 4. præſum. 37. nu. 7. Partus perfectus quamdiu in vtero eſſe poſſit. vid. VVur. tit. 39. obſ. 11. num. 6. A. Reyger.

1. *Grauis quæſtio. An partus 11. Menſe natus pro legitimo haberi debeat.*
2. *Perfectum partum nono aut decimo menſe naſci.*
3. *Septimo quoque menſe iuſtum partum naſci poſſe.*
4. *Vndecimeſtris partus an pro legitimo habendus, variare tàm Medicos & Philoſophos, quàm Iureconſultos: & num. 5. & 6.*
7. *Imp. Iuſtiniani ea de re conſtitutio, eiuſdemque declaratio. n. 10. & 15.*
8. *Hippocrates vndecimeſtrem partum non admittit.*
9. *Nec etiam Lex XII. tabularum.*
11. *Partum legitimum menſe decimo completo, & cœpto vndecimo naſci poſſe, communis eſt opinio: & n. 12.*
13. *Explicatur §. poſt decem menſes, in l. inteſtato. ff. de ſuis & legi. hære. & l. Gallus. ff. de lib. & poſth.*
14. *Adrianus Imp. vndecimo menſe iuſtum partum naſci poſſe decreuit: & quomodo id accipiendum ſit.*
16. *Duo eſſe extrema, ſiue abnegatiuos terminos legitimi partus, alter citerior ſeptimeſtris, alter vlterior vndecimeſtris: Et quæ ſit huius opinionis ratio. n. 17.*
18. *Menſes in materia partus lunares intelligendi ſunt, qui 30. dieb. conſtant.*
19. *Ex communi Germ. conſuetudine pro ſingulis menſib. 30. dies computantur.*

P. Grego. Tholoſa. lib. 9. c. 16. nu. 11.

CVM in ardua quadam cauſa, cuidam magni nominis viro poſt parentis ſui obitum mota fuiſſet quæſtio ſtatus, ſiue filiationis, & ſui agnati proximi ipſum tanquam illegitimum & abſente parente menſe natum vndecimo, non eſſe ſucceſſibilem aſſererent, ac ad feuda, aliáque

Digitized by Google

aliſque paterna bona eum admittere recuſarent. 1. † Grauis illa, & multis olim annis inter Medicos & Philoſophos agitata quæſtio, de vndecimeſtri partu poſt mortem viri edito num eſſet legitimus, in diſputationem venit, & quoto menſe poſt conceptionem infantes gigni ſolerent, quantóque tempore iuſtus partus naſceretur?
2. † Equidem in hoc Iuriſconſulti cum Medicis & Philoſophis ſatis conueniunt, & communiter receptum eſt, perfectum & abſolutum partum nono, aut decimo menſe naſci: *l. inteſtato. §. poſt decem. ff. de ſuis & legit. hæred. Poſt decem menſes* (inquit Vlpianus) *mortis natus non admittitur ad legitimam hæreditatem.* Idem Vlpianus de Solidi capacitate inter virum & vxorem: *Si poſt mortem viri*, inquit, *intra decem menſes vxor ex eo peperit, ſolidum ex eius bonis capit.* Cui ſententiæ conſentit quoque Scæuola *in l. Gall. in pr. ibi, in decem menſibus proximis. ff. de libe. & poſth. & Marcellus in l. Titius. in pr. ff. de fideicom. liber.* itémque Pomponius *in l. ſi ita in fi. ff. de manu. vind.* Facit ad idem *l. ſi quis. & ibi Alciat. ff. de verb. ſign. & l. quidam cum teſtam. C. de poſthu. hære. inſti.*
3. † Septimo quoque menſe perfectum partum naſci, Hippocratis autoritate iam pridem receptum eſſe Paulus ait, *in vulgata. l. ſeptimo. ff. de ſta. homi.* quamuis id rarenter Gellius contingere dicat: & octauo nunquam. *lib. 3. noct. Att. c. 16.*
4. † Cæterùm de vndecimeſtri partu quando ſcilicet naſcitur vltra decimum in vndecimo menſe, ſemper dubitatum fuit, an is eſſet legitimus. Nam plerique interpretum autoritate Ariſtotelis freti, etiam vndecimo menſe iuſtum partum naſci cenſuere: Τὰ μὲν ἄλλα ζῶα (inquit Ariſtot. de Hiſtor. aniamal. libr. 7. cap. 4) μοναχῶς ποιεῖται τὴν τοῦ τόκου τελείωσιν (εἷς γὰρ ὥρισται τοῦ τόκου χρόνος πᾶσιν) ἀνθρώπῳ δὲ πολλοὶ μόνῳ τῶν ζῴων. καὶ γὰρ ἑπτάμηνα, καὶ ὀκτάμηνα, καὶ ἐννεάμηνα γίνονται, καὶ δεκάμηνα τὸ πλεῖστον. ἔνιαι δὲ ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός. id eſt: *Cùm cætera animalia omnia ſingulari ac ſimplici modo partum ſuum perficiant, (Vnum enim pariendi tempus ſtatutum eſt omnibus) homini ſoli multiplex datum eſt. Nam & ſeptimo menſe & octauo, & nono parere poteſt, & quod plurimum, decimo: nonnullæ etiam mulieres vndecimum attingunt.*
5. † Ab hac ſententia non abhorret, quod Plinius *lib. 7. natur. hiſt c. 5.* ſcribit, Hominem toto anno, & incerto gigni ſpatio: refértque Lucium Papyrium Prætorem dediſſe poſſeſſionem partui tredecim menſibus poſt mortem viri nato. † Et Gellius loco ſuprà 6.
citato teſtis eſt, Adrianum Imp. decreuiſſe, vndecimo quoque menſe legitimum edi poſſe partum. Idem tamen Gellius ſcribit, ſummum gignendi finem haberi decem menſes exactos: ideóque Plautus in Ciſtellaria,

Tum illa, quam compreſſerat,
Decimo poſt menſe exacto hic peperit filiam.

Et Mar. Varro. *lib 14. rerum diui.* aſſerit, veteres Romanos huiuſmodi partus, quaſi monſtroſas raritates, non recepiſſe: † Cu- 7.
ius ſententiam Imp. Iuſtiniani adprobat conſtitutio, in Nouel. de reſtit. & ea quæ par. vnde. men. &c. in qua vndecimo menſe natum, non eſſe legitimum filium defuncti conſtituit: vt intemperiem mulierum hac quoque pœna coerceret, quaſi poſt mortem conceptum. † Idque verum eſſe, 8.
ex Hippocrate defendi poteſt, qui in lib. de nat. pueri, vel fœtus, non admittit vndecimi menſis partum. † Quod Decemui- 9.
rali quoque lege expreſſum eſt, cuius hæc referuntur verba: In decimo menſe legitimus infans naſcitur. † Quod autem de ea muliere, quæ vndecimo menſe poſt obitum mariti parit, à Iuſtiniano ſancitum eſt: Ita accipi debet, vt partus circa anni finem vndecimo menſe effecto legitimus non habeatur, quaſi ex defuncto marito. † Nam decimo menſe com- 11.
pleto, & cępto vndecimo, partum legitimum gigni poſſe, multi magnæque autoritatis viri vno ore ſummóque conſenſu tradidere *in d. l Gallus. ff. de liber. & poſthu. & in §. vlt. in Nou. de reſti. & ea, quæ par &c.* Item naturam conſiderandam eſſe in his, quæ frequenter accidunt, non in monſtroſis, Paulus admonet *in l. non ſunt liberi. ff. de ſta. homi.* & Vlpianus *in l. quæret aliquis. ff. de verb. ſigni.* † Omnibus natura 12.
rebus certa creſcendi meta eſt: quandóque tamen exceſſus videmus. Ita ſi in minimo decem menſes prætergreſſus eſt partus, non ideò minus iuſtus haberi debet: cùm in poteſtate noſtra non ſit, ad amuſſim pariendi legem cuſtodire: nec eſt par-

X 3

tui imputandum quod fataliter ei acceſſit, *arg. d. l quaret aliquis.* Et prægnantes interdum falli, ac decipi in conceptionis tempore, ex Hippocratis doctrina ſatis
13. conſtat. † Nec Vlpianus *in d. l inteſtato. §. poſt decem menſes* hoc ſentit, vt ſcilicet plures dies non ſint: quippe cum de decem poſt mortem viri menſibus loquatur. Ipſo enim die mortis non veriſimile eſt, ſemper concipi, niſi morte repentina ſublatus pater fuiſſet, putà naufragio, ruina, vel cæde. Quod ſi diutina & longa valetudine mortem obierit, quod frequentius accidit, & legibus comprobatur, *l. nam ad ea. ff. de leg.* Vnde quotquot ante mortem dies, tot ſupra decem menſes admittere reſponſum eſt, *in d. l. Gallus. ff. de libe. & poſth.* ac proindè vndecimo gigni poſſe intelligitur, quamuis decem poſt mortem iuſtos menſes præſcripſerit Vlp. Legem XII. tab. ſecutus.
14. † Et ideo Imp. Adrian. longo poſt tempore cauſa cognita (vt Gellius refert) à conceptu vndecim menſes decreuit: à morte autem viri nihil immutauit ab eo, quod Decemuirali lege præſcriptum erat *in d. l inteſtato.*
15. *§. poſt decem.* † Cuius ſententiæ aſſertor eſt Iuſtinia. Imp. *in d. §. vlt. Nou. de reſti. t. & ea qua par. &c* Ita ſcribit Si quidem mulier in domum deducta eſſet, deſpectui hunc habuit, eiecitque ex animo de violanda (licet conijcere) pudicitia etiamnum ſuperſtite marito cogitans, nam nondum elapſo anno ſub finem vndecimi menſis peperit, vt nequaquam ex defuncto fœtum ſuſceptum queamus dicere: neque enim fœtura ipſa in tam longum tempus protenſa eſt. Sic enim legitur in Græca Nouel. Quæ ſub finem vndecimi menſis peperit, vel paulò ante finem, aut iuxta, vel prope, vel circa vn-
16. decimum menſem perfectum: † Ex his ergo quæ hactenus diximus, conſtat, duo eſſe extrema, aut abnegatiuos limites, vel terminos iuſti & legitimi partus præſcriptos: alter citerior eſt ſeptimeſtris: alter verò vlterior, vndecimeſtris Si poſt contractas nuptias ante ſeptimum menſem partus naſcitur, hunc non legitimum cenſeri, docet d. l. ſeptimo menſe. Rurſus ſi aut poſt mortem, aut poſt diuortium ſub finem vndecimi menſis, vel menſem vndecimum perfectum naſcatur, hunc etiam non iuſtum partum, nec ad legitimam defuncti hæreditatem admittendum, Iureconſulti & Impp. cenſuerunt *in d. l. Gallus. & d. l. inteſtato. §. vlt.* † Suæque opinionis hanc adferunt rationem: 17.
Quoniam dies conceptionis, aut incognitus eſt, aut ſaltem obſcurus, & idcirco ab eo futura erat dinumeratio fallax: Sciri procul dubio nequit, eius temporis aut dinumerationis finis, cuius initium ignoratur, *iuxta Dd. in. l. de diuiſione. ff ſolu. matri. & l. ſi in diem. ff de condi. & demon.* Ideò prudentes noluerunt in re tam graui ſub incerto, & vanis aſſeuerationibus vagari, ſed ex certo initio certum finem præſcribere, quem egredi penſatâ lege naturæ cenſeretur impoſſibile. † Debent 18.
autem menſes in hac materia non ſecundum anni Romani, quem Iulius Cæſar 45. annis ante natum Chriſtum induxit, quoque nos adhuc hodie vtimur, ſed ex curſu lunæ perpendi, id eſt, ſecundum menſes lunares, qui ex Medicorum ſententia 30. diebus conſtant: quod & Alciato probatur, idémque leges ciuiles ſtatuunt, *in l ſi maritus. §. hac in maribus & l. miles. §. 26 ff. ad leg. Iul. de adult. auth. iubemus. C. de iud. & §. ſed hoc Nouel. vt cum de appel. cognoſ.* Sic quoque ex communi Germaniæ conſuetudine in ciuilibus negociis triginta dies pro menſe computantur: tot enim diebus cum tardiſſimè à coitu ſolis luna commoratur, ad ſuas vices redit, curſúmque conficit, *l. vlt. §. 1. C. de iure delib. Alexand conſil. 114. lib. 5 Bald. in l. eos. §. ſin autem. C. de appel. & in auth. qui ſemel. C. quo. & quan iud. Deci. in l. vbi lex duorum. ff. de regu. iur & Ant. de Butr. in c. licet. de ſupplen. negli. præla.*

OBSERVATIO XLI.

Quomodo parentes cum defuncti fratribus & ſororibus ſuccedant? Hart. Hart. tit. 43. de ſucceſſ. obſ. 5. per tot. A. Reyger.

1. *Thema, ſiue hypotheſis huius obſeruationis.*
2. *Ad probationem legitimæ conſuetudinis quæ requirantur, non ſatis conuenire inter Doctores.*
3. *Ex communi tamen opinione quatuor requiſita deſiderari.*
4. *Conſuetudo, quòd fratres & ſorores, eorúmve liberi fratri vel ſorori defunctæ ſuccedant, excluſis parentibus, non valet.*

5. Idem

5. *Idem in lege XII. tabularum ſancitum fuit.*
6. *Et tempore Conſtantini, itémque Iuſtiniani Impp. obtinuit.*
7. *Ad conſuetudinem probandam exigitur frequentia actuum, & quot actus ſint neceſſarij? & quomodo ſint ab Aduocatis articulandi? n. 8.*
9. *Diuturnitas temporis, in conſuetudine, probanda eſt.*
10. *Longum & diuturnum decem annis concluditur.*
11. *Conſuetudo ex certa populi ſcientia inducta eſſe debet, non ex errore.*
12. *Conſuetudo nihil eſt aliud, quàm tacitus populi conſenſus.*
13. *Et qualiter tacitus conſenſus probetur.*
14. *Teſtes ſimpliciter dicentes ita eſſe conſuetudinem, eam non probant.*
15. *In conſuetudine non requiri, quod ſit obtenta in iudicio contradictorio: & hanc eſſe communem.*
16. *Conſuetudo à lege non differt, niſi tanquam tacitum ab expreſſo.*

IVRE communi notum eſt, quòd non ſolùm pater & mater cum fratribus ſororibúſve, aut eorum, carúmve liberis ad præmortui filij vel filiæ hæreditatem vocentur, verùm etiam vlterioris gradus parentes, nempè auus, proauus, vnà cum fratribus, & ſororibus, eorúmve liberis ex vtróque parente coniunctis admittantur. *auth. defuncto. ibi Bald. C. ad SC. Tertyl. Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. 2. part. princ. n. 9. & Dyn. in ſum. ſucceſ.* & eo caſu fieri debet diuiſio in capita, ſeu viriles portiones pro perſonarum numero, *ex Iuſtiniani Nouel. Conſtit. 118. de hæred. ab in-*
1. *teſt.* † Contigit autem quãdam mulierem,
nomine Valeniam, deceſſiſſe, relicto auo,
& aliquot fratribus ac ſororibus defunctæ
ex vtróque latere coniunctis. Auus vnà cum
ipſis Valeriæ ſuccedere voluit, iuxta præ-
fatum ius cõmune: Ex parte verò altera al-
legabatur conſuetudo eius loci, vbi Valeria
mortua fuerat, nempè quòd fratres & ſo-
rores, eorúmve liberi ſoli defunctæ ſorori
ſuccederent, excluſis parentibus: quæſitum
fuit, an huiuſmodi conſuetudo iure ſubſi-
2. ſteret. † Ad huius quæſtionis deciſionem
aiebant Domini ante omnia inueſtigan-
dum eſſe, quæ ſint ad probationem alicu-
ius legitimæ conſuetudinis neceſſaria. Et
Dd. multa, nec in omnibus concordantia
ſcribunt variis in locis, præcipuè verò *in l.
de quibus. Vbi etiam Bart. in 4. quæ. princ. &
ſeq. ff. de legibus. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue.
& in c. Vlt. ext. de conſue.* † Ex communi 3.
tamen ſententia ad perfectam & legiti-
mam conſuetudinem præcipuè quatuor
requiruntur: primò, vt ſit rationabilis: ſe-
cundò, vſu ſæpè frequentata: tertiò per mul-
tos annos obſeruata: quartò, & conſenſu ac
ſcitu populi introducta, *Ita Zaſ. poſt Bart.
in d. l. de quibus Panorm. & communiter
Cano. in d. c. Vlt.* Et hanc eſſe magis rece-
ptam opinionem, aſſerit *Deci. conſ. 489 num.*
15. De his ergo quatuor requiſitis, qualiter
ſint probanda, breuiter ſubiicere lubet,
† Et primò, quod hæc conſuetudo ratione 4.
ſubnixa ſit, ex eo ſatis liquet, quod o-
mnis Parentum, ſiue Aſcendentium ſuc-
ceſſio ſit iuris ciuilis, *iuxta Bald. in l. 1 num.
1. & 2 C. ſi quid in frau. credit & l. 4. num.
14 C. de libe. præter. Deci. in l. iura ſangui-
nis. nu. 7 ff. de reg. iur.* etiam quò ad legiti-
mam *per l. quæ nuper. C. de inoffi. teſta. &
l. ſi arrogator. ff. de adop. §. ſi quis autem.
Nouel. de hæred. & falci. & Deci. in d. l. iura
ſanguinis. nu. 7* Ergo contrario vſu, ſiue con- 5.
ſuetudine tolli poteſt, atque immutari, *§.
Vlt. Inſt. de iu. nat. gent. & ciu.* & per conſequens
pro rationabili habenda eſt † Deinde con-
ſtat, quod ante Nouellam Iuſtiniani con-
ſtitutionem, qua parentes cum fratribus &
ſororibus ad defuncti hæreditatem æqua-
liter vocantur, veteri iure, & quidem lege
XII. tabul. fratres. in ſucceſſione fratrum,
parentibus prælati fuerint: idque ex Vlpia-
no *in l. 1 § poſt ſuos ff. de ſuis & legi. hære.* &
Iulio Paulo *in l. ſi quis poſthum. § pen. ff. de li-
be. & poſthum. & l. pronunciatio ff. de Ver. ſig.*
ſatis liquet. † Imo hoc ius vſque ad Con- 6.
ſtantini Imp. conſtitutionem obtinuit, *in l.
1 C. de bon. mater.* quam Iuſtinianus quoque
ſecutus eſt, *in l. 12 C. commu. de ſucceſſ. Vbi de
hoc eſt text. expreſſus.* Cùm ergo id non ve-
teri tantùm iure, ſed Iuſtiniani quoq; tem-
pore obtinuerit: cur non idem rurſus ratio-
nabiliter more vtentium introduci poſſet?
Quare ſuprà dicta conſuetudo meritò pro
rationabili iudicanda eſt, & proinde in

Digitized by Google

7. locis, vbi viget, vice legis ſeruanda. † Secundò, ad docendam conſuetudinem exigitur frequentia actuum, nempe vt probetur, eiuſmodi conſuetudinem ſæpius obſeruatam eſſe. Quot autem actus ſint neceſſarij, Doctores communiter ſentiunt nullam certam poſſe dari regulam, ſed hoc committendum eſſe iudicis arbitrio, *iuxta gloſ. ſing. in c. 1. de conſti. Archid. in c. fruſtra 8. diſtinct. & Bald. in l. de quibus.* Eam tamen communiter ita moderari ſolent, vt in iudiciali quidem conſuetudine binus actus ſufficiat, nempe quod pro conſuetudine iudex bis pronunciârit. Quòd ſi conſuetudo ſit extraiudicialis, id eſt, extra iudicium vſurpata, tunc ita demum duo actus ſufficiant, currente tempore legitimo, ſi ſint actus multùm celebres, qui facilè in multorum hominum notitiam peruenerint: Si verò actus non eſſent multum celebres, ſed priuati quod difficulter venirent in notitiam populi, hoc caſu plures eſſent neceſſarij, *ita Bald. & Zaſ. eleganter in d. l. de*

8. *quibus in 4. memb. prin.* † vbi quoque docet, eo caſu, quo binus actus ſufficeret ad probandam conſuetudinem, Aduocatus articulare debeat, teſteſq; deſuper deponere: videlicet, iſte, actus intra decē annos bis cōtigit: item actus fuit eius naturæ, quòd fa-

9. cilè in populi notitiam peruenerit. † Tertiò requiritur diuturnus vſus, ſiue diuturnitas temporis, quam diuerſimodè æſtimârunt Interpretes: Frequentiùs tamen obtinuit, ad conſuetudinem, quæ præter vel contra legem eſt, decem annos ſufficere. Et hanc communem eſſe, Iaſon fatetur *in d. l. de quibus nu. 47. ff. de legib.* Idémque Io. Mona. voluit *de iur. patro lib. 1. nu 17. ex glo. in c. fin. de conſuetu. lib. 6* de quo vide etiam Petr. a Duen. *de reg. iur. reg. 138. cum limitationibus.* Nam lex longam conſuetudinem aut diuturnitatem appellat *in rub. & l. diuturna. ff. de legi. & rub. C. quæ ſit lon. conſu.*

10. † Longum autem & diuturnum decem annis concluditur, *Inſt. de vſuc. in princ. & d. l. diuturna. Bart. in d. l. de quibus 2. q. pri. ver. 3. videamus, Bald. Ang. & Fab. in §. ex non ſcripto. Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. Innoc. in c. quid per nouale de verb. ſig.* & Panorm. *in d. c. vlt. de conſue.* vbi dicit, hanc eſſe com-

11. munem opinionem † Quartò denique neceſſe eſt, quòd conſuetudo ex certa ſcientia populi inducta ſit, & non ex errore manârit, *iuxta gloſſ. in d. c. vlt. de conſue. Roma. conſ. 68. num 5. Fab. in d. § ex non ſcripto. n. 7.*

† Et ratio eſt, quia cùm conſuetudo ſit taci- 12.
tus conſenſus populi *l. ſed ea. ff. de legib.* dato errore in populo, excluderetur conſenſus eiuſdem *l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. om. iud. cum ſimil.* & conſtat, tacitum cōſenſum populi, vel maioris partis cauſam proximam eſſe, ex qua conſuetudo naſcitur. Vnde etſi multi actus referantur à teſtibus, ſi tamen ex his non deprehendatur tacitus conſenſus populi, nunquam ſunt operabiles ad inducendam conſuetudinem, iuxta Bart. *in d. l. de quib. verſ. primò videamus quot actus.* & dicit Ang. *ibidem,* quòd tacitus conſenſus ſit cauſa cauſans conſuetudinem.

† Probatur autem tacitus conſenſus, ſi te- 13.
ſtes ad probandam conſuetudinem producti ita dicant, talem actum (qui foueat conſuetudinem) factum eſſe talibus, & talibus præſentibus: item quod talibus & talibus natus fuerit is actus: item quod iidem ſint maior pars populi: *Ita Alberic. Roſa. docet in d. l. 2. C. quæ ſit lon. con. Bart.*
Ang. & Zaſ. in d. l. de quibus. † Illud quoque 14.
non eſt omittendum, non ſufficere ad probandam conſuetudinem, quòd teſtes ſimpliciter dicant ita eſſe conſuetudinem: ſic enim teſtimonium dicerent de iure, non de facto: teſtis autem factum deponere debet, & non ius, id eſt, de facto teſtificari, in quo conſiſtit conſuetudo, non de ipſa conſuetudine, quæ eſt ius non ſcriptum, *iuxta Cyn. in d. l. 2. verſ. ſed quæro, quid deponent. & ibidem Roſatus num. 59. & Bar. in d. l.*
de quibus verſ. ſed quid ſi teſtes. † Cæterùm 15.
etſi plerique cenſent, ad validitatem conſuetudinis etiam requiri, vt ſit obtenta in iudicio contradictorio, *autoritate gloſſ. in l. cum de conſue. ff. de legib. & gloſſ. verbo inueterata, in d. l. de quibus & glo. in c. Abbate. de verb. ſigni.* frequentiùs tamen receptum eſt, etiam ſine contradictione iudiciali induci conſuetudinem, *ſicut expreſſim teſtatur Panor. in d. c. vlt. in fi. n. 16. de conſue. & Roch. Curt. ibi. in § requiſito conſue. allegans. Ant. de But. hanc pro communi aſſerentem. idem tenent Faber. in d. §. ex non ſcripto. Oud. Pap conſil. 132. Baro à Tautemb. conclu.*
87. in fin. & Tarcaa. opini. 9. & 153. † Æ- 16.
tiologia eſt, quia conſuetudo à lege

non

non differt : niſi tanquam tacitum ab ex-
preſſo:& ſicut lex inducitur abſque actu iu-
diciario, ita & conſuetudo: *iuxta Bart.* & *a-*
lios communiter in d.l.de quibus. & *d.c.fina.*
& *Socin.conſi.99 in cauſa.lib.1.* Item tacitus
conſenſus popul (vt ſuprà diximus) cauſat
conſuetudinem: qui conſenſus perindè po-
teſt colligi & declarari per actus extraiu-
diciarios, ſicuti per iudiciarios, *d.l.quibus* &
l.ſi ſeruum plurium. & *§.Solt.l. nundinis ff. de*
leg.3.l cum de Lanionis §. aſinam. ff. de fun.
inſtr.leg.

OBSERVATIO XLII.

Conſuetudo requirit actuum vniformium frequentiã vide Matt. de afflict. deciſ. 208. n.9. & deciſ.21. n.17. 18. Gail.2. obſ.31. n.15. A. Reyger.

Ex actibus populi difformibus non probari conſuetudinem.

1. *Requiſita conſuetudinis repetuntur.*
2. *Si ex dictis teſtium appareat, vario modo obſeruatum fuiſſe in caſibus ſimilibus, conſuetudo non probatur.*
3. *Ex actibus populi difformibus non inducitur conſuetudo.*
4. *Quandò vſus populi variat, ad ius commune recurri debet, & ſecundum illud iudicari.*

PRAECEDENTI obſeruatione inter a-
1. lia diximus, † quæ ſint ad legitimæ
conſuetudinis probationem neceſſaria, vi-
delicet, quod ſit rationabilis, frequenter
vſurpata, decem annis continuata, & ex
certa populi ſcientia introducta, per Iura
2. & Interpretes ibidem alleg. † Circa hoc
tamen illud quoque diligenter obſeruan-
dum eſt, Si ex dictis teſtium adpareat, quòd
vario modo obſeruatum fuerit in conſi-
milibus caſibus, conſuetudinem per ipſo-
3. rum teſtimonia non probari. † Nam ex a-
ctibus populi difformibus & diſſimilibus
nulla legitima conſuetudo introduci po-
teſt, propterea quod tum vnanimis populi
conſenſus deficiat, *iuxta Bart. in l.2.in pr.*
verſi. Ex quo nota. C. quæ ſit long. conſue.
& *eundem in l. ſolet. §. non verò.ff. de inoffi.*
procon. & *c. Deci.con.* 8. † Et dicit ſingula-
riter Alex.*con.5.* & *con.* 127. *lib.* 5. quòd ta-
li caſu, quandò vſus populi variat, redeun-
dum ſit ad ius commune, & iuxta illud iu-
dicandum, *per l.nemo alieno §. 1.cum gl. ibi*
ad fin.ff.de regul. iuris. & *Bald.in l.non ſo-*
lum in fin.ff.de iure dot. Et hoc, veluti me-
moratu dignum, non contemne.

OBSERVATIO XLIII.

Conſuetudo, qua parentes à fratribus & ſororibus defuncto vtrinq. coniunctis à ſucceſſione legitima excluduntur, ad legitimam non extenditur.

1. *Legitima parentum ipſis ſalua eſt, etiamſi aliàs conſuetudine à ſucceſſione legitima per fratres & ſorores defuncto vtrinque coniunctos excluduntur.*
2. *Quia legitima ſpeciali iure, nempe vt æs alienum debetur.*
3. *Excluſa ſucceſſione, non cenſetur excluſum, quod alia ratione debetur.*

SVPRA Obſeruatione XLI. annotaui-
mus, † Conſuetudinem iure ſubſiſtere, 1.
qua parentes à ſucceſſione legitima per
fratres & ſorores vtrinque defuncto con-
iunctos excluduntur: Verùm talis conſue-
tudo ſic moderanda eſt, vt non extendatur
ad parentum legitimam: quæ alio iure cen-
ſetur, quàm ſucceſſio legitima, ſiue ab in-
teſtato: † Quoniam ſpeciali iure venit, ac 2.
debetur nempè tanquam æs alienum, &
non vt ſucceſſio, *iuxta gloſſ. in l.ſi quis. ver-*
bo poſſe. ff. ad Corne. de fal. & *glo. in l.5.*
verbo debitum. C. de inoffi. dona. item Bal.
in l.1. circa fin. C. de legi. hære. bonus text. in
l.vni. C. de impo. lucra. deſcri. lib.10. Alex.
conſ.13. tranſmiſſo. num.2. lib.1. & *con. 150. nu.*
6. lib.2. † Ideóque nec ſucceſſionis iure re- 3.
gulatur: *d.l. vnica.* Non igitur excluſa ſuc-
ceſſione, debet excluſum videri, quod alia
via & ratione ineſt, ac debetur & conſe-
quenter nec legitima parentum. Vnde con-
ſequitur, quod etſi in themate ſuprà in di-
cta 41. obſer. propoſito, auus defunctæ Va-
leriæ excluderetur per allegatam cõſuetu-
dinem (quæ Quedlinburgi extare aſſeritur)
ab ipſius ſucceſſione ab inteſtato, extanti-
bus fratribus & ſororibus defunctæ ex v-
troque latere coniunctis, ob id tamen non
cenſeatur excluſus etiam à legitima peten-
da quæ alia via, ac ratione ei debetur, vt
iam deductum eſt. Et prædicta pro ſingu-
lari limitatione ſuprà aſſertæ conſuetudi-
nis diligenter obſerua.

Digitized by Google

OBSERVATIO XLIV.

Gail.2. obſ. 111. Legitima quomodo debeatur aſcendentibus. vide Hartman. Hartman. titul. 43. de ſucceſ. obſ. 6. per tot. A. Reyger.

An conſuetudo, qua parentibus legitima in totum aufertur, valeat?

1. *Parentibus, an legitima in totum auferri poßit.*
2. *Affirmatiua opinio.*
3. *Negatiua opinio frequentius obtinuit.*
4. *Eiuſdem opinionis ratio.*

ILLVD quoque in ſuprà dicto themate
1. controuerſum fuit, † Vtrum conſuetudo iure ſubſiſtat, in qua parentibus in totum aufertur Legitima? Quod videtur:
2. † Cùm enim omnis Aſcendentium ſiue parentum ſucceſſio ſit ciuilis, *iuxta Bald. in l.1. num. & 2. C. ſi quid in frau. patro. & in l.4. num.14. C. de libe. prate. itémque Dec. in l. iura ſanguin. num.7. ff. de reg. iur.* etiam quò ad legitimam, *iuxta l. quæ nuper. 13. C. de inoffic. teſta. & l. ſi arrogator. ff. de adopti. & § ſi quis autem. in Nouel. de hæred. & Fal. & Dec. in d. l. iura ſanguinis. num. 7.* vtique contrario iure tolli poterit, *iuribus vulg. Et in hanc ſententiam plura congeſ-*
3. *ſit VVeſenb. con. 24. in princ.* † Attamen verius eſt & frequentius traditum, legitimam parentum alterari quidem, & minui poſſe contraria conſuetudine, vel ſtatuto, in totum autem tolli non poſſe, *iuxta Bald. & Dd. communiter in l. 1. § 1. ff. de inſti. & iure. Deci. & alios in d. l. iura ſang. Alexand. con. 61. lib. 1. & nouiſſ. Arius Pinellus in rep. l. 1. C. de bon. mater.* † Eſt enim legitima et-
4. iam parentum, inſtar alimentorum, *d. l. 1. § 1. ibidémque Dd.* & alimentis ſurrogatur, *iuxta Bart. in l. Titio. 71. § Titio 3. num. 6 ff. de condi. & demonſt. Cyn. in l. ſancimus, num. 2. & 3. C. de nupti.* cauſámque fundatam & radicatam habet in iure naturali, *§ cùm itáque verbo, ſecundum naturam. Nouel. de hæred. & Falci. & Bald. in d. l. 4. C. de libe. prate.* quod alterari quidem poteſt, ſed in totum auferri nequit. *Dd. in l. 6 ff de inſti. & iur. Dyn. & Ioan. And. in c. indultum. de regu. iur. lib 6. Bart in d. Nouel. de hæred. & falci. Alex con 75 num. 5 lib. 2. cum multis aliis, quos Menoch. accumulat conſ. 4. Ambigitur. numer. 11. & Alciat. in tract. de præſum. regu. 1. præſum. 8. vbi latius videre poteſt.*

OBSERVATIO XLV.

An mulier etiam in feudalibus mariti bonis tacitam hypothecam habeat?

Vide Gail. 2. obſ. 84. n. 4. A. Reyger.

1. *Vxor in bonis mariti allodialibus tacitam habet hypothecam, tam quò ad dotem, quàm alia bona paraphernæ vltra dotem illata.*
2. *Quò ad dotem præ omnibus crediteribus prælationem habet: ſecus eſt in bonis paraphernis.*
3. *Vxor an etiam in feudalibus mariti bonis tacitam habeat hypothecam, non conſtare inter iuris Interpretes.*
4. *Receptior tamen eſt ſententia, in Camera quoque adprobata, in bonis feudalibus tacitam hypothecam non habere locum.*
5. *Vxor in bonis mariti etiam ius retentionis pro allata dote habet.*

NOTI iuris eſt, † quòd vxor tacitam 1.
habeat hypothecam in bonis ſui mariti allodialibus, non tãtum quò ad dotem, verùm etiam quò ad alia ſua bona parapherna, vltra dotem illata: † In eo tamen 2.
differunt, quòd in dote præfeæatur vxor omnibus creditoribus etiam anteriorem hypothecam expreſſam habentibus ſecundum obſeruationem Cameræ, ſicut ſuprà *cent. 4. obſ. 13.* annotauimus: in paraphernis autem ius tale prælationis, ſiue prioritatis (ſicut nec cætera dotis priuilegia, quæ innumera ſunt *tot. tit. C. de priuil. do. Dd. in rub. & l. 1. ff. ſol. matr.*) non habeat qua de re pariter ſuprà *cent. 5. obſ. 4.* ſatis multa diximus, vt ſuperuacanea repetitione non ſit opus. † An autem vxor, ſicut in allodia- 3.
libus, ita quoque in bonis feudalibus tacitam habeat hypothecam, non conuenit inter Doctores. Nam Bart. *in d. l. ſi conſtante, num. 73.* hanc mulieri concedit, quamdiu maritus viuit, & non vltra. Alij verò cenſent, in feudis tacitam hypothecam non habere locum. † Quam ſententiam *Alex.* 4.
in d. l. ſi conſtante. num. 25. Sals. Iaſ. & alij in l. vlt. C. de iure emphy. Bald. in l. 2. C. vt in poſſeſ. lega. Brunus conſ. feud. 1. nu. 19. Afflict. deciſ. 162. Dum. regu. 317. Tiraquel. de retract. proxi. § 1. glo. 3. n. 5. amplexi ſunt: itémq. Neguzan *in d. tr. de pignor. par. 2. mem. 2. nu. 43.* vbi

Digitized by Google

ſ. vbi hanc communem eſſe fatetur: & eandem meo tempore Domini Camerales in ardua quadam feudali controuerſia tanquam veriorem, magiſque receptam ſecuti ſunt.
5. † Et hinc eſt, quod vxor in bonis mariti etiam ius retentionis pro dote illata habeat, *iuxta gloſſ. in l. Vnic. C. etiam ob chyrog. pecu. & c. Sal. in l. Vlt. C. commo. & Neguz. in d. tract. de pignor. in 5 parte mem. 2.* nec ex poſſeſſione bonorum mariti defuncti excedere cogi poſſit, niſi pro dote ipſi ſatisfiat, *Bald in l pen. nu. 2 ff. de pign. act. Bald. Nouel. in tract. dotis par 8. q 6. num. 21. & Dd. communiter in l. diuortio, §. ob donationes. ff. ſol. matri. & VVeſenbec. conſ. 77. num. 9.*

Vxor habet ius retentionis in reb. mariti nomine dotis ſibi hypothecatis, Harm. Hart. tit. 27. obſ. 6. nu 2. A. Reyger.

OBSERVATIO XLVI.

Si ad aliquem actum requiratur alicuius ſcientia, conſenſus neceſſariò non requiritur, ſed ſufficit, ipſi actum hunc fuiſſe notificatum, priuſquam fuit factus.

1. *Quandò in actu aliquo alicuius ſcientia requiritur, ſufficit ei actum fuiſſe notificatum: & hac eſt communis.*
2. *Diſcrimen inter conſenſum & ſcientiam.*

1. QVANDO ſtatuto, † vel ex diſpoſitione aliqua tantum requiritur alicuius ſcientia, vel prohibetur actus fieri ſine alicuius ſcientia, dubitatum fuit, an tali caſu nuda & ſimplex contractus ſcientia & notificatio ſufficeret? Et crebriùs placuit Dominis ſufficere, etſi is, qui ſcire debet, non conſentiat: per ſingulare dogma *Bald. in l. nemo. num. 5. C. de ſent. & l. omnium. nu. 9. ac ibidem Iaſ. nu. 4. C. de ſent. & l. omnium. n. 9. ac ibidem Iaſ. n. 4. C. de teſta.* Item Ang. *in §. emphyteuſis. 2. Nouel. de alie. & em-*
2. *phy. per illum textum.* † qui diſcrimen facit inter conſenſum & ſcientiam. Idem atteſtatur *Fel. in c. nónne. num. 5. de praſum. Alex. & Ripa in prin. & alij in l. 2. §. Voluntatem. ff ſolut. matr.* Et hoc ipſum dicit eſſe ſingulare (vt certè eſt) *Ludo. Roma. ſingul. 793. ſtatutum dicit.* Idémque ſequitur, & ad id plura allegat *Tiraq. in legib. connub. in gloſſ. 7. ad Verb. expreſſ. n. 35. & 36. Vbi latius videri poteſt.*

OSERVATIO XLVII.

Mulieres & ruſtici iuris ignorantiâ quando excuſentur?

Ignorantia Iuris quando excuſet. Gail. 2. obſ. 48 Ruſticus mulier & miles præſumuntur ignorantes litigare coram incompetente iudice. VVurmſ. tit. 8. de Except. obſ 1. nu. 6. A. Reyger.

1. *Quandò mulieres & ruſtici ob iuris ignorantiam excuſentur.*
2. *In condendis teſtamentis eos ignorantiam iuris nihil reuelare.*
3. *Idem eſt ſi debito tempore ſuas probationes vel inſtrumenta non exhibeant.*
4. *Poſſunt tamen ſi peritorum copiam non habuerunt, in integrum reſtitutionem impetrare: fallit, vt n. 5.*

QVAMVIS † mulieres & ruſtici excuſentur ignorantia iuris, ſi peritos iuris conſulere nequeunt: Attamen in his, quæ ad formalem actus ſubſtantiam pertinent, aut iudiciarij ordines ſolennitatem reſpiciunt, ignorantia ipſos nihil iuuare poteſt. † Vnde ſi mulier aut ruſticus in condendo teſtamento non obſeruarent ea, quæ ſubſtantialis teſtamenti forma exigit, non excuſabit ipſos iuris ignorantia, etiam eo caſu quo Iuriſconſultorum conſilia habere non potuerunt: ſed actus, aut teſtamentum prædicto modo conditum, omninò corrueret: *gloſſ. & ſing. in l. ambiguitates. ibidémque Dd. C. de teſtam.* † Pari ratione ſi intra tempus legitimum, inſtrumenta, aliáſve probationes non produxerint in iudicio, per iuris ignorantiam ſibi præiudicabunt: cùm ignorantia illa circa iudiciarij ordinis ſollennitatem, ob publicam vtilitatem introductam, verſetur, *iuxta Bald. in l. iuris ignorantia. C. qui admi. ad bono. poſſ. & Iaſ. ibid. latè: faciunt not. per Bar. in l. 1. §. nunciatio. propè fi. ff. de no. ope. nun.* † Si tamen mulieres aut ruſtici non potuiſſent obtinere conſilium & inſtructionem peritorum, ac interim tempus probationibus præfixum effluxiſſet, in integrũ reſtitutionem aduerſus lapſum tẽporis impetrare poſſent, *iuxt. Sal. & Iaſ. in d. l. iuris ignorantia: vbi & gloſ. ait.* † Quòd ſi peritos in conſilium adhiberi potuiſſent, nec adhibuerunt, nullo modo ſe iuris ignorantia tueri poſſunt, non ſolùm in his, qui ad actus ſubſtantiam, iudiciorúmve ſolennitatem ſpectant, ſed nec in aliis quibuſcunque negociis: *de quo vide latius*

(Margin numbers in right column: 1. beside "tos iuris conſulere"; 2. beside "iuuare poteſt"; 3. beside "de teſtam."; 4. beside "ope. nun."; 5. beside "ignorantia: vbi".)

per Bald. & Dd. in locis ſuprà citatis

OBSERVATIO XLVIII.

Gail. 1. obſer. 47.

Vſufructuarius an & quandò ad iuratoriam cautionem admittendus?

1. *Vſufructuarius regulariter ad præſtandam cautionem tenetur, de vtendo fruendóque arbitrio boni viri, &c.*
2. *Et quidem cautionem fideiuſſoriam: tenetúrque inuentarium bonorum facere in inſtrumento cautionis.*
3. *Si ſit pauperior vſusfructuarius, an ad eandem obligetur? multùm variare Dd. vt num 4 5. 6. & 7.*
5. *In Camera tertia opinio recepta eſt, nempè vt proprietarius fundum ad ſe recipiat, & vice vſusfructus annuatim certam ſummam pendat.*

COMMVNIS eſt Interpretum iu-
1. ris doctrina, † quod vſufructuarius
vti fruique non poſſit, niſi cautionem
præſtet de vtendo & fruendo arbitrio bo-
ni viri, déque reſtituendo rem vſufructu
finito, *l. 1. C. de vſufruct. toto tit. ff. vſufru. quemad. cau. l. vſufructu. conſtituto, ibi*
2. *gloſſ. Bald. & Salic. C. de vſufru.* † Idque de
fideiuſſoria cautione recipiendum eſſe,
Guid. Pap. cenſet *deciſ.* 248. Et quod in
uentarium vel deſcriptionem bonorum
facere ſit obnoxius in eodem inſtrumen-
to cautionis, Bertran reſpondit *conſ.* 61.
3. *col.* 12. *vol.* 3. † Sed pone, vſufructuarium
pauperiorem eſſe, quàm vt hanc cautio
nem præſtare poſſit, an idcirco vſufructu
priuandus ſit? Sanè Dd. in huius dubij re-
4. ſolutione multùm ſeſe torquent. † Plæ-
rique enim cenſent, vſufructuarium eo
caſu ad iuratoriam cautionem admitten-
dum eſſe, ſi modò fide dignus ſit & non
ſuſpectus, *Bart. & Bald. in d. l. vſufruct. Ang. & Ioan de Imol. in l. cum facilè. ff. ſi cui plus quàm per l. Fal. Barb. conſ.* 11.
vol. 3. *& Hipp. in ſua pract. crim.* §. *diligenter nu.* 140. † Alij bona penes aliquem
5. virum honeſtum & fide dignum ſeque-
ſtranda eſſe putant, qui vſufructuario de
fructibus reſpondeat: in qua opinione
Guid. de Cun. fuit, quam Bart. *in d. l. vſufructu.* admittit eo caſu, quandò vſufru-
ctuarius pauper eſt, & ſuſpecta perſo-
na: & refert Guid. Pap. ſecundum hanc o-
pinionem iudicatum fuiſſe in parlamen-
to Gratianopoli *deciſ.* 250 eamque com-
muniter teneri Ang. Peruſ. atteſtatur *in l. hac edictali.* §. *hic illud. nu.* 6. *C. de ſecun.*
nupt. † Nonnulli verò autumant, quòd 6.
tali ſpecie proprietarius feudum aut rem
ad ſe debeat recipere, vel pro ſe retinere,
& vice vſusfructus annuatim certam ſum-
mam ſeu fructuum, ſeu pecuniæ (vſque
ad tertiam centeſimæ, vt dicit gloſſ. *per d.* §. *hic illud*: vel, vt alij, arbitrio iudicis) re-
pendere ac ſoluere vſufructuario, ipſique
de illa cauere: quam ſententiam Ang. ſe-
quitur *d. n.* 6. & Salic. *in d. l. vſufructu.* tan-
quam æquiorem. † Denique alij volunt, 7.
vſufructuarium in prædicto caſu omninò
vſufructu priuandum eſſe, *gloſſ. in d. l. vſufructu. verbo, boni viri.* quam Bald. per
multa argumenta ſequitur, & Sal. aſſerens
eam à multis & non mediocris doctrinæ
Iuriſconſultis teneri, adeò vt durum ſit ab
illa recedere. † Cùm autem harum qua- 8.
tuor opinionum conflictus in Camera in-
cidiſſet, quamuis hanc poſtremam opinio-
nem de rigore iuris veriorem putarint Do-
mini: tamen tertiam omnium æquiſſimam
eſſe ac tutiſſimam cenſuerunt, nempè
quòd proprietarius eo caſu feudum ad ſe
recipiat, & vice vſusfructus certam annua-
tim ſummam ſeu fructuum, ſeu pecuniæ
ſoluat. Nam hac ratione & proprietario, &
vſufructuario pariter proſpicietur, nec cui-
quam de iure aut commoditate ſua quid-
quam detraheretur: itaque ab ea in iudi-
cando non eſt recedendum.

OBSERVATIO XLIX.

Vide Gail. obſeru. 137. Appellatio manifeſtè friuola non eſt admittē da. Hartm. Hart. tit. 19. de apellat. obſer. 16. per tot. A. Reygers.

Appellatio, quæ admitti non debuit, ſi recipiatur, poteſt iudex deſuper cognoſcere: idē & in probatione obtinet.

1. *Si iudex recipiat appellationem aliquam indebitè, nihilominus de ea cognoſcere poterit.*
2. *Probatione per iudicem admiſſa, quæ admitti-*

Digitized by Google

admitti non debuit , ſi aduerſarius non contradixerit, ea vires habebit.

1. DVBITATVM fuit à Dominis in quadam cauſa, † An ſi appellatio de iure non debuiſſet admitti, vel in ea procedi, (vt quia ſententia tranſierat in rem iudicatam, vel alio reſpectu executioni mandanda erat) attamen de facto recepta fuerit per iudicem ad quem, & coram ipſo per partes, proceſſum poſſit iudex appellationis in eadem cognoſcere, & pronunciare? & Inno. ſingulariter voluit, id iudicem poſſe, déque prioris ſententiæ iuſtitia definire, *in c. cum dilecta. de reſcrip. & in cap. cum Bertoldus. de re iud.* & hanc ſententiam approbant quoque *Butr. & Imo. in d. c. cum dilecta: itémque Panor. in c. cum contingat. de offi. de leg. in 2. col. idem quoque Bal in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſid. Lud. Roma. in l. admonendi. ver. nonò fallit. ff. de iureiur. & Pels. in c. inter cæteras. de re iudic. prodidere*, quod memoria tenendum eſt.

2. † Sic quoque ſi probatio per iudicem admiſſa fuerit, quæ tamen non erat admittenda, & pars aduerſa non contradixerit, ſed tacuerit: (vt quia poſt lapſum dilationis ad probandum conceſſæ, vel contra iuramentum, aut formam ſtatuti) tum probationem valere Baldus cenſuit, *in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. peta. Idémque Alexand. ibi col. 3. Bald. & Sali. in l. vlt. C. de non nume. pecu. probant: de quo vide etiã Bart. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. & Panor. in d. c. cum contingat.*

OBSERVATIO L.

De pacto retrouenditionis. Gail. 2. obſ. 16. Emptor lucratur fructus donec rem retrouendat. Hart. Hartman. tit. 22. de pact. & tráſact. obſer. 4. nu. 3. & per tot. A. Reyger.

Emptor cum pacto reuẽditionis, an & quandiu fructus ſuos faciat, vel eoſdem redimenti reſtituere teneatur?

1. *Si venditio cum pacto retrouenditionis facta ſit, quamdiu emptori precium non offertur fructus ad emptorem pertinent, nec ante oblationem eoſdem tenetur reſtituere: fallit, vt n. 5.*
2. *Ætiologia prædicti axiomatis.*
3. *Omnes fructus ante litis conteſtationem ſuper reuenditione percepti ad emptorem pertinent, & non computantur in ſortem.*
4. *Secus eſt in pactis Legis Commiſſoriæ, vel Addictionis in diem.*
6. *Mora in hac materia quandò committatur.*
7. *In contractu reuenditionis non expectandam eſſe litis conteſtationem.*
8. *In actionibus ſtricti iuris non à tempore moræ, ſed à tempore litis conteſtationis fructus deberi: & quandò id fallit, vt num. 9.*

QVOD † emptor cum pacto retrouendendi fructus ſuos faciat, priuſquam ipſi precium offeratur, nec eoſdem ante oblationem venditori teneatur reſtituere, crebrius receptum eſt, *iuxt. l. 2. ibi Bald. & Caſtr. C. de pac. inter emp. & vend. glo. in c. illo vos. in verb. percept. & ibi Hoſt. verb. computatis. & ibi Ioan. And. col. pen. Imol. col. 3. & Panorm. col. 2. ext. de pigno. cum multis aliis allegatis à Tiraqu. in tract. de retract. conuen. § 5. gl. 2. nu. 1. vbi dicit, hoc etiam obtinere in foro conſcientiæ.* † Et huius ſen- 2.
tentiæ euidens eſt ratio, *quam inter cæteros adducit Ang. con. 55. Ex pacto de reuendendo*: quia hi fructus percepti ſunt ab emptore tunc domino rei, cùm eos percepit: vnde eum ſequuntur iure dominij, *l. Herennius. ff. de vſur.* Neque enim hoc caſu fit reſolutio primæ venditionis ipſo iure (vt in pacto legis Commiſſoriæ, vel Addictionis in diem, *l. ſi res. §. vlt. & l. ſeq. ff. de in di. addict.*) ſed fit noua venditio, *l. pacta conuenta. ff. de contra. empt. iuncta. l. ſi vnquam. § pactum. ff. de pact.* † Vnde omnes fru- 3.
ctus percepti ante litis conteſtationem ſuper reuenditione, ad emptorem pertinẽt, nec computantur in ſortem, ſiue precium, *per text. in l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actio. emp. & l. Valerianus. ff. de iu. fiſc.* Ioa. And. *in d. c. illo vos. de pigno.* etiam aliam rationem adfert: Quia in caſu, in quo contractus ex pacto reuenditionis reſoluitur, in facultate venditoris conſiſtit, vt reſoluat, cùm voluerit, offerendo precium: ideo ipſi imputandum eſt, quod id non fecerit. † In 4.
aliis verò pactis, putà legis Commiſſoriæ, vel Addictionis in diem, facultas reſoluendi eſt in arbitrio emptoris, vel tertij, ideò nihil venditori imputari poteſt. Et hoc ſequitur etiam *Panorm. in d. c. ad noſtram. & Tiraque. in repe. l. ſi vnquam. verbo reuertatur. n. 230. C. de reuo. donat.* † Quod autem 5.

ſuprà dictum eſt, emptorem lucrari fructus,
hoc procedit, niſi moram fecerit in reuen-
dendo: quia à tempore moræ, ſiue poſt mo-
ram emptor fructus reſtituere tenetur, *per
text. in l. 2. in fin. & ibi Bal. C. de pact. inter
emp. & Vend.* Idémque expreſsè volũt *Guil.
Cun. in l. petens. & ibi Bal. col. Vlt. Ver. quæro
de duobus C. de pac. Bar. Raph. Alex. & a-
lij in l. qui Romæ ff. de Verb. oblig. Soci. con.*
80. *In quæſtione quæ Vertitur. col. 3. Ver. ſe-*
6. *cunda pars concluſionis. li. 3.* † Moram autem
hic accipere debemus, oblata & conſigna-
ta pecunia, vt plurimi cenſent aut certe tã-
tùm oblata. ſecundum aliorũ ſẽtentiam, *Vt
latè per Tiraq. in tr. de retr. conuen. §. 4. glo.*
7. *6. in Ver. Conſigner in pr.* † Hinc conſequi-
tur, non expectandam eſſe litis conteſta-
tionem: quemadmodum Ang. reſpondit *d.*
8. *con. 55.* vbi fortè ad id reſpexit. † Quod in a-
ctionibus ſtricti Iuris (cuiuſmodi hæc eſt,
quæ pro reuenditione, ex pacto in contra-
ctu adpoſito, competit, nempe præſcriptis
verbis, *Tiraq. d. tra. § 1. glo. 1 nu. 2. & 3.*) non
veniunt fructus ſtatim à tempore moræ,
ſed à tempore litis conteſtationis *l. 2. l. Vi-
deamus. §. ſi actionem ff. de Vſur. & l. cùm
fundus ff. ſi cert. petat. l. 3. §. in hac. ff. com-*
9. *mod.* † Sed id certè non habet locum, quan-
do actor petit, quod ante ſuum fuit: nam
tunc etiam in actionibus ſtricti iuris fru-
ctus ex mora debentur, *ſicut declarat etiam
text. in d. §. ſi actionem. & gl. Vlt. in l. quod te.
in fi. ff. ſi cer. pet. Bal. poſt Guil. in d. l. 2. C. de
pact. inter. empt. & in d. l. petens. col. Vlt. Verſ.
Dico quod iſta ratio. & ibi Deci. col. pend. idem-
que, Bal. in l. iuris gentium §. quinimò col. 3.
Ver. Ex hac glo. & ibi etiam Fulg. col. ff. de
pact. item Sali. (qui huius rationem reddit) in
d. l. cùm fundus. ibi Iaſ. & Dec. ff. d. tit. Ang. in
§. præterea debitor col. 7. Ver. quæro itaque.
Inſt. de excep. Et hæc Veluti memoratu digna
in memoria retine.*

OBSERVATIO LI.

Guil. 1. obſ. 25. & lib. 2. obſeru. 45. VVurmſ. tit. 28. de creditorib. & debitorib. obſe. 8. per tot. A. Reyger.

*Diſcutitur quæſtio, an quis poßit ſe pro
ciuili debito ad carceres obligare?*

1. *Si quis ſeſe obliget ad carceres, ſi intra præſcriptum terminum non ſoluat, an talis obligatio iure ſubſiſtat?*
2. *Negatiua opinio, eiuſdémque rationes.*
3. *Affirmatiua eadémque pluribus rationibus ſuffulta. & n. 4. 5. & 6.*
7. *Affirmatiuam communiorem eſſe, & conſuetudine Germaniæ adprobari.*
8. *Liberos homines in obſides dari poſſe, & etiam Vinctos teneri in certo loco, donec fiat, quod promiſſum eſt.*

VALDE inter Doctores iuris controuer-
titur, † num quis poſſit ſe pro pecu- 1.
niario, vel ciuili debito obligare ad carce-
res, ſi intra præſcriptum terminum non ſol-
uat? † Et plærique aſſerũt, talem pactionem 2.
iure inualidam eſſe, tùm quia nemo ſit do-
minus membrorum ſuorum: tùm quia par-
tes paciſci nequeant, quòd non ſeruetur iu-
ris ordo: tùm quia de iure non poſſit in-
choari proceſſus ab executione, ſed requi-
ratur libellus; litis conteſtatio, & ſententia:
*per hæc & complura ſimilia argumenta,
Spec. in tit. de renun. & concl. § 1. Verſ. item
eſt beneficium. poſt Rich. Malumbr.* (*Vt eum
Cyn. refert. in l. 1. C. qui bo. ced. poßint*) ita te-
nuit *per auth. Imo. & quæ ibi not. C. de actio.
& oblig. quem Bart. Imo. Ang. Roma. &
Alexan. in l. alia §. eleganter, per illum tex. ff.
ſolu. matr. itémque Sali. in d. l. 1. ſecuti ſunt:
Vbi etiam Sali. rationes annectit, iuribúſque
pro contraria opinione militantibus reſpon-
det: & Fel. in c. ex reſcripto de iureiur. hanc
Veluti communem aſſerit.* † Verũ quòd talis 3.
pactio iure ſubſiſtat, multis rationibus pro-
bari poteſt. Primò conſtat, quod poteſt fieri
per legẽ, idẽ & per pactũ fieri poſſit: *l. nõ im-
poßibile ff. de pac.* ſed per legẽ capi quem &
in carcerẽ coniici poſſe, notũ eſt, *per l. 3. §. tu-
tores ibi gl. ff. de ſuſpe. tut. & d. l. 1. C. qui bo.
ced. poſſ.* ergo & per pactum. † Deindè cuili- 4.
bet permittitur obnoxiũ capere fugientem,
*l. 1. C. Vbi quis de cur. Vel cohor. & l. generali C.
de decurio. lib.* 10 quia licet propria autorita-
te capere debitorem fugientem, vel de fuga
ſuſpectum, eúmque tantiſper detinere, do-
nec ſoluat aut ſatisfaciat, *l. ait Prætor. §. ſi de-
bitorem. ibi Bar. & alij ff. quæ in frau. cred. &
l. ſi fideiuſſor. §. Si ſatiſdatum. ff. qui ſatiſda.
cog. Bald. in d. auth. imò idem in c. 1. de pace
iura. fir. Alex. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.
Inno. & cæteri Canon. in c. Vt fama. de ſen-
ten. excom.* † Porrò iure gentium concedi- 5.
tur aliquem nedum capere, ſed etiam deti-
nere & ſeruare, *l. 4. ff. de ſta. homi. Inſt. de iur.
perſo. §. 1.* ergo & per pactum quod eſt iuris
gentium: *l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iur.*
† Denique multa poſſent in hanc ſenten- 6.

tiam

etiam ſimilia adduci, quæ eleganter congeſſit Henni God. *conſi. 2. lib. 9. à num. 59. vſque ad nu. 69.* vbi tandem concludit, valere tamen conuentionem, vt debitor non ſoluens in termino, detineri poſſit in carcere ſaltem publico *iuxta Bald. in d. §. eleganter. & Ang. in l. nemo carcerem, C. de exacto. tribu. lib.* 10.
7. † Et retenta hac poſteriori ſententia, veluti veriori & communiori (vt idem Henni. aſſerit) & quæ notiſſima Germaniæ noſtræ conſuetudine iampridem recepta eſt, ad argumenta propriori opinione ſupra allegata facilis eſt reſponſio, prout ad eandem reſpondet *prædictus Henni. God. in d. conſil. 2. num. 70. vſque ad numer. 86. poſt. Imol. in dict. capitulo contingat. de iureiurand.* ad quos breuitatis cauſa ſit relatio. Et confirmatur hæc ſententia, tamquam de iure verior, per motiua Doctorum *in leg. 2. C. de patr. qui fil. diſtra. & in dicto capitulo ex reſcripto de iureiur. & c. expoſi*
8. *ta. de arbi.* † vbi communiter aſſerunt, liberos homines in obſides dari poſſe, & teneri etiam vinctos in certo loco, donec fiat id, quod eſt promiſſum: atque Bald. poſt Innoc. in dicto capitulo ex reſcripto, quòd debitor obligare ſe poſſit abſque iuramento ad ſtandum in certa ciuitate, & inde non diſcedendum ſine licentia creditorum: Ex quo deinde infert, idem iudicem facere poſſe, valeréque pactum, quòd debitor ſtet ad diſcretionem iudicis, quoniam priuatus carcer (vt ipſe ait) prohibitus eſt, non autem publicus: *vt ibi latius per eum.* Et prædicta, tanquam memoratu digna, non contemne, quoniam de hac quæſtione ſæpe dubitari contigit.

Creditor quo modo pacto ſe obligare poſſit, ne debitum intra certum tempus exigatur, Vvurmſ. tit. 28. de credi. & debit. obſ. A. Reyger.

OBSERVATIO LII.

Terminus ad ſoluendum præfixus per creditorem prorogari poteſt, etiam iuramento firmatus, vt debitor non incurrat periurium.

1. *Tempus ad ſoluendum conceſſum prorogari poteſt, etſi iuramento firmatum ſit.*
2. *Iuramentum in fauorem partium præſtitum, ſi pars remittat, Deus quoque remittit.*
3. *Explicatio ad l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo ff de verb. oblig.*
4. *d. l. cùm ſtipulatus ſim à Proculo. in conuentionali pœna ſolum locū habere non in pœna legali vel ſtatutaria.*
5. *Pœna periurij, tanquam legalis, ante lapſum terminus non committitur: & prorogato termino iuſiurandum ſimiliter prorogatum cenſetur.*

TERMINVM † ſolutionis alicuius debiti, etiam iuramento firmatum, per creditorem prorogari poſſe, adeò quòd debitor per hoc non fiat periurus eleganter tradit Panorm. *in c. præterea. verſi. adduco optimum ſimile. de appel. & in c. 2. de ſponſa. in gloſſ. fin.* † Quia 1.
iuramentum in fauorem partis præſtitum remittit Deus, remittente parte. *c. 1. de iureiur. & d. c. 2. de ſponſa.* Et prædicto dogmati non aduerſatur l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo, ff. de verb. oblig. vbi etiam prorogato termino committitur pœna, ſi prorogatio fiat eo tempore, quo iam promiſſum propter temporis anguſtiam veriſimile ſit, impleri non poſſe. † Quoniam 2.
reſponderi poteſt, legem illam in pœna conuentionali hominis loqui, & non in pœna periurij, quæ non committitur, niſi termino penitus elapſo: Quapropter ſi ante terminum per creditorem fiat prorogatio, pœna periurij non incurritur, niſi tempus quoque prorogatum tranſiuerit. † Et 3.
ſcribit eleganter Iaſ. d. l. cùm ſtipulatus ſim mihi, ſolùm procedere in pœna conuentionali, non autem in pœna legali, vel etiam ſtatutaria: ea enim non committitur, niſi tranſcurſo toto tempore termini conceſſi, etiamſi certum ſit, intra terminum rem fieri non poſſe Et rationem reddit, quia (inquit) pœna legis mitior eſſe debet, magis coerceri & reſtringi, quàm pœna hominis. † 4.
Cùm igitur pœna periurij ſit legalis, non 5.
poteſt ante elapſum terminum committi: quare termino prorogato, iuſiurandum pariter prorogatur iuxta eundem Iaſ. *in l. Labeo. vbi præclarè de hac materia loquitur. ff. de iureiur.* Ait enim, hanc prorogationem fieri poſſe etiam eo tempore, quo promiſſum præſtari non ſit

poſſibile, dummodò, priuſquam terminus penitus effluxerit, huiuſmodi prorogatio fiat: quia iurantem à periurio præſeruabit.

OBSERVATIO LIII.

Gail. 1. obſer. 91. n. 12. & lib. 2. obſ. 30. n. 11. Terminus ſolutionis ſi prorogetur à principali, an liberetur fideiuſſor. vid. Hartm. Hart. tit. 30 de fideiuſſor. obſ. 6. 4. & ſeqq. A. Reyger.

Prorogatione termini per creditorem facta, quatenus cum ſuis acceſſoriis cenſeatur prorogatus.

1. *Prorogato ſolutionis termino, cenſentur omnia acceſſoria pariter eſſe prorogata.*
2. *Et de quibus acceſſoriis hoc ſit intelligendum.*
3. *Fideiuſſores an & quandò à ſua obligatione liberentur, ſi debitor prorogationem ſolutionis à ſuo creditore impetrauit: & num. 4 & 5.*

1. PROROGATIONI termini, † vt in proxima obſeruatione dictum eſt, per creditorem facta, iuramentum, pignora, & pœna promiſſa, cæteræque partium conuentiones perindè prorogatæ cenſentur, ac ſi res adhuc intra primum obligationis terminum conſiſteret, *iuxta Inno. & eleg. Hoſti. in c. præterea. de appel.* Terminus enim cum omnibus ſuis qualitatibus prorogatus videtur. † Verùm prædi-
2. cta doctrina de illis tantum acceſſoriis, quæ ab ipſis contrahentibus dependent, intelligenda eſt: ſecus ſi ab aliis, licet contractui interuenerint. † Proindè ſi fideiuſ-
3. ſores adhibiti ſint, aut pro debitore res ſuas amicus quiſpiam pignoris loco conſtituerit & obligârit, prorogatio termini per creditorem facta, non parit prorogationem fideiuſſorum, vel pignorum rerum alienarum, niſi fideiuſſores, vel pignorum domini prorogationi conſentiant, *iuxta Hoſtien. in d. c. præterea. alleg. l. Labeo. §. pen. & vlt. ff. de arbi. & l. item quæritur. §.*
4. *qui impleto. ff. loca. & l. ſi cum Hermes. C. de locat. & cond.* † Hæc iura intelliguntur, quando fideiuſſor ſe ad certum tempus putà ad annum, vel biennium obligauit: quia tunc anno, vel biennio tranſcurſo amplius non obligatur: Quapropter in prorogatione illius termini denuò interuenire fideiuſſoris conſenſus debet, alioqui non tenebitur: ſecus, ſi fideiuſſor ſe obligaſſet purè, licet in certum terminum deſtinata ſit ſolutio: nam tunc termino prorogato etiam eo ignorante, non liberatur fideiuſſor. † Ætiologia eſt: quo- 5.
niam etſi lapſus terminus, & nulla fuiſſet facta prorogatio, nihilominus fideiuſſor remanſiſſet obligatus: quare per termini prorogationem non cenſetur, neque dici poteſt liberatus, ſed in primæua ſua obligatione ſemper remanet, ex quo purè, & ſine vlla temporis præfinitione ſe obnoxium reddidit, quemadmodum eleganter Panor. docuit *in c. conſtitutus, circa fi. verſi. extra gloſſ. quæro. de fideiuſſor.* Et iuxta hæc intellige, quæ de prorogatione acceſſoriorũ dependentium ab aliis dicta ſunt, & quæ apud Spec. ext. *in tit. de fideiuſſ. §. 11. verſi illud autem quæritur*: Et hæc velut memoratu digna, & quæ in praxi cotidiè vſu venire poſſunt, diligenter obſerua.

vide Do. Coler. part. 1. c. 1. num. 302. & ſeq. vbi luculenter hæc declarata & explicata ſunt.

OBSERVATIO LIV.

Vide pleniſſimè Tiraq. de Nobilit. c. 33. Nobilis autem vulgò dicitur ille, qui ex proprio ſuo patrimonio viuit non exercens artem mechanicã vel mercãtias, vid. Vvurſm. tit. 27. de ſeru. tur. obſ. 2. n. 7. A. Reyger.

Explicatur vulgata, & ſæpè controuerſa quæſtio, An per exercitium mercaturæ derogetur Nobilitati.

1. *Mercatura an nobilitati deroget, vetus & perplexa quæſtio eſt.*
2. *Negatiua opinio.*
3. *Imp. & reges olim mercaturam exercuiſſe.*
4. *Collegium Mercatorum à Romanis olim inſtitutum.*
5. *Affirmatiua opinio de iure verior: vt n. 6. & 7.*
8. *Nobilitatem à principe impetrans, ſi poſtea mercaturam exerceat, nobilis eſſe deſinit.*
9. 10. *Et tamquam plebeij collectas ſoluere tenentur.*
11. *Limitatio opinionis affirmatiuæ. Niſi conſuetudo regionis aliud induceret: vt apud Venetos & Genuenſes. num. 12.*
13. *Alia limitatio prædicta affirmatiua, Niſi quis non per ſeipſum, ſed per alios mercaturam exerceat.*
41. *Obiectio contra hanc limitationem.*

15. Quod

15. *Quod non poſſum per me, nec per alium poſſum: & qui per alium, per ſeipſum facere videtur.*

16. *Reſponſio ad prædictam obiectionem.*

SAEPE in controuerſiam veniſſe me-
1. mini. † An mercatura nobilitati dero-
get, eique obſit? Sanè videmus hoc noſtro
tempore non modò nobiles, ſed multos
etiam Comites & Principes mercaturas
ac negotiationes exercere per ſuos homi-
2. nes, non aliter quàm priuati ſolent. † Et
hoc circa nobilitatis detrimentum, ſiue
imminutionem fieri poſſe, Calcaneus ex
facto conſultus reſpondit *conſi.* 8. *in cauſa
pendente*, vbi dicit nobilem ex genere non
perdere nobilitatem ob exercitium mer-
3. caturæ. Equidem ex hiſtoriis multa poſ-
ſent exempla adduci, quòd Impp. & reges
quoque olim mercaturam exercuerint:
quemadmodum de Tarquinio illo Priſco
Dionyſ. Halicar. lib 3. de Veſpaſiano Sue-
to. in eius vita, & de Pertinace Iulius Ca-
4. pitoli in illius vita ſcriptum reliquere. † Et
conſtat priſcos illos Romanos tanti Mer-
caturam feciſſe, vt Collegium Mercatorum
inſtituerint, T. Liuio lib ab vrbe cond. 2.
hoc teſtante. Et pro hoc facit etiam l. eos.
ff. de Decur. vbi ex ſententia Calli-
ſtrati mercaturæ incumbentes non prohi-
bentur Decurionatum, vel aliquem ho-
5. norem in ſua patria petere. † Sed prædictis
non obſtantibus de iure verius eſt, Merca
turam derogare Nobilitati, nec eam abſ-
que nobilitatis diminutione exerceri
poſſe: Primò per text. in l. Nobiliores, v-
bi hoc notat Bald. C. de commer. & mer.
dicens, quod is qui exerceat artes mecha-
nicas (quaſi Mercatura ſit ars mechanica)
non poſſit eſſe nobilis: Idémque Cepol.
tradidit *in tract. de Impe. mili. deli. in ma-
teria. Nobilitatis*, *Opi.* 18. vbi ſubdit, quod
in locis, vbi nobiles ex ſtatuto, vel con-
ſuetudine mercaturam exercere poſſunt,
aliquid tamen per hoc nobilitati ipſorum
6. detrahatur. † Deindè per text. in l. ne quis.
C. de digni. lib. 12. vbi negotiatores aliique
huiuſmodi dignitatem aſſequi nequeunt,
& à iam adepta repelluntur, *vt per Luc. de
Pen. ibid.* † Denique per text. in l. ſi cohor-
talis. in fin. C. de cohorti. eo. lib. 12. *idque
notat ibi. Ioan. de Plat.* Et per text. in l. per
humilem. C. de inceſt. nup. vbi inter hu-
miles & abiectas perſonas etiam illa re-
cenſetur, quæ mercimoniis publicè præ-
fuit: † Quare Ioan. Fab. *in l. falſo. C. de di- 8.
uer. reſcri.* ſingulariter voluit, Burgen. (ita
enim loquitur) qui à Principe nobilita-
tem impetrauit, ſi poſteà mercaturam e-
xerceat, nobilitatis priuilegium amittere:
† Et Luc. de Pen. *in l. vlt. col. 3. C. de fun. li- 9.
mit. lib.* 11. Nobiles, inquit, qui ſe mercimo-
niis implicant, cogendos tanquam plebeios
& viles, contribuere ſoluendis collectis:
Id tamen limitans, niſi id Nobiles face-
rent modicè, & pro ipſorũ vitæ ſuſtẽtatione
tantum. † Verũ Gui. Pap. *deciſ.* 196. *& deciſ.* 10.
391. itémque Matth. de Afflict. *in c.* 1. *col.
6. verſic. quod de mercato. titul. quis dica.
Dux*, hoc indiſcriminatim & ſine delectu
verum recipiunt, *per d. l. Nobiliores.* † Præ 11.
dicta tamen ſententia ſic temperanda eſt,
vt procedat niſi mos, vel conſuetudo regio-
nis (quæ haud dubiè ſeruanda eſt) aliud
induceret, *iuxta Alciat. in l. mercu. ff. de
verb. ſign. & eundem in tract. p. ræſum. reg.
1. præſum.* 48. † Quemadmodum apud Ve- 12.
netos & Genuenſes fieri in comperto eſt,
qui citra nobilitatis imminutionem mer-
caturas exercent, vt Cepol. refert *in ſupra
alleg.* 18. *opin.* vbi tamen *poſt Anto. in rub.
ne cler. vel mona.* putat, nonnihil pollui
nobilitatem: niſi (inquit) dicamus, quòd
neceſſitas loci, in quo nulli ferè alij redi-
tus, quàm ex mercatura, haberi poſſunt,
hoc permittat: *iuxta n. t. in c. quod non eſt
licitum, de reg. iur. in 6. cum ſimi.* † Tradunt 13.
etiam plerique mercaturam tum demum
præiudicare, vel obeſſe nobilitati ſi quis
eam per ſe exerceat: ſecus ſi per alios, vt
quia opera ſeruorum aut inſtitorum ea in
re quis vtatur, *per ea, quæ ſcribit Alberi.
in d. l. humilem. & ſequitur Alciat. in d.
præſum.* 48. *nu.* 10. *& in lib. 2 de verb. ſig.
verſi. ſic cum verba.* Et facit pro hoc text.
à contrario ſenſu *in. l. in honoribus.* § 1. *ff.
de vacat. num.* vbi ſcribitur: Non alios
fiſci vectigalium redemtores à muneribus
excuſari, quàm eos, qui præſentes negociũ
exercent: quia ſcilicet, id exercere non cen-
ſeantur, niſi ipſi præſentes, & per ſe exer-
ceant. Et ſimilis propemodum textus eſt,
in l. vlt. C. de excuſa. tut. vbi qui in colle-
gio Piſtorum ſunt, à tutela excuſantur, ſi

modò per ſemetipſos priſtinum exerceant.
14. † Videtur tamen huic dogmati aduerſari
tex. in l. 2. §. 1. ff. de admi. re. ad ci. perti. vbi
quod quis ſuo nomine exercere prohibe-
tur, id nec per ſubiectam perſonam age-
re debet: Et ideo ſi Decurio ſubiectus a-
liorum nominibus prædia publica colat,
quæ Decurionibus conducere non licet,
15. ſecundum legem vſurpata reuocantur: †
Et ibi notat Accurſ. Quod non poſſum
per me, nec per alium quoque poſſum:
multóſque ad id text. conſimiles allegat.
Qui enim per alium facit, per ſeipſum fa-
16. cere videtur. *iuribus vulga.* † Verùm ad
hoc reſponderi poteſt, id non verum eſſe,
vt propriè facere dicatur, qui per alium
facit, *iuxta Bart. in l. ſed ſi minus §. ſeruus.
ff. de min. & in l. ſi quis procuratore. in 5. q.
princ. verſic. venio ad ſecundum. ibidémque
Imo. ff. de vſuca.* Et dato, quod eſſet ve-
rum, non tamen obtineret, quandò lex
vel ſtatutum conſideraret actum ipſius
perſonæ exercentis, quæ conſiderari vide-
tur, vt quis dicatur vilis ob eum actum, *ita
Alciat. tenet in dict. præſum.* 48. Et per
hoc hodiè vtcunque excuſari poſſunt no-
biles, vel etiam in maiori dignitate con-
ſiſtentes, ne per mercaturæ exercitium vi-
deatur diminui ipſorum vel nobilitas, vel
dignitas.

OBSERVATIO LV.

Parentes ſi paterni & materni pares gradu concurrant in ſucceſſione, quomodò ſuccedant?

1. *Quandò paterni & materni parentes gradu concurrunt in ſucceſſione, quomodo ſuccedere debeant, intricata eſt quæſtio.*
2. *Bartoli opinio eſt, paternos in bonis paternis, maternos in maternis ſuccedere debere: quam multi Dd. ſecuti ſunt.*
3. *In Camera (reiecta Bartoli opinione) deciſum, vtroſque parentes, ſi pares in gradu ſint, æqualiter ſuccedere, non habita bonorum diſtinctione, vnde profecta ſint.*
4. *Hanc poſteriorem opinionem vtcunque minus receptam, tamen de iure veriorem eſſe.*
5. *Declaratio Nouel. de hæred. ab inte. veni. §. Sin autem plurimi.*
6. *Vocabulum, Hæreditas omne ius defuncti comprehendit.*
7. *Bona ſemel quæſita vndecúnque prouenerint, fiunt vnum patrimonium.*
8. *De petitione hæreditatis.*
9. *In delatione hæreditatis non conſideratur cauſa, vel origo acquiſitionis, ſed ſola acquirentis perſona.*
10. *Filia dotata, vi ſtatuti excluſa à ſucceſſione, non prohibetur fratri ſuccedere.*

GRAVIS, & à multis annis contro-
uerſa eſt quæſtio, † Quandò paren- 1.
tes paterni & materni gradu concurrunt
in ſucceſſione, quomodo ſuccedant, & an
inter ipſos facienda ſit bonorum diſtin-
ctio? Nam in iure noſtro hac de re nulla
extat expreſſa deciſio. † Bartolus *in l. poſt* 2.
*dotem. ff. ſolut. matri. & in auth. itaque. C.
commun. de ſucceſſ.* cenſuit, Parentes pater-
nos in bonis à patre profectis ſuccedere:
ad bona verò materna, quæ ſcilicet à
matre filio obtigerunt, parentes mater-
nos vocari. Quapropter ſi defunctus
auum paternum, auiámque maternam
poſt ſe reliquerit, auus paternus in bo-
na paterna ſolus ſuccedet: auia verò, ma-
terna duntaxat bona, ad ſe recipiet, *iuxta
prædictam Bartoli diſtinctionem in locis
iam citatis, quam idem repetiit in l. quod
ſcitis. C. de bonis quæ lib.* Et ſanè hanc
Bartoli opinionem multi magnæ autori-
tatis, ac nominis Interpretes ſecuti ſunt,
quod ad longum refert Forſte. *in eleganti
ſuo tracta. de ſuceſſ. ab inteſt. lib. 3. fol. 275.*
argumenta ibidem, quibus mouentur, re-
cenſendo. † Verùm cùm in Camera Imp. 3.
hic caſus ex facto contigiſſet, Domini re-
iecta hac Bartoli, & ſequacium opinione
contrà cenſuerunt, patrem & matrem,
ac cæteros maiores diuerſæ lineæ, pares
in gradu, æqualiter ſuccedere in bonis de-
functi, ſiue ea à patre, ſiue à matre ad filium
peruenerint, neque vllam faciendam eſ-
ſe bonorum diſtinctionem: Idque ex ſen-
tentia veterum Interpretum *Cyn. Dyn. &
Alb. Roſati, quam defendit etiam Bald. in
auth.*

Digitized by Google

auth. ex defuncto. C. ad SC. Tert. eandémque
4. *ſecutus eſt Raph. Fulg. con.* 121. † Et hanc
vteúnque minus receptam, de iure tamen
veriorem eſſe, ex ſubſequentibus euiden-
ter conuincitur: Quæ primum confirma-
tur per Nouellam Iuſtiniani de hæred. ab
inteſt. venien. Si autem plurimi Aſcenden-
tium viuunt, (inquit Iuſtin.) hos præponi
iubemus, qui proximi gradu reperiuntur,
maſculos & fœminas, ſiue paterni, ſiue ma-
terni ſint: ſin autem eundem habent gra-
dum, ex æquo inter eos hæreditas diuida-
tur, vt medietatem quidem accipiant om-
nes à patre aſcendentes, medietatem verò
reliquam à matre aſcendentes, quantoſ-
5. cúnque eos inueniri contigerit. † Vult
ergo Iuſtinianus hæreditatem filij, vel al-
terius deſcendentis ſine liberis mortui ad
parentes, aut Aſcendentes in gradu pares
ex æquo diuidendam eſſe, nec conſtituen-
dum vllum diſcrimen bonorum, vndè pro-
6. uenerint. † Nam & vocabulo Hæreditatis
vtitur, quod omne ius defuncti complecti-
tur, *l. hæreditas. ff. de reg. iur. & l. nihil aliud.
ff. de verbo. ſigni.* & indefinitè ac generali-
ter loquitur, vt nobis non ſit licitum di-
7. ſtinguere. *iuribus vulga.* † Deinde notum
eſt, bona ſemel quęſita, vndecúnque proue-
nerint cum aliis conſolidari, vnúmque pa-
trimonium effici, *l. ſed ſi plures, § filio. ff. de
vulg. & pup. & l. vlt. ff. de inoffic. teſta.* ac eo
mortuo, hæreditatis nomen adipiſci, *d. l.*
8. *hæreditas. & d. l. nihil aliud.* † Hinc naſci-
tur Petitio hæreditatis, quæ eſt actio vni-
uerſalis, & non dicitur petitio Bonorum:
ff. & C. de peti. hæred. in qua actione bona
quæ petuntur, non deducuntur principali-
ter, ſed veniunt officio iudicis mercenario:
petitur enim ipſa hæreditas, id eſt, actor
petit ſe declarari hæredem, *l. 4. ff. de peti.
hæred.* Hæreditas autem inter parentes pa-
res gradu ex æquo diuiditur, *d. § ſin autem:*
non ergo debet diuerſo iure cenſeri, aut
differentia bonorum fingi, an à patre, vel
9. matre prouenerint. † Denique confundi-
tur etiam Bartoli opinio ex eo, quod in
tranſlatione, vel delatione hæreditatis non
conſideratur origo, vel cauſa acquiſitionis,
ſed ſola perſona acquirentis, iuxta Bart. *in
l. vlt. in fi. vni. quæſt. ff. ad S. C. Tertyl.* vbi di-
cit, quod adita hæreditate per filium mor-
tuo patre, non eſt amplius tractandum de
hæreditate patris. † Et ideò filia dotata, 10.
quæ vi ſtatuti, vel conſuetudinis ab hære-
ditate aliàs excluſa eſt, non prohibetur ſuc-
cedere fratri, qui bona paterna acquiſiuit:
*Idémque Ang. con. 32. & Rom. con. 168. ex
facto conſulti reſponderunt.* Bona enim pa-
terna quibus filia renunciauit, poſtquam ad
fratrem (patre mortuo) iure ſucceſſionis de-
uenere, non amplius dicuntur bona patris,
ſed ipſius acquirentis: Aditione enim bona
paterna filij patrimonium eſſe cœperunt.
Poſſent etiam pleraque alia adduci funda-
menta, pro hac poſteriori ſententia confir-
manda, quę Forſte. in loco ſuprà citato con-
geſſit: verùm nos lectorem ad ipſum remit-
timus, vbi quoque ad contraria opinionis
argumenta abundè reſpondet.

OBSERVATIO LVI.

*Inſtrumenta regulariter vſque ad cõ-
cluſionem in cauſa produci poſſint: &
quibus caſibus iſta regula fallat.*

Gail. 1. obſ. 105. nu. 4. Hartman. Hartman. ci. 17. de concl. obſ. 2. & 3. per tot. A. Reyger.

1. *Inſtrumenta regulariter vſque ad con-
cluſionem in cauſa produci poſſunt, po-
ſtea verò non.*
2. *Concluſio eſt terminus excluſiuus om-
nium probationum.*
3. *Si renunciatum ſit probationibus, inſtru-
menta produci amplius vetantur.*
4. *Differentia inter Concludere & Renun-
ciare: remiſſiuè.*
5. *Licet tamẽ probationem declarare, etiam
poſt concluſionem: idque in Camera Imp.
ſeruatur.*
6. *Recenſentur limitationes ad ſuprà di-
ctam regulam: & nu. 8. 9. 11. 12. & 13.*
14. *Etſi concluſum ſit in cauſa, tamen iuris
probationes nõ cenſentur excluſa, dum-
modò ad eas non petatur noua dilatio.
num. 16.*
15. *Iura ſemper allegari poſſunt.*
17. *De pluribus limitationibus: remiſſiuè.*

PRo regula traditur, † Inſtrumenta, & 1.
quæcunque documenta literaria non
ſolùm intra terminum ad probandum in-
dultum, ſed eo quoque elapſo, etiam poſt
publicationem teſtium vſque ad conclu-
ſionem in cauſa produci poſſe, *iuxta c. cùm
dilectus, & ibi Doctores de fid. inſtru.* Et ra-
tio eſt, quia in his non verſatur ſuborna-

Digitized by Google

tionis metus, quemadmodum in teſtibus,
c. fraternitatis & ibidem communiter Dd.
de teſti Poſtquam verò in cauſa concluſum
eſt: cum concluſio ſit terminus excluſiuus
2. omnium probationum, propterea quòd
facta concluſione dicitur de cauſa liquere,
vt per gl. in c. ſignificauerunt, verb. liquere.
& ibi Feli. d. tit. de teſti. inſtrumenta am-
plius produci vetantur. † Idem quoque eſt,
3. ſi expreſſe renunciatum ſit à partibus o-
mnibus probationibus *iuxta Ferra. in pr.*
tit. for. pro: ult. inſtr. in glo ſaluo nihilominus.
4. † Quæ autem ſit differentia inter Conclu-
dere & Renunciare, vide *apud Iaſ. in rep. l.*
Admonendi. n. 1 & ſeq. ff de iureiur. & Dd.
in Apoſt. ad pr. tit. Manjue. tit. de iudicibus nu.
30 Porro ſupra dictam regulam procedere
nonnulli volunt, etiamſi inſtrumenta, ſiue
ſcripturæ non ad probandum, ſed ad de-
clarandum priores probationes proferren-
tur: ita Rom. tradidit *in d. l. admonendi. in*
7. colum. allegans ad hoc text *in c. auditis.*
5. *de reſtit. in integ.* † Verum textus ille hoc
non euincit: itaque putat Felin. contrarium
eſſe verius, *in d. c. cum dilectus*: quia & a-
liàs prohibitus probare, non vetatur pro-
bationem à ſe factam declarare *iuxta Do-*
minic. in proœ lib. 6. in princ. & c. ſi quis vi-
duam diſt. 34. & Felin. in c. licet cauſam li-
mit. 10. de probat. Et hæc poſterior opinio
6. in Camera ſeruatur † Sunt etiam non pau
ci caſus, in quibus à prædicta regula rece-
ditur, *quos poſt cæteros Feli. in d. c. cum dilect.*
recenſet, vbi & nos aliquid diximus. † Pri-
7. mum in caſibus, in quibus iudex ex officio
procedere poteſt, ſi ita illi ſederit, *c. paſtora*
lis. ibi, niſi iudex, de cau. poſſ. & propriè. &
Spec. tit. de renun. & concl. § 1. verſi. & ſcias.
8. † Deinde in criminalibus iudiciis, in qui-
bus non concluditur, quin ſemper vſque ad
ſententiam poſſit detegi innocentia accu-
ſati, *l. 1. § ſi quis vlt. & ibi Bart. ff. de quaſt. o.*
9. *idem Bar. in l. duo fratres ff. de pœnis.* † Ter-
tio, ſi inſtrumenta poſt concluſionem noui-
ter reperta ſint, quia produci poterunt, at-
que ita Dd communiter ſentiunt: quod ve-
rū eſt, ſi producens nullā admiſerit negligē-
tiā in perquirendis inſtrumentis ante con-
cluſionem, vt qui probabiliter ea ignora-
uit, aliàs ſecus Sunt etiam nōnulli qui hac
ſpecie reſtitutione in integrū opus eſſe ve-
lint: de cuius dicti veritate vide *Iaſ. poſt.*
Bar. in d. l. admonend. num. 58. circa med. &
quæ ſupra cent. 2. obſ 53. & cent. 4. obſer. 60.
annotauimus. † Porro ſi inſtrumenta reci- 10.
piantur poſt concluſionem in cauſa aduer-
ſario præſente, nec contradicente, receptio
valebit quia videtur iudex tacitè conclu-
ſionem reuocare, eamque pro reuocata ha-
bere, *iuxta . bb. in d. c. cum dilectus, & c.*
quoniam contra col. 13. de probat. & Domi. de
Rota deci. 5. item ſi poſt concl. in antiquis Rut.
& Imol. in c. auditis de reſtit. in integ † Sed 11.
etſi inſtrumenta de nouo confecta ſint, ob
quæ litigantes, non expectata ſententia a
lite diſcedere velint iudex etiam poſt con-
cluſionem in cauſa ea admittere obno-
xius eſt *iuxta Roma. in d. l. admonendi. aſſe-*
rentem hoc probari per l. 1. § vnde quæri-
tur ff de no. ope. nun. † Idem quoque obti- 12.
net, ſi ex beneficio reſtitutionis in integrū
ſubueniretur Eccleſiæ, vel minori, *per d. c.*
auditis. ibi omnes, de reſti. in integ quod &
in maiori dici poſſet, cui hoc reſtitutionis
beneficium competeret, ex clauſula gene-
rali. Si qua mihi iuſta & c. : Denique ceſ- 13.
ſat regula, in cauſa appellationis: poſſunt
enim ea, quibus in priori inſtantia obſta-
bat concluſio, in appellationis inſtantia
produci, *iuxta l. per hanc. ibi communiter.*
Dd. C. de tem. appel. † Porrò illud quoque 14.
addendum, ſupra dictam regulam procede-
re in probationibus facti, non etiam iuris:
quia etſi concluſum ſit in cauſa, non tamen
per hoc cenſetur præcluſa via probationi-
bus iuris, *iuxta Bal. in authen iubemus. col.*
vlt. C. de iudi. per l. quamuis indubitati. C. ad
l. Iul. de adult. † Semper enim leges & 15.
iura allegari poſſunt. Et quamuis Felin *in*
d. c. cum dilectus. num. 26. & ſeq. hoc impu-
gnet: † Tamen ego hoc veriſſimum eſſe 17.
non ambigo, ſi ad allegationes iuris non
petatur noua dilatio: alias ſecus, quia illa
deneganda eſt, *l. cum à nobis. C. de dilat.* Poſ-
ſent adhuc alij caſus recenſeri, in quibus à
ſæpe dicta regula diſceditur, *vt pec. tit. de*
renun. & concl. §. 1. ver. & ſcias. Bal. in l. vni.
C. vt quæ deſ. aduo. Felin. poſt Dd. communiter
in d. c. cum dilectus. Adde etiam prædictis,
quæ ſcribit Maran. de ordi. iud. c. 44. num. 47.
Veſtri in ſua prac. lib. 6. c. 1. num. 3. Guid. Pap.
q. 201 Capel. Tholo. q. 14. & 146. Roma conſ.
176. in princ. & n. 9. Ay. Grauet con. 134. num. 1.
& Iaſ. in d. l. admonendi. n. 318 & ſeq.

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIO LVII.

Quomodo probatio elapſo termino facta non valeat, vid. Hart. Hart. tit. 12. de dilation. obſer. 4. nu. 3. 16. & ſeqq. A. Reyger.

Conceſſo termino ſiue dilatione ad probandum, an ſufficiat teſtes iuraſſe ante lapſum termini, etſi poſteà examinentur?

1. *Si præfixus ſit terminus ad probandum, an ſatis ſit, quod teſtes intra terminum iurent, & poſteà examinentur? quæſtio ſatis intricata.*
2. *In ea diſtinguendos eſſe diuerſos caſus.*
3. *Si terminus ſimpliciter datus ſit ad producendum teſtes ſufficit eos intra terminum iuraſſe: vide etiam n. 10.*
4. *Si conceſſus ſit ad producendum & examinandum, intra terminum & iurare & examinari debent.*
5. *Termino ſimpliciter ad probandum dato ſi teſtes tam maturè producti ſint, vt intra terminum examinari potuerint, & producens ſollicitarit, nihil ei præiudicatur: ſecus ſi nimis ſerò produxerit, nec admonuerit iudicem, cùm poſt lapſum termini teſtes examinari amplius non poſſunt: & hanc eſſe communem: & n. 6.*
7. *Dilatione ad probandum, probatúmque habendum conceſſa, teſtes iurare & examinari ante lapſum termini neceſſe eſt.*
8. *Fallit, ſi teſtes in longinquis partibus degant.*
9. *Dilatione conceſſa ad probatum habendum per omne genus probationis, ea tranſcurſa omnes probationes excluduntur, &c.*

1. QVÆSTIO illa, † An ſi præfixus ſit à iudice certus terminus ad probandum, ſufficiat teſtes ante lapſum termini iuraſſe, etiamſi poſteà examinentur? quia ſæpè in iudiciis obuerſatur, ſatiſque intricata eſt, eam paucis explicare volui: de qua per Dd. communiter tractatur *in c. licet cauſam. ext. de probat. Bar. & alios in l. damni. §. Sabinus. ff. de dam. infec. Spec. tit. de teſte. §. qualiter. verſi. his quoque Papien. in for. oppo. con. teſt in glo. verbi ſuntque publicatis. n. 16. & Moran. de ordi. iud. par. 6. c. 40. verſi. dilatio. n. 19. cum ſimilibus ibi allegatis.* † Et Panor. *in d. c. licet* 2.
cauſam. aliquot diuerſos caſus conſiderandos cenſet, quos etiam in Camera Imp. approbatos memini. Primus: † Si præfixus 3.
ſit à iudice terminus ſimpliciter ad producendum teſtes, tunc ſufficit ante eius lapſum teſtes productos fuiſſe, & iuraſſe, *iuxta Spe. in d. verſi. his quoque* quia diuerſa ſunt, producere teſtes, & eoſdem examinare, *l. product. ff. de teſti. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. & c. 2. §. ſi verò. de teſt. lib. 6.* † Secundus: Si conceſſa ſit dila- 4.
tio ad producendum & examinandum teſtes, tunc non ſatis eſt produxiſſe teſtes, niſi teſtimonia quoque dixerint: ſicque intra terminum & iurare, & examinari debent, *teſte Baldo conſi. 135. lib. 5. Soc. conſi. 47. lib. 4. Bald. & Ang. in l. Antiſtius. in prin. ff. de acqui. hered. & Ioan. de Ana. conſi. 108. nu. 8* quia hæc dilatio vim concluſionis habet, *iuxta Alex. conſi. 101. lib. 2.* Si tamen producens debitam adhibuit diligentiam, teſtes intra præſcriptum tempus examinarentur, & penes iudicem vel commiſſarium ſtetit, quò minus id fieret, non debet hoc parti producendi præiudicio eſſe, quæ fecit, quod potuit. † Tertius caſus: Indulto 5.
ſimpliciter termino ad probandum ſi quidem pars teſtes produxit, vt commodè intra terminum examinari potuerint, déque eo ſollicitauerit iudicem, vel examinatorem, tum ſatiſfeciſſe termino putandus eſt. Examinatio enim ad iudicem pertinet, vel ad eum, cui is mandauit. Vt autem ſollicitudo partis appareat, proteſtatio neceſſaria eſt, *iuxta Bald. in. l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iudi.* quia non præſumitur, quod per iudicem ſteterit *per Bart. in d. §. Sabinus, & fa. text. in. l. ſi quando ibi ſi per eum ſteterit. C. de teſti.* † Quod ſi tam ſerò producti ſunt te- 6.
ſtes, vt commodè examinari intra terminum nequiuerint, párſve negligentior extiterit in admonendo iudice ad examinandum teſtes: eo caſu Bartoli ſententia *in d. §. Sabinus* crebriùs recepta eſt, exiſtimantis depoſitionem teſtis poſt effluxum terminum amplius fieri non poſſe, *ſicut in d. c. licet cauſam diximus, idémque Bal. probat in l. obſeruari. §. vlt. ff de offic. procon. & Areti. in l. Antiſtius, ff. de acqui.*

7. *hæred.* † Quartus caſus: Si dilatio à iudice ad probandum, probatúmque habendum conceſſa ſit, non ſufficit teſtes in termino iuraſſe, ſed eorundem quoque examinatio ante lapſum termini requiritur, *Panorm. d. c. licet cauſam. Bald. in l. 2. C. vt l. pend. & in d. l. Antiſtius in princ. idem Bald. conſi. 113. lib. 5. Soci. 47. lib. 4.*
8. † Hoc tamen cum temperamento intelligendum eſt, non procedere in teſtibus, qui degunt in longinquis partibus, ad quos huiuſmodi dilatio (ad probatum habendum) non extenditur, *iuxta ea, quæ Papien. notat in for. produ. inſtru. verb. in*
9. *termino. n. 3.* Quintus caſus: † Dilatio ſub iſtis verbis data, Ad probatum habendum per omne genus probationis, omnes probationes excludit, adeò quòd ea dilatione elapſa, nec iuſiurandum in defectum probationis præſtari amplius poſſit: *Butr. & Abb. in d. c. licet cauſam, Domini de S. Gem. in c. 1. §. ſi quis. de excep. lib. 6. & Bal. in c. vlt. col. 9. de iuretur.* Talis enim dilatio vim concluſionis in cauſa habet, *iuxta communiter Dd. in d. c. licet cauſam.* & poſt concluſionem huiuſmodi iuramentum amplius non defertur, *per Bart. in l. admonendi. ad fi. ff. de iuretur. & Bal. in l. in bona fidei. & l. generaliter. C. de reb. cre. &*
10. *iure.* † Cæterum quod ſatis ſit, teſtes in termino probatorio iuraſſe, eorúmque ſubſecutam depoſitionem referendam eſſe ad diem, quo iurárunt, tenent etiam *Guid. Pap. quæſt. 125 Hipp. ſing. 173. Roland. à Valle. conſil. 71. num 30. lib. 1. Curt. tract. de teſtib. concl. 31. Ioann. de Ami. conſi. 108. num. 1. & Ban. in tract. de tem. vtili. & inuti. c. 11 n. 11. verſ. quid ſi teſtes iurauerunt.*

OBSERVATIO LVIII.

Plenè Hart. Hart. tit. 15. de teſti. obſ. per tot. A. Reyger.

Teſtimoniũ de auditu alieno regulariter nõ valere, & quib. caſibus probet?

1. *Regulariter teſtimonium de auditu alieno non probat.*
2. *Fallit aliquibus caſibus: & num. 5. remiſſiuè.*
3. *Etſi teſtimonium de auditu non probet, facit tamen præſumptionem, & probandi onus transfert in aduerſarium.*
4. *Teſtimonium de auditu auditus.*

TESTIMONIVM † de auditu alieno, id eſt, quod ex aliena relatione pendet, aut fundatur ſuper alieno auditu, regulariter non valet, etiamſi fama publica cum tali relatione concurrat: *c. tam literis. ibi Canon. communiter. de teſtibus. Alex. conſ. 25. col. 2. lib. 2.* Ratio eſt, quia teſtis de ſua, non aliena ſcientia, deponere debet, *l. teſtium ibi gloſ. & Dd. C. de teſti.* † Aliquando tamen huiuſmodi teſtimonium 2.
vires habet: vt quia deponatur ſuper aliquo vetuſtiſſimo negocio, *vt l. arbiter. & l. cenſus ff. de probat. l. 2. & antepen. ff. de aq. plu. ar.* Vel de cognatione, aut affinitate tractetur: modò tamen teſtes ſint omni exceptione maiores, qui dicant, ſe audiuiſſe à maioribus ſuis, & aperta computatione diſtinguant gradus, viderintque ipſi perſonas, de quarum cognatione eſt quæſtio, ſeſe pro talibus mutuò geſſiſſe: *c. licet ex quadam. ibique Dd. de teſtib.* † Quam- 3.
uis autem teſtimonium de auditu (vt dictum eſt) non probet, facit tamen præſumptionem pro producente, transfértque onus probandi in aduerſarium, *teſte Roma. ſing. 345. & conſi. 224. cir. fi. & Alex. conſi. 77 n. 5. lib. 1.* Et cuius ſit effectus illa præſumptio, *vide Hippol. ſing. 172. Et quid, in vlt. col. & Matheſi ſingul. 124. vbi Dd. in Apoſtil. plura notant.* † Porrò quandò teſtes 4.
loquuntur de auditu auditus, debent de centum annorum tempore deponere, *iuxta Soc. conſi. 47. nu. 16. lib. 4.* Item vt teſtis de auditu teſtificans probet, requiritur, quod aſſerat ſe ante litem motam audiuiſſe, ſecus ſi poſt. *Roma. ſing 753.*
† Plures caſus, in quibus teſtimonium de 5.
auditu admittitur, vide *per Ripam. in l. 1. num. 86. ff. ſi cer. pet. Deci. conſil. 82. Abba. in d. c. licet ex quadam colum. 2. Ioan. Crotum de teſti. quæſtio. 1. num. 366. Deci. in. l. 1. num. 88. ff. ſi cert. pet. Et Dd. in d. l. teſtium, & d. c. tam literis, & c. licet ex quadam, de teſtibus.*

OBSERVATIO LIX.

An ſola publicatio atteſtationum impediat vlteriorem teſtium productionem?

Gail. 1. obſ. 105. n. 2. & 3. Vvurmſ. d.

1. *Publicatio*

17. deprobat. obſe. 1. per tot. A. Reyger.

1. *Publicatio teſtium communi partium conſenſu facta, an ulteriorem teſtium productionem fieri impediat, atteſtationibus, nec dum cognitis: quæſtio dubia.*
2. *Affirmatiua opinio: & n. 4.*
3. *Ætiologia huius opinionis.*
5. *Negatiua verior, communior, & in Camera approbata.*

1. ELEGANS, & multum controuerſa eſt diſputatio apud Doctores, † Vtrùm ſola publicatio teſtium, facta communi litigantium conſenſu, impediat vlteriorem teſtium productionem, quandò teſtimonia nec dum ſunt cognita, nec habita eorundem, copia, vel deſcriptio? † Quod plærique cenſuerunt, eò quia publicatio atteſtationum videtur eſſe terminus excluſiuus productionis teſtium: *c. cùm venißent. de teſti. clem. 2. eo tit. Innoc. in c. fraternitatis, poſt Abb. ibidem in 5. col. Ver. ſed circa prædicta. eo tit. de teſtib.* vbi dicit, per ſolam publicationem teſtium præcludi viam producendi alios teſtes, etiamſi eorum dicta non ſint cognita, ſicque nullus ſubornationis timor ſubſit. † Ex quo enim pars in teſtium publicationem conſenſit, & huic acquieuit, tacitè videtur vlteriori teſtium productioni renunciaſſe, *arg. eorum, quæ in ſimili not. in c. de elect. lib. 6. & in c. cùm cauſam. de appel.* Ad quod facit etiam, quod Ioan. And. *in d. c. fraternitatis.* ait, quòd publicatio non ex ſolo ſubornationis timore viam præcludat vlteriori teſtiū productionis, ſed vt aliquis ſit finis productionis. † Et hanc opinionem tenuerunt *Hoſt. in ſum. tit. de teſti. §. Verùm. verſi. dicas igitur. Ioan. And. in c. conſtit. vlt. de teſtib. Butr. ibi Bal. in l. per hanc col. antep. C. de temp. appe. Io. de Imo. Abb. & Fel in d. c. fraternitatis.* † Contraria tamen ſententia, nempe quòd ſola publicatio atteſtationum conſenſu partium facta, non præcludat vlteriorem teſtium productionem, ſi teſtimonia nec dum ſūt cognita, verior & communior eſt, & in Camera quoque Imp. adprobata, quam gloſſ. tenuit *in d. c. conſtitu. Spec. tit. de teſte. §. ſatis. Ver. quid ſi publicata, Ant. de Butr. in d. c. fraternitatis, Ang. in §. quia verò Nou. de teſti. Bal. in auth. qui ſemel, & ibi Sal. C. de probat.* eadémque probatur quaſi infinitis autoritatibus, quas allegat *Apoſt. ad Felin. in d. c. fraternit. nu. 11. ver. modo requiritur, &* Bened. Vad. *in reper. Felin. in verbo publicatio ſola.* vbi expreſsè dicit ex Sali & aliis, ſolam publicationem non ſufficere ad excludendam productionem aliorum teſtium, niſi verè vel præſumptiuè doceatur, producentem didiciſſe teſtificata, nam ſi ea non didicit, tunc ceſſat timor ſubornationis: ergo ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſare quoque debet ipſa prohibitio. Accedit, quod probationes non ſint coarctandæ, ſed potiùs ampliandæ, & adiuuandæ, iuribus vulg.

OBSERVATIO LX.

Ex diuerſis Doctoris opinionibus, quarum alteram in conſiliis alteram in lecturis tenuit, vtra præferenda?

Vide Capa. in l. nemo poteſt nu. 9. de Reg. iuris. Vid. Hartm. Piſt. lib. 1. q. 1. num. 87. A. Reyger.

1. *Si Doctor aliquis aliam opinionem profitendo, aliam conſulendo ſecutus ſit, tenenda eſt, quam profitendo tradidit.*
2. *Sin Doctores inter ſe diſſentiant, an lecturis vel conſiliis maior fides adhiberi debeat, valdè controuerti.*
3. *Lecturis & tractatibus Doctorum plus credendum eſſe, quàm conſiliis: & num. 4.*

SAEPENVMERO dubitari conſueuit, quandò reperiuntur opiniones Doctorum diuerſæ, quas vel in eorum lecturis, vel tractatibus, vel etiam conſiliis, ſiue reſponſis aſſeruerunt, quibus magis credendum ſit, aut quæ ſint potiores habendæ, aut præferendæ, maximè quando Doctores vel inter ſeſe, vel etiam à ſeipſis diſcrepant? Hanc quæſt. Neuizan. mouet *in ſua ſylua nupti. lib. 5. Ver. ſed quæro. ſtante varietate. nu 26. & aliquot ſeqq.* (vbi tamen duntaxat loquitur de vno eodémque Doctore à ſe ipſo in lecturis & conſiliis diſcrepante) & tandem concludit, eam potius opinionem ſequendam eſſe, quam in tractatibus Doctor aliquis aſſeruit. † De prima huius reſponſi parte nulla eſt controuerſia. Quis enim ambigat, Doctorē, qui ex profeſſo materiam aliquam ſuſcipit tractandā & explicādam, omnes ingenij vires intenturū eſſe, vt illam, quantum omninò poteſt, elabora- 1.

tè ac perfectè abſoluat, vt ſic ſuis auditoribus veritatem tradere, ſibique famam &
2. honorem adipiſci queat? † De altera verò illius reſponſi parte non conuenit inter Dd. Nam plerique conſilia lecturis præferenda eſſe, maioremque his fidem præſtandam cenſuerunt, in qua ſententia *Alexan. con. 85. lib. 2. Curt. Sen. con. 75. in fin. Fran. Purpura. in l. edita. nu. 14. C. de eden.* & nonnulli alij fuere, quos Neuiza in loco ſuprà citato allegat, eorundemq; ſententiam pro-
3 bat. † Alij verò contra exiſtimant maiorem lecturis & tractatibus adhibendam eſſe fidem: quibus & ipſe facile ſubſcribo, eorúmque ſententiam, veluti veriorem in ſummo Imperij Tribunali meo tempore non ſemel adprobatam ſcio. Nam in comperto eſt, Doctores ex profeſſo iura interpretantes non minus omnia diligenter perpendere, dirigere, & ſecundum veritatem auditoribus tradere ſolere, atque etiā velle, quàm qui ex facto conſulti ad propoſitas hypotheſes reſponſa dant. Quinimò videmus creberrimè Doctores conſulentes non ſolùm inter ſe diſſentire, verùm etiam ſæpenumerò ſibi ipſis contradicere: Vt interim prætereamus multum in conſulendo affectionis, inimicitiæ, gratiæ, ne dicam etiam pecuniæ interdum dari, quemadmodum grauiter Ioan. Fichar. *in eleganti ſua Addit. ad Villalu. verbo Opinio. conqueri-*
4. *tur*: † vbi etiam refert hanc poſteriorem, & æquitati magis conformen ſententiam tradidiſſe And. Barbat. olim: ex recentioribus verò Zaſi. *lib. 1. ſingul. reſponſ. c. 7. num. 11.* & Hieron. Schurff *con. 2. num. 18. cent. 2.* itémque Alciatum *lib. 2.* παρέργων *c. vltim. &* Aym. Grauet. *in tract. de antiq. temp. par. 1. § propoſitum noſtrum. princip. num. 48.* Reperio (inquit Grauet. *in loco iam citato*) quòd Doctores legendo magis nituntur veritati, quàm conſulendo: quia in lectura ceſſat affectio & cupiditas æris, cuius libido, eheu, quot mortalium animas ad inferos protrahit? In qua ipſa re minus excuſationis habent viri Doctores, qui ſeculi huius bona caduca eſſe non ignorant, & quòd alius nobis theſaurus apud Superos quærendus ſit, &c.

OBSERVATIO LXI.

Vide Gail. 2. obſ. 72. n. 14. Fac. Hartm. Hartm. tit. 37. de alienatis. obſ. 4. n. 4. & 5. vid. Ioſeph. Lud. deciſ. 13. nu. 11. A. Reygers.

Pater an poſſit immobilia filijſam. bona ſine decreto alienare?

1. *Pater filijfa. minoris adminiſtrator bona ipſius mobilia abſque iudicis decreto alienare poteſt.*
2. *In alienatione immobilium variare Dd. communiter: tamen affirmatiua obtinuit, Saliceto interim repugnante.*
3. *Pater plus iuris in bonis filijſam. in ſua poteſtate conſtituti habet, quàm pater curator filij emancipati.*
4. *In Camera negatiuam opini. receptam eſſe, quod patri legitimo non liceat, bona filijſam. immobilia abſque iudicis decreto alienare, in quibus vſum fructum habet, niſi vrgente ære alieno neceſſitate.*
5. *Diſcutitur §. ſin autem æs alienum. in l. vlt. C. de bo. quæ libe. & Azonis ex eodem textu opinio. & n. 7.*
6. *Dicta Doctorum ſecundum leges, quas allegant, intelligenda ſunt.*

COMMVNIS Interpretum aſſertio eſt, † quòd pater legitimus, bonorum fi- 1.
lijfam. minoris adminiſtrator, poſſit alienare ipſius mobilia ſine decreto iudicis, vt teſtatur Iaſon *in l. præſes, num. 5. C. de tranſact.* quam etiam Azo tenuit *in ſua ſum. C. de bo. quæ libe. verſi. nec puto quòd in alienatione mob.* † Sed quid de bonis ipſius im- 2.
mobilibus dicemus, an & illa abſque iudicis decreto rectè alienabit? Et id eum poſſe, idque communiter receptum eſſe Tiraquel. fatetur *in rep. l. ſi vnquam, in præfat. ſiue princ. l. nu. 28 C. de reuo. dona.* allegās ita tenere *Bal. Raph. Corne. Fulg. Paul. Caſtr. Alex. Franc. Aret. Angel. Imol. Iaſ. Alciat. & pleróſque alios in d. l. præſes, C. de tranſact. per text. in l. vlt. §. ſin autem æs alienum, C. de bo. quæ libe. vbi per eum.* Sòlus tamē Salic. contra omniū conſēſum (vt ibidē Tira. refert) *in d. l. præſes, ver. ſed dubitari poteſt,* contrarium conſtanter & apertè ſentire auſus eſt: aſſerens ſe nihil videre, cur id fieri poſſit, niſi id operetur affectio paterna, quæ omnes excedit, *per l. ſi is quidem, §. vlt. ff. quod me. cau.* ſed hoc (inquit) non eſt tutum: quia hæc affectio paterna non ceſſat, quando filius ſit ſui iuris, & tamen pater eius legitimus adminiſtrator, abſque iudicis

decreto.

decreto alienare prohibetur , *per l. cùm e-*
3. *mancipatu. C. de præd. mino.* † Sed ad hoc
reſpondent Alex. & Iaſ. patrem legitimum
adminiſtrationem filijſam. plus iuris in
bonis ipſius filij in ſua poteſtate conſtituti
habere, quam pater curator filij emanci-
pati habeat: cùm & vſusfructus bonorum
ad eum pertineat, *l. cum oportet, C. de bo. quæ
lib.* poſſitque conſtituere procuratorem an-
te litem conteſtatam, *vt probatur in l. 1.
ibi Bart. & alij, C. de bo. mater.* nec ratio-
nem ſuæ adminiſtrationis reddere ſit ob-
noxius, *d. l. cum oportet, §. non autem, &
Bart. in l. vſuſfructu. in princ. C. de vſufr.*
quod in patre legitimo filij emancipati tu-
tore, vel curatore ſecus eſt: nam nec vſum-
fructum in bonis filij habet, & rationem
ſuæ adminiſtrationis, vt quilibet alius tu-
tor aut curator, reddere tenetur, *per l. ſi ſu-
perſtite, ibi Bal. & alios, C. de dolo. cum simi-*
4. *lib.* † Verùm cùm hæc diſputatio in Came-
ra Imp. in ardua quadam cauſa olim inci-
diſſet, concluſum fuit per Dominos com-
munibus ſuffragiis, patri legitimo admini-
ſtratori filijſa. non licere bona ipſius immo-
bilia, in quibus vſumfructum habet, alie-
nare ſine iudiciali decreto, niſi vrgente æris
alieni neceſſitate: aliàs ſemper opus eſſe de-
creto iudicis: per ea quæ elegáter Tiraque.
5. *in loco ſuprà citato. n. 32.* congeſſit: † dicens
Azonis, & ſequacium potiſſ. & vnicum fun-
damentum ſitum eſſe in d. l. vlt. §. ſin autem
æs alienum, vbi ob æs alienum hæredita-
rium, & legata, vel fideicommiſſa ſoluenda
duntaxat permittitur patri alienare bona
immobilia filijſam. quorum eſt legitimus
adminiſtrator & vſufructuarius: nec vllam
is textus mentionem facit de iudicis de-
creto, vt aliàs fit in alienatione rerum im-
mobilium minoris. Ideóque nec decretum
(inquiunt) requiritur. Ex quo manifeſtè
conſtat, ſuprà dictam Azonis, & ſequacium
doctrinam in huiuſmodi alienatione ne-
ceſſaria duntaxat obtinere, quæ fit ob æs a-
lienum, de qua loquitur d. §. ſin autem. quo
ſolo ipſ. innituntur, non etiam in aliena-
tionibus merè ſpontaneis, ſeu voluntariis.
6. † Quoniam dicta, placitáque Dd. ſecundũ
leges intelligi debent, quas ipſi allegant,
*iuxta Bart. in l. non ſolum, §. ſi liberationis,
ff. de libe. lega. cum ſimil.* indè ergo conſe-
7. quens eſt, † Azonis dictum non ſimpliciter,
& ſine mentione æris alieni allegandum
eſſe, vt plerique faciunt, volentes licere pa-
tri adminiſtratori paſſim, ſempérque ſine
iudicis decreto alienare, quod tamen fal-
ſum eſt: nec aliter Azo intellexit, quam vt
ſuprà oſtendimus. & Tiraque. loco ſuprà ci-
tato, itémque Couarr. *varia. reſol. lib. 7. c. 8.
num 5 & 6.* latius declarant: quod diligenter
ſerua

OBSERVATIO LXII.

Filij præteritione, qui in vita patris ſuam legitimam accepit, an teſtamentum patris vitietur?

Filius expreſſè inſtitui vel exhæredari debet. vide Gail. 2. obſ. 112 n. 10. 11 12. & obſ. 113. n. 2. & 3.

Pater aſſignans filio legitimam, videtur cũ eo diuidere. VVurm. tit. 42. de collat. obſ. 1. num. 15. & 16. A. Reyger.

1. *Filium qui legitimam accepit, etſi prætereatur à patre in teſtamento, tamen teſtamentum impugnare non poteſt.*
2. *Idem de filia dicendum, quæ accepit dotem, cùm ſit loco legitimæ.*
3. *Molinæum contrariam ſententiam tuetur: & nu. 5.*
4. *Ius Canonicum non poſſe corrigere leges ciuiles prætextu iuramenti.*
6. *Canoniſtas iniuriam Deo facere, dum prætextu iuramenti iniquas conuentiones contra iuſtas leges tueri volunt.*

TRADVNT † communiter Doctores, 1.
Quòd præteritio filij, qui priùs ſuam
legitimam debitam recepit, non vitiet pa-
tris teſtamentum, nec poſſit filius poſt obi-
tum patris ampliùs legitimam petere, nec
tanquam præteritus teſtamentum impu-
gnare, *autoritate Bartoli, ita notabiliter
docentis in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff.
de libe. & poſthu per l. Papinianus, §. quo-
niam autem quarta, ff. de inoff. teſtam.* quod
*etiam latè proſequitur Alex. qui ita ſimili-
ter concludit. conſi. 180. viſis duobus & con-
ſil. ſeq. lib. 5.* † Idem quoque & multò ma- 2.
gis de filia dicendum, dotem accipiente,
quæ loco legitimæ eſt, & in legitimam
computatur, ſi bonis illius, de cuius ſuc-
ceſſione agitur, dotem acceperit, *l. vt libe-
ris in fi. C. de collat. Bart. in l. Titio centum,
§. Titio genero, ff. de condi. & demonſtra.*
quam opinionem ſecuti ſunt etiam *Cor. Ia-
ſon, & Deci. in l. pactum quod dotali. C. de*

Digitized by Google

collat. item Bened. in c. Reynutius , verbo.
duas habens filias. nu. 242. & verſ. in teſta.
3. *relinq. 1. n. 220. teſta.* † Molinæus tamen *in*
Addit. ad conſi. Alex. in de conſ. 180. littera
A. ſupradictam opinionem grauiter impu-
gnat , cùm iure ciuili clarum ſit non valere
pactum hoc reprobatum *in d. l. pactum &*
in l. ſi quando. §. illud. C. de inoffic. teſta. nec
valere iuramentum per l. non dubium C.
4. *de lib.* † Nec aduerſatur (ſecundum eum)
ius Canonicum , quia non poteſt prætextu
iuramenti corrigere iuſtas leges ciuiles:
quemadmodum idem Molinæus aliàs ſępe
annotauit : ſubdens non obſtare , c. quam-
uis de pac. lib. 6. cùm non obſeruetur ex-
tra ditionem autoris , niſi propter conſue-
tudines locorum, quæ etiam ſint antiquio-
res : Illæ autem conſuetudines non proce-
dant, niſi in filia, quæ honeſtè elocetur , ſic-
que honeſtam & iuſtam habeant rationem,
5. vt domus & familia conſeruetur. † Sed in
filio renunciante nullam eſſe bonam,
nec honeſtam cauſam, *per text. in d. §. illud.*
& per hoc concludit , Alexand & ſequaces
malè ſentire, quòd filius ob receptam, ante
obitum patris legitimam, ab ipſius ſucceſ-
ſione excludi debeat. ſed ipſum potiùs ſuc-
cedere debere , niſi expreſsè ſit exhæreda-
6. tus à patre , &c. † Tandem ſubiicit , ſtultos
quoſdam Canoniſtas iniuriam facere Deo,
qui eſt veritas & charitas, dum prætextu
nominis ſui & iuramenti iniquas conuen-
tiones aduerſus iuſtas leges tueri volunt:
de quo vide latius per eundem Molina. in
conſue. Pariſ § 122. cuius ſententiam tan-
quam veriorem & iuri communi magis
conformem, ipſe quoque amplector.

OBSERVATIO LXIII.

Vide Gil. 2. obſer. 25. numer. 26. A. Reyger.

De duplici Æquitate iuris, ſcripta & non ſcripta : & quid in quauis obſeruandum?

1. *AEquitatem tam in ſcholis , quàm in foro duplici modo exerceri poſſe : & numer 2.*
3. *De æquitate non ſcripta . & quod cum iuris doctrinis conferri debeat.*
4. *AEquitas ex affectione animi deſcendens , contra ius ſcriptum , non eſt ſequenda.*

DOCTORES vulgò duplicem con-
ſtituunt æquitatem, Scriptam, & Non
ſcriptam. † Poteſt enim æquitas , tum in 1.
ſcholis, tum in foro, duplici modo exerce-
ri : Altero vt, diligenter conſideremus, quo
ordine Iureconſulti , & Imperatores Ro-
mani obſeruarint æquitatem in deſcriben-
dis, ponendiſque legibus, & præiudiciis hu-
manorum negociorum : & ſi quando caſus
eueniat , qui per omnia ſit ſimilis, nec ha-
beat vllas differentes circumſtantias , quæ
mutationem iuris deſiderent, vt tunc ſecũ-
dum illas iudicemus, certi, quod æquitatis
cenſura uddum ſit adhibita † Altero verò 2.
modo exercetur æquitas in his facti ſpecie-
bus, quæ nũc eueniunt, nec habent in ſcri-
ptis legibus præiudicium ex omni parte
reſpondens , vt nos ſecundum circumſtan-
tias earum applicatis axiomatibus, ſiue re-
gulis ſummi iuris iudicemus , quid diffini-
ri deceat. Enimuerò hic propriè eſt vſus æ-
quitatis maximè neceſſarius Reipublicæ &
iudiciis. † Ideóque non immeritò æqui- 3.
tas non ſcripta dicitur , non quaſi ſine ſcri-
ptis iuris obſeruatione illam æſtimare li-
ceat. ſed quod aliquantò longius a ſcriptis
theſibus recedit : ſicut ius ciuile à iure na-
turali diſtinguitur *in l. ius ciuile eſt. ff. de*
iuſti. & iur. Itaque ſemper cum iuris doctri-
nis conferenda eſt. † AEquitatem enim, 4.
quæ eſt non iure ſcripta , ſed ex motu &
affectione animi apparet contra ius ſcri-
ptum , non eſſe ſequendam , Bart. Bald. &
cæteri Dd. admonent *in l. C. de legibus &*
l. placuit. C. de iudic. & Abb. in c. vltim.
de tranſact. alioqui nihil eſſet vel certum,
vel perpetuum in iure noſtro , quibuſli-
bet cauſarum ſtatum ad quamlibet imagi-
nariam æquitatem detorquentibus, *ſicut e-*
leganter Zaſius ſcribit conſil. 11. nu. 35. lib. 1.
quem ibi vide.

OBSERVATIO LXIIII.

Alienationis prohibitio extra familiam , à teſtatore facta, quo vſque ſe extendat?

Vide Anto Cypy. deci. 108. per to. An autem pacto vel contracta aliena-

1. *Prohibitio alienationis extra familiam, à teſtatore facta , quartam generationem non egreditur.*
2. *Niſi teſtator dixerit , ſe velle bona perpetuò manere apud familiam , vel deſcen-*

Digitized by Google

tio ita prohiberi poſſit vt Dominus alienando dominiũ non transferat. vid. remiſſiuè Hartma. Hart. tit. 22 de pact. & trãſ. obſ. 4. nu. 17. & 18. A. Reyger.

deſcendentes & poſteros.

3. *Et hanc opinionem communem eſſe.*

COMMVNIS eſt Interpretum iuris aſſertio. † quòd alienationis extra familiam prohibitio à teſtatore facta non egrediatur quartum gradum, ſiue quartam generationem: quemadmodum Iaſon tradit *in. l. ſi filius fam. §. diui. ff. de legat. 1. & Deci. conſil 377. Ioan. Duran. in arte teſt. tit. 8. caut. 2.* & Curt. Iun. *conſ.* 3. vbi expreſſim dicit, hanc opinionem receptiſſ. 1. eſſe: eadémque probatur per Imp. Iuſtiniani Nouellam conſtitut. *in tit. de reſtit. fideicom. § nos igitur.* vbi talis prohibitio tantùm ad quatuor vſque generationes durare, & idcircò non eſſe perpetua cenſetur.
2. † Interim tamen fatendum eſt, ſi indicta ſit prohibitio hæredibus expreſſis verbis, quod teſtator velit bona hæreditaria perpetuò manere apud eius Deſcendentes & poſteros de ſua familia, quod eo caſu vigore & vi illorum verborum prædicta prohibitio & quartam & quintam, & alias plures generationes egrediatur: quemadmodum per plura allegata concludit Did.
3. Couart *lib. 3. Varia. reſol. c. 5 num. 4.* † Et ibidem dicit hanc opinionem ſine dubio communem eſſe: licet ſubiungat, ſibi durum videri, eam aduerſus expreſſum Iuſtiniani reſponſum recipere: *Vt per eum ibidem latiùs, &c.*

OBSERVATIO LXV.

Vide Tho. Grammat. deciſ. 27. n. 12. & ſeq. A. Reyger.

Qua pœna, ſimulatum inſtrumentum conficiens Notarius, puniri debeat?

1. *Tabellio ſimulatum inſtrumentum conficiens, pœna amputationis manus, & perpetua infamia plecti debet.*
2. *Lotharius Imp. infamia pœnam conſtituit.*
3. *Fridericus verò Imp. manum amputari decreuit.*
4. *Conſtantinus ſeruos fugitiuos pedum amputatione coercuit.*
5. *Alexander falſario digitorum neruos incidere iuſſit: Claudius verò manum amputari iuſſit.*
6. *Galba numulario, non ex fide pecunias tractanti, amputationem manus iniunxit.*
7. *Scriptori non ex legis præſcripto apocham conficienti, itémque hæreticorum librorum ſcriptori ex Nouel. Iuſtiniani manus abſcindenda.*

IN ardua quadam cauſa illa quæſtio incidit, Quâ pœnâ Tabellio ſimulatum inſtrumentum ſcribens plectendus eſſet? qui caſus hodie hominum & Tabellionum * excreſcente malitia quotidie ex facto contingere ſolet. † Et crebriùs obtinuit, ta- 1.
lem Tabellionem puniendum eſſe pœna amputationis manus, & perpetuæ infamiæ, per text. ſingularem *in c. Imperialem. §. ſcriba. de prohib. feud. alie. per Frid.* qui ſane textus omnibus Tabellionibus terribilis eſſe deberet, *quemadmodum refert & ſequitur, Hip. in. l. ſi ſciente col. 1. cir. fi. ff. ad leg. Pompe. de parri.* † Nam Imp. Lotharius 2.
infamiæ pœnam Notario irrogat, qui ſuper alienatione feudi, ſine Domini conſenſu facta, inſtrumentum conficit: † Fri- 3.
dericus verò Imp. non tantùm infamia afficit huiuſmodi Notarium, verùm etiam manum ipſi præſcindi conſtituit. Ex quo conſtat, Impp. ſæpius delinquentes, qua parte corporis peccaſſent, eâdem etiam mulctaſſe. † Quemadmodum Conſtantinus ſer- 4.
uos fugitiuos pedum amputatione coercuit: *l. 3. de ſer. fugit.* † Et Alexander falſa- 5.
rio digitorum neruos, vt numquam amplius ſcribere poſſet, incidere iuſſit, *Lampridio in Alexan. hoc atteſtante*: Claudius verò manus illi amputauit, *iuxta Suetonium in Claudio.* † Galba quoque Numulario non ex 6.
fide pecunias tractanti manus amputauit, eiúſque menſæ affixit, *ſicut idem Suetonius in eius vita meminit.* † Ex Nouella quo- 7.
que Iuſtiniani 17. Exactori non ex legis præſcripto apocham conficienti, manus ſimiliter abſcinditur: eadémque pœna Scriptori hæreticorum librorum indicitur Nouel. 42.

OBSERVATIO LXVI.

Vid. Gail. 2. obſ. 154. n. 16. Feuda non comprehen-

Renuncians paterne hereditati, nihilominus in feudo ſuccedit: ſecus ſi renunciet bonis paternis.

dantur ſub hæreditate. VVurmſ.ti. 51. de feud. obſeru. 10. A. Reyger.

1. *Etſi filius paternæ hæreditati renunciarit, in feudis tamen ſuccedit: ſecus eſt ſi renunciet bonis paternis: vt num. 3.*

2. *Et hanc eſſe bonam cautelam ad euitanda creditorum onera.*

4. *Bonorum appellatione veniunt etiam feudalia.*

5. *Cauendum eſt à generalibus verbis in renunciando.*

1. QVIDAM † Titius renunciauit hæ-
reditati paternæ, etiam viuente ad-
huc patre, & quidem cum iuramento: po-
ſteà defuncto parente, non attenta prædi-
cta renunciatione ſic iurata, in feudalibus
ſuccedere volebat, dubitatum fuit an eſſet
admittendus? vel per talem renunciatio-
nem iuratam ſibi præiudicaſſet etiam in
feudis? Et reſponſum fuit, filium ſic re-
nunciantem ſibi in feudo non præiudicaſ-
ſe, autoritate Baldi, qui ſingulariter ita de-
terminat *in c. 1. col. 3. verſi. Iacobus autem*
2. *de Bel. tit. An agna. vel fil.* † ſubiungentis
ibi, bonam cautelam eſſe ad euitanda o-
nera creditorum, &c. Et dogma pro ſingu-
lari allegat quoque & ſequitur Iaſon *in l.
ſi non ſortem. §. libertus, col. pen. verſ. ſe-*
3. *cundò habes, ff. de cond. indeb.* † Secus ta-
men eſſet, ſi filius renunciaſſet bonis pa-
ternis, quoniam tunc etiam à bonis feu-
4. dalibus excluderetur: † cùm bonorum ap
pellatione veniant feudalia, *iuxta And. de
Iſer. ſic tenentem in c. 1. ad fin. de capi. qui
cur. vend.* tametſi plærique contrarium
ſenſerint, ſed inaduertenter & malè, *vt per
5. Catell. Cottam. in ſuis memorab. verbo, fi-
lius renuncians. & verbo emphyteuſis.* † Et
ideò rectè Bald. admonet *in l. pactum
quod dotali. quæſt. 16. col. pen. C. de collatio.*
eos, qui renunciant, vt ſibi caueant à ver-
bis generalibus, ne fortè ex effuſo ſermo
ne in periculum incidant, *iuxta. l. vlt. ad
fin. C. de dotis promiſ.* quòd in pulcra quæ-
ſtione reaſſumit Deci. *conſ. 7. pro tenui fa-
cultate. col. 3.*

OBSERVATIO LXVII.

Vid. Thom. Grammat. deciſ. 41. nu. 1-4. & ſeq. Ponit tamẽ Hart. Hart. ti. 15. de teſt. obſ. 16. n. 2. teſti pecuniam poſſe dari, vt veritatem deponat. Quod tamẽ ipſum cum mica ſalis intelligendum eſt. A. Reyger.

De teſtibus corruptis & eorum pœna.

1. *Teſtes conducti precio, vel corrupti pecunia, aut quibus promiſſum eſt aliquid, &c. carent fide ſuntque puniendi cum corrumpente.*

2. *Teſtis pecuniam accipiens ſi contra dantem teſtimonium dicat, illud valet, nec teſtis punitur: & eſt communis.*

3. *Limitatio. l. 1. ff. ad leg. Cornel. de falſ.*

CLARI & explorati iuris eſt, † te-
ſtes non eſſe conducendos precio, aut
pecunia corrumpendos, nec eis quicquam
promittendum, vt vel falſitatem dicant,
vel obticeant veritatem, *per c. 1. & ibi gloſſ.
qua multa iura concord. allegat. ext. de
teſt.* Imò etiamſi datum ſit eis aliquid,
promiſſúmve in eum finem, vt veritatem
dicant, adhuc deſtituuntur fide eorum te-
ſtimonia, *c. non ſanè. 4. quæſt. 5.* puniendi-
que ſunt à iudice vnà cum corrumpente,
tanquam falſarij. *l. 1. & ibi Bart. ff. ad leg.
Corn. de fal.* † Sed pone, quidam dedit pe- 2.
cuniam teſti, vt pro ſe teſtimonium dice-
ret, qui tamen non pro eo, qui pecuniam
dedit, ſed in fauorem ſui aduerſarij teſtifi-
catus eſt, num valeat ipſius teſtimonium,
ſitque dictus teſtis puniendus? Et com-
muniter obtinuit, huiuſmodi teſtimonium
valere, ipſúmque teſtem nequaquam pu-
niendum eſſe † Nec aduerſatur tex. in d. l. 3.
1. quia limitatur non habere locum in ca-
ſu propoſito, videlicet quandò teſtis de-
ponit in fauorem eius, aduerſus quem ac-
cepit pecuniam, *iuxta Ludo. Roma. ſingul.
326. Tu. ſay. vbi dicit de hoc eſſe text. ſing.
& mirabilem in c. 1. ſi de feu. fue. contro. in-
ter do. & vaſal. quem textum ibi excla-
mat. Bald. refert & ſequitur Hippol. in d.
l. 1. col. 2. circa fin. ibi. Item limitari poteſt
&c.* quod commendandum eſt memoriæ,
quia cotidiè hæc ex facto contingere poſ-
ſunt.

OBSERVATIO LXVIII.

Conſuetudo an probetur per Doctores aſſerentes, ita eſſe conſuetudinem?

Vide Ant. Capy. deciſ. 176. nu. 20. A. Reyger.

1. *An Doctori aſſerenti ita eſſe conſuetudinem, ſit credendum? Variant Dd. Et affirmatiuam multos tenere.*

2. Ne-

2. *Negatiua opinio: & eam priori communiorem eſſe: n.3.*

1. QVOD † conſuetudo probetur per Doctores, aſſerentes ita eſſe conſuetudinem, multi Interpretes cenſuerunt, adeo vt communem dicat *Deci. conſ 540. nu 10 & in l.2 § mutui datio. in vlt. lectu. nu. 13. cum ſeq ff. ſi cer. pet. idem Deci. conſ 694. num. 3. cum alijs Dd. ibidem allegatis: & eandem opinionem tenent Alex conſ. 55. Vol. 4. Curt. Iun. conſ 60 n. 5 & Gratus conſi. 21. num 58. qui omnes potiſſimum nituntur autoritate*
2. *Bartoli in l. de quib. ff de legib* † Verùm cõtrariam ſententiam, quod non credatur Doctori, quantumuis excellenti & celebri, atteſtanti talem extare conſuetudinem, indiſtinctè & aſſeueranter, tradit *Alex. (ſibi contrarius) in l. poſt dotem n. 29. ff. ſol. mat. Fran. Areti. conſ. 33 Roma. ſingu. 367. Phil. Corn. conſ. 83. & Iaſ. pl niſſ. in d. l. de quibus (vbi ſtrenuè hanc contrariam propugnat) & plerique alij. quos allegat Rochus in c. vlt. gloſſ. fin verſi. quinto quaro. de conſuet.*
3. † vbi tandem ex præmiſſis autoritatibus concludit, hanc opinionem communiorem, magíſque receptam eſſe, & etiam bene fundatam in ratione: quia conſuetudo eſt facti, & ea quæ ſunt facti, etiam prudentiſſimos fallunt: *l.2. de iur. & fact. igno.* Idq; maximè in conſuetudine procedit, quæ plerunque variatur, & modò eſt allegando nigra, vt inquit Hoſtien. *in prin. ſua ſumma, quem etiam refert Rom. in d. ſing. 367* Et hanc opinionem tanquam veriorem nouiſſ. ſecutus eſt etiam Mar. Mantua *conſ. 231. n.51. & ſeq. lib. 2.* vbi ſimiliter hanc communem fatetur, tametſi prius *conſ 99. nu. 20. d. lib. 2.* contrarium ſenſerit.

OBSERVATIO LXIX.

Gail. 1. obſ. 16. per tot. Hartman. Hartm. tit. 22. de pact. ob. 5. per tot A. Reyger.

Ex pacto retrouenditionis an realis oriatur actio?

1. *Ex pacto retrouenditionis nullam realem, ſed tantùm perſonalem actionem naſci: nempe ex emto, vel præſcriptis verbis.*
2. *Caſtrenſis voluit, ex pacto venditori vtilem rei vendicationem competere & n.4 & 5.*
3. *De pacto legis commiſſoria.*
6. *Prædictam Caſtrenſis opinionem communiter à Dd. & etiam in Camera reprobatam eſſe.*
7. *Ætiologia huius reprobationis multiplex & n.8.*
9. *Eadem eſt poteſtas contractus & diſtractus.*

VALDE controuertitur ab Interpretibus iuris, An ex pacto de retrouendendo actio realis vel perſonalis detur? Et cùm hæc quæſtio in Camera Imp in ardua quadam cauſa tractaretur, concluſerunt Domini communiter: † Pactum de retro 1.
uendendo rem ipſam non afficere, neque ex tali pacto aliquod ius reale oriri ex quo actio realis competeret, ſed tantùm obligationem perſonalem, ex qua deinde perſonales actiones, Ex emto, vel Præſcriptis verbis oriantur ad reemendam rem venditam. Quamuis enim Bald. *conſil. 82. poſt med. lib. 1.* Pactum de retrouendendo nominet ius reale: † Et Pau. de Caſt. *in l. ſi cum*
venderet. ff. de pig. act. voluerit, ex tali pa- 2.
cto venditori competere vtilem rei vendicationem aduerſus poſſidentem rem ſub tali pacto venditam, ducta ſimilitudine à pacto Legis commiſſoriæ, & Additionis 3.
in diem. † Ibi enim ipſo iure transfertur dominium in venditorem, ſi non impleatur conditio appoſita in venditione, *l. ſi quis hac lege. in prin. ff. de rei vendi. l. commiſſoria. ff. de pac. in emp. & vendi. l. vlt. C. de lege commiſſo. quemadmodum Alex. deducit conſi. 10. in prin. Vol. 1.* † Cùm ergo videatur eadem eſſe ratio in hoc pacto retro- 4.
uendendi adiecto in fauorem venditoris; ſicut in pacto Legis commiſſoriæ, vel Addictionis in diem: putat Caſtren. eandem debere eſſe iuris diſpoſitionem, *iuxta l. illud. ff. ad leg. Aquil. c. inter corporalia: de tranſlat. prala.* † Et pro confirmatione hu- 5.
ius ſuæ opinionis allegat d. l. ſi cùm venderet, ibi enim creditor, cui à debitore res pignori tradita fuerat, debitore non ſoluente vendidit rem illam creditori, pacto adiecto, quòd ſi precium emtori redderet, liceret ipſi debitori rem recipere: Et textus ibi dicit, quòd cũ tali pacto poteſt debitor

Digitized by Google

offerendo precium rē vendicare, & ſic ipſo iure dominium in eum retransferatur, ſubditque ibi in terminis Caſtr. quod licet iſtud non ſit pactum legis commiſſoriæ, tamen tale pactum de retrouendendo operetur, vt reddito precio dominium ipſum vtile transferatur, vt ibi latius per eum.

6. † Verumtamen hæc Caſtr. opinio in prædicta cauſa fuit à Dominis exploſa, ſicut etiam communiter à Dd. reprobatur, aſſerentibus ex pacto retrouendendi nullum ius reale, ſed tantum obligationem perſo-

7. nalem naſci. † Et ratio eſt, quia hoc pactum contractui in continenti adiectum ab eo veſtitur & informatur, *iuxta Dd. in l. in bonæ fidei. C. de pac. l. lecta. ff. ſi cert. pet. l. iuris gentium. §. quinimò de pact.* quapropter contractui ineſt, *d. l. lecta.* ſed contractus emptionis & venditionis perſonalem duntaxat obligationem producit, *l. 1. C. de actio. emp. §. emptore. Inſt. de empt. & vend.* Ergo & pactum, quod contractui ineſt. perſonalem ſolum obligationem pariet: quia non debet vna res duplici, &c. *l. eum qui. ff. de vſuc.* & non debet acceſſorium diſſidere à ſuo principali, *c. acceſſorium. de reg. iur lib. 6. l. cùm principalis. ff. eo*

8. *dem titul.* † Item pactum retrouendendi in contractu venditionis appoſitum eſt pars ipſius. *l. fundi partem. ff. de contrah. empt. Bal. in l. ſolam col. pen. verſic. item interrogatur teſtis de cauſa materiali. C. de teſtib* vnde dicit idem Bald. *conſil. 415. Illa ſolennitas lib. 2.* quod ſi tempore contractus fuit actum de eo reſoluendo, reſolutio quæ poſtea fit, non ſit propiè reſolutio ſed executio ipſius contractus, *ſicut eum Tiraquel. refert in tracta. de retract. conue §. 1 gloſ. 1. num 1. vbi plu-*

9. *ra ad hoc allegat.* Quomodo ergo pars à ſuo toto diſſideret? † Denique eadem eſt poteſtas contractus, & diſtractus *Bald. in l. ab emptione. ff de pact.* & dicit Socin. *conſ. 253. col. 7.* eiuſdem eſſe naturæ reſolutionem contractus, cuius eſt ipſe contractus. Quinimò pactum nihil aliud eſt, quàm cōtractus, *iuxta Bal. in rub. C de pac. gloſſ. in l 1 ff. de actio & oblig. Alex. in l. 1. ff. de verb. oblig.* Vnde ſicut contractus obligationem perſonalem generat. *Spec. tit de teſtib. § 3. verſi. vltimo ſequitur.* ita & pactum.

OBSERVATIO LXX.

Vid. Tho. Grammat. decis. 76. num. 27. A. Reyger.

De differentia inter contractum pignoratitium, & pactum de retrouendendo.

1. *Inter contractum pignoratitium & pactum de retrouendendo varia eſſe diſcrimina.*
2.3. *In pacto retrouenditionis dominium & poſſeſſio ſtatim in emptorem transfertur, licet commutabiliter: ſecus eſt in pignoratione.*
4. *Creditor pignore vtens furti tenetur.*
5. *Venditor ius tantum perſonale habet in re vendita, & ex pacto retrouendendi actio ex vendito ei datur, ad rem venditam reemendam: numero 6.*
7. *Pactum legis commiſſoriæ in pacto de retrouendendo locum habet: ſecus eſt in pignoribus etiamſi iuramento firmetur: & n. 8. & 9.*
10. *In contractu pignoratitio fructus pignori accedunt, & in ſortem computantur: fallit tamen, vt n. 11. & 12.*
13. *In venditione verò cum pacto retrouendendi emtor ſtatim lucratur fructus.*
14. *In pignoribus creditor plures habet actiones ſed ex pacto retrouendendi perſonales tantum ex emto, vel præſcriptis verbis dantur.*
15. *Creditor ad perſequendum pignus hypothecariam habet.*
16. *Debitori pignoratitia conceditur contra creditorem ad pignus recuperandum ſoluto debito: Itemque rei vendicatio. num. 17.*
18. *Creditor pignoris ante tempus ſoluendi elapſum pignus non poteſt vendere, ſecus eſt in emptore, ſub pacto retrouendendi rem emente: n. 19.*
20. *Differentia quò ad præſcriptionem inter contractum pignoratitium, & pactum de retrouendendo: quòd in pignore nullo tempore iure offerendi præſcribatur: ſecus in pacto retrouenditionis.*
21. *Sed hanc differentiam in Camera Imp. non ſeruari.*

SAEPIVS

SÆPIVSCVLE controuerti ſolet,
1. † Quæ ſint differentiæ inter contractum
pignoratitium, & pactum de retrouenden-
do: nos potiores tantum breuiter ſubii-
ciemus. Prima & quidem præcipua diffe
2. rentia eſt: † Quòd per venditionem ſtatim
transfertur dominium & poſſeſſio in em-
torem, & non tantum commoditas perci
piendorum fructuum rei venditæ, vt qui-
dam voluerunt: quos egregiè refutat Zaſi.
conſ. 12. num. 34. lib. 1. licet commutabiliter
transferatur dominium, propter pactum
retrouenditionis adiectum. Poſſunt enim
dominia per pacta & vltimas voluntates
etiam temporaliter & commutabiliter
transferri *l. vlt. C. de lega. Bald. in l. ea le*
3. *ge. C. de condic. ob cau.* † Per pignorationem
verò, ſiue in pignore, ne poſſeſſio quidem,
nedum dominium transfertur in credito-
rem, ſed vtrumque penes ipſum debitorem
impignorantem, ſiue hypothecantem ma-
net, qui poſſidet per creditorem *l. cum &
ſortis nomine. §. pignus. ff de pigno. act. l pi-
gnus. C. eo. tit. l. ſciendum. §. creditor. ff qui
ſatiſd. cog. l. qui pignoris. cum l. ſeq. ff. de ac-
quir. poſſ. & l. reſcriptum. in prin. ff. de di-
ſtract. pignor.* Quemadmodum etiam is,
qui deponit, vel commodat, poſſidet per
depoſitarium, vel commodatarium, *l. pi-
gnori. & l. non ſolum. §. qui pignora ff. de v-*
4. *ſucapio* † Hinc etiam eſt, quod furti tene-
tur creditor, qui pignore vtitur, *l. ſi pigno-*
5. *re. ff. de furt.* † Secunda differentia eſt: Quòd
venditor nullum ius reale habet in re ven-
dita, ſed tantùm ius perſonale, vt multifa-
riam Zaſ. probat *in allegato ſuo conſil.* 12. &
nos in proximè præcedenti obſeruatione
diximus. Nam pactum nihil aliud eſt, quàm
contractus, *iuxta glo. in l. 1. ff. de actio. & o-
blig. Bald. in rubr. C. de pac. & Alex. in l. 1.*
6. *ff. de verb. oblig.* † Vndè ſicut ex contractu
naſcitur actio perſonalis, *§. 1. Inſt de actio.*
ita ex pacto de retrouendendo: & tantum
habet obligationem perſonalem, ex qua
ei competit actio Ex vendito, vel Præſcri-
ptis verbis, qua poteſt offerre precium, &
rem venditam reemere, *l. 2. ibi Dd. com-
muniter. C. de pac. inter em. & vend.* De-
bitor verò ius in re, quam oppignorauit
vel in hypothecam dedit, retinet, nempè
dominium & poſſeſſionem, vt paulò an-
tè dictum eſt. † Tertium porrò diſcrimen

Ex pacto de retrouēdendo datur actio perſonalis cōtra Emptorē, Hart. Hart. ti. 22. obſer. 5. num. 9. A. Reyger.

eſt inter vtrúmque contractum: Quòd in
pacto reuenditionis indulgetur pactum
legis commiſſoriæ, in pignoribus verò re-
probatur: *per pactum in l. vlt. C. de pac. pi-
gnor. & c. ſignificante. ext. de pignor. Idém-
que multis probat ex facto conſultus Alex.
conſ. 178. viſo proceſſu. col. 1. & ſeq. lib. 7.*
† Et adeo tale pactum in pignore repro-
batur, vt nec iureiurando firmetur, *iuxta
Ioan. Andr. in Addit. ad Spec. tit. de renun.* 8.
*& conclu. §. 1 verſi. & quia hic in addit.
incip. Ex quo Autor. In quam ſententiam
plura allegat Tiraquel. de retract. con-
uen. in fin. num.* 119 † Quòd autem in ven- 9.
ditione pactum legis commiſſoriæ ſit li-
citum, conſtat ex tit. ff. de lege commiſſo.
Vbi gloſſ. in rubr. hoc expreſſe refert, & l.
commiſſoriæ. C. de pact. inter em. & vend.
*ibique Dd. & Tiraq. loco iam citato num.
112. Vbi etiam aliquot rationes huius dif-
ferentiæ inter pignus & venditionem ſub-
nectit* † Quartum diſcrimen eſt: Quòd fru- 10.
ctus rei pignoratæ non cedunt lucro cre-
ditoris, ſed aut pignori accedunt, ſi extent,
l. 3. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. aut ſi con-
ſumti ſunt, ſorti imputatur eorum æſti-
matio, ſortémque minuunt percepti &
conſumti fructus, & ſic ipſo iure liberatur
pignus, *l. 1. C. de pigno. act. l. 2. & l. vlt. eod.
tit. l. reſcriptum. §. ſi aliena. & ibidem Bar.
ff. de diſtract. pig. c. 1. & 2. Vbi communiter
Canoniſtæ. ext. de vſur.* † Si tamen credi- 11.
tor neceſſarios ſumptus circa res pignori
nexas fecerit, eos exigere non prohibe-
tur, *l. creditor. C. de pigno actio.* † Item ſi in 12.
re pignorata laborando, gubernando, ad-
miniſtrando, labores aut operas adhibue-
rit, fructus cum laboribus compenſantur,
*iuxta Hoſtien. in ſum. tit. de vſur. verſic. in
aliquo. & not. per gloſſ. in d. c. ad noſtram.
de reb. Eccle. non alie. Idémque tenet Ale-
xan. in d. l. 2. C. de pigno. actio. cum multis
aliis ſimilibus in addit ad Bartolum ibidem.*
† Cæterùm in venditione, quia cum pacto
reuendendi ſtatim trāsfertur per traditionē 13.
dominiū rei venditæ in emtorem, licet cō-
mutabiliter: ideò nō mirum, quòd lucretur
fructus prout ſuprà in prima differentia di-
ximus, & habetur *apud Zaſi. in d. con. 12. n.
25. li. 1.* † Quinta differentia: Quòd in pigno- 14.
ribus creditor & debitor plures habent,
tàm reales, quàm perſonales actiones, ſed

In contractu pignoris quæ pacta adiici poſſint. vid. Hart. Hart. ti. 27. de creditorib obſ. 15. per tot. A. Reyger.

Digitized by Google

ex pacto de retrouendendo duntaxat perſonales, ex empto, & præſcriptis verbis naſcuntur.
15. † Habet enim Creditor actionem quaſi Seruianam, ſiue Hypothecariam, ad perſequendum pignus ſibi obligatum aduerſus quemcunque, qui poſſidet, tenétve pignus, vt reſtituatur: & multo magis ad retinendum, ſi poſſideat. *§. item Seruiana. ibi Ang. Iaſon, Zaſ. & alij Inſtit. de actio.* Poteſt etiam creditor pignus, ſi intra tempus conſtitutum non redimatur, vendere & diſtrahere *toto tit. ff. & C. de distr. ct pigno.*
16 † Ex diuerſo Debitori actio pignoratitia competit aduerſus creditorem eiúſve hæredes: qui ſine legitima cauſa pignus poſt exolutum debitum retinent, *l. ſi debitor ff. de preca. l. ſi quis nec cauſa. §. 1. ff. ſi cer. pet l. ſi rem alienam. §. omnis & toto titul. ff. de pignor. actio. & C. eod. titul. & l. 1. & vlt. C. de luit. pigno.* quæ omnia iura conſulunt debitori pro redimendo pignore a creditore. Nec poteſt talis actio pignoratitia debitori per pactum legis commiſſoriæ auferri: quia in pignore reprobatur, vt ſupra diximus.
17. † Datur quoque debitori ex contractu pignoratitia Rei vendicatio, cùm dominium rei pignoratæ penes ipſum maneat: Ex pacto verò de reuendendo ſola perſonalis Ex empto, vel Præſcriptis verbis conceditur.
18. † Sexta denique differentia eſt: Quod pignoris creditor non poteſt pignus vendere, niſi poſtquam tempus ſoluendi effluxit, & debitor in mora ſoluendi reperitur, *l. 4. ibi Bartol. & Dd. ff. de distract. pigno. & l. ſi in hoc. C. eod. tit. Caſtren. in l. 4. num. 2. & ſeq ff. de pignor. actio & Neuiz. a. in tract. de pigno & hyp. c. par. 6. mem 1 num. 1. cum ibi allegatis.*
19. † Secus eſt in eo, qui ſub pactione reuenditionis rem emit: is enim poteſt, pactione illa non obſtante, alteri rem pignorare vendere, & dominium transferre. & ita quidem, vt (ex communi Interpretum iuris opinione) non poſſit primus venditor ab hoc ſecundo rem ipſam redimere *not. a Alexand. conſil. 10. videretur. per totum lib 1. & latiſſ Curt. Sen. conſil. 12 Lucius Titius*
20. † Porro nonnulli Doctores etiam aliud diſcrimen inter contractum pignoratitium, & pactum de retrouendendo conſtituunt, quo ad præſcriptionem: nempe quod in pignoribus iuri offerendi nullo tempore præſcribatur propter defectum poſſeſſionis in creditore, quia pro alieno prorſus poſſidet, & ſine poſſeſſione nulla currit præſcriptio, *l. fine. de vſuc. & c. fine. de reg. iu. l. 6.* pacto verò de retrouendendo triginta annis præſcribatur, &c. *vt latè per Anto. Gabr. li. 5. commu. concluſ. concl. 6. verſi. limita principaliter. & VVeſenb. conſi. 1. nu. 40. & 45. vbi plures allegat.* † Verum cum in Camera Imperiali etiam in pacto de retrouendendo nulla præſcriptio recipiatur, quemadmodum ſuprà cent. 1. obſeruat. 16. annotauimus: ideò de hoc diſcrimine nihil curandum. 21.

OBSERVATIO LXXI.

De contractu, qui Antichreſis dicitur, & quomodo is ab Vſuris differat?

Vid. Gail 2. obſ 3. per tot. Creditor an & quando intereſſe ſuũ poſſit compenſare cum fructib. vid. Hart. Hart. tit. 27. de creditor. obſ. 2. num. 4. & 5. A. Reyger.

1. *In pignore conueniri poſſe, vt creditor in vicem vſurarum fructus lucretur pro vſu pecuniæ alicui mutuatæ.*
2. *De Antichreſi: & quòd talis conuentio ſit licita.*
3. *Et Antichreſeos contractum hodie vſitatiſſimum eſſe.*
4. *Antichreſis ab vſuris quomodo differat.*

QVOD in præcedenti obſeruatione circa quartam differentiam inter contractum pignoratitium, & venditionem de retrouendendo diximus, in pignore creditorem, non lucrari fructus, ſed illos in ſortem computandos eſſe, *per iura ibi allegata*. hoc non eſt perpetuum. † Poteſt 1.
námque etiam in pignore ex conuentione & pacto ita conueniri, vt creditor fructus lucretur in vicem vſurarum, pro vſu pecuniæ quam dedit debitori, vt ipſe interim vtatur fruatur pignore, quamdiu ipſe vtitur pecunia. † Et hæc ſpecies pignoris 2.
ἀντίχρησις vocatur, *l. ſi ſeruus. C. quod cum eo. & c. l. ſi is qui bona. § 1. ff. de pignor. & l. ſi pecuniam. ff de pigno. actio.* Quæ conuentio propter incertum euentum fructuum licita eſt, iureque permittitur, etiamſi fructus legitimum vſurarum modum interdum excedant: cùm etſi minus naſceretur fructuum,

fructuum, eo tamen contentus eſſe debe-
ret, *l. oleo. l. ſi ea pactione. l. ſi ea lege. C. de v-*
3. *ſur.* † Et hunc contractum hodie frequen-
tiſſimum eſſe, palàm conſtat · de quo plura
memoratu digna extant apud Alciat. *lib. 2.*
diſpunct. c. 3. Franc. Baldui. *in tract. de pig.*
& hypoth. c. 16. Carolum Molinæ *in tract.*
de Commer. & vſur. quæſt. 35. n. 259. cum ſe-
quen. vbi diſtinguit inter Antichreſin tem-
porariam, & perpetuam, & ampliſſimè hanc
Antichreſeos materiam proſequitur : ad
4. quem iuris ſtudioſos remitto. † Differt au-
tem Antichreſis ab Vſuris hoc modo Pacto
conſtituitur Antichreſis , Vſuræ ſtipula-
tione. Item Antichreſis perimitur nuda
oblatione ſortis , Vſuræ non item. *l. ex præ-*
diis. Codic. de vſur. Denique Antichreſin
ab agricola paciſci non licet , vſuras ſtipu-
lari licet, *ita Cuiac. in expoſ. Iuſtiniani No-*
*uel. 32. * poſt princ. & Baldui. in loco ſuprà*
allegato.

* Cuia. in obſ. lib. 8. c. 17 ad l. debitor. ff. in quib. cauſſ. p. g. vel hypothec. tac. A. Reyger. Commiſſarius an teſtem cõtumacẽ bannire, vel mulctare poſſit. Vide Gail. obſ. 100. n. 12. & 13. Et teſtis falſũ deponens quomodo teneatur, vide VVurmſ. tit. 47. de iniur. obſ. 26. n. 7. & ſeqq. A. Reyger.

OBSERVATIO LXXII.

An iudex, etiam delegatus poſſit teſtẽ in dicendo teſtimonio crimen aliquod committentem punire, etiamſi exemtus ſit?

1. *Teſtis in ſua diſpoſitione crimen aliquod committens, à Iudice, cui ſubeſt, puniri poteſt.*
2. *Quid autem in Iudice , cuius iuriſdictioni non eſt ſubiectus ? & numero 3.*
4. *Diſtinctio Doctorum communiter receptæ inter delegatum Principis , & delegatum inferioris à Principe , vt prior teſtem punire poſſit, alter verò non & n. 5 & 6.*
7. *Idémque in teſte locum habet , ſpeciali priuilegio à iuriſdictione iudicis coram quo teſtificatus eſt, exemto.*
8. *Fallit in clerico iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ſubiecto : & hoc communiter teneri.*
9 *Contraria tamen opinio tam apud Gallos , quàm Germanos vſu recepta eſt.*

DVBITATVM fuit in quadam cauſa,
† Num poſſit iudex punire teſtem, 1.
qui in ſua teſtificatione ferenda crimen
aliquod commiſerit nempe periurium, fal-
ſitatem, aliúdve ſimile? Et in eo iudice, qui
alioqui in ipſum teſtem iuriſdictionem or-
dinariam habet , extra controuerſiam eſt,
poſſe ab eo puniri talem teſtem, qui vacil-
let , varius ſit , aut falſum dixerit teſtimo-
nium. † Si autem iudex nullam alioqui iu- 2.
riſdictionem in teſtem habeat , adhuc illi
punitionem eſſe indulgendam , probat tex-
tus ſingul. *in l. nullum , C. de teſtibus , & ad*
idem pertinet l. 2. & quæ ibi Bald. ſcribit.
C. de ſportu & l. ſi quis forte. § ſi quos. ff. de
pœnis. etiamſi ſit iudex delegatus, *iuxta*
Bart. & alios in d. l. nullam. & c. ſuper his,
ext. de pœn. notátque glo. 1 in clem. 1. de offi.
deleg. & gloſſ. in l. quæſitum. de teſtibus,
Bald. Abb. & Deci. in c. præterea. de offic.
deleg. & Spec. titul. de teſte. §. 1. verſic. quid
de delegato † Verùm prædicto dogmati 3.
aduerſari videtur textus *in l. Diuus Pius.*
ff. ad leg. Cornel. de falſ. & ibi Bart. ex quo
Iuriſconſulti loco probatur quibuſdam,
talia incidentia crimina in iudicio non
poſſe ab eo puniri : qui iuriſdictionem a-
lioqui ordinariam non habeat : † Et ideò 4.
plerique cenſuerunt priorem opinionem
in delegato Principis locum habere, poſte-
riorem verò in delegato inferioris à Prin-
cipe : *Panorm. & Anan in c. 1. de crimin.*
fal. Felin. in dict. c. præterea & Iaſ. in l. 1. §.
qui mandatam. ff. de offic. eius cui man. eſt
iur. colum. penult † Quam quidem diſtin 5.
ctionem crebriori ſuffragio iuris vtriuſque
interpretum receptam eſſe , Did. Couarr.
atteſtatur *in lib. pract. quæſtio. c. 18.* ſubiun-
gens , eius primum autorem fuiſſe Ioann.
Andr. *in addit. ad Spec. in dict. §. 1 verſicul.*
quid de delegato. qui eam in hunc ſenſum
accepit , vt delegatus inferioris à Principe
nullatenus valeat teſtem in hac ſpecie pu-
nire, ſed ipſum puniendum ablegare . & ad
ordinarium iudicem mittere ſit obnoxius.
† Et hinc fieri cenſet id Couarru. vt dele- 6.
gatus principis punire huiuſmodi teſtem
poſſit , non iudicio, nec pœna ordinaria,
ſed extraordinaria tantùm : quippe qui
obiter , & incidenter valeat hanc punitio-
nem exercere. † Poteſt autem talis punitio 7.
fieri, etiamſi teſtis ſic in dicendo teſtimo-

Digitized by Google

nio ſpeciali delinquens priuilegio exemtus ſit a iuriſdictione iudicis, coram quo teſtificatur, *iuxta Felin. in c. Verum. col. 3.* de *foro compe. ex ratione text. in c. 1. de priuileg.*
8. *lib 6.* † Fallit tamen in clerico, & Eccleſiaſticæ iuriſdictioni ratione ordinis ſubdito, propter generalem conſtitutionem *c. ſi diligenti de foro compe. & c. 1 de cleric. coniu. lib. 6.* Et hoc communiter teneri fa-
9. tetur *Afflictus deciſ. 230* † Tametſi *glo. Cyn. Bald. & Salic. in d. l. nullum. & Feder. de Sen. conſ. 93.* contrariam tradiderint opinionem: quam ſeruari & paſſim admitti apud Gallos Gul Bened. aſſeuerat. *in c Raynut. de teſta. Verb. Et Vxorem nomine Adelaſiam. numero 34.* eadémque hodie apud nos Germanos paſſim vſu recepta eſt.

OBSERVATIO LXXIII.

Gail. 1. obſ. 94. num. 2. Exēplatio autem Inſtrumentorum fieri ſolet in Camera citatis iis quorum intereſt, VVurm. tit. 10. de inſtrumēt. edit. obſ. 1. n. 4. A. Reyger.

Exemplis inſtrumētorum an & quando fines adhibenda?

1. *Regulariter inſtrumentorum exemplis non adhibetur fides.*
2. *Verbum, Poſſumus, præciſam neceſſitatem inducit.*
3. *Quandóque à ſupradicta regula diſceditur.*
4. *Exemplaribus ex Notarij protocollo traductis vt credatur, multa requiri: Vt nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*
11. *Ad traductionem ſiue publicationem inſtrumenti ex alicuius Notarij protocollo faciendam, an ſint citandi, quorum intereſt, non conuenire inter Dd. & nu. 12.*
13. *Exemplum non ab ipſo protocollo, ſed ab originali ſcriptura deſcriptum, vt eandem cum originali vim habeat, quæ ſint neceſſaria: & num. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*

PRo regula traditur communiter à Dd.
1. † Exemplis inſtrumentorum non eſſe adhibendam fidem in iudicio, nec exemplaribus, per text *in c 1 de fide inſtru. & l 2. ff. eod. tit.* etiam ab ipſo Principe, *iuxta Pa-*
2. *norm. & alios in d. c. 1.* † propter verbum, Poſſumus, quod præciſam inducit neceſſitatem: *idémque Roma. annotauit ſingu. 7. 6. & Iaſ. in l. Gallus. in princ. col. 4 ff. de libe. & poſthum. & Felin. in c. cum olim. n. 12. de re iudicat.* † Quandoque tamen rece- 3.
ditur a prædicta regula, & inſtrumentorum exemplaribus plene creditur. Quod vt rectè intelligatur, & variantes Interpretum ſententiæ ad concordiam redigi poſſint, diſtinguendi ſunt duo præcipui caſus. Interdum enim de traductione inſtrumenti ab ipſo Tabellionis protocollo facienda agitur, quia fortè tabellio ſit mortuus, vel ægritudine impeditus: in quo caſu loquitur Pontifex in c. cum P. Tabellio, de fide inſtrum. † Et huiuſmodi exemplaribus ex ta- 4.
bellionis Protocollo deductis vt fides habeatur, ſequentia ſunt neceſſária. Primùm, vt iuſſus & autoritas iudicis ordinarij accedat, *dict. cum P. Tabellio* † Secundum 5.
quòd hæc traductio fiat ad petitionem eorum quorum intereſt: *quod conſtat ex dict. c. cum P. Tabellio & l. ſi quis ex argentariis § pertinere. ff. de eden.* † Tertium, vt is, 6.
cui ſit traductionis ſiue publicationis demandatio, ſit tabellio, *per text. iuncta ipſius c. ſuperſcriptione. in dict. cap. cum P.*
† Quartum, vt fiat fideliter, id eſt, quæ 7.
ad ſubſtantiam pertinent nihil addendo, ſubtrahendo, vel mutando. *argum. 3 quaſt. 9. c. pura & c. hortamur.* † Quintum, vt re- 8.
digatur in publicam inſtrumenti formam. 9.
† Sextò, id potiſſimè neceſſarium eſt, quòd tabellio, qui protocollum cōfecit, ſi morte, vel perpetua ægritudine impeditus, aut ſaltē eo impedimēto affectus, quod longi temporis moram occupet, *iuxta Bart. in l. quadam § nihil ff de eden. & text. in dict. c. cum P.* † Septimò, quemadmodum de tali im- 10.
pedimento, ita & de fide, integritate, ac fama ipſius tabellionis iudex ſummariè cognoſcet, vt de fide protocolli minimè dubitetur: *atque ita communiter Dd. ſentiunt in d. c. cum P.* † Octauò deni- 11.
que volunt plerique ad talem traductionem ſiue publicationem vocandos eſſe neceſſariò eos, quorum intereſt, & de quorum præiudicio agitur: Idque verba hæc (ad quos pertinent) in d c. cum P. ſatis innuere videntur, ſuffragatúrque vulgare dogma *in auth. ſi quis in aliquo. Cod. de eden.*

by Google

de eodem. & in c. Albericus. de teſtib. Et hoc
idem tradit, aſſeuerans, hanc opinionem
communem eſſe, *Matth. de Afflict. in
conſtit. Neap. lib. 1. titul 73. numer. 58. &*
12. *latè Boer. deciſ. 26.* † Contrarium tamen
crebriùs obtinuiſſe, ego olim in d. c. cùm
P. tabellio, docui: *vide ibi poſt numer. 12.*
13. † Ater principalis caſus eſt, de quo tracta-
tur in c. vlt. de fid. inſtrum. nempe quandò
non ab ipſo protocollo, ſed ab ipſa origi-
nali ſcriptura, quæ confecta fuit à primo
Tabellione, ſiue Notario, traductio fieri
petitur: vt quia ob primi inſtrumenti ve-
tuſtatem, vel imminens aliquod pericu-
lum, ſimilémve cauſam illud ab alio ta-
bellione in nouum exemplar & authenti-
cum reduci poſtuletur. Et tale exemplar ſic
ab originali deſcriptum, eandem probandi
vim cum originali habere, extra pugnā eſt:
modo ſubſequentia in tali traductione ob-
14. ſeruata fuerint. † Primum eſt, vt iudex per-
ſpecto originali cognouerit, id validum eſſe
ac ſolenne, plenámque fidem mereri, cuius
exemplatio fieri debet Neque enim exēplo
exempli credendum eſt, etiamſi ſolenniter
traducatur, *Bal in l. in bonæ fidei C. de
reb. cre. & iure Cyn. Albe. Bald. & Paul.
in l. ſancimus C. de diuer. reſcr. Alexand.
conſ. 138. nu. 4. lib. 1. & Caro. Molin. in con
15. ſue. Pariſi. tit. 1 §. 5. num. 34.* † Alterum eſt,
quod iudex illud tanquam authenticum
exemplar, atque in formam publicam re-
16. digi præcipiat. † Tertium, vt talis tradu-
ctio fiat ex iuſta cauſa, puta quia arche-
typum ob vetuſtatem in literis incipiat
deficere, vel neceſſariò ſit alio transferen-
dum, & ſi quæ ſunt ſimiles cauſæ, *per tex.
in d. c. vlt. qui in hoc eſt ſingularis & ele-*
17. *gans.* † Quartum, vt is, cui exemplatio de-
mandatur, ſit tabellio. gloſſa tamen in d.
c. vlt. & aliam quamque perſonam hone-
ſtam ſufficere putat, *per c. quoniam con-
tra. de probat.* Verùm is textus de actis iu-
dicialibus conſcribendis loquitur: Exem-
platio autem, de qua hic agimus, non fit
in forma actorum. Poteſt tamen gloſſæ o-
pinio recipi, ſi in loco vbi deſcriptum fa-
ciendum eſt, non ſit copia Notarij, ne ob
defectum ipſius probatio pereat: maximè
cùm iudicis quóque autoritas accedat,
18. quam pariter adeſſe oportet. † Quintum
ergo requiſitum eſt, vt autoritas iudicis
ordinarij, vel delegati ab eo ſpecialiter
accedat, qui exemplationem fieri mandet.
Ex quo inferunt Dd. delegatum deputa-
tum ad cauſam, non poſſe huiuſmodi e-
xemplationi autoritatem præſtare, ſed re-
quiri, ipſum ad hoc ſpeciatim deſtinatum
eſſe: *idque Panorm. in d. c. vlt. notandum
cenſet.* Sextum & vltimum eſt, vt ad ta- 19.
lem exemplationem citentur hi quorum
intereſt: *Dd. communiter in d. c. vlt Bal. in
d. l. ſancimus. Bar. & alij, maximè Purpur.
& Curt Iun. in d. authen. ſi quis in aliquo.
deciſ. conſil. 36. Boer. deciſ. 37. qui optimè
hanc de exemplatione inſtrumenti mate-
riam explicat. à num. 33.* Qua ratione fit,
vt exemplum etiam ſolenniter deſcri-
ptum illis tantum præiudicet, qui ad ta-
lem traductionem vocati fuere, quia ho-
rum iura obtinet, non etiam aliis: *vt per
Dd. in locis iam citatis, & Molina in d.
§ 1 numer.* 37. tametſi præſumptionem
quandam inducat pro proferente aduer-
ſus non vocatum, imò interdum ſemi-
plenam faciat probationem, *vt per Moli-
na. ibidem. numer. 38. & 40. vbi vide
latius.*

OBSERVATIO LXXIV.

*Recenſentur aliquot caſus, in quibus e-
xemplis inſtrumentorū creditur abſ-
que iudicis autoritate deſcriptis.*

1. *Exemplis inſtrumentorum interdum creditur, etiamſi non deſcripta ſint autoritate iudicis.*
2. *Vt quia exemplatio mutuo partium conſenſu fiat.*
3. *Vel ab eodem notario facta ſit, qui ipſum originale confecit.*
4. *Fallit tamen, ſi contractus ſcripturam requirat.*
3. *In omnibus caſibus, quibus exempla non ſolennia probant, auctoritas iudicis non exigitur.*

QVOD in præcedenti obſeruatione in
ſecundo principali caſu diximus, ad
exemplationem inſtrumentorum inter
cætera requiri, vt autoritate Iudicis or-

dinarij, vel ſpecialiter ad hoc delegati fiat,
1. hoc perpetuum non eſt † Sunt enim
plærique caſus, in quibus exempla etiam
ſine iudicis autoritate confecta fidem fa-
2. ciunt. † Nam ſi tabellio exemplum ex
mutuo partium conſenſu deſcripſerit, in-
ter ipſas earúmve ſucceſſores probandi
vim habebit, vt rectè Bart. communiter
receptus *in authen. ſi quis in aliquo. C. de
eden.* Ioan. Andr. Butr. Imol. & Dd. com-
muniter *& in fin. de fid. inſtru.* cenſue-
runt, præſertim Imola, qui cæteris ex-
preſſius loquitur: quia d. c. fin. intelligi-
tur quando ex voluntate vnius tantum
partis ſcriptura originalis per tabellio-
nem exemplatur: tum enim iudicis au-
toritas neceſſaria eſt: ſecus verò, ſi ex v-
triúſque partis conſenſu id fiat. Quam-
uis enim videatur, nec tali ſpecie creden-
dum eſſe tabellionis exemplo, vt qui de
originali non fuerit rogatus. *§. nos au-
tem. in Nouell. de Tabellio.* magis ta-
men eſt, vt valeat tanquam confeſſio &
pactum plenè probans inter ipſas par-
tes, *per l. optimam. C. de contrah. & com-
mit. ſtipulat. Innoc. & Imol. in dict. c. Vlt.*
3. † Deinde probat exemplum abſque iu-
dicis autoritate traductum, ſi ab eodem
deſcriptum ſit, qui & ipſum originale
conficere iuſſus fuerat: & tale exemplum
rectè originale dici poteſt: cùm & eadem
ſit perſona, eadémque autoritas, quæ ſcri-
pturæ fidem addit, *iuxta ea, quæ in c. 1. de
4. fide inſtru. annotauimus.* † Sciendum ta-
men, hanc exceptionem non habere lo-
cum, ſi contractus ſcripturam deſideret:
quia tunc in prima ſcriptura conſiſtit
ſubſtantia, & niſi probetur eius amiſſio, e-
xemplum ab eodem tabellione deſum-
tum fidem non faciet, *iuxta Bald.
in rub. C. de fide inſtrumen. colum. 11. & Ro-
5. ma. in l. ſciendum. ff. de verb. obligat.* † De-
nique in omnibus illis caſibus, quibus e-
xempla non ſolennia probant, nec iudi-
cis autoritatem interuenire neceſſe eſt:
quos ad longum recenſui *in c. 1. verſi. ſunt
etiam plærique caſus. à num. 36. vſque ad
fin. de fide inſtrum.*

OBSERVATIO LXXV.

Si exemplū inſtrumenti apud acta iudicij reperiatur, an fidem faciat abſque originali: & exemplo credi propter vetuſtatem?

1. *Exemplum inter acta iudicialia repertum facit fidem abſque protocollo & originali, ſi per Notarium actorum collatum ſit.*
2. *Interdum etiam propter antiquitatem exemplo inſtrumenti creditur, vtcunque ſuprà dicta requiſita non ſint obuerſata.*
3. *Aetiologia prædictæ doctrinæ.*
4. *Quantum tempus ad hanc antiquitatem ſit neceſſarium.*

CIRCA ſuprà dictam Exemplatio-
nis materiam illud quoque memora-
tu dignum eſt, † quod interdum exemplo 1.
fides adhibetur nondum viſo protocollo,
nec originali: vt puta quia Exemplum re-
periatur inter acta iudicij & proceſſus, de-
ſcriptum ab ipſo originali apud iudicem
producto per ipſummet cauſæ Notarium
ad integrum originalis tenorem: *idque
Angel. & Alexand. aſſeuerant in d. auth.
ſi quis in aliquo. C. de eden. & Iacobi. in l.
2. ff. de fide inſtrum.* Quod abſque dubio
procedit, quando ex mandato iudicis e-
iúſque autoritate, parte ad hoc vocata, e-
xemplum illud ex originali, deſcriptum
fuit, *iuxta Abb. & Deci. col. pen. in c. quo-
niam contra. de probati. Feli. ibid. num. 50.
& eundem in c. cum in iure. num. 6. de offi. 2.
deleg.* † Sed & propter antiquitatem e-
xemplo plena fides adhibetur, etiamſi
non conſtet in eius deſcriptione obſerua-
ta fuiſſe, quæ ad ſolennitatem exempli
deſiderari ſupra obſer. 74. annotauimus.
*atque ita Hoſti. Ioan. And. Butr. & Imol.
tradidère, eíſque Felin. ſubſcribit, hanc o-
pinionem crebriùs receptam aſſerens in c.
Albericus. de teſtibus cir. finem Dd. in d.
auth. ſi quis in aliquo. præſertim Iaſon co-
lum 3. & Deci. fallen. 7. idem Deci. conſil.
36. & conſi. 445. Guid. Pap. deciſ. 118. &
404. & nouiſſ. Aymo. in tractat. de anti-
quit. tempor. 4. par. cap. vidimus in gene-
re. numer. 12. & Molina. in conſuetud.
Pariſ. tit. 1. §. 5. numer. 59.* † Ætiolo- 3.
gia eſt, quod in antiquis propter diffi-
culta-

cultatem probandi ſufficere leuiores probationes, nec neceſſariò plenas exigi receptum ſit, *l. pen. ff. de probat. c. cùm cauſam. ext. eod. titul. & c. Veniens. 1. de*
4. *teſtib. & Dd. ibidem communiter.* † Quantum autem temporis requiratur ad conſtituendam hanc antiquitatem, vide *apud Dd. latè in locis ſuprà allegatis, præſertim Ayma. in dict. tractat. de antiq. tempor. & Molina. dict. §. 5. quorum dicta Did. Couar. in lib. prac. quaſt. c. 11. verſic. cæterùm quia in hac quæſtione, ad faciliorem huius controuerſiæ intellectum, in decem caſus elegantes digeßit, vt ibi per eum latiß. à numer. 7. vſque ad finem cap.*

OBSERVATIO LXXVI.

Quomodo instrumẽta originalia iudicialiter exhibita parti non reſtituantur. Vide Gail. 1. obſ. 124. nu. 10. & ſeqq. A. Reyger.

Producens inſtrumentum in iudicio, ſi poſtea pœniteat, ídque ab actis tolli & ſibi reſtitui petat, an ſit audiendus?

1. *Si quis iudicialiter inſtrumentum pro ſe exhibeat, an deinde pœnitere, & id repoſcere ab actis queat, perplexa eſt quæſtio.*
2. *Azo affirmatiuam tenet.*
3. *Scriptura in iudicio ſemel producta fit communis.*
4. *Negatiua opinio crebriùs recepta.*
5. *Reſponſio ad Azonis motiua.*

1. QVIDAM † ad ſuæ intentionis probationem inſtrumentum produxit in iudicio, exiſtimans hoc ſibi maximè profuturum: poſteà verò cùm animaduertiſſet id ſibi nihil prodeſſe, pœnituit ipſum productionis, & petiit illud ab actis iudicialibus tolli, ſibíque reſtitui, aduerſario ſuo contradicente: quæſitum
2. fuit, quid iuris? † Et Azo *in l. 1. §. edenda. ff. de edend. ibi gloſſ. verbo, quo vſurus.* cenſuit, poſſe producentem in iudicio inſtrumentum illud auferre, nec cogendum eſſe, vt id rurſus exhibeat petenti aduerſario, ſibi prolati inſtrumenti
3. copiam dari. † Verùm huic Azonis opinioni repugnat, ſcripturam ſemel in iudicium prolatam (ex quo qui protulit, ſemel vti eadem voluit) communem eſſe vtrique litiganti, *ſecundum notata in l. Veteris. C. de fide inſtru. & in d. §. edenda.* Cùm ergo communis ſit effecta, non poterit, qui protulit, pœnitere in præiudicium aduerſarij: qua ratione licet is, qui produxit iudicialiter inſtrumentum, poſſit pœnitere & aſſeuerare, ſe nolle vti eodem, atque ita vtilitati propriæ renunciare, aduerſarius tamen nihilominus eo vti poteſt, & ſibi eiuſdem exemplum exhiberi, poſtulare. † Et in hanc 4.
ſententiam tandem crebriùs itum eſt: *
quam etiam & apud Delphinates vſu forenſi eam receptam eſſe Guid. Pap. *deciſ.* 243. atteſtatur. † Nec obſtat huic praxi 5.
tex. cum gl. in d. §. edenda. cùm ex eo illud tantùm probetur, non eſſe edendum aduerſario inſtrumentum illud, quo alter vti noluit: Verùm nihil inibi reſpondetur de inſtrumento, quo quis ſemel vti voluit, eáque ex cauſa illud produxit in iudicio, licet poſtmodum pœnituerit, *quod Bald. quoque ſenſit in d. §. edenda.*

OBSERVATIO LXXVII.

Declarationem Domini, & petitionem requiri, vt rei vel iuris alicuius priuatio incurratur?

Gail. 2. obſ. 51. per tot. Gabr. lib. R. ti. de malefi. cõc. 11. Facit VVurm. tit. 5. ob. 3. per tot. A. Reyger.

1. *Communem opin. eſſe, quod priuatio rei, vel iuris alicuius, Domini exigat declarationem.*
2. *Etſi res aliqua ipſo iure ad Dominum reuertatur, tamen intelligitur, ſi Dominus voluerit, ſuámque voluntatem declarârit, &c.*
3. *Idémque in crimine Læſæ Maieſtatis procedere, & declaratoriam requiri.*
4. *Doctores, aſſerentes in pœnis ipſo iure incurſis non opus eſſe ſententia, de ſententia diſpoſitiua, non autem de declaratoria, intelligendi ſunt: ea enim ſemper requiritur*

SÆPENVMERO dubitari ſolet, † An ſi rei, vel iuris alicuius, priuatio incur-

ratur, putà feudi, emphyteuſeos, donationis, vel alterius rei, aut iuris, declaratio * Domini & petitio ſit neceſſaria? Et crebrius placuit, declarationem requiri, *iuxta Bald. in c. 1. colum. penult. de capit. Corra. & eundem in. l. vlt. C. de reuo. do-*
2. *nat.* † Vnde etiamſi lex dicat, aliquam rem ad Dominum reuerti ipſo iure propter aliquod delictum, tamen ſemper hoc ita demum procedere intelligitur, ſi dominus voluntatem ſuam, rem incidiſſe in commiſſum, declaret: item quod hoc apud iudicem petat: denique vt ſuper eo feratur ſententia declaratoria: Et hoc communiter receptum eſſe, latè probat Tiraquel. *in rep. l. ſi vnquam. verbo reuertatur. num. 10. 11. & 12. C. de reuo. donat. vbi allegat Panorm. Anton. Alexand. Decium (omnes in conſiliis) & Iaſon. in. l. poſthum. colum. 6. verſi, pro iſta opinione. C. de bono poſſeſſ. cont. tab. Quibus adde Hippol. de Rimin. in. §. 1 numer. 30. &*
3. *ſeqq. Inſtit. de donat.* † Et prædictum dogma volunt etiam in Crimine læſæ Maieſtatis (cuius pœna vel omnium maximè ipſo iure incurritur) procedere, ita vt in eo quoque ſententia declaratoria requiratur. *Ita Bartol. in. l. imperator. ff. de iure fiſci. Card. Zabarel. conſil.* 125. *num.* 2. Thom Grammat. *deciſ.* 105. *num.* 55. *& idem deciſ.* 15. *nu.* 8 vbi diſertè loquitur Attamen ego dico (inquiens) quod omnia iura Mundi diſponentia pro aliquo crimine pœnam ipſo iure imponi, intelligenda eſſe, dummodò ſecuta fuerit ſententia declaratoria, per quam declaretur ipſum crimen fuiſſe commiſſum: aliàs pœna non poterit habere executionem,
4. &c. † Eandem ſententiam iiſdem ferè verbis Iaſon refert *in l. ſi quis maior annis. C. de tranſactio.* vbi inſuper declarat, quòd illi Doctores, qui tradunt, in pœnis ipſo iure incurſis non opus eſſe ſententia, ſanè intelligendos eſſe, nempe de ſententia diſpoſitiua, non autem de declaratoria, quæ ſemper requiratur, *vt ibi per eum latiùs: & vide eundem Iaſon. in l. emphyteuticariis, numer. 12. Cod. de iure emphyt. cum aliis per eum adductis: & Alber. in l. ex vectigali. numer. 3. de pignoribus.*

OBSERVATIO LXXVIII.

Sponſa an gaudeat priuilegiis vxoris? Gail. 2. obſ. 90. per tot. A. Reyger.

1. *Sponſa deſponſata de præſenti, nec tamen adhuc cognita domúmve traducta, an pro legitima vxore haberi debeat? perplexa quæſtio.*
2. *Affirmatiuam communiter receptam eſſe, & in praxi ſeruari.*
3. *Negatiua opinio pariter communis aſſeritur.*
4. *Prædictam quæſtionem pragmatica ſanctione opus habere.*

GRAVIS & valdè intricata quæſtio eſt † Vtrum ſponſa necdum traducta 1. domum, vel carnaliter cognita, deſponſata tamen per verba de præſenti, loco veræ vxoris habenda ſit, ita vt perinde atque legitima vxor potiatur omnibus lucris matrimonialibus vigore ſtatutorum, & conſuetudinum prouincialium? † Affirmatiuam enim partem plurimi ma- 2. gni nominis Iureconſulti aſſeruerunt, quorum catalogum vt omittam, eam communiter receptam dicunt *Bald. Nouel. Curtius Iun. Steph. Bertrand. Paul. Caſtr. Chaſſanaus, Ang. Aretinum (dicens hanc in praxi ſeruari) Cora. Ruinus. & Bart. Socin.* prout eos refert Phanu. de Phanu. *in tractat. de luc. dot. in gloſſ. 2. verbo nupta. numer. 56. & ſeq.* vbi tandem ſubnectit, hanc ſententiam tam in conſulendo, quàm iudicando ſequendam eſſe. Nam (quicquid dixerit Pariſi. *conſil.* 62. *vol.* 4.) longè plures Doctores pro ea ſtare, eámque in iure probabiliorem eſſe. 3. † Negatiuam autem partem & opinionem (vt Autorum eam aſſerentium catalogum similiter omittam) communem aſſeuerant *Ioan. Brunellus, Sebaſtianus Sapia. Socin. Decius, Hippol. de Marſil. Pariſ. & And. Tiraquel.* prout eos in locis propriis refert idem Phanucius *in d. tract. de luc. dot nu.* 29. & 30. & latiſſimè recenſet vtriuſque ſententiæ authores, fundamen-

Digitized by Google

dementa rationes & argumenta: Idémque facit Brunellus,& nouiſſ.Rolan. à Valle *in eleganti ſuo tracta. de lucro dotis,quaſt* 10 6. *num.*56. diſtinctione vtramque opinionem conciſians Eandem vberrimè proſequitur Tiraquel.*in Comment. legum Connu. in gl.* 2 *mox à prin. vſque ad num* 22. vbi tandem, hanc negatiuam ſententiam ſibi pro-
4. babiliorem videri, concludit. † Verùm hæc quæſtio tam intricata & maximè controuerſa Imperatoria deciſione & Pragmatica ſanctione (quemadmodum plures aliæ) indigeret: ne in dubio Iudices, ſi quando caſus eiuſmodi decidendus obueniret,fluctuarent. De hac eadem quæſtione vide etiam *Laur. Kirch.comm.opini.lib.*4. *conclu.ſ.*46.

OBSERVATIO LXXIX.

Vide Gail. 2.obſ.148. nu.16 Dominus ignatis vaſalli feudum ad ſe reuerſum nō concedens quodammodo iniuriam iis facit. VVurmſ. tit. 51. obſ. 7.num.1.& ſeqq. A.Reyger.

Conſanguinei vaſalli mortui an in feudo aperto ſint præferendi extraneis?

1. *Familia per vaſalli mortem finita, an ipſius conſanguinei præ aliis tali feudo inueſtiri debeant?*
2. *Affirmatiua communiter recepta.*
3. *Ea tamen vt procedat, aliquot requiſita eſſe neceſſaria.*
4. *Vt Conſanguinei intra annum inueſtiri à Domino petant.*
5. *Et nullus adhuc ſit de eiuſmodi feudo inueſtitus.*
6. *Quódque tales conſanguinei ſunt hæredes defuncti vaſalli: plerique tamen hoc non eſſe neceſſarium volunt, vt num.*7.
8. *Si tamen Dominus feudum ſibi apertum nolit amplius infeudare, ſed illud ſibi reſeruare: hoc ei permittitur.*

Sup. Cent. 5.obſ.16.

1. ILLVD in ardua ac difficili quadam cauſa controuerſum fuit, † An vaſallo aliquo, in quo generatio ſuæ familiæ extincta erat mortuo, Conſanguinei ipſius a Domino feudi petere poſſent, vt ipſi præ aliis tali feudo inueſtirentur? † Et Curtan *tract.* 2.
de feud part 2.*quaſt.*15. decidit, quòd per implorationem officij iudicis id facere poſſint: cuius opinionem Deci. ex facto conſultus pariter amplexus eſt *conſ* 131. *num.*2. ſubdens hanc communiter receptam, nec de ea dubitandum eſſe: & pro eadem allegat quoque *Roma.conſi.*22. *Alexand. conſ.* 81.*lib.*1 & *And.Sicu.in c.*1.*ext. de loca.* qui pariter hanc communem eſſe fatentur, Quibus ſubſcribit etiam *Molina. in ſuis Addit. ad Alexand. in d.conſ* 80. *numero* 11.& *Pariſ. conſ.*28.*in princ. Volum.*1. *itémque Traquel.(infinitos præterea more ſuo accumulans) lib.*2.*de retract. in praſa numero* 41 *cum ſequent.* † Verùm Domini Ca- 3.
merales hanc concluſionem tum procedere locúmque habere cenſuerunt, ſi ſubſequentia requiſita adeſſent: † Primò,quòd 4.
conſanguinei talem renouationem petant à feudi Domino intra annum: eo enim elapſo præſcriptum eſſet huic iudicis officio, *iuxta Bart in l.*1 § *permittitur.* & *ibi Apoſtil cum concord.ff. de aq.plu* & *arſt.* & *idem Apoſtil.ad Bart.in l ſicut. C. de praſcript.* 30 *anno.* † Deinde, quòd conſanguinei id 5.
petant re adhuc exiſtente integra, id eſt, priuſquam Dominus de eiuſmodi feudo alium inueſtiuiſſet, *iuxta Alex conſil.* 10. *in fi.lib.* 3. *Ludo Roman. conſil.* 68.*viſo themate* 6.
& *quæſtionibus in* 2.*dubio* † Denique quod tales conſanguinei, vel cognati ſint hæredes defuncti vaſalli, *ſecundum Deci.in dicto conſil.* 131.*poſt Alexand. in dict.conſil.*10. *circa finem.* † Sed contrarium huius, quod 7.
imò hoc non exigatur, idem Decius (ſibi contrarius) tenuit *conſi.*68 *num.*3. cuius opinionem Molinæ. ibidem approbat *in addit. incip.in re videlicet non hæreditaria.*
† Fallit tamen ſupra dicta communis ſententia, ſi dominus feudum ſibi apertum non infeudare vlterius ſed ſibi ſuiſque poſteris reſeruare vellet: hoc enim ei permittitur ſecundum Caro Ruin. *conſil.*152 *Volumen.*1. cui Molinæ. *in addit ad Decian. in dict conſ* 131.*in princip.* ſuffragatur: Quia (inquit) eſt tantùm æquitas quædam, vt extraneis tantundem offerenda præferantur, *vt per Bartol. in l.*1.*in fine. de priu. credi.* 8.

OBSERVATIO LXXX.

Vide Ant. Capyc.deciſ.53.per tot. A. Reyger.

Reſtitutio in integrum petita aduerſus ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiit, an & quando executionem impediat?

1 *Regulariter impetrata in integrum reſtitutione omnia in ſuo ſtatu manere debent, donec finiatur.*

2. *Et per conſequens executio ſententiæ interim differenda.*

3. *Niſi adeſſet præſumptio, reſtitutionem malitioſè peti.*

4. *Fallit item regula in reſtitutione, quæ vigore ſpecialis reſcripti petitur.*

5. *Alexandri ea in re limitatio, itémque Petri de Benintendis, & nu. 6*

7. *Bartoli diſtinctio, quando per petitionem reſtitutionis in integrum executio impediatur.*

8. *Eadem communiter reprobata, & quod executio indiſtinctè impediatur per petitam reſtitutionem.*

9. *Reſtitutio in integrum eſt quædam ſpecies appellationis.*

DE hac quæſtione ſuprà cent. 1. obſerua. 48. pariter annotauimus. † quòd
1. regulariter poſtulata in integrum reſtitutione omnia in ſuo ſtatu manere debeant, donec res finiatur. Sic enim Gordi. Imp. reſcripſit *in l. Vnica. C. in integ. reſt. poſtu. ne*
2. *quid no. fi.* † Ex quo videtur ſententiæ executionem differendam eſſe, ſi aduerſus eam ſit petita reſtitutio: *per not. in . l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. & Capel. Tholoſ. deciſ.*
3. *54.* † Quod procedere diximus, niſi præſumtio adeſſet, eam malitioſè, & ad differendam ſolum litem peti: tum enim exequi ſententiam poſſe, dummodò victor cautionem præſtet, *per not. in c. ſuſcitata. ext. de reſtit. in integ. Cyn. & Bald. in d. l. Vnica. & maximè Cornel. conſi. 111. licet col. 1. & 2. lib.*
4. *1.* † Item prædictum dogma locum habere volunt in reſtitutione, quæ de iure communiter competit: ſecus eſſe in ea, quæ vigore ſpecialis reſcripti peteretur, cùm iura ſpecialia minus efficacia ſint quàm
5. iura communia. † Alexander verò *conſil. 61. & conſil 224. lib. 6.* ita demùm executionem impediri ait, ſi reſtitutio in integrum ſit poſtulata, priuſquam executio ſententiæ peteretur: allegat ad hoc Bald. *in l. Vlt. col. 2. C ſi ex falſ. inſtru.* Et hoc Alexandri dictum haud dubiè verum eſt, quò ad effectum ſuſpenſiuum, qui conſiſtit in integrum reſtitutione introducti in iudicio, hunc enim operatur pendens reſtitutio in integrum, ad inſtar appellationis: † Prout hoc pulchrè declarat Petrus de Benintend. *deciſ. 85. poſt eum. 15.* addendo, quod 6.
etſi incidenter poſtuletur reſtitutio, nec euidenter conſtet de læſione, quæ reſtitutionem iure cauſaret, executio non ſit intermittenda, ſed ad eam procedendum, reſeruato tamen iure petendi reſtitutionem, præſtitáque cautione, *iuxta dictum c. ſuſcitata.* † Quanquam autem Bart. *in l. 4 §.* 7.
condemnatum. ff de re iudica. & aliis locis diſtinguendum putarit, an petio reſtitutionis altiorem requirat indaginem, & tum executionem non impediri: an verò in continenti probari poſſit (prout in exceptione Nullitatis) & ea ſpecie executionem eſſe intermittendam? idémque plerique alij pariter cenſuerint: † Attamen Alexand. in d. 8.
§. condemnatum, & ibidem recentiores ferè omnes crebrius receptum aſſerunt, reſtitutionis petitionem indiſtinctè, non attento, an altiorem indaginem requirat vel non, ſententiæ executionem impedire, ad ſimilitudinem Appellationis, *per text. in l. ſi cauſa cognita. Verbo ſuſpenſa. C. de tranſact.* † Cùm enim reſtitutio in integrum 9.
ſit quædam ſpecies appellationis, *l. præſes. ff de mino. 25 an.* ideo ad inſtar appellationis executionem ſuſpendit. Non ignoro, Bald. *in d. l. Vnica. C in integ. reſt. poſtu. &c.* aliter diſtinguere: itémque Bartolum *in tract. differen. inter ius Ciui. & Cano. Differ. 129. incip. inſurgit alia.* ſed prior opinio communiter obtinuit, à qua in iudicando non eſt diſcedendum.

OBSERVATIO LXXXI.

Gail. 2. obſ. 82. num. 11. cum ſeq. A. Reyger.

Reſponſio, credo iuxta contenta in inſtrumento, an valeat?

1. *Reſponſio.*

1. *Reſponſio ad poſitionem ; ſe eam credere, quatenus in inſtrumento contineatur, an ſit ſufficiens, Dd. multum variare.*
2. *Negatiua opinio, talem reſponſionem non eſſe ſufficientem & quæ ſit huius opinionis ratio. num. 3*
4. *Nec eam in Curia Romana admitti.*
5. *Ex Ordinat. Cameræ poſitionibus reſpondendum eſt per verbum Credit, vel Non credit.*
6. *Affirmatiua opinio, quod talis reſponſio iure valeat, magis recepta eſt, & in praxi ſeruatur. nu. 7.*
8. *Paria ſunt, nominatim aliquid exprimere, vel per relationem ad aliud.*
9. *Talis reſponſio habetur pro certa, & partem ab onere probandi releuat.*

1 IN quadam † cauſa inter cæteras poſitio-
nes vna continebat tenorem cuiuſdam
inſtrumenti, inter ipſos litigantes olim e-
recti: ad quam poſitionem cùm reſpon-
ſum eſſet ab Aduerſario, ſe eam credere,
quatenus inſtrumentum adpareat, vel in
inſtrumento contineatur, dubitatum fuit,
an hæc reſponſio eſſet ſufficiens? de qua
quæſtione ſuprà *cent. 1. obſ. 68.* etiam ali-
quid diximus: eam tamen cùm ſæpiuſculè
in controuerſiam veniat, aliquantò vbe-
2. rius explicare lubet. † Etenim non pauci
interpretes huiuſmodi reſponſionem non
3. eſſe ſufficientem cenſuere. † Notum eſt e-
nim, poſitiones adinuentas eſſe, vt ponens
releuetur ab onere probandi, *c. ſtatui-
mus de confeſſ. lib. 6. l. eum qui in princ. de
iureiur. Spec. tit. de Poſit. §. 2.* ſed ſi talis re-
ſponſio admitteretur, ponens ab onere
probandi non foret immunis: idem *Spe-
cul. tit. de inſtru. edi. §. nunc dicemus. num. 5.
4. verſ. quid ſi aliquis in libello.* † vbi ex-
preſsè dicit, in Curia Rom. non admitti
talem reſponſionem, (credo quod poni-
tur, ſi inſtrumentum adpareat, vel ſcri-
ptum, de cuius tenore ponitur) ſed opor-
tere ſimpliciter negare, vel affirmare, alio-
quin ponentem in nihilo releuari: quia ſi
inſtrumentum produceretur in iudicio,
fidem faceret, nec alia poſitione opus eſ-
ſet. † Facit ad prædicta, quod Ordinatio
5. Cameræ Imp. expreſsè ſancit, poſitioni-
bus reſpondendum eſſe ſimpliciter, per
verbum credit, vel non credit, &c. † Ve- 6.
rùm prædictis non obſtantibus dicendum
eſt, (quemadmodum etiam ſupra *in d. ob-
ſer 86. cent. 1.* annotauimus) frequentiori- 10.
bus ſuffragiis à D. tradi, quòd quotieſ-
cunque in poſitione aliqua fiat mentio a-
licuius inſtrumenti, vel ſcripturæ, aut de
eius tenore, & aduerſarius reſpondeat, ſe
credere, prout in ipſo inſtrumento adpa-
reat, validam ſatis & ſufficientem eſſe hu-
iuſmodi reſponſionem: *per doctrinam Spe-
cul in tit. de teſte. § qualiter. num 5. verſ quid* 11.
ergo. & verſi. cæterùm. quam opini ſequi-
tur. Bald. *in l. 2. § quod obſeruari. num. 27.
vbi dicit, id eſſe cotidianum. C. de iureiur.
prop cal. & in l de ætate. §. nihil verſi. an
hac reſponſio. ff. de inter actio. ibique in add.
refertur, id ita practicari, Ripa. in l. ait
Præt § ſi iudex. num. 3. de re iud. & Fels. in* 12.
*c. inter cæteras. num. 2. verſi. quod autem pa-
ria ſint. de ſent. & re iudi.* Eandem adpro-
bant quoque *Curt. in tract. de poſit. in pen.
breuilo. Campeg. in tract. de teſtibus. reg.
457. in 2 fall & latius Gui. Pap. deciſ. 334.*
† Et cotidiana praxis in omnibus ferè iudi- 7.
ciis, nedum in Camera Imp. illam ob-
ſeruat, vt non ſit dubium eam eſſe com- *
munem: aitque Guid. Pap. ſi reſpondens
poſitioni, mentionem de aliquo inſtru-
mento facienti, his verbis ſit vſus (Credo
prout in inſtrumento continetur) perindè
eſſe, ac ſi expreſſiſſet ea, quæ in ipſo in-
ſtrumento continentur: † Cùm paria ſint 8.
nominatim exprimere, vel per relationem
ad aliud, *l. ait prætor. §. ſi iudex. ibi Bartol.
Alexand. Iaſ. & alij ff. de condit. & de-
mon. Guid. Pap. deciſ. 449. verſi. quia paria* 13.
*ſunt. Fels in d. c. inter cæteras, num. 2. & la-
tiſſ. (more ſuo) Tiraque. de legi. connub. in gl.
7. in ſecundo genere expreſſi num. 182. cum
ſeq.* † Et quod huiuſmodi reſponſio certa 9.
eſſe dicatur, ac conformis poſitioni, partém-
que ab onere probandi releuet, idem Bal.
in d. l. de ætate §. nihil. verſi. an hac reſponſio
& Campeg. *loco ſuprà citato* expreſſim atte-
ſtantur.

OBSERVATIO LXXXII.

Vxor poteſt defuncto marito ipſius bona retinere, donec ei integra dos reſtituatur?

Facit Gail. 2. ob. 91. n. 11. Hart. Hart. ti. 27. decre-

ditor.obſ.6. nu.1. A. Reyger.

Vxor retentionis ius habet in ſui mariti bonis, donec ei dos illata reſtituatur.

2. *Idémque in Vxoris filiis locum habet.*

3. *Ius retentionis tranſit in ſingularem ſucceſſorem: & nu.4.*

Extra controuerſiam eſt in iure,
1. † vxorem defuncto ſuo marito, omnibus ipſius bonis iure retentionis poſſe incumbere, donec ei integrè dos, quam attulit, reſtituatur. Nam cum iure familiaritatis mariti ſui domum inhabitauerit ipſo adhuc viuente, poterit poſt eius obitum ratione hypothecæ vti retentione bonorum, *iuxta Bald. in l. Vnica. in fi. C. de rei Vxo. act. & habetur in. l. qua iure familiaritatis. ff. de acqui. poſſ. Bart. in. l. ſi filiofam ff. ſolu. matri. eundem Bald. in l. pen. C. de non nu. pecu. & l. ſi tibi. C. qui poti in pig. hab. item Iaſ. in § item Seruiana. Inſti de actio. Alex. in l. non ſortem. § ſi centum, ff. de condi. inde.* & Gramma. *deciſ. 58. nu. 3 & de-*
2. *ciſ. 92. num. 19. & ſeq.* † vbi hoc non ſolùm in vxore, ſed etiam in ipſius filiis locum
3. habere tradit. † Ex quo ius hoc retentionis tranſit in ſingularem ſucceſſorem *per text. in l. cum prætor ff. de diſtra. pig.* Idémque in terminis aſſeuerat Decius *conſi.* 232. *nu.* 2. *Verſi. & hoc idem conſi.* 400. *n.* 5.
4 † Cuius ſententiam adprobant quoque *Nguzan. in tract. de pign. in 4. memb. 5. par. num 5. Bald. Nouel. in tract. de dot. priuil. 6. nu. 11. Verſi. & ex hoc apparet* & egregie Iaſon *in d. § ſi centum, in fine*, vbi hoc benè mente tenendum monet quia ſit quotidianum: quod ſecutus eſt etiam Rolan. à Valle *conſil. 77. nu. 27. lib 1. vt ibi per eos lat. e.*

OBSERVATIO LXXXIII.

VideGail.2. obſ.51.nu.7. Vid. Vvurt. tit.34. de emphy.obſer.1. Hart. Hart.tit.51. de cenſi. obſ.1.n.7.& ſeqq. A. Reyger.

Emphyteuta Canonem non ſoluens, an amittat Emphyteuſim, ante declarationem Domini?

1. *Regula eſt, emphyteutam ob non ſolutum Canonem fructus rei cum ipſa re perdere.*

2. *Teneturque reſtituere fructus perceptos à tempore, quo res in commiſſum incidit.*

3. *An autem fructus debeantur à die moræ, non ſoluti canonis, vel à die declarationis Domini, valde à Dd. controuerti.*

4. *Prima opinio, quod debeantur fructus à tempore moræ.*

5. *Contraria opinio, quod à tempore declarationis Domini fructus debeantur, tanquam æquior, in Camera ſeruatur. & numer. 8.*

6. *Emphyteuta non priuatur re emphyteutica, ob non ſolutum Canonem, niſi Dominus velit, & ſe declaret: & num. 7.*

Alibi annotauimus, & eſt extra omnem controuerſiam, † Emphy- 1.
teutam ob non ſolutum Canonem intra biennium, ſi ſit Eccleſiaſtica, vel triennium, ſi priuata emphyteuſis, perdere fructus rei cum ipſa re, *Angel in Nouel. de non alienan. § ſi verò, Bald. in l. ſi pater, C. de vſufruct. idem in addi. ad Spec. de loca. Verſi. pactum cum Emphyteuta. Felin. in c. 4. col. 10. Verſic. poſtremò, de præſcripti. Soci. conſil. 167. Non inutilis, Verſi. poſtremò prædict. lib. 2. Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyteut. & hoc latiſſ. more ſuo proſequutur Tyraquel. in repet. l. ſi vnquam. C. de reuo. donat.* in † 2.
quibus locis fatentur & communibus ſuffragiis decidunt, quòd emphyteuta poſſi- ★
dens obnoxius ſit, reſtituere fructus perceptos à tempore, quo res in commiſſum
incidit. † Illud verò valdè inter ipſos con 3.
trouertitur, nunquid fructus debeantur a die moræ, quo emphyteuta ceſſauit ſoluere canonem, vel à die declarationis Domini, quo declarauit Dominus, emphyteutam ob non factam ſolutionem in commiſſum incidiſſe. Nam ex vtraque parte multa argumenta & rationes militant quę in vnum veluti faſciculum congeſſit Petrus de Beninten. deciſ. 37. † Et quamuis 4.
non pauci celebres, ac magni nominis Iureconſulti (quorum nomina in d. deciſ. 37. nu. 13. recenſentur) fructus à tempore moræ deberi voluerint licet ſine effectu, quamdiu Dominus ſuam voluntatem non declaraſſet: poſt factam verò declarationem cum effectu, quæ quidem declaratio retrahatur ad tempus moræ, ſiue non factæ ſolutionis Canonis, propterea quod emphyteuta ceſſans canonem ſoluere ſtatim ipſo iure priuatur. † Attamen contra- 5.
ria ſen-

ria ſententia; quod imò fructus non, niſi à tempore declarationis Domini deducantur, veluti ſanior, & æquitati magis conſentanea, poſt multam diſputationem in Camera meo tempore obtinuit: Idque propter communem iuris diſputationem, qua tra-
6. ditur, † Emphyteutam ob non ſolutum canonem tum demum priuari re emphyteutica, ſi Dominus voluerit, *per text. in d. l. 2 ibi ſi Dominus voluerit: atque ibidem Bart. Ang. Salic. Iaſ. & alios C. de iure emphyteut. eundem Bar. in l. 1 ff. ſi ager vectig. vel emphy. pet. & in auth. qui rem. C. de ſacroſ. Eccle* vbi Baldus inquit, quod priuatio emphyteuſis propter canonem non ſolutum non ſit in facto eſſe, ſed in potentia
7. fieri Domino volente. † Ante Domini declarationem caducitas non incurritur, hoc eſt, res emphyteutica non cadit in commiſſum, priuſquam Dominus ſe declaret, & per conſequens Emphyteuta retinet ius ſuum, & ſic dominium vtile & poſſeſſionem: ergo & fructus conſequitur, qui ad dominum ſpectant, *l. ex diuerſo. §. 1. cum*
8. *vulg. ff. de rei vend.* † Pro confirmatione huius poſterioris ſententiæ vide latè Decium *con.* 138. vbi etiam ſubiungit exemplum in compenſatione, quæ pariter fit ipſo iure, nec tamen effectum ſortitur niſi pars velit & opponat, *l. vlt. C. de compenſ. ſtémque Caſſa. pleniſſ. tit. de loca. & conduc. deciſ. 2. & 3.* Et Beniten. *in d. deciſ.* 37. vbi hanc opinionem à Dominis Rotæ Bononienſis in iudicando pariter receptam fuiſſe refert, & argumenta pro priori opinione facientia, *à num. 25. vſque ad finem*, eleganter refutat.

OBSERVATIO LXXXIV.

Gail. 1. ob. 11. nu. 3. 4. & ſe. vbi diſſentit. Vid. Matt. Harteman. tit. 25. de iura. obſ. 5. n. 3. verſ. & ideò. Λ. Reyger.

Quandò quis abſolutionem petit à iuramento ad effectum agendi, an Citatio partis ſit neceſſaria?

1. *Communis opinio eſt, in obtinenda relaxatione iuramenti ad effectum agendi, citationem aduerſarij non requiri: eadémque in Camera approbata.*
2. *AEtiologia huius opinionis*
3. *De primo huius doctrinæ autore, quique Dd. eam ſecuti ſint.*

MAGNVS eſt conflictus inter iuris Interpretes, an in obtinenda abſolutione vel relaxatione à iuramento ad effectum agendi, requiratur partis aduerſæ citatio? quem latiſſime proſequitur Dida. Couarru. *variar. reſolu. lib. 1. c. 4. nu. 5.* vbi omnes Doctores hanc, & aliam opinionem tenentes ad amuſſim recenſet. † Sed 1.
omiſſis harum concertationum ambagibus breuiter concludendum eſt, verum, magiſque receptam eſſe ſententiam, quod in huiuſmodi actu citatio partis minimè ſit neceſſaria, quando ſcilicet relaxari petitur iuſiurandum ab aliquo præſtitum ad effectum agendi: quæ in Camera Imperij meo tempore in viridi fuit obſeruantia, & adhuc hodie in praxi ibi ſeruatur † Æ- 2.
tiologia eſt, cur partis vocatio non deſideretur: quia non agitur de vllo partis aduerſæ in huiuſmodi relaxationis actu, præiudicio vel periculo, ſed omnia ipſi iura ſalua & illæſa remanent ad ſe defendendum à petitis per aduerſarium: & duntaxat obſtaculum iuriſiurandi tollitur, vt liberè ius ſuum deducere valeat. Quare ſi pars aduerſa potiora iura habebit, nihilominus obtinere poterit: perinde enim tantum habetur, ac ſi iuramentum non inter- 3.
ueniſſet. † Cæterùm huius ſententiæ primus ferè autor fuiſſe traditur Calderi. *con. 7. ſub tit. de iureiur.* quem deinde ſecuti ſunt *Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de iureiur. verſi. vbi autem iuraſſet. Oldra. con.* 120 *& Anchar conſi. 18. num. 6.* item Matth. de Afflict. *deciſ.* 220. *num.* 10. aſſerens eam magis communem eſſe, & Alciat. *in cap. cùm contingat. num.* 125 *de iureiur.* atque Lauren. de Rudol. *in tract. de vſur. quaſt.* 125. *num.* 9 hanc ipſam opinionem obſeruari paſſim generali conſuetudine: idémque expreſſim fatetur Natta *conſi. 167. num. 5. & ſeq. lib.* 1. dicens hanc magis communem eſſe, ab vſu approbatam, & in practica obſeruari; quæ pariter in Camera Impera. (quemadmodum ſuprà dixi) adhuc obtinet, vt de ea amplius non ſit dubitandum.

OBSERVATIO LXXXV.

De patre filiæ dotē promittente de bo- Pater filiam

cultatem probandi ſufficere leuiores probationes, nec neceſſariò plenas exigi receptum ſit, *l. pen. ff. de probat. c. cùm cauſam. ext. eod. titul. & c. Veniens, 1. de*
4. *teſtib. & Dd. ibidem communiter.* † Quantum autem temporis requiratur ad conſtituendam hanc antiquitatem, vide *apud Dd. latè in locis ſuprà allegatis, præſertim Aymo. in dict. tractat. de antiq. tempor. & Molina. dict. §. 5. quorum dicta Did. Couar. in lib. prac. quaſt. c. 21. Verſic. caterùm quia in hac quaſtione, ad faciliorem huius controuerſia intellectum, in decem caſus elegantes digeſſit, Vt ibi per eum latiſſ. à numer. 7. Vſque ad finem cap.*

OBSERVATIO LXXVI.

Quomodo inſtrumẽta originalia iudicialiter exhibita parti non reſtituantur. Vide Gail. 1. obſ. 124. nu. 18. & ſeqq. A. Reyger.

Producens inſtrumentum in iudicio, ſi poſtea pœniteat, idque ab actis tolli & ſibi reſtitui petat, an ſit audiendus?

1. *Si quis iudicialiter inſtrumentum pro ſe exhibeat, an deinde pœnitere, & id repoſcere ab actis queat, perplexa eſt quaſtio.*
2. *Azo affirmatiuam tenet.*
3. *Scriptura in iudicio ſemel producta fit communis.*
4. *Negatiua opinio crebriùs recepta.*
5. *Reſponſio ad Azonis motiua.*

1. QVIDAM † ad ſuæ intentionis probationem inſtrumentum produxit in iudicio, exiſtimans hoc ſibi maximè profuturum: poſteà verò cùm animaduertiſſet id ſibi nihil prodeſſe, pœnituit ipſum productionis, & petiit illud ab actis iudicialibus tolli, ſibíque reſtitui, aduerſario ſuo contradicente: quæſitum
2. fuit, quid iuris? † Et Azo *in l. 1. §. edenda. ff. de eden. ibi gloſſ. Verbo, quis Vſurus.* cenſuit, poſſe producentem in iudicio inſtrumentum illud auferre, nec cogendum eſſe, vt id rurſus exhibeat petenti aduerſario, ſibi prolati inſtrumenti
3. copiam dari. † Verùm huic Azonis opinioni repugnat, ſcripturam ſemel in iudicium prolatam (ex quo qui protulit, ſemel vti eadem voluit) communem eſſe vtrique litiganti, *ſecundum notata in l. Vtoris. C. de fide inſtru. & in d. §. edenda.* Cùm ergo communis ſit effecta, non poterit, qui protulit, pœnitere in præiudicium aduerſarij: qua ratione licet is, qui produxit iudicialiter inſtrumentum, poſſit pœnitere & aſſeuerare, ſe nolle vti eodem, atque ita vtilitati propriæ renunciare, aduerſarius tamen nihilominus eo vti poteſt, & ſibi eiuſdem exemplum exhiberi, poſtulare. † Et in hanc 4.
ſententiam eamdem crebriùs itum eſt: *
quam etiam & apud Delphinates vſu forenſi eam receptam eſſe Guid. Pap. *deciſ.* 243. atteſtatur. † Nec obſtat huic praxi 5.
tex. cum gl. in d. §. edenda. cùm ex eo illud tantùm probetur, non eſſe edendum aduerſario inſtrumentum illud, quo alter vti noluit: Verùm nihil inibi reſpondetur de inſtrumento, quo quis ſemel vti voluit, eáque ex cauſa illud produxit in iudicio, licet poſtmodum pœnituerit, *quod Bald. quoque ſenſit in d. §. edenda.*

OBSERVATIO LXXVII.

Gail. 1. obſ. 51. per tot. Gabr. lib. 2. ti. de malefi. c6c. 12. Facit VVurm. tit. 5. ob. 5. per tot. A. Reyger.

Declarationem Domini, & petitionem requiri, vt rei vel iuris alicuius priuatio incurratur?

1. *Communem opin. eſſe, quod priuatio rei, Vel iuris alicuius, Domini exigat declarationem.*
2. *Etſi res aliqua ipſo iure ad Dominum reuertatur, tamen intelligitur, ſi Dominus Voluerit, ſuámque Voluntatem declarârit, & c.*
3. *Idémque in crimine laſa Maieſtatis procedere, & declaratoriam requiri.*
4. *Doctores, aſſerentes in pœnis ipſo iure incurſis non opus eſſe ſententia, de ſententia diſpoſitiua, non autem de declaratoria, intelligendi ſunt: ea enim ſemper requiritur*

SÆPENVMERO dubitari ſolet, † An 1.
ſi rei, vel iuris alicuius, priuatio incur-

ratur, putà feudi, emphyteuſeos, donationis, vel alterius rei, aut iuris, declaratio Domini & petitio ſit neceſſaria? Et crebrius placuit, declarationem requiri, *iuxta Bald. in c. 1. colum. penult. de capit. Corra. & eundem in. l. Vlt. C. de reuo. do-*
2. *nat.* † Vnde etiamſi lex dicat, aliquam rem ad Dominum reuerti ipſo iure propter aliquod delictum, tamen ſemper hoc ita demum procedere intelligitur, ſi dominus voluntatem ſuam, rem incidiſſe in commiſſum, declaret: item quod hoc apud iudicem petat: denique vt ſuper eo feratur ſententia declaratoria: Et hoc communiter receptum eſſe, late probat Tiraquel. *in rep. l. ſi Vnquam. Verbo reuertatur. num.* 10. 11. & 12 *C. de reuo. donat. Vbi allegat Panorm. Anton. Alexand. Decium (omnes in conſiliis) & Iaſon. in. l. poſthum. colum. 6. Verſi, pro iſta opinione. C. de bono poſſeſſ. cont. tab. Quibus adde Hippol. de Rimin. in. §. 1 numer.* 30. &
3. *ſeqq. Inſtit. de donat.* † Et prædictum dogma volunt etiam in Crimine læſæ Maieſtatis (cuius pœna vel omnium maximè ipſo iure incurritur) procedere, ita vt in eo quoque ſententia declaratoria requiratur. *Ita Bartol. in l. imperator. ff. de iure fiſci. Card. Zabarel. conſil.* 115. *num.* 2. Thom Grammat. *deciſ.* 105. *num.* 55. & *idem deciſ.* 15. *nu.* 8 vbi diſertè loquitur Attamen ego dico (inquiens) quod omnia iura Mundi diſponentia pro aliquo crimine pœnam ipſo iure imponi, intelligenda eſſe, dummodò ſecuta fuerit ſententia declaratoria, per quam declaretur ipſum crimen fuiſſe commiſſum: alias pœna non poterit habere executionem,
4. &c. † Eandem ſententiam iiſdem ferè verbis Iaſon refert *in l. ſi quis maior annis. C. de tranſactio.* vbi inſuper declarat, quòd illi Doctores, qui tradunt, in pœnis ipſo iure incurſis non opus eſſe ſententia, ſanè intelligendos eſſe, nempe de ſententia diſpoſitiua, non autem de declaratoria, quæ ſemper requiratur, *Vt ibi per eum latius: & Vide eundem Iaſon. in l. emphyteuticariis, numer.* 12. *Cod. de iure emphyt. cum aliis per eum adductis: & Alber. in l. ex Vectigali. numer.* 3. *de pignoribus.*

OBSERVATIO LXXVIII.

Sponſa an gaudeat priuilegiis vxoris? Gail. 2. obſ. 30. per tot. A. Reyger.

1. *Sponſa deſponſata de præſenti, nec tamen adhuc cognita domúmve traducta, an pro legitima Vxore haberi debeat? perplexa quæſtio.*
2. *Affirmatiuam communiter receptam eſſe, & in praxi ſeruari.*
3. *Negatiua opinio pariter communis aſſeritur.*
4. *Prædictam quæſtionem pragmatica ſanctione opus habere.*

GRAVIS & valdè intricata quæſtio eſt † Vtrum ſponſa necdum traducta domum, vel carnaliter cognita, deſponſata tamen per verba de præſenti, loco veræ vxoris habenda ſit, ita vt perinde atque legitima vxor potiatur omnibus lucris matrimonialibus vigore ſtatutorum, & conſuetudinum prouincialium? 1.
† Affirmatiuam enim partem plurimi magni nominis Iureconſulti aſſeruerunt, 2.
quorum catalogum vt omittam, eam communiter receptam dicunt *Bald. Nouel. Curtius Iun. Steph. Bertrand. Paul. Caſtr. Chaſſanaus, Ang. Aretinus (dicens hanc in praxi ſeruari) Caro. Ruinus. & Bart. Socin.* prout eos refert Phanu. de Phanu. *in tractat. de luc. dot. in gloſſ.* 2. *Verbo nupta. numer.* 56. & *ſeq.* vbi tandem ſubnectit, hanc ſententiam tam in conſulendo, quàm iudicando ſequendam eſſe: Nam (quicquid dixerit Pariſi. *conſil.* 62. *Vol.* 4.) longè plures Doctores pro ea ſtare, eámque in iure probabiliorem eſſe. 3.
† Negatiuam autem partem & opinionem (vt Autorum eam aſſerentium catalogum ſimiliter omittam) communem aſſeuerant *Ioan. Brunellus, Sebaſtianus Sapia. Socin. Decius, Hippol. de Marſil. Pariſ. & And. Tiraquel.* prout eos in locis propriis refert idem Phanucius *in d. tract. de luc. dot nu.* 29. & 30. & latiſſimè recenſet vtriuſque ſententiæ authores, fundamen-

dementa rationes & argumenta: Idémque
facit Brunellus, & nouiſſ. Rolan. à Valle *in
elegant. ſuo tracta. de lucro dotis, quæſt* 10 6.
num. 16. diſtinctione vtramque opinionem
conciliians. Eandem vberrimè proſequitur
Tiraquel. *in Comment. legum Connu. in gl.*
2. *mox à prin. vſque ad num* 22. vbi tan-
dem, hanc negatiuam ſententiam ſibi pro-
4. babiliorem videri, concludit. † Verùm
hæc quæſtio tam intricata & maximè
controuerſa Imperatoria deciſione & Pra-
gmatica ſanctione (quemadmodum plures
aliæ) indigeret: ne in dubio Iudices, ſi
quando caſus eiuſmodi decidendus obue-
niret, fluctuarent. De hac eadem quæſtio-
ne vide etiam *Laur. Kirch. comm. opin. lib.* 4.
concluſ. 46.

OBSERVATIO LXXIX.

Vide Gail. 2. obſ. 148. nu. 16 Dominus agnatis vaſalli feudum ad ſe reuerſum nō concedens quodammodo iniuriam iis facit. VVurmſ. tit. 51. obſ. 7. num. 1. & ſeqq. A. Reyger.

Conſanguinei vaſalli mortui an in feudo aperto ſint præferendi extraneis?

1. *Familia per vaſalli mortem finita, an ipſius conſanguinei præ aliis tali feudo inueſtiri debeant?*
2. *Affirmatiua communiter recepta.*
3. *Ea tamen vt procedat, aliquot requiſita eſſe neceſſaria.*
4. *Vt Conſanguinei intra annum inueſtiri à Domino petant.*
5. *Et nullus adhuc ſit de eiuſmodi feudo inueſtitus.*
6. *Quòdque tales conſanguinei ſint hæredes defuncti vaſalli: pleríque tamen hoc non eſſe neceſſarium volunt, vt num. 7.*
8. *Si tamen Dominus feudum ſibi apertum nolit amplius infeudare, ſed illud ſibi reſeruare: hoc ei permittitur.*

Sup. Cent. 5. obſ. 16.

ILLVD in ardua ac difficili quadam cau-
1. ſa controuerſum fuit, † An vaſallo ali-
quo, in quo generatio ſuæ familiæ extin-
cta erat mortuo, Conſanguinei ipſius a Do-
mino feudi petere poſſent, vt ipſi præ aliis
tali feudo inueſtirentur? † Et Curt. *in tract.* 2.
de feud. part. 2. *quæſt.* 15. decidit, quòd per
implorationem officij iudicis id facere poſ-
ſint: cuius opinionem Deci. ex facto con-
ſultus pariter amplexus eſt *conſ.* 131. *num.* 2.
ſubdens hanc communiter receptam, nec
de ea dubitandum eſſe: & pro eadem alle-
gat quoque *Roma. conſi.* 22. *Alexand. conſ.*
81. *lib.* 1 & *And. Sicu. in c.* 1. *ext. de loca.* qui
pariter hanc communem eſſe fatentur,
Quibus ſubſcribit etiam *Molina. in ſuis
Addit. ad Alexand. in d. conſ.* 80. *numero*
11. & *Pariſ. conſ.* 28. *in princ. Volum.* 1. *itém-
que Tiraquel. (infinitos præterea more ſuo ac-
cumulans) lib.* 2. *de retract. in præfa. nume-
ro* 41 *cum ſequent.* † Verùm Domini Ca- 3.
merales hanc concluſionem tum procede-
re locúmque habere cenſuerunt, ſi ſubſe-
quentia requiſita adeſſent: † Primò, quòd 4.
conſanguinei talem renouationem petant
à feudi Domino intra annum: eo enim ela-
pſo præſcriptum eſſet huic iudicis officio,
iuxta Bart. in l. 1. § *permittitur. & ibi Apo-
ſtil. cum concord. ff. de aq. plu. & arc. & idem
Apoſtil. ad Bart. in l ſicut. C. de præſcript.*
30 *anno.* † Deinde, quòd conſanguinei id 5.
petant re adhuc exiſtente integra, id eſt,
priuſquam Dominus de eiuſmodi feudo
alium inueſtiuiſſet, *iuxta Alex. conſil.* 10. *in
fi. lib.* 3. *Ludo. Roman. conſil.* 68. *viſo themate* 6.
& *quæſtionibus in* 2. *dubio* † Denique quod
tales conſanguinei, vel cognati ſint hære-
des defuncti vaſalli, *ſecundum Deci. in di-
cto conſil.* 131. *poſt Alexand. in dict. conſil.* 10.
circa finem. † Sed contrarium huius, quod 7.
imo hoc non exigatur, idem Decius (ſibi
contrarius) tenuit *conſi.* 68 *num.* 3. cuius o-
pinionem Molinæ. ibidem approbat *in ad-
dit. incip. in re videlicet non hæreditaria.*
8. † Fallit tamen ſupra dicta communis ſen-
tentia, ſi dominus feudum ſibi apertum
non infeudare vlterius ſed ſibi ſuiſque po-
ſteris reſeruare vellet: hoc enim ei permit-
titur ſecundum Caro. Ruin. *conſil.* 152 *Vo-
lumin.* 1. cui Molinæ. *in addit. ad Decian.
in dict. conſ.* 131. *in princip.* ſuffragatur: Quia
(inquit) eſt tantùm æquitas quædam, vt
extraneis tantundem offerenda præferan-
tur, *vt per Bartol. in l.* 1. *in fine. de priu.
credi.*

8. *Reſponſio ad poſitionem, ſe eam credere, quatenus in inſtrumento contineatur, an ſit ſufficiens, Dd. multum variare.*
2. *Negatiua opinio, talem reſponſionem non eſſe ſufficientem & qua ſit huius opinionis ratio. num. 3*
4. *Nec eam in Curia Romana admitti.*
5. *Ex Ordinat. Cameræ poſitionibus reſpondendum eſt per verbum Credit, vel Non credit.*
6. *Affirmatiua opinio, quod talis reſponſio iure valeat, magis recepta eſt, & in praxi ſeruatur nu 7.*
8. *Paria ſunt, nominatim aliquid exprimere, vel per relationem ad aliud.*
9. *Talis reſponſio habetur pro certa, & partem ab onere probandi releuat.*

1 IN quadam † cauſa inter cæteras poſitio-
nes vna continebat tenorem cuiuſdam
inſtrumenti, inter ipſos litigantes olim e-
recti: ad quam poſitionem cùm reſpon-
ſum eſſet ab Aduerſario, ſe eam credere,
quatenus inſtrumentum adpareat, vel in
inſtrumento contineatur, dubitatum fuit,
an hæc reſponſio eſſet ſufficiens? de qua
quæſtione ſuprà *cent. 1. obſ. 68.* etiam ali-
quid diximus: eam tamen cùm ſæpiuſculè
in controuerſiam veniat, aliquantò vbe-
2. rius explicare lubet. † Etenim non pauci
interpretes huiuſmodi reſponſionem non
eſſe ſufficientem cenſuere. †Notum eſt e-
3. nim, poſitiones adinuentas eſſe, vt ponens
releuetur ab onere probandi, *c. ſtatui-
mus de confeſſ. lib. 6. l. eum qui in princ. de
iureiur. Spec. tit. de Poſit. §. 2.* ſed ſi talis re-
ſponſio admitteretur, ponens ab onere
probandi non foret immunis: idem *Spe-
cul. tit. de inſtru. edi. §. nunc dicemus. num. 5.
4. verſi. quid ſi aliquis in libello.* † vbi ex-
preſsè dicit, in Curia Rom. non admitti
talem reſponſionem, (credo quod poni-
tur, ſi inſtrumentum adpareat, vel ſcri-
ptum, de cuius tenore ponitur) ſed opor-
tere ſimpliciter negare, vel affirmare, alio-
quin ponentem in nihilo releuari: quia ſi
inſtrumentum produceretur in iudicio,
fidem faceret, nec alia poſitione opus eſ-
5. ſet. † Facit ad prædicta, quod Ordinatio
Cameræ Imp. expreſsè ſancit, poſitioni-
bus reſpondendum eſſe ſimpliciter, per
verbum credit, vel non credit, &c. † Ve- 6.
rùm prædictis non obſtantibus dicendum
eſt, (quemadmodum etiam ſuprà *in d. ob-
ſer 86. cent. 1.* annotauimus) frequentio- 10.
ribus ſuffragiis à D. tradi, quòd quotieſ-
cunque in poſitione aliqua fiat mentio a-
licuius inſtrumenti, vel ſcripturæ, aut de
eius tenore, & aduerſarius reſpondeat, ſe
credere, prout in ipſo inſtrumento adpa-
reat, validam ſatis & ſufficientem eſſe hu-
iuſmodi reſponſionem: *per doctrinam Spe-
cul. in tit. de teſte. § qualiter. num 5. verſ. quid* 11.
ergo. & verſi. caterùm. quam opini ſequi-
tur. Bald. *in l. 2. § quod obſeruari. num. 27.
vbi dicit, id eſſe cotidianum. C. de iureiur.
prop cal & in l. de atate. §. nihil verſi. an
hac reſponſio. ff. de inter actio. ibique in add.
refertur, id ita practicari, Ripa. in l. ait
Prat § ſi iudex. num. 3. de re iud. & Felin.* 12.
*c. inter cateras. num. 2. verſi. quod autem pa-
ria ſint. de ſent. & re iudi.* Eandem adpro-
bant quoque *Curt. in tract. de poſit. in pen.
breuilo. Campeg. in tract. de teſtibus. reg.
437. in 2 fall & latiùs Gui. Pap. deciſ. 334.*
† Et cotidiana praxis in omnibus ferè iudi- 7.
ciis, ne dum in Camera Imp. illam ob-
ſeruat, vtt non ſit dubium eam eſſe com- *
munem: atque Guid. Pap. ſi reſpondens
poſitioni, mentionem de aliquo inſtru-
mento facienti, his verbis ſit vſus (Credo
prout in inſtrumento continetur) perindè
eſſe, ac ſi expreſſiſſet ea, quæ in ipſo in-
ſtrumento continentur: † Cùm paria ſint 8.
nominatim exprimere, vel per relationem
ad aliud, *l. ait prator. §. ſi iudex. ibi Bartol.
Alexand. Iaſ. & alÿ ff. de condit. & de-
mon. Guid. Pap. deciſ. 449. verſi. quia paria* 13.
*ſunt. Felin in d. c. inter cateras, num. 2. & la-
tiſſ. (more ſuo) Tiraque. de legi. connub. in gl.
7. in ſecundo genere expreſſi num. 182. cum
ſeq.* † Et quod huiuſmodi reſponſio certa 9.
eſſe dicatur, ac conformis poſitioni, partémque ab onere probandi releuet, idem Bal.
in d. l. de atate §. nihil. verſi. an hac reſponſio
& Campeg. *loco ſuprà citato* expreſſim atte-
ſtantur.

OBSERVATIO LXXXII.

Vxor poteſt defuncto marito ipſius bona retinere, donec ei integra dos reſtituatur? Facit Gail. 2. ob. 92. n. 11. Hart. Hart. ti. 17. decre-

Digitized by Google

ditor. obſ. 6. nu. 1. A. Reyger.

Vxor retentionis ius habet in ſui mariti bonis, donec ei dos illaſa reſtituatur.

2. *Idémque in Vxoris filiis locum habet.*

3. *Ius retentionis tranſit in ſingularem ſucceſſorem: & nu. 4.*

1. EXTRA controuerſiam eſt in iure, † vxorem defuncto ſuo marito, omnibus ipſius bonis iure retentionis poſſe incumbere, donec ei integrè dos, quam attulit, reſtituatur. Nam cum iure familiaritatis mariti ſui domum inhabitauerit ipſo adhuc viuente, poterit poſt eius obitum ratione hypothecæ vti retentione bonorum, *iuxta Bald. in l. Vnica. in fi. C. de rei Vxo. act. & habetur in. l. qua iure familiaritatis. ff. de acqui. poſſ. Bart. in. l. ſi filiofam ff. ſolu. matri. eundem Bald. in l. pen. C. de non nu. pecu. & l. ſi tibi. C. qui poti in pig. hab. item Iaſ. in § item Seruiana. Inſt. de actio. Alex. in l. non ſortem. § ſi centum, ff. de condinde.* & Gramma. *deciſ. 58. nu. 3 & de-*
2. *ciſ. 92. num. 19. & ſeq.* † vbi hoc non ſolùm in vxore, ſed etiam in ipſius filiis locum
3. habere tradit. † Ex quo ius hoc retentionis tranſit in ſingularem ſucceſſorem *per text. in l. cum prætor ff. de diſtra. pig.* Idémque in terminis aſſeuerat Decius *conſ.* 232. *nu. 2. Verſi. & hoc idem conſi.* 400. *n.* 5.
4. † Cuius ſententiam adprobant quoque *Neguzan. in tract. de pign. in 4. memb. 5. par. num 5. Bald. Nouel. in tract. de dot. priuil. 6. nu. 11. Verſi. & ex hoc apparet* & egregie Iaſon *in d. §. ſi centum. in fine*, vbi hoc benè mente tenendum monet quia ſit quotidianum: quod ſecutus eſt etiam Rolan. à Valle *conſil. 77. nu. 27. lib 1. vt ibi per eos latius.*

OBSERVATIO LXXXIII.

Emphyteuta Canonem non ſoluens, an amittat Emphyteuſim, ante declarationem Domini?

Vide Gail. 2. obſ. 51. nu. 7. Vid. Vvurt. tit. 34. de emphy. obſer. 1. Hart. Hartm. tit. 52. de cenſib. obſ 1. n. 7. & ſeqq. A. Reyger.

1. *Regula eſt, emphyteutam ob non ſolutum Canonem fructus rei cum ipſa re perdere.*
2. *Teneturque reſtituere fructus perceptos à tempore, quo res in commiſſum incidit.*
3. *An autem fructus debeantur à die moræ, non ſoluti canonis, vel à die declarationis Domini, valde à Dd. controuerti.*
4. *Prima opinio, quod debeantur fructus à tempore moræ.*
5. *Contraria opinio, quod à tempore declarationis Domini fructus debeantur, tanquam æquior, in Camera ſeruatur. & numer.* 8.
6. *Emphyteuta non priuatur re emphyteutica, ob non ſolutum Canonem, niſi Dominus velit, & ſe declaret: & num. 7.*

ALIBI annotauimus, & eſt extra omnem controuerſiam, † Emphyteutam ob non ſolutum Canonem intra 1. biennium, ſi ſit Eccleſiaſtica, vel triennium, ſi priuata emphyteuſis, perdere fructus rei cum ipſa re, *Angel. in Nouel. de non alienan. § ſi verò, Bald. in l. ſi pater, C. de vſufruct. idem in addi. ad Spec. de loca. Verſi. pactum cum Emphyteuta. Felin. in c. 4. col.* 10. *Verſic. poſtremò, de præſcripti. Soci. conſil.* 167. *Non inutilis, Verſi. poſtremò prædict. lib. 2. Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyteut. & hoc latiſſ. more ſuo proſequutur Tyraquel. in repet. l. ſi vnquam. C. de reuo. donat.* in † 2. quibus locis fatentur, & communibus ſuffragiis decidunt, quòd emphyteuta poſſidens obnoxius ſit, reſtituere fructus perceptos à tempore, quo res in commiſſum incidit. † 3. Illud verò valdè inter ipſos controuertitur, nunquid fructus debeantur à die moræ, quo emphyteuta ceſſauit ſoluere canonem, vel à die declarationis Domini, quo declarauit Dominus, emphyteutam ob non factam ſolutionem in commiſſum incidiſſe. Nam ex vtraque parte multa argumenta & rationes militant quę in vnum veluti faſciculum congeſſit Petrus de Beniuten. deciſ. 37. † 4. Et quamuis non pauci celebres, ac magni nominis Iureconſulti (quorum nomina in d. deciſ. 37. nu. 13. recenſentur) fructus à tempore moræ deberi voluerint licet ſine effectu, quamdiu Dominus ſuam voluntatem non declaraſſet: poſt factam verò declarationem cum effectu, quæ quidem declaratio retrahatur ad tempus moræ, ſiue non factæ ſolutionis Canonis, propterea quod emphyteuta ceſſans canonem ſoluere ſtatim ipſo iure priuatur. † Attamen contra- 5.
ria ſen-

Digitized by Google

ria ſententia; quod imò fructus non, niſi à tempore declarationis Domini debeantur, veluti fauor, & æquitati magis conſentanea, poſt multam diſputationem in Camera meo tempore obtinuit: Idque propter communem iuris diſputationem, qua tra
6. ditur, † Emphyteutam ob non ſolutum canonem tum demum priuari re emphyteutica, ſi Dominus voluerit, *per text. in d.l. 2. ibi ſi Dominus voluerit: atque ibidem Bart. Ang. Salic. Iaſ. & alios C de iure emphyteut. eundem Bar. in l. 1 ff. ſi ager vectig. vel emphy. pet. & in auth. qui rem. C. de ſacroſ. Eccle* vbi Baldus inquit, quod priuatio emphyteuſis propter canonem non ſolutum non ſit in facto eſſe, ſed in potentia
7. fieri Domino volente. † Ante Domini declarationem caducitas non incurritur, hoc eſt, res emphyteutica non cadit in commiſſum, priuſquam Dominus ſe declaret, & per conſequens Emphyteuta retinet ius ſuum, & ſic dominium vtile & poſſeſſionem: ergo & fructus conſequitur, qui ad dominum ſpectant, *l. ex diuerſo. §. 1. cum*
8. *vulg ff. de rei vend.* † Pro confirmatione huius poſterioris ſententiæ vide late Decium *con.* 138. vbi etiam ſubiungit exemplum in compenſatione, quæ pariter fit ipſo iure, nec tamen effectum ſortitur niſi pars velit & opponat, *l. vlt. C. de compenſ. itémque Caſſa. pleniſſ. tit. de loca. & conduc. deciſ. 2. & 3.* Et Beniten. *in d. deciſ. 37.* vbi hanc opinionem à Dominis Rotæ Bononienſis in iudicando pariter receptam fuiſſe refert, & argumenta pro priori opinione facientia, *à num. 25. vſque ad finem*, eleganter refutat.

OBSERVATIO LXXXIV.

Quandò quis abſolutionem petit à iuramento ad effectum agendi, an Citatio partis ſit neceſſaria?

Gail. 1. ob. 12. nu. 3. 4. & ſe. vbi diſſentit. Vid. Hart. Hartman. tit. 25. de iura. obſ. 3. n. 3. verſ. & ideo. A. Reyger.

1. *Communis opinio eſt, in obtinenda relaxatione iuramenti ad effectum agendi, citationem aduerſarij non requiri: eadémque in Camera approbata.*
2. *Aetiologia huius opinionis*
3. *De primo huius doctrinæ autore, quique Dd. eam ſecuti ſint.*

Magnus eſt conflictus inter iuris Interpretes, an in obtinenda abſolutione vel relaxatione à iuramento ad effectum agendi, requiratur partis aduerſæ citatio? quem lautiſſime proſequitur Dida. Couarru. *Varia. reſolu. lib. 1. c. 4. nu. 5.* vbi omnes Doctores hanc, & aliam opinionem tenentes ad amuſſim recenſet. † Sed omiſſis harum concertationum ambagibus breuiter concludendum eſt, verum, magiſque receptam eſſe ſententiam, quod in huiuſmodi actu citatio partis minimè ſit neceſſaria, quando ſcilicet relaxari petitur iuſiurandum ab aliquo præſtitum ad effectum agendi: quæ in Camera Imperij meo tempore in viridi fuit obſeruantia, & adhuc hodie in praxi ibi ſeruatur † Ætiologia eſt, cur partis vocatio non deſideretur: quia non agitur de vllo partis aduerſæ in huiuſmodi relaxationis actu, præiudicio vel periculo, ſed omnia ipſi iura ſalua & illæſa remanent ad ſe defendendum à petitis per aduerſarium: & duntaxat obſtaculum iuriſiurandi tollitur, vt liberè ius ſuum deducere valeat. Quare ſi pars aduerſa potiora iura habebit, nihilominus obtinere poterit: perinde enim tantum habetur, ac ſi iuramentum non interueniſſet. † Cæterùm huius ſententiæ primus ferè autor fuiſſe traditur Calderi. *con. 7. ſub tit. de iuretur.* quem deinde ſecuti ſunt *Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de iureiur. verſi. vbi autem iuraſſet. Oldra. con. 120 & Anchar conſi. 18. num 6.* item Matth. de Afflict. *deciſ. 220. num. 10.* aſſerens eam magis communem eſſe, & Alciat. *in cap. cùm contingat. num. 125 de iuriur.* aitque Lauren. de Rudol. *in tract. de vſur. quæſt. 125. num. 9* hanc ipſam opinionem obſeruari paſſim generali conſuetudine: idémque expreſſim fatetur Natta *conſi. 167 num. 5. & ſeq. lib. 1.* dicens hanc magis communem eſſe, ab vſu approbatam, & in practica obſeruari; quæ pariter in Camera Impera. (quemadmodum ſuprà dixi) adhuc obtinet, vt de ea amplius non ſit dubitandum.

OBSERVATIO LXXXV.

De patre filiæ dotẽ promittente de bo-

Pater filiam

Digitized by Google

dotás, in dubio præſumitur de propriis bonis, non de filiæ bonis eam dotare. Vvurſmtit 37. de dot. obſ. 1. per tot. A. Reyger.

nis paternis & maternis.

1. *Thema huius obſeruationis.*
2. *Pater promittens dotem filiæ ex bonis paternis & maternis, de ſuis tantùm dotem ſoluere tenetur. Et quæ ſit ratio: num. 4.*
3. *Copula, Et quando coniungat, vel ſeparet.*
5. *Filias dotare paternum eſt officium, non maternum.*
6. *Marian. Socinus reprobatur.*
7. *Suprà dicta deciſio fallit, ſi pater expreſsè in promittenda dote bona diſtinxerit: & nu. 9.*
8. *De vero intellectu l. vlt. C. de dot. promiſſ.*

1. EX facto contigit, † quòd quidam Titius promiſerit filiæ ſuæ, quam nuptui tradebat Sempronio, dotem mille aureorum in bonis paternis & maternis: dubitatum fuit, an filia nihilominus materna
2. bona integrè petere valeat? † Et omiſſis argumentis quæ in vtramque partem, diſputando adferebantur, in ſuprà dicto themate deciſum fuit per Dominos, quòd in dubio cenſeatur, pater de bonis tantùm propriis promiſiſſe, dotem, & per conſequens bona materna dictæ filiæ conſeruãda eſſe integra, *iuxta doctrinam gl. in l. 1. ibi Bar. Alex. Imo. Iaſ. Soc. Iun. & communiter*
3. *Dd. ff. ſolu. matri.* † AEtiologia eſt (*ſecundum Iaſo. ibidem n. 24.*) Quia licet copula ET regulariter ſoleat vnicuique actū verbi attribuere æqualiter: *l. reos §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. & l. vnica. C. ſi plu. vna ſent.* attamen quando copula cadit circa ea, in quibus charitas & affectio conſiderari poteſt, tunc deſignat ordinem charitatis, non autem ſeparationem, *vt notat gloſ. in l. Gallus. § 1. & Bart. ff. de libe. & poſthu.*
4. † Sed in patre ſic dotante, ex bonis paternis & maternis, cadit affectio & charitas erga propriam filiam, propter quam leges
5. etiam voluerunt † paternum eſſe officium, filias prouidere dotibus, non maternum, *vt not. in l. fi. C. de dot. promiſſ. & l. qui liberos. ff. de ritu. nupti.* niſi ſaltem in ſubſidium, *l. mater ff. de iure doti.* Ideóque copula in allegata facti ſpecie ordinem tantùm deſignat, non autem vllam diuiſionem inducit. Et in hanc ſententiã communiter itum eſt ab interpretibus *in d. l. 1. ff. ſolu. matri.* quam refert etiam Bal. Nouel. *in eleganti ſuo tra. de dote, parte 6. priuileg.* † Et quamuis 7.
Marian. Soc. *in c. tua. de ſponſal.* referat ſe conſuluiſſe, quòd filia ſic dotata non poſſit conſequi bona materna: ipſum tamen in hoc communiter reprobari Neuiza. ſcribit *con. 16 n. 8.* Priorem etiam opinionem expreſsè approbant *Abb. Brunus in tr. ſtatu. fæmi. art. 8 q. 16. Afflict. deciſ. 78. & nouiſs. Coraſ. in l. qui liberos, nu. 148. & ſeq. ff. de ritu. nupt.* † Si tamen pater nominatim & 8.
expreſsè diſtinxiſſet, quam de ſuis paternis bonis quantitatem, & quam de maternis promitteret, vt quia dixerit, Promitto filiæ meæ mille in dotem de bonis meis, & quingentos de bonis matris ſuæ: tunc verior, magiſque recepta opinio eſt, tali caſu patrem ad plus ex bonis ſuis ſoluendum cogi non poſſe, quàm promiſerit: adeóque promiſſio iuxta modum promiſſum ſortietur effectum, vt videlicet tàm de bonis paternis, quàm maternis iuxta promiſſionis modum dos ipſa perſolui debeat, ſecundũ Doctores communiter *in d. l. 1 ff. ſolu. ma-* 9.
trimo. † aſſerentes hunc verum ſenſum eſſe, d. l. fin C. de dot. promiſſ. vt ſcilicet procedat id, quod ibi dicitur, quando ſumus in dubio, pro quota parte bonorum paternorum & maternorum dos conſtituta ſit: vt ſi fuerint promiſſi mille aurei de bonis paternis & maternis, non adiecta alia diuiſione, ſiue diſtributione, tunc propter dictam dubitationem fit interpretatio fauore dotis, vt totum promiſſum de bonis paternis intelligatur. † At vbi de clara do- 10.
tantis mente conſtat, tunc nulla opus eſt interpretatione, in qua ex priuilegio doti ſit fauendum: & ideò dos conſtituta intelligetur tàm de bonis paternis quàm maternis, iuxta patris promiſſionem: cùm in claris non ſit opus coniectura *l. continuus, § cum ita ff. de verb. oblig. cum ſimilibus vide Dd. in d. l. 1. præſertim Soci. n. 17. Iaſ. num. 24. Rip. n 91. & Soc. Iun. n. 172. ff. ſol. mat. & ante ipſos Bal. in d. l fi. num. 6.*

OBSERVATIO LXXXVI.

Gail. 1. obſ. 67. nu. 7. A. Reyger.

An emphyteuta rem deteriorem faciens expelli poßit?

1. *Emphy-*

1. *Emphyteuta ob deteriorationem, in re emphyteuticaria factam, ab omni ſuo iure cadit, regulariter.*
2. *Quando dicatur fieri deterioratio.*
3. *Idem in quolibet colono conductore, vſufructuario, & ſimilibus locum habet.*
4. *Fallit ſuprà dicta regula, ſi deterioratio ſit modica.*
5. *Quæ autem dicatur modica, Iudicis arbitrio relinquitur.*
6. *Ad hoc, vt emphyteuta, vel alius conductor, ob rem deterioratam expelli poßit, tria coniunctim requiri.*
7. *Primum, quòd deterioratio ſit magna.*
8. *Alterum, quòd ad perpetuam fundi deteriorationem vergat, ipſamque rei proprietatem reſpiciat.*
9. *Tertium, quòd dolo malo, lata vel leui culpa facta ſit.*
10. *De leuißima culpa emphyteuta non tenetur.*

1. PRo regula traditur: † Emphyteutam,
ſiue Eccleſiaſticum, ſiue priuatum pro-
pter deteriorationem ab ipſo cauſatam in
re emphyteuticaria ſibi locata, expelli
poſſe, & conſequenter ipſum ab omni
iure cadere, *iuxta authen. qui rem ibi Dd.*
2. *communiter. C. de ſacroſ. Eccleſ.* † Dicitur
autem tum fieri deteriorario, quando ab
eo ſtatu, in quo prius res erat, diminuitur,
*l. 2. § deteriorem, ff. ne quid in lo. publ. &
not. in l. non ſolum. ff. de rei ven. & l. Iu-
lianus, §. ſi quis rem, ff. ad exhib. Dec. Iaſo.*
3. *& alij Dd. in d. auth. qui rem.* † Et prædi-
ctam regulam in quolibet colono locum
habere, Roma. rectè cenſuit *in l. ſi verò. §.
de viro. num. 66. ff. ſolu. matri. ex l. eden. C.
loca.* cui ſubſcribit Alex. *in l. diuortio. §. ſi
fundum ff. ſolu. matri.* & ibidem Iaſon. *nu.*
4. aſſerens hanc communem eſſe: idém-
que fatetur Iul. Clarus *lib. 3. recepta. ſent.
§. emphyteuſis, quaſt. 26.* & Menoch. *de ar-
bi. iu. lib. 2. cent. 1. caſu 78 nu. 1. &* 3. vbi idem
producit ad quemlibet conductorem, v-
4. ſufructuarium, & alios, vt ibi. † Fallit ta-
men ſuprà dicta regula, ſi deterioratio eſ-
ſet modica & leuis momenti: nam ſi mo-
dicè verſaretur malè in re conducta, ob id
non caderet à iure ſuo, nec expelli poſſet,
idque Dd. communiter ſentiunt *in d. auth.
qui rem. Iaſon in d. §. ſi fundum. num. 4. &
latiſſimè Tiraquel. in tract. in rebus exigen.
quaſt.* 58 *vbi (more ſuo) quamplurimos al-
legat*, & Menoch. *in d. caſu 78. nu. 6. verſi.
tertio notabil.* vbi poſt Baldum & alios
tenet, † Iudicis arbitrio relinquendum 5.
eſſe, quæ dicatur modica deterioratio:
quod etiam ante ipſum Tiraquel. voluit
*in l. ſi vnquam. verb. omnia nu. 31. C. de
reuc. dona.* † Quinimo vt prædicta regula 6.
locum habeat, poſſitque emphyteuta, &
quilibet alius conductor, vel vſufructua-
rius ob deteriorationem expelli ex re con-
ducta, tria coniunctim requiri, Alex. Iaſ.
& alij tradunt *in locis ſuprà alleg.* † Pri- 7.
mùm quod ſit deterioratio notabilis, quæ
(vt paulò antè dictum eſt) iudicis arbi-
trio relinquitur. † Deinde, quòd huiuſ- 8.
modi deterioratio vergat ad perpetuam
fundi deteriorationem: neque fructuum
culturam reſpiciat, ſed ipſam rei proprie-
tatem: nam ſi fundus deterior efficeretur
ob malam culturam, quò ad fructuum tan-
tum perceptionem, ob hoc conductor ex
pelli non poſſet, cùm ipſe ſit dominus fru-
ctuum, & ad eum ſpectet damnum. Secus
tamen eſſet in vinea, quæ ſi non putare-
tur, vel per longum tempus non colere-
tur, facilè deſiccaretur, & in perpetuum
deterioraretur, *vt poſt Bald. tradit Iaſon
in d. l. 2. n. 98.* † Denique requiritur, quòd 9.
dolo malo, lata, vel leui culpa ipſius em-
phyteutæ huiuſmodi rei emphyteuticariæ
deterioratio contigerit: † De leuiſſima ve- 10.
rò culpa emphyteuta non tenetur: *l. ſi vt
certo, §. nunc videndum ff. commod. idém-
que Roland. à Valle. conſi. 49. n. 22. lib. 2. ex
facto conſultus reſpondit.* Et prædicta, ve-
luti memoratu digna, commēda memoriæ.

Deterioratio qualis requiratur vt Emphyteuta expelli poteſt. A. Reyger.

OBSERVATIO LXXXVII.

Tutor teſtamentarius non aſſumens tutelam omnia ſibi in eo teſtamento relicta, perdit: & quæ ſit eius deciſionis ratio?

1. *Huius obſeruationis thema.*
2. *Si tutori teſtamentario relictum ſit legatum in eodem teſtamento, iſque tutelam ſuſcipere recuſet, legatum ei non debetur.*

Digitized by Google

3. *Et hanc ſententiam iure nouiſſimo communiter receptam eſſe.*
4. *Aetiologia eiuſdem doctrina.*
5. *Hæres inſtitutus ſi hæreditatem repudiet, dicitur teſtamentum impugnare.*
6. *Idem dicendum de tutore teſtamentario repudiante tutelam: quia quò ad eam partem, teſtamentum impugnare dicitur.*

1. TESTATOR † quidam Sempronio legauit ducentos aureos in ſuo teſtamento, eidémque ſuorum impuberū liberorum tutelam commiſit: mortuo teſtatore prædictus Sempronius tutelam aſſumere recuſauit, legatum tamen ſibi à defuncto relictum ab Executoribus teſtamenti exolui petiit: Executores verò ipſi non aliter ſoluere voluerunt, quàm ſi tutelam impuberum liberorum ſuſciperet: dubitatum fuit, an Executores ad præſtandum tale legatum obligarentur, vel non? †
2. Et frequentius cenſuerunt Domini, eos non obligari, præſertim hodierno iure. Quamuis enim olim iure antiquo diſtinguerentur aliquot caſus, an & quando legatum ratione non ſuſceptæ tutelæ amitteretur, quos Ludo. Roma. recenſet *conſi.* 235. *Quo ad primum, in x à princ.* & habentur *in l. ex his apparet, l. quid autem, verſi. multò magis, & l. Neſennius ff. de excuſa. tut. & in l. ab adminiſtratione. & l. ſi lega-*
3. *tarius. C. de legat.* † Iure tamen nouiſſimo communis eſt opinio, Quod tutor teſtamentarius non aſſumens tutelam, quæcunque ſibi in teſtamento, in quo tutor ſcriptus eſt, relicta perdat indiſtinctè, ſiue illud fuerit relictum contemplatione tutelæ, ſiue non. Quæ quidem opinio originaliter fuit Iaco. de Belui. *in Nouell. de hæred. & Falci. § his omnibus, in vlt. oppoſit.* quam Bar. & Bald. *in d. l. ſi legatarius,* approbarunt. *per §. his omnibus, & authen. hoc amplius. C. de fideicom.* Eandémque
4. Roma. *in d. conſi.* 235. ſecutus eſt. † Ætiologia autem vltra omnes eſſe poteſt Quia talis tutor reſpectiuè dicitur impugnare teſtamentum, ex quo tutelæ reſpectu teſtatorem inteſtatum decedere patitur, *argu. text. in §. quod autem. Inſti. de legit. agna. tut.* † Nā ſicut hæres inſtitutus repu-
5. dians hæreditatem, dicitur impugnare teſtamentum & teſtatorem prorſus inteſtatum reddit. *l. filio pater. ff. de lega.* 1. *& l. ſi nemo. ff. de teſt. tute.* † Sic tutor in teſtamen- 6.
to conſtitutus repudians tutelam, dicitur quò ad eam partem, teſtamentum impugnare, & teſtatorem reddere inteſtatum, *d. § quod autem lex,* vt idem iuris ſit de parte ad partem: Igitur honore & legato ſibi in tali teſtamento relicto priuari meritò debet, *argu. text. in l. quæſitum. ff. de acqu. hæred.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

Incendij materia, quæ aliàs ampla & intricata eſt, per quinque capita præcipua ſuccinctè explicatur.

Vid. Gail. 2 obſer. 22. & VVurmſ. tit. 47. de iniur. obſer. 10. A. Reyger.

1. *An & quandò conductor alicuius domus, ob incendium in ea exortum damnum reſarcire teneatur, intricatam quæſtionem eſſe, & quibus in locis per Dd. tractetur.*
2. *Tota hæc materia ab authore in quinque capita digeritur.*
3. *Si incendium caſu fortuito exortum ſit, de eo nemo tenetur.*
4. *Caſus fortuitus quomodo probetur.*
5. *Si dolosè & data opera incendium excitatum ſit, & quidem in oppido, & conductor ſit perſona leuis, is non ſolùm ad damni repoſitionem tenetur, ſed criminaliter quoque puniri debet.*
6. *Circa pœnam ea ſpecie variare Dd.*
7. *Si conductor non ſit leuis ſed honeſta perſona, capite plecti debet.*
8. *Si incendium dolosè extra oppidum contigerit, rurſus (quò ad pœnam) inter leuem & honeſtam perſonam diſtingui.*
9. *Si incendium lata, vel leui culpa contingat, quæ ſint pœna:*
10. *Quæ culpa dicatur lata, & quæ leuis, remiſſiuè.*
11. *Si incendium culpa inhabitantium leuiſſima exoriatur, tunc nec ad damni refectionem, nec ad pœnam aliquam tenentur.*
12. *Incendium in dubio culpa inhabitantium exortum præſumitur.*

13. Si

igitized by Google

14. *Si locator contra conductorem ratione incendij agere Volet, de ipſius lata Vel leui culpa probari debet.*

1. VALDE † intricata, frequens, & perampla quæſtio eſt, An & Quando conductor alicuius domus, propter incendium in ea exortum, ad emendationem damni ſit obligatus? quam Dd. variis in locis examinant, præcipue verò Baldus *in l. data opera. C. de his qui accu. poſſ. Anchar. con. 121. & con. 348. Ang. in tract. maleſi. Verbo incendiario. Alex. con. 50. lib. 1. Gramma. in deciſ. Neapol. deciſ. 3. & deciſ. 22. Capyc. deciſ. 27. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fra. in 8. par. prin. q. 18. Igneus in l. contractus ff. de regu. iur. Turz. in tract. commu. opi. in opi. 185. Menoch. de arbitra. in lib. 2. caſu 390. Nouel. de regu. in reg. 18. Iul. Clarus in pra. crimi. quaſt. 68. nouiſ. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ.*
2. *25.* † Nos ex eorum dictis totam materiam in epitomen, ſiue compendium contrahentes, quinque præcipua conſiderabimus capita, & quid in vnoquoque frequentius receptum ſit, paucis indicabimus: quo facto materia hæc alias latè patens, ſatiſque nodoſa facilè intelligetur. Primum caput:
3. † Quando incendium caſu aliquo fortuito exortum eſt, de tali incendio conductor, vel quiſquam alius ex habitantibus non tenetur, cùm nulla eorum culpa præceſſerit *l. ſi quis fumo. §. quod dicitur, ff. ad leg. Aqui. & l. ſi alius, § eſt & alia, ff. quod vi aut clam. Ang. in §. item is, cui, nu. 3. Inſti.*
4. *qui. mo. re contra. oblig.* † Quomodò autem probetur caſus fortuitus, eleganter Alex. *in d. con. 50. nu. 4.* docet. Neque enim conductor caſus fortuitos præſtare obnoxius eſt, ſed hi dominos rerum ſequuntur. *l. ex conducto. §. ſi Vis ff. loca. & l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. & §. Vlt. Inſtit. locati.* Secun-
5. dum caput: † Quandò incendium in domo conducta doloſè & data opera excitatum eſt, idque euidenter conſtat: tunc, ſi quidem in ciuitate, vel oppido eueniat, & conductor ſit vilis perſona, & incendium magnũ: tunc is non ſolùm ad damni emendationem tenetur, *iuxta Bald. in l. data opera. per tex. in l. capitalium, § incendiarij, ff. de pæn. & Gramma. in d. deciſ. 3. ad finem, Vbi ſic deciſum fuiſſe per ſacrum Concil. Neapol. refert*: ſed etiam criminaliter puniendus
6. eſt. † Quæ autem pœna ipſi infligenda ſit, variãt Interpretes Bal. Ang & Menoch. in locis ſupra citatis, igne comburendum cẽſent, *per tex. quem ita intelligunt, in l. qui ædes. ff de incen. rui. naufra.* Alij non igne, ſed gladio puniendũ, *per text. iunct. gl. in Verb poteſtatum in d. l. data opera.* Alij denique beſtiis obiiciendum putant, vt dilaceretur, *l. Vlt ff. de incen. rui. naufra.* prout iudici videbitur, iuxta qualitatem delicti &
perſonæ. † Quod ſi incendiarius non ſit 7.
perſona vilis ſed dignitate aliqua & honeſtate conſpicuus, capite plectendũ volunt, *per textum d. §. incendiarij.* † Sin verò in- 8.
cendium extra mœnia ciuitatis, vel oppidi contigerit, & perſona ſit vilis, ac incendium magnũ, capite puniri: ſin honeſta, deportari tantùm debet, vel ad triremes condemnari, *iuxta Bald. in l data opera, ex textu l Vlt. de incen. rui. naufra.* Tertium caput: † Quando incendium lata, vel leui cul- 9.
pa ipſius conductoris exortum fuit, tunc ipſum ad reparationem damni obligatũ eſſe, Dd. ex æquo omnes fatentur: ſed quò ad pœnæ impoſitionem variant. Frequentius tamen obtinuit, quòd ſi incendium culpa inhabitatoris lata extiterit, magnúmque fuerit pœnam corporalem citra tamẽ mortem, aut maximam pecuniariam imponendam, ſin paruũ fuerit pecuniariam leuiorem. Quòd ſi leui culpa incendium euenit, cùm volunt ipſum pariter criminaliter puniri poſſe, ſi modò dicta culpa fuerit in faciendo, ſecus ſi in omittendo, quæ Negligentia propriè dicitur, *iuxta Zanet. in tra. differ. inter ius cano. & ciuil. num. 201. Vt eum Ioſ. Ludo allegat in d. deciſ. 25. poſt num. 1.* Et in huiuſmodi caſibus multũ tribuitur arbitrio iudicis, vt rectè Iul. Clarus innuit *in prac. crim q. 68. Ver. item illi in fine.* † Quæ 10.
autem ſit culpa lata & quæ leuis extat glo. ſingul. *in §. præterea. Inſt. qui, mo. re contrah. oblig. & latè tractat Bal. in l. quod Nerua. ff. depoſiti.* quibus adde, quæ ipſemet tradidi *in §. ſuſpectus, 2. Inſt. de ſuſpect. tut. & cura. & d. tit. qui mo. re contrah. oblig. in prin.*
Quartum caput, † Aliquandò incendium 11.
exoritur culpa leuiſſima: & tunc omnes vno ore affirmant, conductorem ad refectionem damni nequaquam obligari, multò minus ad pœnam aliquam criminalem, cùm de lata & leui tantùm culpa teneatur, non autem de leuiſſima, *Alex.*

Digitized by Google

d. con. 50. nu. 9 Cagno. in d. l. contractus, nu. 70. & ante ipſos Anchar. in ſuprà alleg. con.
12. 348. Quintum & vltimum caput: † In dubio, quandò non conſtat de exorto incendio, nec apparet de aliqua conductoris culpa, tunc præſumitur culpa inhabitantium emerſiſſe. *per text. in l. 3. § cognoſcit. Verſi. & quia plerumque. de offi. præfecti vigil.* Et hoc communiter tenent Interpretes nullo diſcrepante. Talem verò culpam præſumtam: nec latam nec leuem, ſed leuiſſimam eſſe, crebriùs obtinuit, *iuxta*
13. *Menoch. loco ſuprà alle. num. 6.* † Quia verò, vt paulò ante dictum eſt, de leuiſſima culpa conductor non tenetur: ideo locatori volenti agere contra conductorem ex incendio pro damni emendatione, neceſſe erit, vt culpam ipſius conductoris latam, vel ſaltem leuem probet: aliàs fruſtra aget. *vt rectè Alex. dixit in d. l. Prætor ait. § Prætor ait, n. 8. Ver. & per hoc patet, & Anchar. d. con. 348. cæterique in locis ſuprà citatis.*

OBSERVATIO LXXXIX.

Gail. 2. obſ. 105. nu. 2. & ſeq. vid. VVurmſ. tit. 17 de probat. obſ. 1. A. Reyger.

Poſt atteſtationum publicationem an poſitiones vlterius admittantur?

1. *Facta Atteſtationum publicatione, an vlterius liceat poſitiones afferre, & ad eas aduerſa pars iurato reſpondere teneatur.*
2. *Affirmatiua opinio.*
3. *Negatiua opinio.*
4. *Conciliatio harum opinionum in Camera recepta.*

IN ardua quadam controuerſia hæc quæſtio in diſputationem venit, † Nunquid
1. poſt publicationem atteſtationum liceret ſuper materia prius deducta & adprobandum admiſſa facere poſitiones, iiſq; aduerſarius ſub iuramento reſpondere eſſet obnoxius? † Et pro parte affirmatiua allega-
2. batur Inno. *in c. vltra tertiam, ad finem. de teſtib.* vbi tradidit, cauſam poſſe inſtrui confeſſionibus faciendis ante & poſt dilationes ad probandum indultas: cui Bald. & Card. ſubſcribunt, ſeque ita ex facto conſultos reſpondiſſe aſſerunt. *per text. in c. 1. de confeſſ. lib. 6.* vbi negatiua (quæ regulariter improbabilis eſt) per poſitionem deduci & admitti poteſt: Idemque Feli. ſentit *in d. c. vltra tertia. in fi. & in rubr. de probat. n. 6. & in c. 2. n. 12. & c. licet cauſam col. 12. Ver. octauò limita. tit. de probat.* Pro qua affirmatiua vide etiam, quæ ſuprà cent. 1. obſer. 31. annotauimus: Et pro eadem multæ aliæ rationes & autoritates congeſtæ ſunt *in Pedemon decis. 10. n. 2. 3. & 4.* † Ne- 3.
gatiuam verò, & contrariam opinionem dicebatur tenuiſſe gloſſ. *in l. in contractib. § illo, Ver. nec ergo & ibi Bal. & Caſtr. nu. 4 C. de non nume. pecu. & idem Bald. in l. 2. § quod obſeruari. Ver. ſeptimò quæro. C. de iura. prop. calum. de quibus aſſentit etiã Spec. tit. de dila. § vlt. n. 9. Ver. item quod ſi datur.* Et quòd poſt publicata teſtimonia non poſſint amplius fieri poſitiones ſuper eo, quod iam probatum eſt, Curti. quoque conſuit *in tract. poſit. 17 breuilo.* & Maran. *de ord. cog. par. 6 § quartum actum, n. 10.* † Hanc 4.
opinionum repugnantiam cenſuerunt tandem Domini Cam. diſtinctionis fœdere conciliari poſſe: nempe vt Affirmatiua opinio locum habeat in cauſis ſummariis, in quibus ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate ſuſpecta, & ſecundum æquitatem proceditur: Negatiua verò obtineat in cauſis ordinariis & plenariis. Quam diſtinctionem Geor. Natta quoque tradidit *in clem ſæpè. § & quia, in Ver. interrogabit.* & poſt ipſum plenius Maran. *in 4. par. diſtin 9. n 28. & 3* itaque Cachera *in d. deciſ. 10 ad fin.* eandem Senatum Pedemontanũ in iudicando ſecutum fuiſſe. Et ſecundum prædicta moderari debet paulò antè citata obſer 32. ſuprà cent. 1.

OBSERVATIO XC.

Intentans remedium l. Diffamari. C. de inge. manu. an actor vel reus dicatur & quis iudex ſit adeundus?

Gail. 1. obſ. 2. n. 7. & 8. Vide ſup. cent. 3. obſ. 78. & cen. 5. ob 81. A. Reyger.

1. *Agens remedio l. Diffamari, an actoris vel rei vice fungatur, non conuenire inter Dd.*
2. *Opinio, quod pro actore ſit habendus.*
3. *Contraria opinio, quod vtens hoc remedio reus dici debeat, verior eſt, & communior: vndèunque in Camera recepta. nu. 8.*

4. Actio

4. *Ætiologia huius opinionis, & n. 6.*

5. *Ad cognoſcendum, quis ſit actor vel reus reſpiciendam eſſe petitionem & originariam cauſam.*

7. *Diffamare nihil aliud eſt, quàm ad iudicium vocare.*

CIRCA conſtitutionem remedij l. Diffamari. C. de ingen. manu. ſæpiuſculè
1. dubitatum fuit, † An illud intentans, actor, vel reus dici deberet: & Quis iudex adeundus eſſet, ſi agatur hoc remedio?
2. † Nam pleriſque viſum fuit, agentem hoc remedio Actoris vice fūgi: propterea quòd illi, qui ad iudicium prouocant, actores dicuntur, *l. in tribus, ff. de iud. c. forme. §. accuſator. de verb. ſignu. cum ſimilib.* At actorem forum rei ſequi debere, notum eſt, *c. ſi clericus laicum. & c. cùm ſit. de for. compe. & Decius in terminis huius quæſtionis con. 487. nu. 10. & con. 686. in fine.* Conſequens ergo videtur, quòd hoc remedium proponens, forum diffamantis ſequi debeat. Et in hanc ſententiam aliquando deciſum fuiſſe in concil. Neapol. Aﬄictus meminit *deciſ. 268. vt eum Deci. refert in*
3. *d. con. 786.* † Verùm contraria opinio verior eſt, nempè vtentem hoc remedio naturaliter & vere dici Reum, & trahere diffamantem ad iudicem ipſius diffamati: & eam Bald. *in d. l. diffamari.* Panorm. *in c. ſi quis contra clericum. num. 2. verſic. & hoc puto procedere.* & complures alij tenuere, quos Alexand. *con. 103. lib. 5.* recenſet: hancque communiter receptam, Cagnolus *in d. l. diffamari.* affirmat, vbi ad eius declara-
4. tionem plura adducit, vt ibi per eum. † Ætiologia autem huius poſterioris opinionis, qua Doctores potiſſimùm mouentur eſt, quòd regulariter debemus potius originem naturalis cauſæ, quàm accidentalis attendere: & inſpecta origine cauſæ, diffamatus vtique dicitur Reus, ſecundum Alexandr. *in d. con. 103.* quem refert & ſequi-
5. tur Craue. *con. 182. num. 2.* dicens, † Ad agnoſcendum an aliquis ſit actor vel reus, non eſſe conſiderandum, quis fuerit vocatus in iudicium, ſed reſpiciendam petitionem, & originariam cauſam: quod etiam expreſſe Bart. tradidit *in l. ſocietatem, §. arbitrorum, num. 19. ver. vnum tamen puto.*
6. *ff. pro ſocio.* † Cùm ergo citatus in caſu l. diffamari. cogatur agere: ſequitur neceſſariò, quòd actor dici debeat, & forum rei ſequi, *c. cùm ſit. de foro comp. cum ſimilibus.* Idemque expreſſe Baldus voluit *in d. l. diffamari. in fine*, vbi diffamatum nominat Reum, & diffamantem Actorem: addens, † quòd diffamare ſit ad iudicium vocare: 7.
ideoque diffamatus dicatur reus iam prouocatus ad cauſam: neque obſtare regulam Cod. vt nemo inuitus agere vel accuſ. coga. Quia nemo (inquit idem Bald.) inuitus compellitur agere, niſi ſe expreſſe, vel tacite aſtrinxerit ad agendum: ſed ille, qui alium diffamat, aſtringit ſe tacitè ad agendum, cùm diffamare ſit ad iudicium prouocare: Ideóque diffamans neceſſariò Actor dicitur, & forum Rei diffamati ſequi eſt obnoxius. † Sed quid longa diſputatio 8.
ne opus eſt? cùm hęc ipſa poſterior opinio in Ordin. Cam. expreſſe approbata ſit, & hactenus in praxi obſeruata? pro eius tamen corroboratione vide vltra ſuprà dictos Did. Couarr. *Varia. reſol. lib. 1. c. 18. nu. 3. verſic. erit autem opera precium inueſtigare.*

OBSERVATO XCI.

An tranſactio ob enormem læſionem retractari poſſit?

Gall. 2. ob. 70. per tot. Cõſtl. Elector. Auguſti. part. 2. cõſt. 34. Tranſactio per dolum extorta reſcinditur. Hart. Hart. tit. 22. de pact. & tranſact. obſ. 7. num. 18. & ſeqq. A. Reyger.

1. *Quamuis emptio & venditio, multique alij ſimiles contractus ob enormem læſionem reſcindantur.*
2. *Secus tamen eſt in contractu litium finiendarum cauſa inito.*
3. *Remedium l. 2. C. de reſc. vend. non habere locum in tranſactione litium finiendarum cauſa facta.*
4. *Explicatio §. vlt. in l. Lucius. ff. ad S. C. Trebell.*
5. *Limitatur ſupra dicta doctrina, ſi dolus cauſam tranſactioni dediſſet: quia tunc reſcindi debet.*
6. *Dolus licet non præſumatur, ex coniecturis tamen probatur.*
7. *Limitatur idem ſi læſio ſit enormiſſima, ex qua dolus præſumitur.*
8. *Dolus re ipſa, & ex propoſito æquiparantur in tranſactione.*
9. *Pulchra diſtinctio in materia retractanda tranſactionis.*

1. TAMETSI † contractus emtionis & vẽditionis, multique alij ſimiles, ratione enormis læſionis reſcindi valeant, *iuxta materiam l.2.& ibi communiter Dd. C.de*
2 *reſcind. Vendi.* † Contractum tamen litium finiendarum cauſa initium, etiã ob enormem læſionem non eſſe retractandũ, vulgò receptum eſt, *iuxta Alex. con. 42.n.*
11. lib.1. Decium *con. 216.num. 4. Pariſi.con. 96. colum. 7.lib. 1.Ruin.con.131.lib.1.* Porcs. *Imol. poſt alios, quos allegat lib. 1.conclu. 36. Verſi. octauò fallit, & Rolan. à Valle conſi. 59.num. 19.& ſeq.lib.1.& conſ.7.n. 52.lib.3. itémque Caccialu. in tract. de tranſact. qu.12.*
3. † In quibus locis omnes vnanimiter tradunt, remedium d.l.2. C. de reſcin. vend. quo vltra dimidium decepto ſubuenitur, non habere locum in tranſactione facta litium finiẽdarum cauſa: Quod etiam ante prædictos Bartolus docuit *in l.ſi quis cùm aliter. Verſi. quæro quid in contractu tran-*
4 *ſact. ff. de Verbo. obligat.* † Et prædicti omnes mouentur per text. in l.Lucius. §. vlt. ff ad S.C. Trebellia. vbi hæres inſtitutus fuit grauatus, vt totam hæreditatem Titio reſtitueret: is minimam partem fideicommiſſario reſtituit, affirmans amplius in hæreditate non fuiſſe: poſteà probatum fuit, quadruplo plus fuiſſe in hæreditate, quærebatur, an hæres ad reſiduum fideicommiſſario teneretur? reſpondit Iuriſconſultus, hæredem ad reliquum hæreditatis fideicommiſſario teneri, dummodò inter eos non fuerit tranſactum. Ex qua deciſione euidenter liquet, enormen læſionem
5. tranſactionem non infringere. † Limitatur tamen hæc deciſio non habere locũ, quandò dolus cauſam dediſſet trãſactioni: quia tunc omninò reſcindi debet, *l. & eleganter, in prin & ibi Bart. ff. de dolo. l. ſub prætextu.1.& l.interpoſitas, C. de tranſacti. & l. dolus, C. de reſcind. Vend. Geor. Natta conſi.166.num.26.lib.1. & Alexand.*
6. *conſi.62.num.3. lib.2.* † Qui quidem dolus licet in dubio non præſumatur, *l. fin. ff. de ritu nupt. l. igitur. §. generaliter. ff. de liber. cau. & not. in l. merito. ff. pro ſocio:* attamen coniecturis & præſumtionib. probari poteſt, *l. dolum. C. de dolo. l. ſi Ventri. §. Vlt. cum ibi not. ff. de priuil. credi. & tradit* Alexan. *con. 152. num.18.lib.5. & con.143. num. 7. lib.*
7. *6.* † Fallit item prædictum dogma in enormiſſima læſione, ex qua dolus ipſe arguitur, nedum re ipſa, ſed ex propoſito, *l. ſi ſuperſtite, in fi. C. de dolo. Bart. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, Ver. ſed poteſt probari. ff. pro ſoci. Rui. conſi. 135. num. 13. & con. 170. num.19.lib.1. & Soc. Iun. conſi.48.num.43.lib. 1.* & Deci. *conſi.180.num.7.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, nec ab ea vel iudicando, vel conſulendo recedendum.
† Quinimò dolus re ipſa, & dolus ex pro- 8.
poſito æquiparantur in tranſactione, quãdo quis in ea enormiſſ. læſus fuit, *iux. Graue. conſi.7.num.5.& latiſſ. con.192. num.1.& ſeq. Geor. Nattam conſi.166.num.2.lib.1.* Idque communiter obſeruari, Decius affirmat *in d. conſi.180. numer.49.* vide quoque ad prædicta Corn. *conſi.166. colu. penult. Ver. & inſuper dolo. lib. 1.* † vbi pulchram facit 9.
diſtinctionem, quam Doctores in hac quæſtione communiter ſequuntur: Quòd aut quis eſt læſus per tranſactionem vltra dimidium iuſtæ æſtimationis in modico exceſſu, & tali caſu procedat opinio negatiua, tranſactionem non eſſe retractandã: aut læſio contigit vltra dimidium in magno exceſſu, & tunc ex tali enormiſſima læſione dolus præſumitur, & conſequenter tranſactio reſcindi debet, per ſupra dicta. Et hanc opinionẽ vti veriorem & magis æquam approbarunt Domini Camerales in ardua quadam cauſa meo tempore, quæ etiam fundata videtur in dict. l. ſuperſtite, vbi expreſſim dicitur, tranſactionem ob immodicam læſionem retractari. *Vide etiam ad prædicta, quæ ſuprà cent. 1. obſer. 33. annotauimus.*

OBSERVATIO XCII.

Poſitioni criminoſæ an & quandò ſit reſpondendum?

Gall. 1. obſ. 82. nu. 11. Plenè VVurmſer. ti. 15. de poſit. obſ. 2. per tot. A. Reyger.

1. *Nemo regulariter tenetur poſitioni criminoſæ reſpondere.*
2. *Quia nemo ſeipſum prodere tenetur.*
3. *Fallentiæ ad prædictam regulam, & num. 4.5. & 6.*

